3 1761 08713638 8

HANDBOUND
AT THE

UNIVERSITY OF
TORONTO PRESS

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/decyriinstitutio00xeno

7838

LGr
55cyHutW

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ.

XENOPHONTIS

DE CYRI INSTITUTIONE

LIBRI OCTO.

GRAECA RECOGNOVIT, CUM CODICE MS. OXONIENSI ET OMNIBUS FERE LIBRIS EDITIS CONTULIT, PLURIMIS IN LOCIS EMENDAVIT, VERSIONEM LATINAM REFORMAVIT, OBSERVATIONIBUS SUIS, TABULAQUE GEOGRAPHICA AUXIT ET ILLUSTRAVIT:

NOTAS QUOQUE H. STEPHANI, LEUNCLAVII, AE. PORTI ET MURETI RECENSITAS ET CASTIGATAS, VARIANTIUM LECTIONUM DELECTUM, INDICESQUE NECESSARIOS ADJUNXIT.

THOMAS HUTCHINSON, A. M.

182380.
10.7.23.

EDITIO PRIMA AMERICANA:

QUA PLURIMA LONDINIENSIS ERRATA, DILIGENTISSIME ANIMADVERSA, CORRIGUNTUR:

CURA JOHANNIS WATTS.

PHILADELPHIA:
Ex Officina Classica:
IMPENSIS WM. POYNTELL ET SOC.
1806.

1



LECTORIS.

TRIENNIUM jam exactum est, ex quo XENOPHONTEA hæc Cyri M. Historia Græcè et Latinè, varióque observationum cultu exornata, publicam in lucem è prelo prodiit OXONIENSI. Cùm verò istius quidem editionis exemplaria, tam propter eorum penuriam, quàm adparatûs universi magnificentiam jam magno veneant, juventutísque adeò studiosæ manibus ferè denegata sint; visum est, ad fidem ejus, novam hanc editionem ità formare, ut et comparari commodè et tractari possit. Hunc in finem, textum, versionem, notas denique typis excudi minoribus, minoríque adeò totum Opus exhiberi formâ curavimus. Dissertationes etiam editioni Oxoniensi præmissas, eidémque adjunctum vocabulorum Orientalium Indicem eo omisimus consilio, ut isti simul editioni salva sua constaret præstantia, ac mole voluminis decrescente, pretium unà decresceret. Tres tamen adjecti sunt Indices: quorum primus voces, ad rem quæ spectant militarem, expositione auctas: secundus res memorabiles, servato literarum ordine, complectitur: tertius loca Novi Testamenti à Xenophonte lucem fœnerantia dat. Vale, Lector amice, curísque nostris fave.

Anno Domini 1737.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ Α΄.

ΕΝΝΟΙΑ [a] ποθ' ἡμῖν ἐγένετο, ὅσαι δημοκρατίαι καταλύθησαν ὑπὸ τῶν ἄλλως πως βουλομένων πολιτεύεσθαι μᾶλλον ἢ ἐν δημοκρατίᾳ· ὅσαι τ' αὖ μοναρχίαι, ὅσαι τε ὀλιγαρχίαι, ἀνῄρηνται ἤδη ὑπὸ δήμων· καὶ ὅσοι τυραννεῖν ἐπιχειρήσαντες, οἱ μὲν αὐτῶν ἢ ταχὺ πάμπαν κατελύθησαν, οἱ δὲ, κἂν ὁποσονοῦν χρόνον ἄρχοντες διαγένωνται, θαυμάζονται ὡς σοφοί τε καὶ εὐτυχεῖς ἄνδρες γεγενημένοι. Πολλοὺς δ' ἐδοκοῦμεν καταμεμαθηκέναι, καὶ ἐν ἰδίοις οἴκοις τοὺς μὲν, ἔχοντας καὶ πλείονας οἰκέτας, τοὺς δὲ, καὶ πάνυ ὀλίγους, ἢ ὅμως γε δὴ τοῖς ὀλίγοις τούτοις πάντη δυναμένους χρῆσθαι πειθομένοις τοὺς δεσπότας. Ἔτι [b] δὲ πρὸς τούτοις ἐνενοοῦμεν, ὅτι ἄρχοντες μέν εἰσι καὶ οἱ βουκόλοι τῶν

SUBIIT aliquando nos cogitatio, quot democratiæ ab iis eversæ fuerint, qui alio quodam reipublicæ statu, potiùs quàm populari, uti vellent; quotque item monarchiæ, quotque oligarchiæ, à populo jam sublatæ: et quot tyrannidem adgressi, eorum alii quidem vel statim prorsùs sint *de imperio* dejecti, alii verò, si modò imperium, quantumcunque id *tandem* fuerit ad tempus, retinere valuerint, in admiratione sint, tanquam qui et sapientes fuerint et felices viri. Quin et multos animadvertisse videbamur, quorum alii quidem in privatis ædibus famulos vel complures, alii verò perpaucos haberent; cùm tamen iidem domini nè his quidem paucis in omnibus possent uti obedientibus. Ad hæc autem cogitabamus, et bubulcis in boves, et in equos

a Ἐννοια ποθ', &c.] Eo consilio proœmium hoc adornavit Xenophon, ut Cyrum virtute, tam bellicâ quàm civili, instructissimum exhiberet. Imperandi artem esse quiddam longè difficillimum, alia atque alia civitatum Græcarum fata multiplici docuerunt exemplo. Erat ergo Cyri propria quædam laus, quòd eam penitùs intellexit, et feliciter exercuit: dum quanto major operi accesserit difficultas, tanto uberior illi constiterit gloria.

b Ἔτι δὲ πρὸς, &c.] Ab imperatorio ad pastorale munus apta satìs transitio, Homero scriptoribusque Orientalibus perquàm familiaris. Quæ quidem et simplicitati dictionis, quam in Xenophonte nulli non deamârunt, et verbis, quibus Cyrum, l. viii, p. 581, usum facit, adprimè est consentanea, ἔργα εἶναι νομίσας ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ.

βοῶν, ἢ οἱ ἱπποφορβοὶ τῶν ἵππων, ἢ πάντες δὲ οἱ καλούμενοι νομεῖς, ὧν ἂν ἐπισατῶσι ζώων εἰκότως ἂν ἄρχοντες τούτων νομίζοιντο· πάσας τοίνυν ταύτας τὰς ἀγέλας ἐδοκοῦμεν ὁρᾶν μᾶλλον ἐθελούσας πείθεσθαι τοῖς νομεῦσιν, ἢ τοὺς ἀνθρώπους τοῖς ἄρχουσι. Πορεύονται γὰρ αἱ ἀγέλαι οἷ ἂν αὐτὰς εὐθύνωσιν οἱ νομεῖς, νέμονται τε χωρία ἐφ' ὁποῖα ἂν αὐτὰς ἐφιῶσιν, ἀπέχονται τε ὧν ἂν αὐτὰς ἀπείργωσι· ἢ τοῖς καρποῖς τοίνυν, τοῖς γιγνομένοις ἐξ αὐτῶν, ἐῶσι τοὺς νομέας χρῆσθαι ὅτως, ὅπως ἂν αὐτοὶ βούλωνται. Ἔτι τοίνυν οὐδεμίαν πώποτε ἀγέλην ἠσθόμεθα συσᾶσαν ἐπὶ τοὺς νομέας, ὅτε ὡς μὴ πείθεσθαι, ὅτε ὡς μὴ ἐπιτρέπειν τῷ καρπῷ χρῆσθαι· ἀλλὰ ἢ χαλεπώτεραί εἰσιν αἱ ἀγέλαι πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἢ τοῖς ἄρχουσί τε αὐτῶν, ἢ ὠφελημένοις ὑπ' αὐτῶν· ἄνθρωποι δὲ ἐπ' ὀλέθρους μᾶλλον συνίστανται, ἢ ἐπὶ τούτους οὓς ἂν αἴσθωνται ἄρχειν αὐτῶν ἐπιχειροῦντας. Ὅτε μὲν δὴ ταῦτα ἐνεθυμούμεθα, ὅτως ἐγινώσκομεν περὶ αὐτῶν, ὡς [a] ἀνθρώπῳ πεφυκότι πάντων τῶν ἄλλων ζώων εἴη ῥᾷον ἢ ἀνθρώπων ἄρχειν. Ἐπειδὴ δὲ ἐνενοήσαμεν, ὅτι Κύρῳ ἐγένετο Πέρσης, ὃς πολλοὺς μὲν ἀνθρώπους ἐκτήσατο πειθομένους αὐτῷ, πολλὰς δὲ πόλεις, πάμπολλα δὲ ἔθνη, ἐκ τούτου δὴ ἠναγκαζόμεθα [b] μετανοεῖν, μὴ οὔτε τῶν ἀδυνάτων, ὅτε τῶν χαλεπῶν ἔργων

illis, qui eos pascunt, esse imperium, omnésque adeò pastores qui vocantur, posse eorum, quibus præsint, animalium dominatores jure existimari: atque videre videbamur greges hosce omnes libentiùs pastoribus parere, quàm principibus suis homines. Greges enim illi et pergunt quocunque eos pastores dirigant, et per ea pascuntur loca, in quæ eos dimittant, et ab iis abstinent, à quibus eos arceant: quinetiam fructibus, qui ex eis proveniunt, pastores ità, ut ipsi voluerint, uti sinunt. Jam verò nullum unquam gregem adversùs pastores coivisse accepimus, quò vel minùs eis pareret, vel fructu uti non permitteret: imò etiam omnibus aliis infestiores sunt greges, quàm iis, qui et in eos imperium habent, et ex iis capiunt commoda: homines verò contra nullos magìs consurgunt, quàm quos imperium in se moliri senserint. Hæc igitur cùm in animo versaremus, ità de iis statuimus, eâ esse hominem naturâ, ut facilius illi sit aliis omnibus animantibus, quàm hominibus, imperare. Sed postquam cogitavimus, Cyrum existitisse Persam, qui permultos quidem homines, permultas civitates, permultasque nationes sibi habuerit obsequentes, tum verò mutatâ sententiâ coacti sumus existimare,

a Ὡς ἀνθρώπῳ πεφυκότι] Eam sc. esse humanæ naturæ conditionem—ut Stephanus hanc phrasim interpretatus est: sive, Hominem ità esse à naturâ comparatum, ut facilius, &c.

b Μετανοεῖν] Propriè est, *Sententiam*

ᾗ τὸ ἀνθρώπων ἄρχειν, ἢν τις ἐπισαμένως τοῦτο πράττῃ. Κύρῳ γοῦν ἴσμεν ἐθελήσαντας πείθεσθαι, τοὺς μὲν, ἀπέχοντας πλειόνων ἡμερῶν ὁδὸν, τοὺς δὲ, καὶ μηνῶν, τοὺς δὲ, καὶ ἐνιαυτοὺς ἐνίοτε αὐτὸν, τοὺς δὲ, καὶ εὖ εἰδότας ὅτι καὶ ἂν ἴδοιεν· καὶ ὅμως ἤθελον αὐτῷ ὑπακούειν. Καὶ γάρ τοι τοσοῦτον διήνεγκε τῶν ἄλλων βασιλέων, καὶ τῶν πατρίους ἀρχὰς παρειληφότων, καὶ τῶν δι' ἑαυτῶν κτησαμένων, ὥστε ὁ μὲν Σκύθης, καίπερ πολλῶν ὄντων Σκυθῶν, ἄλλοσε μὲν οὐδενὸς δύναιτ' ἂν ἔθνους ἐπάρξαι, ἀγαπᾷη δ' ἂν εἰ τοῦ ἑαυτοῦ ἔθνους ἄρχων διαγένοιτο· ἡ ὁ Θρᾷξ Θρᾳκῶν, ἡ ὁ Ἰλλυριὸς Ἰλλυριῶν· καὶ τἆλλα δὲ ὡσαύτως ἔθνη ἀκούομεν· τὰ γοῦν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἔτι καὶ νῦν αὐτόνομα εἶναι λέγεται, καὶ λελύσθαι ἀπ' ἀλλήλων· Κῦρος δὲ παραλαβὼν ὡσαύτως καὶ τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνη αὐτόνομα ὄντα, ὁρμηθεὶς σὺν ὀλίγῃ Πέρσῶν στρατιᾷ, [a] ἑκόντων μὲν ἡγήσατο Μήδων, ἑκόντων δὲ Ὑρκανίων· κατεστρέψατο δὲ Σύρους,

quod imperare hominibus neque in impossibilium sit neque difficilium factu numero, modò quis peritè id agat. Cyro certè quidem novimus libenter paruisse alios, qui complurium dierum, alios, qui etiam mensium, iter ab eo distarent, alios item, qui nullo unquam tempore illum adspexerant, alios demum, qui benè noverint nè fore quidem ut viderent; ac nihilominus tamen ei obedire voluerunt. Is etenim usque adeò cæteris regibus antecelluit, tum iis qui paternos principatus accepissent, tum iis qui ipsi per se acquisivissent, ut Scytha quidem, quamvis permagnus sit Scytharum numerus, nullam aliam gentem ditioni suæ subjicere possit, satìs verò sibi ducat, si in suum imperium tenere perseveret: et Thrax in Thracas, et Illyrìcus in Illyricos; quod ipsum de reliquis itidem nationibus audimus: nam in Europâ quidem gentes etiam nunc suis aiunt legibus vivere, et minimè consociatas esse: Cyrus autem, cùm nationes Asiæ suis similiter legibus utentes accepisset, cum exiguâ Persarum manu profectus, Mediis Hyrcaniisque non invitis præfuit: subegit verò Syros,

mutare, aliter, quàm antè, judicare; adeóque, cùm *μετάνοια* ipsa nihil aliud sonet, quàm *mutatio sententiæ*, observare libet Anglicanos interpretes apostoli verba, Heb. xii, 17, *οὐχ εὗρε τόπον μετανοίας*, minùs rectè reddidisse. Ibi enim vox *μετάνοια* non pœnitentiam, quasi Esavo denegatam, sed Isaaci retractationem frustrà quæsitam, denotat: ut hic sit loci sensus, Esavi neque precibus neque lachrymis Isaacum permoveri potuisse, ut quæ modò Jacobo promiserat, ea jam beneficia in ipsum transferenda revocaret.

a Ἑκόντων μὲν ἡγήσατο Μήδων, ἑκόντων δὲ Ὑρκανίων] Partic. δὲ, præcedente μὲν, sæpè solam copulandi vim habet, atque ità in pluribus ejusdem periodi membris adhiberi solet. Exemplorum tanta est in uno Xenophonte copia, ut, omnia proferre, hominis esset otio suo et lectoris patientiâ intemperanter abutentis. Hoc igitur semel monuisse sit satis. Consimilis harum particularum occurrit usus, Jud. 8, *σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ*, &c. Notandum etiam est, Xenophontem hîc copiosè narrare regni illius amplitudinem, quod Cyro dedisse Deum traditum est. 2 Chron. xxxvi, 23. Esd. i, 2.

Ἀσσυρίους, Ἄραβας, Καππαδόκας, Φρύγας ἀμφοτέρους, Λυδούς, Κᾶρας, Φοίνικας, Βαβυλωνίους· ἦρξε δὲ καὶ Βακτρίων καὶ Ἰνδῶν, καὶ Κιλίκων· ὡσαύτως δὲ Σακῶν καὶ Παφλαγόνων, καὶ [a] Μαριανδυνῶν, καὶ ἄλλων δὲ πολλῶν ἐθνῶν, ὧν οὐδ' ἂν τὰ ὀνόματα ἔχοι τις εἰπεῖν. Ἐπῆρξε δὲ καὶ Ἑλλήνων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, καταβὰς δὲ ἐπὶ θάλατταν, καὶ Κυπρίων καὶ Αἰγυπτίων. Καὶ τοίνυν τούτων τῶν ἐθνῶν ἦρξεν ἅτε ἑαυτῷ ὁμογλώττων ὄντων, ἅτε ἀλλήλοις· ἐπεὶ ὅμως ἠδυνήθη ἐφικέσθαι μὲν ἐπὶ τοσαύτην γῆν τῷ [b] ἀφ' ἑαυτοῦ φόβῳ, ὥστε καταπλῆξαι πάντας, μηδένα ἐπιχειρεῖν αὐτῷ· ἐδυνήθη δὲ ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖν τοσαύτην τοῦ πάντας αὐτῷ χαρίζεσθαι, ὥστε ἀεὶ τῇ αὐτοῦ γνώμῃ ἀξιοῦν κυβερνᾶσθαι. Ἀνηρτήσατο δὲ τοσαῦτα φῦλα, ὅσα καὶ διελθεῖν ἔργον ἐστίν, ὅποι ἂν ἄρξηταί [c] τις πορεύεσθαι ἀπὸ τῶν βασιλείων, ἥν τε πρὸς ἕω, ἥν τε πρὸς ἑσπέραν, ἥν τε πρὸς ἄρκτον, ἥν τε πρὸς μεσημβρίαν. Ἡμεῖς μὲν δή, ὡς ἄξιον ὄντα θαυμάζεσθαι τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἐσ-

Assyrios, Arabas, Cappadocas, Phrygas utrosque, Lydos, Caras, Phœnices, Babylonios: imperavit etiam et Bactriis et Indis et Cilicibus; et Sacis itidem et Paphlagonibus et Mariandynis, aliisque compluribus gentibus, quarum nè nomina quidem quis possit referre. Atque Græcos Asiam incolentes, Cyprios quoque et Ægyptios, cum ad mare descendisset, in potestatem suam redegit. His igitur imperavit gentibus, quibus neque cum ipso, neque inter se, lingua erat communis: et tamen potuit tantum terrarum *nominis* sui terrore pervadere, ut omnes percelleret, nemóque adversùs ipsum quidquam moliretur: ac tantum omnibus gratificandi sibi desiderium injicere valuit, ut semper ipsius arbitrio regi cuperent. Tot autem nationes *sibi* devinxit, quot vel percurrere operosum fuerit, quocunque quis ire à regiâ cœperit, sive ad orientem, sive ad occidentem, sive ad septentriones, sive ad meridiem. Nos quidem certè, cùm sit hic vir admiratione dignus, di-

a Μαριανδυνῶν] Libet populum hunc, diù nimis exulantem, suam tandem in sedem reducere. Quod feci, jure factum ostendunt, Ptolom. p. 134, Edit. Bert. Strab. p. 816 et 996, Ed. Wolf. Dionys. Perieg. v. 788. Scylax in Peripl. p. 34. Anonym. in Descrip. Pont. Eux. p. 10, Ed. Oxon. Mela, p. 23, Ed. Gron. Qui Mariandynos, non verò Megadinos vel Megadidos, inter gentes hic loci à Xenophonte memoratas, recensere solent. Et, quod omnem dubitationem tollat, Philelphus, vetere usus exemplari, *Mariandynis* in suâ versione exhibet.

b Τῷ ἀφ' ἑαυτοῦ φόβῳ] Editi quidam libri habent τῷ ἐαυτοῦ. Stephanus etiam ait se malle præpositionem illam hinc abesse. Quam tamen, cum librorum melioris notæ auctoritate, tum usitato scriptorum Atticorum stilo fretus, omnino retinendam censeo. Hîc quippe præpositionis, ante genitivum eleganter redundantis, non pauca suppeditant exempla.

c Ἄρξηταί τις πορεύεσθαι] Πλεονάζειν hîc videtur ἄρξηται, ut sæpè in libris Evangelicis; ἤρξαντο ὁδὸν ποιεῖν, pro ὁδὸν ἐποιοῦν, Marc. ii, 23. Et, ἤρξατο αὐτὸς ἀποστέλλειν, Marc. vi, 7.

πεφάμεθα τίς ποτε ὢν γενεὰν, καὶ ποίαν τινὰ φύσιν ἔχων, καὶ ποίᾳ τινὶ παιδείᾳ παιδευθεὶς, τοσοῦτον διήνεγκεν εἰς τὸ ἄρχειν ἀνθρώπων. Ὅσα οὖν καὶ ἐπυθόμεθα καὶ [a] ἠσθῆσθαι δοκοῦμεν περὶ αὐτοῦ, ταῦτα πειρασόμεθα διηγήσασθαι.

ΠΑΤΡΟΣ μὲν δὴ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου, Περσῶν βασιλέως· (ὁ δὲ Καμβύσης οὗτος τοῦ Περσειδῶν γένους ἦν· οἱ δὲ Περσεῖδαι ἀπὸ Περσέως κληΐζονται)· μητρὸς δὲ ὁμολογεῖται Μανδάνης γενέσθαι· ἡ δὲ Μανδάνη αὕτη Ἀσυάγους ἦν θυγάτηρ, τοῦ Μήδων γενομένου βασιλέως. Φῦναι δὲ ὁ Κῦρος λέγεται, καὶ ἀδεῖαι ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατος, καὶ φιλομαθέστατος, καὶ φιλοτιμότατος, ὥστε πάντα μὲν πόνον ἀνατλῆναι, πάντα δὲ κίνδυνον ὑπομεῖναι τοῦ ἐπαινεισθαι ἕνεκα. Φύσιν μὲν δὴ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς μορφῆς τοιαύτην ἔχων διαμνημονεύεται· ἐπαιδεύθη γε μὴν ἐν Περσῶν νόμοις. Οὗτοι δὲ δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἄρχεσθαι τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ ἐπιμελού-

speximus, quo tandem genere ortus, quali præditus ingenio, quâve institutus disciplinâ, adeò in hominibus imperandis excelluerit. Quæcunque igitur de illo et audivimus et percepisse videmur, hæc enarrare conabimur.

AC Cyrus quidem patre natus esse dicitur Cambyse, Persarum rege: (Cambyses autem hic Persidarum genere natus erat; at Persidæ à Perseo nomen habent): matre verò consentitur fuisse Mandane; quæ quidem Mandane erat Astyagis, Medorum regis, filia. Fuisse autem Cyrus naturâ fertur, atque hoc etiam tempore à barbaris decantatur; specie quidem pulcherrimus, animo verò humanissimus, disciplinæ studiosissimus, et honoris cupidissimus; adeò ut laudis gratiâ laborem omnem perferret, omnéque adiret periculum. Animi certè indole ac formâ tali ornatus fuisse traditur: quinetiam secundùm Persarum leges institutus est. Hæ autem leges à curâ publici commodi initium su-

a Ἠσθῆσθαι δοκοῦμεν] Nè quis hisce loquendi formis, ἐδοκοῦμεν καλαμεμαθηκέναι, ἠσθῆσθαι δοκοῦμεν, &c. hujus historiæ fidem elevatam putet, notandum est, verba δοκεῖν, φαίνεσθαι, νομίζεσθαι, ità à Græcis adhiberi solere, ut per ea significent (non dubii quidpiam aut ambigui, non quod *videtur*, sed) quod *reverà est*. Sic enim Ulp. ad Olynth. 1, Dem. p. 2, τὸ δὲ νομίζειν, ἢ τὸ δοκεῖν, ἢ τὰ τοιαῦτα, ἃ πάντας ἐπὶ ἀμφιβόλοις πάτταλον οἱ παλαιοὶ, ἀλλὰ πολλάκις καὶ ἐπὶ τοῦ ἀληθεύειν. Cujus rei testimonium perhibent, Isocr. ad Dem. p. 6, Ed. Wolf. τούτοις γὰρ ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τῶν νεωτέρων ἦθος· ubi, δοκεῖ κρατεῖσθαι ponitur pro κρατεῖται· et Appian. de Bell. Hisp. Edit. Steph. p. 256, οἵτινες δ' αὐτὴν οἰκῆσαι πρῶτοι νομίζονται, quæ rectè vertit interpres, *qui primi eam* (Hispaniam) *incoluerint*. Nec aliter apud Sacros Auctores verba ista solent intelligi; Mat. iii, 9, μὴ δόξητε λέγειν. Luc. viii, 18, ὃ δοκεῖ ἔχειν. Act. xvi, 13, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι, pro οὗ ἦν.

μενοι· ἐχ ὁμοίως γὰρ ταῖς πλείσαις πόλεσιν ἄρχονται. Αἱ μὲν γὰρ πλεῖσαι πόλεις ἀφεῖσαι παιδεύειν ὅπως τις ἐθέλοι τὺς ἑαυτῦ παῖδας, ἢ αὐτὺς τὺς πρεσβυτέρυς ὅπως ἐθέλυσι διάγειν, ἐπιτάττουσιν αὐτοῖς μὴ κλέπτειν, μὴ ἁρπάζειν, μὴ βίᾳ εἰς οἰκίαν παριέναι, μὴ παίειν ὃν μὴ δίκαιον, μὴ μοιχεύειν, μὴ ἀπειθεῖν ἄρχονσι, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα ὡσαύτως· ἢν δέ τις τούτων τι παραβαίνῃ, ζημίας αὐτοῖς ἐπέθεσαν. Οἱ δὲ Περσικοὶ νόμοι προλαβόντες, ἐπιμέλονται ὅπως τὴν ἀρχὴν μὴ τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται, ὥσε πονηροῦ τινος ἔργου ἢ αἰσχροῦ ἐφίεσθαι. Ἐπιμέλονται δὲ ὧδε· Ἔσιν αὐτοῖς Ἐλευθέρα ἀγορὰ καλυμένη, ἔνθα τά τε βασίλεια καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα πεποίηται. Ἐντεῦθεν τὰ μὲν ὤνια, καὶ οἱ ἀγοραῖοι, καὶ αἱ τύτων φωναὶ καὶ ἀπειροκαλίαι ἀπελήλανται εἰς ἄλλον τόπον· ὡς μὴ μιγνύῃται ἡ τύτων τύρβη τῇ τῶν πεπαιδευμένων εὐκοσμίᾳ. Διήρηται δὲ αὕτη ἡ ἀγορὰ, ἡ περὶ τὰ ἀρχεῖα, εἰς τέτταρα μέρη· τύτων δ' ἔσιν ἓν μὲν παισὶν, ἓν δὲ ἐφήβοις, ἄλλο [a] τελείοις ἀνδράσιν, ἄλλο τοῖς ὑπὲρ τὰ στρατεύσιμα ἔτη γεγονόσι. Νόμῳ δὲ εἰς τὰς ἑαυτῶν χώρας ἕκασοι τύτων πάρεισιν, οἱ μὲν παῖδες, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, ἢ οἱ τέλειοι ἄνδρες·

mere videntur: nec eodem modo, quo pleræque civitates, curam illam auspicantur. Etenim plurimæ civitates unicuique liberos suos, prout ipse voluerit, educare permittentes, atque ipsis senioribus pro arbitrio vitam agere, eis præscribunt nè furentur, nè rapiant, nè in domum aliquam vi ingrediantur, nè quem injustè percutiant, nè adulterium committant, nè magistratûs imperium detrectent, et reliqua tidem his consimilia: quòd si quis in horum aliquo delinquat, pœnas in eum statuerunt. At Persicæ leges *hoc* antevertentes, diligenter curant ab initio tales nè sint cives, qui pravam aliquam fœdámve rem appetant. Curant autem hoc modo: Est illis forum quòd vocatur Liberale, ubi et regia et aliæ magistratuum ædes sunt extructæ. Hinc venalia quæque, et circumforanei atque eorum clamores et ineptiæ alium in locum sunt rejectæ; nè horum turba cum decoro illorum ordine, qui sunt instituti, misceatur. Est autem hoc ipsum forum, ad palatia situm, in quatuor partes divisum; quarum una pueris est adtributa, altera ephebis, tertia viris, quarta iis, qui jam militares annos confecerint. Atque lege ad sua loca singuli horum adsunt, pueri quidem et viri, primâ luce:

a Τελείοις ἀνδράσιν] Quæ uno verbo reddere, cum Gabrielio, satiùs duxi, quàm periphrasi minùs propriâ uti. Eum autem τέλειον ἄνδρα dicere solent Græci, qui ad ἀκμὴν ætatis viriumque vigorem pervenit. Sensu quidem tralatitio is apostolo, Ephes. iv, 13, dicitur τέλειος ἀνὴρ, qui quod ad interiorem hominem attinet, eousque profecerit, ut mysterium fidei probè teneat, et (ut Heb. v, 14) sensus habeat ad discernendum bonum à malo exercitatos.

οἱ δὲ γεραίτεροι, ἡνίκ' ἂν ἑκάστῳ προχωρῇ, πλὴν ἐν ταῖς τεταγμέναις ἡμέραις, ἐν αἷς δεῖ αὐτὸς παρεῖναι. Οἱ δὲ ἔφηβοι καὶ κοιμῶνται περὶ τὰ ἀρχεῖα σὺν τοῖς γυμνικοῖς ὅπλοις, πλὴν τῶν γεγαμηκότων· ἔστι δὲ ὅτε ἐπιζητῶνται, ἢν μὴ προρρηθῇ παρεῖναι· ὅτε πολλάκις ἀπεῖναι καλόν. Ἄρχουσι δ' ἐφ' ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν εἰσι δώδεκα (δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ διήρηνται)· καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς παισὶν ἐκ τῶν γεραιτέρων ἡρημένοι εἰσίν, οἳ ἂν δοκῶσι τοὺς παῖδας βελτίστους ἂν ἀποδεικνύναι· ἐπὶ δὲ τοῖς ἐφήβοις, ἐκ τῶν τελείων ἀνδρῶν, οἳ ἂν αὐτοὺς τοὺς ἐφήβους βελτίστους δοκῶσι παρέχειν· ἐπὶ δὲ τοῖς τελείοις ἀνδράσιν, οἳ ἂν δοκῶσι παρέχειν αὐτοὺς μάλιστα τὰ τεταγμένα ποιοῦντας, καὶ τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ τῆς μεγίστης ἀρχῆς· εἰσὶ δὲ καὶ τῶν γεραιτέρων προσάται ἡρημένοι, οἳ προσατεύουσιν, ὅπως καὶ αὐτοὶ τὰ καθήκοντα ἀποτελῶσιν. Ἃ δὲ ἑκάστῃ ἡλικίᾳ προσέτακται ποιεῖν, διηγησόμεθα, ὡς μᾶλλον δῆλον γένηται, ἢ ἐπιμέλονται ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται.

Οἱ μὲν δὴ παῖδες εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶντες, διάγουσι μανθάνοντες δικαιοσύνην, καὶ λέγουσιν ὅτι [a] ἐπὶ τοῦτο ἔρχονται, ὥσπερ παρ' ἡμῖν οἱ τὰ γράμματα μαθησόμενοι. Οἱ δὲ ἄρχοντες

seniores verò, quando cuique commodum sit, exceptis diebus statutis, quibus oportet eos adesse. At ephebi cubant etiam ad palatia cum gymnicis armis, præter eos qui uxorem habent: hi autem nè requiruntur quidem, nisi denuntiatum fuerit, ut adsint; nec tamen sæpiùs abesse decorum est. Harum autem cuique partium duodecim sunt præsides (nam et in duodecim tribus Persæ sunt divisi); et pueris quidem præsunt delecti quidam ex senioribus, qui optimos eos reddituri videantur: ephebis autem, ex viris, qui hos effecturi optimos existimentur: et viris, qui eos reddituri putentur paratissimos ad ea exequenda, quæ à summo magistratu constituta fuerint et imperata: sunt etiam seniorum præsides delecti, qui ideò præsunt, ut ipsi quoque sua persolvant officia. Quæ verò cuique ætati facienda præcipiantur, enarrabimus, quò magis perspicuum fiat, qualem adhibeant curam, ut cives sint quàm optimi.

Pueri igitur ad scholas ventitantes, in justitiâ discendâ versantur: aiuntque illos hujus rei causâ venire, quemadmodùm apud nos qui literis discendis operam dant. Horum verò præsides maximam dici

a Ἐπὶ τοῦτο ἔρχονται] Nimirum, ad discendam justitiam, ἐπί τι ἔρχεσθαι sæpè apud Xenoph. aliosque significat, *alicujus rei consequendæ aut peragendæ causâ venire*. Eâdem loquendi formula usus est S. Matt. c. iii, 7, ubi ἐρχομένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα—valet,—ἵνα τοῦ βαπτισθῆναι.

αὐτῶν διαλελῦσι τὸ πλεῖσον μέρος τῆς ἡμέρας δικάζοντες αὐτοῖς. Γίγνεται γὰρ δὲ ἢ παισὶ πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ ἀνδράσιν, ἐγκλήματα καὶ κλοπῆς, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀπάτης, καὶ κακολογίας, καὶ [a] ἄλλων οἵων εἰκός. Οὓς δ' ἂν γνῶσι τούτων τι ἀδικοῦντας, τιμωροῦνται. Κολάζουσι δὲ καὶ ὃς ἂν ἀδίκως ἐγκαλοῦντας εὑρίσκωσι. Δικάζουσι δὲ ἢ ἐγκλήματος, ἕνεκα ἄνθρωποι μισοῦσι μὲν ἀλλήλους μάλιστα, [b] δικάζονται δὲ ἧκιστα, [c] ἀχαριστίας· καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς. Οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας, καὶ πατρίδα, καὶ φίλους. Ἔπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία· καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών. Διδάσκουσι δὲ τοὺς παῖδας καὶ σωφροσύνην· μέγα δὲ συμβάλλεται εἰς τὸ μαθάνειν σωφρονεῖν αὐτούς, ὅτι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὁρῶσιν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν σωφρόνως διάγοντας. Διδάσκουσι δὲ αὐτοὺς καὶ πείθεσθαι τοῖς ἄρχουσι· μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι τοὺς

partem in jure dicendo consumunt. Fiunt etenim inter pueros quoque, quemadmodùm inter viros, accusationes mutuæ, et de furto, et de rapinâ, et de vi, et de fraude, et de maledictione, et de aliis, uti par est. Quoscunque autem in horum aliquo deliquisse noverint, *eos* puniunt. Castigant etiam quoscunque injustè *alios* accusâsse deprehenderint. Ac judicium de eo quoque exercent crimine, cujus causâ homines quàm maximè quidem se invicem oderunt, in jus verò minimè vocant, *scilicet* ingratitudine; et quemcunque cognoverint posse referre gratiam, qui tamen non refert, hunc etiam severè admodum puniunt. Arbitrantur enim ingratos et Deos imprimis, et parentes, et patriam, et amicos negligere. Ingrati autem animi vitium maximè comitari videtur impudentia: etenim hæc ad turpia quæque dux maxima esse videtur. Temperantiam quoque pueros docent: ad temperantiam verò discendam plurimùm id eos adjuvat, quòd ipsos etiam seniores vident totos dies temperanter vitam agere. Docent porrò eos magistratibus parere: quam item ad rem multùm confert, quòd et seniores

a Καὶ ἄλλων οἵων εἰκὸς] Et de aliis minùs honestis, quæ nonnunquàm fieri verisimile est, quæque ad magistratum deferri et solent et debent.

b Δικάζονται δὲ ἧκιστα] Vulgares editiones habent ἐχ ἧκιστα; sensu planè contrario, et (ut levissimè dicam) incommodo. Mureto monente, delemus part. ἐχ: quod et Stephanus probat, et hujus loci postulat sententia. Dicit enim Xenoph. *Id Persis fuisse peculiare, quòd non tantùm* (*ut reliqui homines*) *odio haberent, sed in judicium insuper deducerent,* ἀχαριστίας *crimen.*

c Ἀχαριστίας] Quod de Persis tradit Xenoph. id Macedonibus solis tribuisse videtur Seneca, l. 3, Benef. c. 6, *Exceptâ Macedon. gente, non est,* &c. Sed, meritò suspecta est hujus loci communis lectio; in quo Medorum, loco Macedonum, reponi debere contendunt Stephanus et Muretus.

πρεσβυτέρους καὶ πειθομένους τοῖς ἄρχουσιν ἰσχυρῶς. Διδάσκουσι δὲ καὶ ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ πότου· μέγα δὲ καὶ εἰς τοῦτο συμβάλλεται, ὅτι ὁρῶσι τοὺς πρεσβυτέρους οὐ πρόσθεν ἀπιόντας γαστρὸς ἕνεκα, πρὶν ἂν ἀφῶσιν οἱ ἄρχοντες· καὶ ὅτι οὐ παρὰ μητρὶ σιτοῦνται οἱ παῖδες, ἀλλὰ παρὰ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν οἱ ἄρχοντες σημήνωσι. Φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μέν, ἄρτον, ὄψον δέ, [a]κάρδαμον· πιεῖν δὲ, ἤν τις διψῇ, [b]κώθωνα, ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. Πρὸς δὲ τούτοις μανθάνουσι τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. Μέχρι μὲν δὴ ἓξ ἢ ἑπταικαίδεκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς οἱ παῖδες ταῦτα πράττουσιν· ἐκ τούτου δὲ [c]εἰς τοὺς ἐφήβους ἐξέρχονται. Οὗτοι δ' αὖ οἱ ἔφηβοι διάγουσιν ὧδε·

Δέκα ἔτη, ἀφ' οὗ ἂν ἐκ παίδων ἐξέλθωσι, κοιμῶνται μὲν περὶ τὰ ἀρχεῖα, ὥσπερ προείρηται, καὶ φυλακῆς ἕνεκα τῆς πόλεως καὶ σωφροσύνης (δοκεῖ γὰρ αὕτη ἡ ἡλικία μάλιστα ἐπιμελείας δεῖσθαι)· παρέχουσι δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἑαυτοὺς μάλιστα τοῖς ἄρχουσι

magno studio magistratibus obtemperare cernunt. In cibo etiam ac potu continentes esse docent: ad quod item præstandum, id magnoperè conducit, quòd vident seniores ipsos non priùs ventris causâ discedere, quàm præsides eos dimiserint: quodque non apud matrem pueri, sed apud præceptorem, vescuntur, quando id eis præsides significârint. Ferunt autem domo pro cibo quidem, panem, pro obsonio, nasturtium: ad potandum verò, si quis sitiat, cothonem, ut de fluvio hauriant. Ad hæc sagittare discunt et jaculari. Et quidem ad sextum septimúmve ac decimum ætatis annum hæc agunt pueri: ex eo autem tempore ad ephebos abeunt. Hi rursùs ephebi hoc modo degunt.

Decem annis, postquam ex pueris excesserint, cubant quidem circa palatia, quemadmodum jam dictum est, cùm civitatis custodiendæ, tum exercendæ temperantiæ gratiâ (videtur enim hæc ætas potissimùm curâ indigere): ac interdiu etiam magistratibus utendos se

a Κάρδαμον] Plantæ species, quæ (ut Phavorinus ait) apud Persas reperiri solet. Varias ejus virtutes enumerant, Cassianus Bassus Geoponic. l. xii, c. 27, Ed. Cant. Dioscorid. l. ii, c. 185. Plin. Hist. Nat. lib. xx, c. 13. Unum tamen non attigerunt, quæ hîc præcipuè venit notanda, quæque à Suidâ his verbis memorata est; Ἐπιχύλισμα οὖρον τὰ κάρδαμα καὶ πολύσμηλος. Καὶ διὰ τοῦτό φασι Πέρσας χρῆσθαι· φυλάττονται γὰρ πολλὰ πτύειν, καὶ οὐρεῖν, καὶ ἀπομύττεσθαι. Hanc siccandi vim ei quoque tribuit Phavorinus.

b Κώθωνα] Poculum fictile, propriè Laconicum et militare; cujus formam referebat id, quo utebantur Persæ; ideóque apud Xenoph. eodem, quo Laconicum illud, venit nomine. Quoad formam verò (quantum quidem ex Plutarch. tom. i, p. 45, Ed. Par. Jul. Poll. l. vi, c. 16. Athen. Δειπν. l. xi, c. 10. Phavor. et Hesych. colligere licet) altior paulò erat, unam ansam habens et ἀμβωνας; id est, cujus non rectà assurgunt latera, sed protuberant.

c Εἰς τοὺς ἐφήβους ἐξέρχονται] Sc. ἐκ τῶν παίδων. Eâdem ellipsi utitur apost. 2 Cor. ii, 13, ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν, pro ἐξῆλθον ἐκ Τρωάδος, καὶ ἀπῆλθον εἰς Μακεδονίαν, ut Joh. iv, 43, ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν, &c.

χρῆσθαι, ἤν τι δέωνται ὑπὲρ τῆς κοινῆς· καὶ ὅταν μὲν δέῃ, πάντες μένουσι περὶ τὰ ἀρχεῖα· ὅταν δὲ ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς φυλακῆς· ποιεῖ δὲ τοῦτο πολλάκις τοῦ μηνός. Ἔχειν δὲ δεῖ τοὺς ἐξιόντας τόξα παρὰ τὴν φαρέτραν, ἢ ἐν κολεῷ [a] κοπίδα ἢ σάγαριν· ἔτι δὲ ἢ γέρρον, καὶ πάλτα δύο, ὥστε τὸ μὲν ἀφιέναι, τῷ δ' ἂν δέῃ, ἐκ χειρὸς χρῆσθαι. Διὰ τοῦτο δὲ δημοσίᾳ τοῦ θηρᾶν ἐπιμέλονται, καὶ βασιλεὺς, ὥσπερ καὶ ἐν πολέμῳ, ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστι, καὶ αὐτός τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται ὅπως ἂν θηρῶεν, ὅτι ἀληθεσάτη δοκεῖ αὕτη [b] ἡ μελέτη τῶν πρὸς τὸν πόλεμον εἶναι. Καὶ γὰρ πρωὶ ἀνίσασθαι ἐθίζει, καὶ ψύχη καὶ θάλπη ἀνέχεσθαι, γυμνάζει δὲ καὶ ὁδοιπορίαις καὶ δρόμοις· ἀνάγκη δὲ καὶ τοξεῦσαι θηρίον, καὶ ἀκοντίσαι ὅπῃ ἂν παραπίπτῃ. Καὶ τὴν ψυχὴν δὲ πολλάκις ἀνάγκη θήγεσθαι ἐν τῇ θήρᾳ, ὅταν τι τῶν ἀλκίμων θηρίων ἀνθιστῆται· παίειν μὲν γὰρ δεῖ τὸ ὁμόσε γιγνόμενον, φυλάξασθαι δὲ τὸ ἐπιφερόμενον· ὥστε οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν τί ἐν τῇ θήρᾳ ἄπεστι τῶν ἐν πολέμῳ παρόντων. Ἐξέρχονται δὲ ἐπὶ τὴν θήραν, ἄριστον ἔχοντες πλεῖον μὲν, ὡς τὸ εἰκὸς, τῶν παίδων, τἄλλα δὲ ὅμοιον. Καὶ θη-

præbent, si quid agendum sit pro republicâ: et si tempus ità postulet, omnes circa palatia morantur: cùm verò rex venatum exit, id quod sæpiùs unoquoque mense facit, dimidiam custodiæ partem educit. Habeant autem exeuntes oportet arcus cum pharetrâ, ac copidem in vaginâ, vel securim: præterea scutum, et palta duo, ut et alterum emittant, et altero, si sit opus, cominùs utantur. Idcircò autem venatui publicè dant operam, et rex, perindè ac in bello, se ducem eis præstat, venatúrque ipse, et, ut alii venentur, curam adhibet, quòd videtur hæc verissima esse bellicæ disciplinæ exercitatio. Etenim assuefacit diluculò surgere, et frigora calorésque perferre; itineribus quoque exercet atque cursu; necessarium etiam est feram, ubicunque occurrerit, sagittâ, jaculóque petere. Sæpè etiam acui animum in venatione necesse est, cùm valentior aliqua bestia contrà sese objecerit: ferire enim propiùs accedentem oportet et ab irruente cavere; adeóque haud facilè invenias, quid in venatione desideretur eorum quæ fiunt in bello. Exeunt autem in venationem, prandium secum ferentes copiosius quidem, ut par est, quàm sit puerorum, alioqui simile. Ac dum ve-

a Κοπίδα ἢ σάγαριν· ἔτι δὲ καὶ γέρρον, ἢ πάλτα] De his omnibus vide indicem vocabulorum militarium.

b Ἡ μελέτη] Vox μελέτη eas omnes, sive animi sive corporis, exercitationes designare solet, quibus, quasi prælusionibus, ideò artium studiosi incubuêre, ut, cùm res postularet, egregium se in suâ quisque arte præstare posset. Timotheo itidem suam μελέτην commendans apostolus, 1 Tim. iv, 15, verbum μελετάω à consuetudine sive agonistarum sive rhetorum, ad earum rerum curam, quæ ad animæ salutem pertinent, eleganter transfert.

ρῶντες μὲν, ἂν ἀριστήσαιεν· ἢν δέ τι δέῃ θηρίᾳ ἕνεκα ἐπικαλαμεῖναι, ἢ ἄλλως βουληθῶσι διαλρίψαι περὶ τὴν θήραν, τὸ ἄριστον τοῦτο δειπνήσαντες, τὴν ὑστεραίαν αὖ θηρῶσι μέχρι δείπνου· καὶ μίαν ἄμφω ταύτας τὰς ἡμέρας λογίζονται, ὅτι μιᾶς ἡμέρας σῖτον δαπανῶσι. Τοῦτο δὲ ποιοῦσι τοῦ ἐθίζεσθαι ἕνεκα, ἵνα καὶ ἐάν τι ἐν πολέμῳ δεήσῃ, δύνωνται τοῦτο ποιεῖν. Καὶ ὄψον δὲ τοῦτο ἔχουσιν οἱ τηλικοῦτοι ὅ, τι ἂν θηράσωσιν· εἰ δὲ μὴ, τὸ κάρδαμον. Εἰ δέ τις αὐτοὺς οἴεται ἢ ἐσθίειν ἡδῶς, ὅταν κάρδαμον μόνον ἔχωσιν ἐπὶ τῷ σίτῳ, ἢ πίνειν ἡδῶς, ὅταν ὕδωρ πίνωσιν, ἀναμνησθήτω, πῶς μὲν ἡδὺ μάζα καὶ ἄρτος πεινῶντι φαγεῖν, πῶς δὲ ἡδὺ ὕδωρ διψῶντι πιεῖν. Αἱ δ' αὖ μένουσαι φυλαὶ διαλρίβουσι μελετῶσαι τά τε ἄλλα, ἃ παῖδες ὄντες ἔμαθον, καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν· καὶ διαγωνιζόμενοι ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διατελοῦσιν. Εἰσὶ δὲ καὶ δημόσιοι τούτων ἀγῶνες, καὶ ἆθλα προτίθεται· ἐν ᾗ δ' ἂν τῶν φυλῶν πλεῖστοι ὦσι δαιμονέστατοι καὶ ἀνδρικώτατοι καὶ εὐπιστότατοι, ἐπαινοῦσιν οἱ πολῖται καὶ τιμῶσιν οὐ μόνον τὸν νῦν ἄρχοντα αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ ὅστις αὐτοὺς παῖδας ὄντας ἐπαίδευσε. Χρῶνται δὲ τοῖς μένουσι τῶν ἐφήβων αἱ ἀρχαὶ, ἤν τι ἢ φρουρῆσαι δεήσῃ, ἢ κακοῦργους ἐρευνῆσαι, ἢ λῃστὰς ὑποδραμεῖν, ἢ καὶ ἄλλο τι, ὅσα ἰσχύος ἢ τάχους ἔργα

nantur, nequaquam prandeant: sed si quid opus fuerit feræ causâ præstolari, aut aliter venationi immorari velint, prandium id cœnati, postridiè rursùs ad cœnam usque venantur; ambosque hos dies pro uno supputant, quod unius diei cibum consumant. Hoc autem faciunt consuescendi causâ, ut, si quid facto opus fuerit in bello, id etiam præstare possint. Quicquid verò qui hâc sunt ætate, venando ceperint, id hi obsonium habent; sin minùs, nasturtium. Si quis autem eos existimat injucundè edere, cùm nasturtium solum adhibeant ad panem, vel bibere injucundè, cùm aquam potent, recordetur is, quàm suavis sit maza panisque ei qui esuriens edit, et quàm dulcis sit aqua ei qui sitiens bibit. Ac tribus quæ domi manent operam consumunt tum in cæteris artibus, quas pueri didicerunt, colendis, tum in sagittis jaculisque mittendis; atque in his summâ contentione assiduè se exercent. Sunt etiam publica horum certamina, et præmia proposita: et in quacunque tribu plurimi sint peritissimi et fortissimi et fidelissimi, non modò eum, qui in præsenti eorum est præses, laude et honore afficiunt cives, sed illum etiam qui eos, dum adhuc pueri essent, instituit. Utuntur verò magistratus his qui remanent ephebis, si quid vel præsidio fuerit opus, vel investigandi fuerint malefici, vel comprehendendi latrones, vel etiam aliud quidpiam eorum agendum fuerit, quæ sunt roboris aut

ἐσί. Ταῦτα μὲν δὴ οἱ ἔφηβοι πράττουσιν. Ἐπειδὰν δὲ τὰ δέκα ἔτη διατελέσωσιν, ἐξέρχονται εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας.

Ἀφ' οὗ δ' ἂν ἐξέλθωσι χρόνου ἐκ τῶν ἐφήβων, οὗτοι αὖ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διάγουσιν ὧδε. Πρῶτον μὲν, ὥσπερ οἱ ἔφηβοι, παρέχουσιν ἑαυτοὺς ταῖς ἀρχαῖς χρῆσθαι, ἤν τι δέῃ περὶ τοῦ κοινοῦ, ὅσα φρονοῦντων τὲ ἤδη ἔργα ἐστὶ καὶ ἔτι δυναμένων. Ἢν δέ που δεήσῃ στρατεύεσθαι, τόξα μὲν οἱ οὕτω πεπαιδευμένοι οὐκέτι ἔχουσιν οὐδὲ πάλτα, στρατεύονται· τὰ δ' ἀγχέμαχα ὅπλα καλούμενα, θώρακά τε περὶ τοῖς στέρνοις, καὶ γέρρον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, οἷόν περ γράφουσι τοὺς Πέρσας ἔχοντες· ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ, μάχαιραν ἢ κοπίδα. Καὶ αἱ ἀρχαὶ δὲ πᾶσαι ἐκ τούτων καθίστανται, πλὴν οἱ τῶν παίδων διδάσκαλοι. Ἐπειδὰν δὲ τὰ πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη διατελέσωσιν, εἴησαν μὲν ἂν οὗτοι [a] πλείον τι ἢ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες ἀπὸ γενεᾶς· ἐξέρχονται δὲ τηνικαῦτα εἰς τοὺς γεραιτέρους ὄντας τε καὶ καλουμένους. Οἱ δ' αὖ γεραίτεροι οὗτοι στρατεύονται μὲν οὐκέτι ἔξω [b] τῆς ἑαυτῶν, οἴκοι δὲ μένοντες δικάζουσι τά τε κοινὰ πάντα καὶ τὰ ἴδια. Καὶ θανάτου δὲ οὗτοι κρίνουσι, καὶ τὰς ἀρχὰς οὗτοι

celeritatis opera. Hæc igitur agunt ephebi. Sed postquam hos decem annos compleverint, ad viros transeunt.

A quo autem tempore ex ephebis excesserunt, hi rursùs annos quinque et viginti ità degunt. Primum quidem, quemadmodùm ephebi, magistratibus utendos se præbent, si horum quidquam postulet reipublicæ ratio, quæ per eos effici possint, qui et jam prudenti sint animo et integris adhuc viribus. Sicubi verò militatum exire oportuerit, non jam arcus, qui hâc ratione instituti sunt, nec palta in expeditione gestant; sed arma quæ ἀγχέμαχα vocantur, thoracem nimirum circa pectora, et scutum in sinistrâ, quemadmodùm Persæ pingi solent; in dextrâ, gladium vel copidem. Et magistratus quidem omnes ex his constituuntur, præterquam puerorum magistri. Ac postquam hos quinque ac viginti annos exegerint, fuerint sanè hi annos ampliùs paulò quinquaginta nati: tunc verò transeunt in eorum ordinem, qui et sunt, et appellantur, seniores. Et seniores quidem hi non ampliùs extra patriam militant, sed domi manentes, tum publica omnia tum privata exercent judicia. Etiam capitis supplicia decernunt illi, iidem-

a. Πλείον τι ἢ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες, &c.] Ex hâc phrasi constare videtur malè, vel in optimis cæteroquin editionibus, verba ista Paulina interpuncta esse, 1 Tim. v, 9, μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, Schmidio quippe assentior, qui comma post γεγονυῖα, non ἑξήκοντα, ponendum esse statuit: quòd aliàs ἐλάττων legi oporteret. Hîc autem adverbium ἔλαττον ad γεγονυῖα, ut πλεῖον in exemplo Xenophontéo ad γεγονότες, referendum esse nil dubito.

b. Ἔξω τῆς ἑαυτῶν] Supple χώρας. Nec aliud supplementum desideratur Act xii, 20, ἀπὸ τῆς βασιλικῆς.

πάσας αἱρῆνται· καὶ ἤν τις, ἢ ἐν ἐφήβοις, ἢ ἐν τελείοις ἀνδράσιν, ἐλλίπῃ τι τῶν νομίμων, φαίνουσι μὲν οἱ φύλαρχοι ἕκαστον, καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος. Οἱ δὲ γεραίτεροι ἀκούσαντες, ἐκκρίνουσιν· ὁ δὲ ἐκκριθεὶς, ἄτιμος τὸν λοιπὸν βίον διατελεῖ.

Ἵνα δὲ σαφέστερον δηλωθῇ πᾶσα ἡ Περσῶν πολιτεία, μικρὸν ἐπάνειμι· νῦν γὰρ ἐν βραχυτάτῳ ἂν δηλωθείη, διὰ τὰ προειρημένα. Λέγονται μὲν γὰρ Πέρσαι ἀμφὶ τὰς δώδεκα μυριάδας εἶναι· τούτων δ' οὐδεὶς ἀπελήλαται νόμῳ τιμῶν καὶ ἀρχῶν, ἀλλ' ἔξεστι πᾶσι Πέρσαις πέμπειν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας εἰς τὰ κοινὰ τῆς δικαιοσύνης διδασκαλεῖα. Ἀλλ' οἱ μὲν δυνάμενοι τρέφειν τοὺς παῖδας ἀργοὺς, πέμπουσιν· οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι, οὐ πέμπουσιν. Οἱ δ' ἂν παιδευθῶσι παρὰ τοῖς δημοσίοις διδασκάλοις, ἔξεστιν αὐτοῖς ἐν τοῖς ἐφήβοις νεανισκεύεσθαι· τοῖς δὲ μὴ διαπαιδευθεῖσιν οὐκ ἔξεστιν. Οἱ δ' ἂν ἐν τοῖς ἐφήβοις διατελέσωσι τὰ νόμιμα ποιοῦντες, ἔξεστι τούτοις εἰς τοὺς τελείους ἄνδρας συναυλίζεσθαι, καὶ ἀρχῶν καὶ τιμῶν μετέχειν· οἱ δ' ἂν αὖ ἐν τοῖς παισὶ μὴ διατελέσωσιν, ἢ ἐν τοῖς ἐφήβοις, οὐκ εἰσέρχονται εἰς τοὺς τελείους· οἱ δ' ἂν αὖ ἐν τοῖς τελείοις διαγένωνται ἀνεπίληπτοι, οὗτοι τῶν γεραιτέρων γίνονται. Οὕτω μὲν δὴ οἱ γεραίτεροι διὰ πάντων τῶν καλῶν ἐληλυθότες

que magistratus omnes eligunt: ac si quis, vel inter ephebos, vel inter viros, in eorum aliquo deliquerit, quæ legibus constituta sunt, tribuum præsides unumquemque deferunt, et ex aliis qui voluerit. Seniores verò, re cognitâ, ordine movent: et qui ordine motus est, reliquum vitæ tempus infamis traducit.

Ut verò clariùs pateat universa Persarum reipublicæ ratio, paulò altiùs rem repetam: nunc enim, propter ante dicta, quàm paucissimis exponi poterit. Persæ dicuntur esse circiter centum viginti millia: horum nemo lege ab honoribus ac magistratibus arcetur, sed licet Persis omnibus ad publicas justitiæ scholas liberos suos mittere. Et quidem qui possunt liberos in otio alere, mittunt: qui non possunt, non mittunt. Iis autem, qui apud publicos magistros instituti sunt, licet inter ephebos juvenilem ætatem transigere; hâc verò ratione non edoctis interdictum est. Et qui inter ephebos continenter ea, quæ leges jubent, peregerint, his licet in virorum societatem transire, magistratuumque ac honorum esse participes: qui verò contrà vel inter pueros vel inter ephebos tempus suum non exegerint, ad virorum classem non admittuntur: qui porrò inter viros vitam reprehensioni minimè obnoxiam degerint, seniorum ii in ordinem cooptantur. Ità igitur hi constituuntur seniores, qui omnis iter honesti

καθίσανται· καὶ ἡ πολιτεία αὕτη, ᾗ οἴονται χρώμενοι βέλτιστοι ἂν εἶναι. Καὶ νῦν δὲ ἔτι ἐμμένει μαρτυρία καὶ τῆς μετρίας διαίτης αὐτῶν, καὶ τὸ ἐκπονεῖσθαι τὴν δίαιταν. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐστι Πέρσαις τὸ ἀποπτύειν, καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι, ἢ τὸ φύσης μεστὸς φαίνεσθαι· αἰσχρὸν δὲ ἔτι καὶ τὸ ἱδρῶτα πᾶ φανερὸν γενέσθαι ἢ τᾶ ἀρῆσαι ἕνεκα, ἢ καὶ ἄλλᾶ τινὸς τοιούτᾶ. Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἐδύναντο ποιεῖν, εἰ μὴ καὶ διαίτῃ μετρίᾳ ἐχρῶντο, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντες ἀνήλισκον, ὥστε ἄλλῃ ποι ἀποχωρεῖν. Ταῦτα μὲν δὴ [a] καθ' ἅπαντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν· ἃ δὲ ἕνεκα ὁ λόγος ὡρμήθη, νῦν λέξομεν τὰς Κύρου πράξεις, ἀρξάμενοι ἀπὸ παιδός.

Κῦρος μὲν γὰρ μέχρι δώδεκα ἐτῶν, ἢ ὀλίγῳ πλεῖον, ταύτῃ τῇ παιδείᾳ ἐπαιδεύθη, καὶ πάντων τῶν ἡλίκων διαφέρων [b] ἐφαίνετο καὶ εἰς τὸ ταχὺ μανθάνειν ἃ δέοι, καὶ εἰς τὸ καλῶς καὶ ἀνδρείως ἕκαστα ποιεῖν. Ἐκ δὲ τούτου τοῦ χρόνου μεταπέμπεται Ἀστυάγης τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα, [c] καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς· ἰδεῖν γὰρ ἐπεθύμει, ὅτι ἤκουε καλὸν κἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι. Ἔρχεται δ' αὐτή τε ἡ Μανδάνη πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τὸν Κῦρον τὸν υἱὸν ἔχουσα. Ὡς δὲ ἀφίκετο τάχιστα,

confecerunt: estque hæc reipublicæ ratio, quâ utentes, putant se posse optimos evadere. Quin hoc etiam tempore testimonia extant et moderati eorum victûs, et laborum, quos cibi digerendi causa suscipiunt. Turpe enim hâc etiam tempestate apud Persas habetur exspuere, nasum emungere, et flatûs videri plenos: turpe item ducitur si quis ire quóquam conspiciatur vel mciendi, vel aliûs hujusmodi rei causâ. Hæc autem facere non possent, nisi et modico uterentur victu, et humores laborando consumerent, ità ut ii aliò quopiam secederent. Et hæc quidem habemus, quæ de Persis omnibus dicamus: nunc Cyri res gestas, cujus gratiâ narratio instituta est, exponemus, à pueritiâ ejus initio sumpto.

Cyrus ad annos usque duodecim, aut paulò plus, hâc erat disciplinâ institutus, antecelluitque omnibus æqualibus tum celeritate, quæ oporteret, discendo, tum præclarè singula ac viriliter exequando. Ex eo autem tempore filiam suam accersivit Astyages, ejusque filium: hunc enim videre percupiebat, quòd pulchrum eum esse ac bonâ præditum indole audiret. Et venit ipsa Mandane ad patrem, Cyrum quoque filium secum perducens. Et simul ac pervenisset, Cyrusque

a Κατὰ πάντων Περσῶν] Eandem vim habet præpos. κατὰ, 1 Cor. xv, 15, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ Θεοῦ—de Deo.

b Διαφέραν ἐφαίνετο] Vide quæ suprà annotavimus de verbis φαίνεσθαι, &c. p. 6.

c Καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς] Quem hîc παῖδα, eundem mox υἱὸν, vocat. Atque idem prorsùs sonat ista vox, Act. iii, 13, ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ.

καὶ ἔγνω ὁ Κῦρος τὸν Ἀστυάγην τῆς μητρὸς πάλαι ὄντα, εὐθὺς, οἷα δὴ παῖς φιλόστοργος ὢν φύσει, ἠσπάζετό τε αὐτὸν, ὥσπερ ἂν εἴ τις πάλαι συντεθραμμένος καὶ πάλαι φιλῶν ἀσπάζοιτο· καὶ ὁρῶν δὴ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ [a] ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ, καὶ χρώματος ἐνηρίψει, καὶ κόμαις προσθέτοις, ἃ δὴ νόμιμα ἦν ἐν Μήδοις (ταῦτα γὰρ πάντα Μηδικά ἐστι, καὶ οἱ πορφυροῖ χιτῶνες, καὶ οἱ [b] κάνδυες, καὶ οἱ στρεπτοὶ περὶ τῇ δέρῃ, καὶ τὰ ψέλλια περὶ ταῖν χεροῖν· ἐν Πέρσαις δὲ τοῖς οἴκοι, καὶ νῦν ἔτι πολὺ καὶ ἐσθῆτες φαυλότεραι, καὶ δίαιται εὐτελέστεραι), ὁρῶν δὴ τὸν κόσμον ᾧ πάππος, ἐμβλέπων αὐτῷ, ἔλεγεν, Ὦ μῆτερ, ὡς καλός μοι ὁ πάππος. Ἐρωτώσης δὲ τῆς μητρὸς αὐτὸν, πότερος δοκεῖ καλλίων αὐτῷ εἶναι, ὁ πατὴρ ἢ ἕτος, ἀπεκρίνατο ἄρα ὁ Κῦρος, Ὦ μῆτερ, Περσῶν μὲν πολὺ κάλλιστος ὁ ἐμὸς πατὴρ, Μήδων μέντοι, ὅσων ἑώρακα ἐγὼ καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ ἐπὶ [c] θύραις, πολὺ ἕτος ὁ ἐμὸς παππος

Astyagem matris patrem esse cognovisset, continuò, ut puer erat à naturâ pio erga parentes affectu, et eum amplexatus est, veluti si quis jam olim unà educatus, jamque olim amans amplexaretur; et cùm eum videret oculorum pigmentis, colore infricto, ascitiisque comis ornatum, ut Medorum ferebat consuetudo (hæc enim omnia Medica sunt, et purpureæ tunicæ, et candyes, et torques ad collum, et armillæ ad manus; apud Persas verò domi degentes, hoc etiam tempore multò tum vestes sunt viliores, tum victus tenuiores), cùm videret, ergo, avi ornatum, intuens in eum, O mater, inquit, quàm pulcher meus est avus! Matre verò eum interrogante, uter pulchrior ipsi videretur, paterne, an ille, respondit utique Cyrus, Persarum quidem, ô mater, longè pulcherrimus est pater meus, Medorum verò, quotquot equidem vidi cùm in viis tum ad portas, multò formosissimus est hic meus

a Καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ, &c.] Ambitiosam hanc ornatûs rationem gentes Orientales, in luxum effusiores, excogitârunt. Ità olim Jezebelem, ut regiam præ se ferret gravitatem, oculos fuco ornâsse legimus, 2 Reg. ix, 30. Ad quem locum LXXII. habent ἐστιμίσατο τὰς ὀφθαλμὰς, i. e. stibio depinxit. Hoc enim lapide ideò in pingendis oculis homines, decoris nimiùm studiosi, utebantur, quòd eos non nigravit tantùm, sed etiam dilatavit; ut Plin. Hist. Nat. tom. v, l. xxxiii, p. 52. Medos verò imprimis hujusmodi se cultu ornâsse, testatur etiam Plutarch. tom. i, p. 557, Ed. Par. ubi de Surena hæc habet, ἀλλὰ Μηδικώτερον ἐσκευασμένος ἐντριμμασι προσώπου, καὶ κόμης διακρίσει.

b Καὶ οἱ κάνδυες] Candys, Persarum vestis; quam Medis acceptam referunt. Ab his enim (teste Strabone, tom. ii, p. 797, Ed. Wolf.) ad illos vestitûs, omnisque adeò vitæ, ratio manavit.

c Ἐπὶ θύραις] Sc. regiæ. Qualem locum Mardochæum aliquando, more Persico, occupâsse Sacra docet Historia, Esth. ii, 19. Ad januam enim aulici homines obambulare solebant, ut præstò semper essent, si quâ in re rex eorum operâ uti vellet.

κάλλιστος. Ἀντασπαζόμενος δὲ αὐτὸν ὁ Ἀστυάγης, [a] καὶ στολὴν καλὴν ἐνέδυσε, καὶ στρεπτοῖς καὶ ψελλίοις ἐτίμα καὶ ἐκόσμει· καὶ εἴ που ἐξελαύνοι, ἐφ' ἵππου χρυσοχαλίνου περιῆνεν, ὥσπερ καὶ αὐτὸς εἰώθει πορεύεσθαι. Ὁ δὲ Κῦρος, ἅτε παῖς ὢν καὶ φιλόκαλος καὶ φιλότιμος, ἥδετο τῇ στολῇ· καὶ ἱππεύειν μανθάνων, ὑπερέχαιρεν· ἐν Πέρσαις γὰρ, διὰ τὸ χαλεπὸν εἶναι καὶ τρέφειν ἵππους, καὶ ἱππεύειν, ἐν ὀρεινῇ οὔσῃ τῇ χώρᾳ, καὶ ἰδεῖν ἵππον πάνυ σπάνιον ἦν. Δειπνῶν δὲ ὁ Ἀστυάγης σὺν τῇ θυγατρὶ καὶ τῷ Κύρῳ, βουλόμενος τὸν παῖδα ὡς ἥδιστα δειπνεῖν, ἵνα ἧσσον τὰ οἴκαδε ποθοίη, προσήγαγεν αὐτῷ καὶ [b] παροψίδας, καὶ παντοδαπὰ ἐμβάμματα καὶ βρώματα. Τὸν δὲ Κῦρον ἔφασαν λέγειν, Ὦ πάππε, ὅσα πράγματα ἔχεις ἐν τῷ δείπνῳ, εἰ ἀνάγκη σοι ἐπὶ πάντα τὰ λεκάνια ταῦτα διατείνειν τὰς χεῖρας, καὶ ἀπογεύεσθαι τούτων τῶν παντοδαπῶν βρωμάτων. Τί δέ; φάναι τὸν Ἀστυάγην, Οὐ γὰρ πολύ σοι δοκεῖ κάλλιον τόδε τὸ δεῖπνον εἶναι τοῦ ἐν Πέρσαις; Τὸν δὲ Κῦρον πρὸς ταῦτα ἀποκρί-

avus. Astyages autem vicissim eum amplexatus, et pulchrâ stolâ induit, et torquibus armillísque honestavit atque ornavit: ac si quò equitaret, eum in equo, cui aureum esset frenum, circumducebat, quemadmodum et ipse proficisci consueverat. At Cyrus, ut qui puer erat elegantiæ honorísque studiosus, delectabatur stolâ; et cùm equitare disceret, mirum in modum lætatus est: nam in Persiâ, eò quòd difficile est, tum equos alere, tum equitare, cùm montosa sit regio, vel videre equum rarissimè datur. Cùm verò cœnaret Astyages unà cum filiâ et Cyro, vellétque puerum quàm suavissimè cœnare, ut domestica minùs desideraret, apponebat ei paropsidas omnifariáque condimenta et fercula. Ibi Cyrum dixisse ferunt, Quantum, ave, tibi est in cœnâ negotii, si tibi necessarium sit ad omnes istas patellas manus extendere, et epulas hasce omnigenas degustare! Quid? inquit Astyages, Nonne hæc tibi videtur cœna multò elegantior quam Persica? Cyrum autem ad hæc respondisse

a Καὶ στολὴν, &c.] Hinc abundè liquet, vocem στολὴν vestem virilem, non apud Hellenistas duntaxat, significare, (uti Grotius, ad Marc. xii, 38, existimâsse videtur) sed apud ipsum Xenophontem, sermonis Græci, sive elegantiam spectes sive puritatem, cultorem longè felicissimum.

b Παροψίδας] Παροψίδος nomen tam de quodam cibi genere, quàm de vase escario dici solet. Latinos id pro vase posuisse testantur, Juv. Sat. iii, v. 142, —quàm multâ, magnáque *paropside* cœnat. et Sueton. l. vii, p. 603, Ed. Casaub. —*paropsidem* leguminis pro sedulitate, &c. Apud Græcos, contrà, sæpiùs significationem illam alteram postulare videtur: ità enim Phrynich. p. 28, Παροψὶς, τὸ ὄψον· οὐχὶ δὲ το ἀγγεῖον, ὡς τινές. Et Jul. Poll. tom. i, p. 598, ad vocem παροψίδα, ait, ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ζωμοῦ εἶδός τι, ἢ ὡς τινες, μάζης, ἢ τὶς παρενθήκη ὄψου, ὃ οἱ νῦν ἂν εἴποιεν παροψημάτιον. Athen. l. ix, p. 368, Ed. Casaub. vult παροψίδας hìc poni ἀμφιβόλως, adeò ut denotet, et patinas et cibos diversi generis admovisse Cyro Astyagem. Ego quidem Hœschelii potiùs sententiæ accedo, qui, in not. ad Phrynich. obsonium hîc intelligi debere affirmat.

ναsθαι λέγεται, Οὐχί, ὦ παππε· ἀλλὰ πολὺ ἁπλουστέρα καὶ εὐθυτέρα παρ' ἡμῖν ἡ ὁδός ἐsιν ἐπὶ τὸ ἐμπλησθῆναι, ἢ παρ' ὑμῖν. Ἡμᾶς μὲν γὰρ ἄρτος καὶ κρέας εἰς τοῦτο ἄγει, ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε, πολλὰς δέ τινας ἑλιγμὰς ἄνω καὶ κάτω πλανώμενοι, μόλις ἀφικνεῖσθε ὅποι ἡμεῖς πάλαι ἥκομεν. Ἀλλ', ὦ παῖ, φάναι τὸν Ἀsυάγην, ἀχθόμενοι ταῦτα περιπλανώμεθα· γευόμενος δ', ἔφη, καὶ σὺ γνώsῃ ὅτι ἡδέα ταῦτά ἐsιν. Ἀλλὰ καί σε, φάναι τὸν Κῦρον, ὦ παππε, μυσαττόμενον ταῦτα τὰ βρώματα ὁρῶ. Καὶ τὸν Ἀsυάγην ἐπερέsθαι· Καὶ τίνι δὴ sὺ τεκμαιρόμενος, ὦ παῖ, ταῦτα λέγεις; Ὅτι sὲ, φάναι, ὁρῶ, ὅταν μὲν [a] τοῦ ἄρτου ἅψῃ, εἰς ἡδὺν τὴν χεῖρα ἀποψώμενον· ὅταν δὲ τούτων τινὸς θίγῃς, εὐθὺς ἀποκαθαίρεις τὴν χεῖρα εἰς τὰ χειρόμακτρα, ὡς πάνυ ἀχθόμενος ὅτι [b] καλαπλέα σοι ἀπ' αὐτῶν ἐγένετο. Πρὸς ταῦτα δὴ τὸν Ἀsυάγην εἰπειν· εἰ τοίνυν οὕτω γιγνώsκεις, ὦ παῖ, ἀλλὰ κρέα γε εὐωχοῦ, ἵνα νεανίας οἴκαδε ἀπέλθῃς· Ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντα πολλὰ αὐτῷ παραφέρειν, καὶ θήρεια καὶ τῶν ἡμέρων. Καὶ τὸν Κῦρον,

ferunt, Nequaquam, ave; sed longè simplicior apud nos ac rectior est ad explendam famem via, quàm apud vos. Nam panis et caro nos ad hoc deducunt: vos eodem quidem, quò nos, tenditis, sed per multas quasdam ambages sursum deorsúmque vagantes, vix eò tandem pervenitis, quò nos jamdudum venimus. Verùm, ô fili, dixit Astyages, haud ægrè circum hæc vagamur: sed et tu, si gustaveris, inquit, senties hæc esse suavia. At verò vel te ipsum, ave, aiebat Cyrus, hasce epulas fastidire video. Et Astyagem interrogâsse *ferunt:* Unde, fili, conjecturam capiens, hoc ais? Quòd te, inquit, video, cùm panem tetigeris, nullâ re manum abstergere: cùm verò horum aliquid attigeris, statim ad mantilia manum purgas, quasi molestè admodum feras, quòd istis plena fuerit. Ad hæc subdidit Astyages: Si ergò ità, fili, sentis, carnibus saltem vescere, quò strenuus adolescens domum redeas. Simúlque hæc locutus, multas ei tam ferarum quàm cicurum animalium carnes adferri jussisse perhibetur. Cyrus autem,

a Τοῦ ἄρτου ἅψῃ.] Rectè olim à Beza, ad Colos. ii, 21, fuit observatum, verbum ἅπτεσθαι, quod propriè de manûs prehensione dicitur, ad ipsum cibi, manu prehensi, esum eo loco referri. Sed, quod apud interpretem illum frustrà quæsiverit lector, istiusmodi ejus verbi notationis exemplum hîc insigne quidem suppeditat Xenophon.

b Καλαπλέα] Stephano monente, accentui novam sedem assignavi, quo adjectivum illud antecedentis χεῖρα genus induat. Interpretes quidem Latini, parum sibi constantes, ità hunc locum reddiderunt, quasi eodem quo nos, legissent modo: cùm tamen libri ab ipsis editi κατάπλεα exhibeant. Quòd si cui levis hæc accentûs loci mutatio minùs arrideat, alia latinè vertendi via tentanda est; ut neutrum κατάπλεα, substantivè sumptum, satietatem denotet; seu, ea quæ, præ nimiâ eorum copiâ, satietatem afferant

ἐπεὶ ἑώρα πολλὰ τὰ κρέα, εἰπεῖν· Ἦ καὶ δίδως, φάναι, μοι, ὦ πάππε, ταῦτα πάντα τὰ κρέα, ὅ, τι ἂν βάλωμαι αὐτοῖς χρῆσθαι; Νὴ Δία, φάναι, ἐγώ σοι, ὦ παῖ. Ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον λαβόντα τῶν κρεῶν, διαδιδόναι τοῖς ἀμφὶ τὸν πάππον θεραπευταῖς ἐπιλέγοντα ἑκάστῳ· Σοὶ μὲν τοῦτο, ὅτι προθύμως μὲ ἱππεύειν διδάσκεις· Σοὶ δὲ, ὅτι μοι παλτὸν ἔδωκας (τοῦτο γὰρ νῦν ἔχω)· Σοὶ δὲ, ὅτι τὸν πάππον καλῶς θεραπεύεις· Σοὶ δὲ, ὅτι μὰ τὴν μητέρα τιμᾷς· τοιαῦτα ποιεῖν, ἕως διεδίδα πάντα ἃ ἔλαβε κρέα. Σάκα δὲ, φάναι τὸν Ἀσυάγην, τῷ οἰνοχόῳ, ὃν [a] ἐγὼ μάλιστα τιμῶ, ἀδὲν δίδως; Ὁ δὲ Σάκας ἆρα καλός τε ὢν ἐτύγχανε, καὶ [b] τιμὴν ἔχων προσάγειν τὰς δεομένας Ἀσυάγας, καὶ ἀποκωλύειν ὃς μὴ καιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι προσάγειν. Καὶ τὸν Κῦρον ἐπερέσθαι προπετῶς, ὡς ἂν παῖς μηδέπω ὑποπτήσσων, Διὰ τί, ὦ πάππε, τοῦτον οὕτω τιμᾷς; Καὶ τὸν Ἀσυάγην σκώψαντα εἰπεῖν· Οὐχ ὁρᾷς, φάναι, ὡς καλῶς οἰνοχοεῖ καὶ εὐσχημόνως; Οἱ δὲ τῶν βασιλέων τέκτων οἰνοχόοι κομψῶς τε οἰνοχοῦσι, καὶ καθαρίως ἐγχέουσι, καὶ διδόασι [c] τοῖς τρισὶ

cùm eam carnium copiam vidisset: Num, inquit, ave, das mihi has omnes carnes, ut iis pro arbitrio utar? Profectò, inquit ille, *has* ego tibi *do*, fili. Ibi Cyrum aiunt inter avi ministros acceptas carnes distribuisse, cùm simul hæc ferè unicuique diceret: Hoc tibi quidem do, quòd alacri animo me doces equitare: Tibi hoc, quòd paltum mihi dedisti (nam hoc ego nunc habeo): Tibi verò, quòd avo præclarè servis: Tibi quoque, quòd matrem meam honore prosequeris: atque ità fecisse eum fertur, quoad omnes, quas acceperat, carnes distribuisset. Sacæ verò, inquit Astyages, pincernæ, quem ego maximo in honore habeo, nihilne das? Sacas autem is et pulcher erat, et eo fungebatur munere, ut eos, quibus Astyage convento opus esset, adduceret, et, quos adducere minùs opportunum ipsi videtur, arceret. Tum Cyrus, ut puer nihil adhuc veritus, temerè interrogavit, Cur, ave, tanto istum in honore habes? Cui Astyages dixit jocabundus: Nonne vides, inquit, quàm beliè quamque venustè pocillatoris munus obeat? Et horum sanè regum pincernæ vinum eleganter miscent, et perpolitè infundunt, ac tribus digitis

a Ὃν ἐγὼ μάλιστα τιμῶ] Nec mirum, tanti apud Astyagem fuisse quenquam è pocillatorum grege. Nam, οἰνοχόον, teste Athen. lib. x. p. 424, παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ εὐγενέσταλοι παῖδες, ὡς ὁ τοῦ Μενελάου υἱός. Ωινοχόει δ' υἱὸς Μενελάου κυδαλίμοιο. Odyss. ὁ'. v. 141.

b Καὶ τιμὴν ἔχων προσάγειν] Vox προσάγειν (ut ex hoc loco constat) præter vim ejus vulgò notam, κατ' ἐξοχὴν etiam usurpatur de *accessu ad reges et principes*, qui alicui datur per interpretes eorum, seu per eos qui sunt à consiliis: ad quam vocis hujus notionem respexisse videatur apost. Pet. 1 Ep. c. iii, v. 18, ubi Christus dicitur, ἡμᾶς προσάγειν τῷ Θεῷ—ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ. Et Paulus, in Epist. ad Ephes. c. ii, v. 18, Ὅτι δι' αὐτοῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν—πρὸς τὸν πατέρα.

c Τοῖς τρισὶ δακτύλοις, &c.] Hoc ferè modo pocula sustinere solebat elegantior

δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην, καὶ προσφέρουσιν, ὡς ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν. Κέλευσον δὴ, φάναι, ὦ πάππε, τῷ Σάκᾳ, καὶ ἐμοὶ δοῦναι τὸ ἔκπωμα, ἵνα κἀγὼ καλῶς σοὶ πιεῖν ἐγχέας, ἀνακτήσωμαί σε, ἢν δύνωμαι. Καὶ τὸν κελεῦσαι δοῦναι. Λαβόντα δὲ τὸν Κῦρον, οὕτω μὲν εὖ κλύσαι τὸ ἔκπωμα, ὥσπερ τὸν Σάκαν ἑώρα· οὕτω δὲ στήσαντα τὸ πρόσωπον σπουδαίως καὶ εὐσχημόνως πως προσενεγκεῖν καὶ ἐνδοῦναι τὴν φιάλην τῷ πάππῳ, ὥστε τῇ μητρὶ καὶ τῷ Ἀστυάγῃ πολὺν γέλωτα παρεσχειν. Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Κῦρον ἐκγελάσαντα ἀναπηδῆσαι πρὸς τὸν πάππον, καὶ φιλοῦντα ἅμα εἰπεῖν, Ὦ Σάκα, ἀπόλωλας· ἐκβαλῶ σε τῆς τιμῆς· τάτε γὰρ ἄλλα, φάναι, σοῦ κάλλιον οἰνοχοήσω, καὶ οὐκ ἐκπίομαι αὐτὸς τὸν οἶνον. Οἱ γὰρ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, [a] ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι [b] καταῤῥοφοῦσι· τοῦ δὲ, εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. Ἐκ τούτου δὴ ὁ Ἀστυάγης ἐπισκώπτων ἔφη, Καὶ τί δὴ, ὦ Κῦρε, τὰ ἄλλα μιμούμενος τὸν Σάκαν,

phialam vehentes præbent, offeruntque ità, ut hausturo poculum commodissimè capiendum porrigant. At ille, jubeto, inquit, ave, Sacam mihi quoque poculum tradere, ut et ipse tibi potum bellè miscens te mihi, si possim, conciliem. Atque is dare jussit. Cyrus autem cùm accepisset, ità sedulo poculum eluit, quemadmodùm Sacam fecisse viderat: jam etiam vultu ità composito, seriò venustéque quodammodò phialam avo porrexit atque tradidit, ut multum matri ac Astyagi risum concitaret. Atque ipse etiam Cyrus effusè ridens ad avum exiliit, simúlque eum osculans dixit, Periisti, Saca; ego te de munere dejiciam: nam et in cæteris pincernæ officio præclariùs, quàm tu, fungar, et vinum non ipse ebibam. Regum enim pincernæ cùm phialam tradant, aliquantum vini cyatho ex eâ haustum, in sinistram manum infundentes, absorbent: eâ quidem de causâ, ut, si venenum infuderint, nihil hoc ipsis prosit. Tum verò jocari pergens Astyages inquit, Cur, Cyre, cæteris in rebus Sacam imitans,

quivis pincerna. Ità enim Philostr. Ep. xxiii, *Mulieri cauponatrici*, Ed. Olear. Πάντα μὲ αἴρει τὰ σά· καὶ ὁ λινοῦς χιτὼν— καὶ τῶν πριῶν δακτύλων αἱ συνθέσεις, ἐφ' ὧν ὀχεῖται τὸ ποτήριον. Et Heliodor. Æthiop. lib. vii, Ed. Par. p. 357, de Theagene poculum Arsacæ tradituro,—καὶ ἅμα προσέφερε τῇ Ἀρσακῇ προσηνὲς, κερασάμενος εὔρυθμόν τέ τι, καὶ ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἐποχῶν τὴν φιάλην.

a Ἀρύσαντες ἀπ' αὐτῆς τῷ κυάθῳ] Quædam edit. legunt ἐπ' αὐτῆς, male. Κύαθος autem erat trulla ænea, quâ vinum de craterâ hauriebant: adeóque, à usu tali, ἀρυστὴρ appellatur, à Poll. tom. i, p. 575, et tom. ii, p. 1239 et 1301.

b Καταῤῥοφοῦσι] Reges quippe luctuosi majorum quorundam exitus à venenis sibi metuere monuerunt. Atque Persas primos instituisse, ut ministri cibos prægustarent, Suidas tradit ad Εδέατρος, quod (inquit is) est ὄνομα Ἑλληνικόν· ἡ δὲ χρεία, Περσική· ἦν δὲ προγεύστης τὸ πρῶτον, καὶ προήσθιεν τοῦ βασιλέως εἰς ἀσφάλειαν.

οὐκ ἀπερρόφησας τὸν οἶνον; Ὅτι νὴ Δί', ἔφη, ἐδεδοίκειν μὴ ἐν τῷ κρατῆρι φάρμακα μεμιγμένα εἴη. Καὶ γὰρ ὅτε εἰσίας σὺ τοὺς φίλους [a] ἐν τοῖς γενεθλίοις, σαφῶς κατέμαθον φάρμακα αὐτὸν ὑμῖν ἐγχέαντα. Καὶ πῶς δή, ἔφη, σὺ, ὦ παῖ, τοῦτο κατέγνως; Ὅτι νὴ Δί', ἔφη, ὑμᾶς ἑώρων καὶ ταῖς γνώμαις καὶ τοῖς σώμασι σφαλλομένους. Πρῶτον μὲν γὰρ, ἃ οὐκ ἐᾶτε ἡμᾶς τοὺς παῖδας ποιεῖν, ταῦτα αὐτοὶ ἐποιεῖτε. Πάντες μὲν γὰρ [b] ἅμα ἐκεκράγειτε, ἐμανθάνετε δὲ οὐδὲ ἓν ἀλλήλων· ἥδεῖε δὲ καὶ μάλα γελοίως· οὐκ ἀκροώμενοι δὲ τοῦ ᾄδοντος, ὠμνύετε ᾄδειν ἄριστα. Λέγων δὲ ἕκαστος ὑμῶν τὴν ἑαυτοῦ ῥώμην, ἐπεὶ ἀναπαύοισθε ὀρχησόμενοι, μὴ ὅπως ὀρχεῖσθαι ἐν ῥυθμῷ, ἀλλ' οὐδ' ὀρθοῦσθαι, ἐδύνασθε. Ἐπιλέλησθε δὲ πάντα πάσι, σύ τε, ὅτι βασιλεὺς ἦσθα, οἵ τε ἄλλοι, ὅτι σὺ ἄρχων. Τότε γὰρ δὴ ἔγωγε καὶ πρῶτον κατέμαθον, ὅτι τοῦτ' ἄρα ἦν ἡ ἰσηγορία, ἣν ὑμεῖς τότε ἐποιεῖτε· οὐδέποτε γὰρ ἐσιωπᾶτε. Καὶ ὁ Ἀστυάγης εἶπεν, Ὁ δὲ σὸς πατὴρ, ὦ παι, πίνων οὐ μεθύσκε-

vinum non absorbuisti? Quòd profectò metueram, ait, nè venena essent in cratere mista. Etenim cùm tu amicos in natalitiis convivio exceperis, planè deprehendi venenum vobis eum infudisse. At quonam pacto, inquit ille, tu, fili, hoc intellexisti? Quòd profectò videbam, inquit, vos et mente et corpore titubare. Primùm enim, quæ nos pueros facere non sinitis, ea ipsi faciebatis. Nam omnes simul clamabatis, cùm vosmet mutuò planè non intelligeretis, quin et ridiculè admodùm canebatis; et cùm eum qui caneret minimè audiretis, jurabatis tamen optimè canere. Et cùm quisque vestrûm robur suum prædicaret, postquam saltaturi exsurgebatis, non modò non ad numerum saltare, sed nè erecti quidem stare, poteratis. Eratisque penitùs obliti, et tu, quòd rex esses, et alii, quòd tu *ipsorum* princeps. Et quidem ego tunc primùm didici, æqualitèr loquendi licentiam hoc utique esse, quod vos eo tempore faciebatis: nunquam enim tacebatis. Et Astyages ait, At pater tuus, fili, cùm bi-

a Ἐν τοῖς γενεθλίοις] Natalem sanè diem, præ cæteris, lætum festúmque transigebant Persæ. Testes sint, Herod. in Clio, p. 55, Ed. Gronov. Ἡμέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι, τῇ ἕκαστος ἐγένετο. Ἐν ταύτῃ δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων δικαιοῦσι προτίθεσθαι. Zosim. t. iii, Hist. Rom. script. Græc. min. p. 684, de Hormisdâ —τῷ πατρὸς αὐτῷ Περσῶν βασιλεύοντος, ἐν τῷ γενεθλίων ἐπιτελοῦντος, κατὰ τὸν Περσῶν νόμον, ἡμέραν—et Plat. in Alcib. i, p. 121, Ed. Steph. βασιλέως γενέθλια πᾶσα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ Ἀσία.

b Ἅμα ἐκεκράγεῖτε, ἐμανθάνετε δὲ, &c.] Calices, nimirum, fœcundiores, eos nimium quantum disertos fecerant. Notandum hîc est, latiùs aliquantò patere Græcorum μανθάνειν, quàm Latinorum *discere*. Λέγομεν γάρ, ait Aristot. Ethic. lib. vi, p. 267, Edit. Oxon. τὸ μανθάνειν, συνιέναι πολλάκις. Eodem ferè sensu apost. 1 Cor. iv, 31, sermonis etiam ἀταξίαν reprehendens, hoc verbo utitur; ἵνα πάντες μανθάνωσιν, *ut omnes discant*, i. e. loquentis cujusque orationem, *percipiant*, atque *intelligant*.

ται; Οὐ μὰ Δί', ἔφη. Ἀλλὰ πῶς ποιεῖ; [a] Διψῶν παύεται· ἄλλο δὲ κακὸν οὐδὲν πάσχει· οὐ γὰρ, οἶμαι, ὦ παππε, Σάκας αὐτῷ οἰνοχοεῖ. Καὶ ἡ μήτηρ εἶπεν. Ἀλλὰ τί ποτε σὺ, ὦ παῖ, ὅτῳ τῷ Σάκᾳ πολεμεῖς; Τὸν δὲ Κῦρον εἰπεῖν, Ὅτι, νὴ Δία, φάναι, μισῶ αὐτόν· πολλάκις γάρ με πρὸς τὸν πάππον ἐπιθυμοῦντα προσδραμεῖν, οὗτος ὁ μιαρώτατος ἀποκωλύει. Ἀλλὰ ἱκετεύω, φάναι, ὦ παππε, δός [b] μοι τρεῖς ἡμέρας ἄρξαι αὐτοῦ. Καὶ τὸν Ἀστυάγην εἰπεῖν, Καὶ πῶς δὴ ἂν ἄρξαις αὐτοῦ; Καὶ τὸν Κῦρον φάναι, Στὰς ἄν, ὥσπερ ἔστος, ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ, ἔπειτα ὁπότε βάλοιτο εἰσιέναι ἐπ' ἄριστον, λέγοιμ' ἄν, ὅτι οὔπω δυνατὸν τῷ ἀρίστῳ ἐντυχεῖν· σπουδάζει γὰρ πρός τινας. Εἶθ' ὁπόταν ἥκῃ ἐπὶ τὸ δεῖπνον, λέγοιμ' ἄν, ὅτι λοῦται. Εἰ δὲ πάνυ σπουδάζοι φαγεῖν, εἴποιμ' ἄν, ὅτι παρὰ ταῖς γυναιξίν ἐστιν· ἕως [a] παρατείναιμι τοῦτον, ὥσπερ ἔστος ἐμὲ παρατείνει, ἀπὸ σοῦ κωλύων. Τοιαύτας μὲν αὐτοῖς εὐθυμίας παρεῖχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ· τὰς δὲ ἡμέρας, εἴ τινος αἴσθοιτο δεόμενον ἢ τὸν πάππον, ἢ τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφὸν, χαλεπὸν

bit, nonne inebriatur? Non profectò, inquit. Quomodo ergo agit? Sitire desinit: nec aliud quidquam mali patitur: non enim, opinor, ave, Sacas ei pocula ministrat. Ibi mater ait, Quid verò causæ est, cur Sacam usque adeò oppugnes? Quoniam profectò, inquit Cyrus, eum odi: nam me sæpiùs ad avum accurrere percupientem, impurissimus iste prohibet. Sed obsecro, te, inquit, ave, da mihi ut triduum ego imperium in ipsum exerceam. Et Astyages ait, Quânam verò ratione ei imperitares? Respondit autem Cyrus, Stans equidem, quemadmodùm iste, in aditu, deindè ubi ad prandium vellet ingredi, dicerem, nondum fieri posse ut prandio interesset: nam cum quibusdam de seriis rebus agit. Post ubi ad cœnam veniret, dicerem, quòd lavatur. Sin magno edendi desiderio teneretur, dicerem, eum esse apud mulieres; donec hunc ego ità cruciem, ut ipse me cruciat, ab aditu ad te prohibens. Talia quidem illis oblectamenta in cœnâ præbebat: interdiù verò, si quâ re aut avum aut avunculum indigere perciperet, haud facile erat ut aliorum quisquam

a Διψῶν παύεται.] Phrasis hîc planè gemina, in quâ participium eleganter loco infinitivi positum, occurrit, Luc. v, 4, Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν.

b Δός μοι] *Hoc mihi beneficium concede. Fac mihi hanc potestatem.* Atque ità filii Zebedæi Christum supplices compellârunt, Marc. x, 37, Δὸς ἡμῖν, &c. Eâdem notione *dare* Latinis quoque usurpatur.

c Ἕως παρατείναιμι] Eam hujus verbi interpretationem amplector, quam Causabonus (Animad. in Athen. p. 285) affert: propriè enim (ut is) *extensionem* significat; quoniam autem tormentis corpora extenduntur, παρατείνειν solet accipi simpliciter pro *torquere*, aut quoquomodo *cruciare*

ἦν ἄλλον φθάσαι τοῦτο ποιήσαντα· ὅ, τι γὰρ δύναιτο ὁ Κῦρος, ὑπερέχαιρεν αὐτοῖς χαριζόμενος.

Ἐπειδὴ δὲ ἡ Μανδάνη παρεσκευάζετο ὡς ἀπιοῦσα πάλιν πρὸς τὸν ἄνδρα, ἐδεῖτο αὐτῆς ὁ Ἀσυάγης καταλιπεῖν τὸν Κῦρον. Ἡ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι βούλοιτο μὲν ἂν ἅπαντα τῷ πατρὶ χαρίζεσθαι, ἄκοντα μέντοι τὸν παῖδα χαλεπὸν νομίζειν εἶναι καταλιπεῖν. Ἔνθα δὴ ὁ Ἀσυάγης λέγει πρὸς τὸν Κῦρον, Ὦ παῖ, ἢν μένῃς παρ' ἐμοί, πρῶτον μὲν τῆς παρ' ἐμὲ εἰσόδου σοι ὁ Σάκας ἄρξει, ἀλλ' ὁπόταν βούλῃ εἰσιέναι ὡς ἐμέ, ἐπί σοι ἔσαι· καὶ χάριν σοι, ἔφη, μᾶλλον εἴσομαι, ὅσῳ ἂν πλεονάκις εἰσίῃς ὡς ἐμέ. Ἔπειτα δὲ, ἵπποις τοῖς ἐμοῖς χρήσῃ, καὶ ἄλλοις ὁπόσοις ἂν βούλῃ· καὶ ὅταν ἀπίῃς, ἔχων ἄπει ὃς ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς. Ἔπειτα δὲ, ἐν τῷ δείπνῳ, ἐπὶ τὸ μετρίως σοι δοκεῖν ἔχειν, ὁποίαν βούλει ὁδὸν πορεύσῃ. [a] Ἔπειτα, τάτε νῦν [b] ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία δίδωμί σοι, καὶ ἄλλα παντοδαπὰ συλλέξω, ἃ σὺ, ἐπειδὰν τάχιστα ἱππεύειν μάθῃς, διώξῃ, ἢ

in eâ peragendâ ipsum anteverteret: mirificè enim lætabatur Cyrus, si quâ in re eis gratificari posset.

At cùm jam Mandane reditum ad virum suum pararet, orabat eam Astyages, Cyrum ut relinqueret. Ea verò respondit, se velle quidem patri in omnibus gratificari, veruntamen difficile esse existimare, puerum invitum relinquere. Tum verò ad Cyrum ait Astyages, O fili, si apud me manseris primùm quidem in me adeundo Sacas tibi non imperabit, sed in tuâ erit potestate, ad me, quandocunque volueris, accedere; et quo sæpiùs accesseris, eo majorem, inquit, tibi gratiam habebo. Deindè, equis meis uteris, et aliis quotcunque volueris; et cùm abibis, duces tecum quos ipse volueris. Insuper verò, in cœnâ, ad id quod intra mediocritatem consistere tibi videbitur, quamcunque libebit viam tenebis. Prætereà, et quæ nunc in hortis sunt feras tibi do, et alias cujusque generis colligam, quas tu, cùm primùm equitare didiceris, agitabis, et

a Ἔπειτα, τάτε] Vulgò legitur, Ἔπειτα τάτε, perperam. Facilè quidem ultima prioris vocis syllaba excidere potuit, ob similem proximè sequentem. Series autem orationis, quæ ea continet illicia, quibus puerilem animum capi posse sperabat Astyages, ἔπειτα omnino postulat.

b Ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία] Feras paradisis inclusas alere, voluptatisque simul et corporis exercendi causâ agitare, consueverunt Persarum reges. Ità Xen. Anab. l. i, p. 146, Edit. Steph. de Celænis. Ἐνταῦθα Κύρῳ βασίλεια ἦν, καὶ παράδεισος μέγας, ἀγρίαν θηρίαν πλήρης· ἃ ἐκεῖνος ἐθήρευεν ἀπὸ ἵππου, ὁπότε γυμνάσαι βούλοιτο, &c. Philostrat. de Vit. Apoll. p. 46, c. xxxviii. Μέλλων δέ ποτε πρὸς θήραν γίγνεσθαι τῶν ἐν τοῖς παραδείσοις χωρίων (veriùs fortassè, θηρίων) ἐς οὓς λέοντες ἀπόκεινται, &c. Et Q. Curt. pro suâ, quæ hujusmodi datâ occasione semper ferè elucet, elegantiâ, lib. viii, p. 565 et 566, Edit. Snakenb. *Barbaræ opulentiæ in illis locis haud ulla sunt majora indicia, quàm magnis nemoribus saltibusque nobilium ferarum greges clausi. Spatiosas ad hoc eligunt sylvas, crebris perennium aquarum fontibus amœnas*, &c.

τοξεύων καὶ ἀκοντίζων καταβαλεῖς, ὥσπερ οἱ μεγάλοι ἄνδρες. Καὶ παῖδας δέ σοι ἐγὼ συμπαίκτορας παρέξω· καὶ ἄλλα ὅσα ἂν βάλῃ λέγων πρὸς ἐμὲ οὐκ ἀτυχήσεις. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Ἀστυάγης, ἡ μήτηρ διηρώτα τὸν Κῦρον, πότερα βούλοιτο μένειν, ἢ ἀπιέναι. Ὁ δὲ οὐκ ἐμέλλησεν, ἀλλὰ ταχὺ εἶπεν, ὅτι μένειν βούλοιτο. Ἐπερωτηθεὶς δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς μητρὸς, Διὰ τί; Εἰπεῖν λέγεται, Ὅτι οἴκοι μὲν τῶν ἡλίκων καὶ εἰμὶ καὶ δοκῶ κράτιστος εἶναι, ὦ μῆτερ, καὶ τοξεύων καὶ ἀκοντίζων· ἐνταῦθα δὲ εὖ οἶδα ὅτι ἱππεύων ἥττων εἰμὶ τῶν ἡλίκων· καὶ τοῦτο, εὖ ἴσθι, ἔφη, ὦ μῆτερ, ὅτι ἐμὲ πάνυ ἀνιᾷ. Ἢν δέ με καταλίπῃς ἐνθάδε, καὶ μάθω ἱππεύειν, ὅταν μὲν ἐν Πέρσαις ὦ, οἶμαί σοι ἐκείνους τοὺς ἀγαθοὺς τὰ πεζικὰ ῥᾳδίως νικήσειν· ὅταν δὲ εἰς Μήδους ἔλθω ἐνθάδε, πειράσομαι τῷ πάππῳ ἀγαθῶν ἱππέων κράτιστος ὢν ἱππεύς, συμμαχεῖν [a] αὐτῷ. Τὴν δὲ μητέρα εἰπεῖν, Τὴν δὲ δικαιοσύνην, ὦ παῖ, πῶς μαθήσῃ ἐνθάδε, ἐκεῖ ὄντων σοι τῶν διδασκάλων; Καὶ τὸν Κῦρον φάναι, Ἀλλ', ὦ μῆτερ, ἀκριβῶς ταύτην γε οἶδα. Πῶς σὺ οἶσθα; εἰπεῖν τὴν Μανδάνην. Ὅτι, φάναι, ὁ διδάσκαλός με, ὡς ἤδη ἀκριβοῦντα τὴν δικαιοσύνην, καὶ ἄλλοις καθίσῃ δικάζειν. Καὶ

tum sagittis tum jaculis, quemadmodùm grandes viri consuevêre, prosternes. Collusores porrò tibi pueros præbebo; et alia quæcunque mihi velle te dixeris, nunquam non impetrabis. Hæc cùm dixisset Astyages, interrogavit Cyrum mater, manere vellet, an abire. Hîc autem nihil cunctatus est, sed celeriter, velle se manere, respondit. Rursùs verò à matre interrogatus, Quamobrem? Dixisse perhibetur, Quoniam domi quidem, mater, æqualium et sum et videor esse præstantissimus, sive sagittis sive jaculis mittendis; hîc autem probè novi me meis æqualibus equitando inferiorem esse, id quod, certò scias, mater, ait, me vehementer torquet. Quod si me hîc reliqueris, et equitare didicero, cùm quidem apud Persas fuero, puto me illos pedestrium certaminum peritos facilè superaturum: cùm verò huc ad Medos venero, bonorum equitum factus præstantissimus eques, avo auxilia ferre conabor. Ad justitiam, inquit mater, Quomodo hîc, fili, addisces, cùm tui illinc sint magistri? Responditque Cyrus, Equidem hanc, mater, accuratè calleo. Quî id tibi cognitum est? inquit Mandane. Quoniam me magister, ait, ut qui justitiam perfectè jam tenerem, vel aliis me judicem constituit. Atque

[a] Αὐτῷ] Redundat hic, ut mox post ἐκείνους, pronomen αὐτός. Immeritò igitur Pasor Gram. Nov. Test. p. 271, hoc more Hebræorum in Nov. Test. fieri censet, Mat. iv, 16, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς. Matt. viii, 1. Marc. vii, 25, atque alibi passim.

τοίνυν, φάναι, ἐπὶ μιᾷ πολὲ δίκῃ πληγὰς ἔλαβον, ὡς ὀρθῶς δικάσας. Ἦν δὲ ἡ δίκη τοιάδε· Παῖς μέγας μικρὸν ἔχων χιτῶνα, ἕτερον παῖδα μικρὸν, μέγαν ἔχοντα χιτῶνα, ἐκδύσας αὐτὸν, τὸν μὲν ἑαυτῷ ἐκεῖνον ἠμφίεσε, τὸν δὲ ἐκείνῳ αὐτὸς ἐνέδυ. Ἐγὼ γὲν τούτοις δικάζων, ἔγνων βέλτιον εἶναι ἀμφοτέροις τὸν ἁρμόζοντα ἑκάτερον ἔχειν χιτῶνα. Ἐν δὲ τούτῳ με ἔπαισεν ὁ διδάσκαλος, λέγων ὅτι ὁπότε μὲν καταφαθείην τὸν ἁρμόττοντος κριτὴς, οὕτω δέοι ποιεῖν· ὁπότε δὲ κρῖναι δέοι, ὁποτέρῳ ὁ χιτὼν εἴη, τοῦτ' ἔφη σκεπτέον εἶναι, τίς κλῆσις δικαία ἐστὶ· πότερα τὸν βίᾳ ἀφελόμενον ἔχειν, ἢ τὸν ποιησάμενον, ἢ πριάμενον κεκτῆσθαι. Ἔπειτα δὲ ἔφη τὸ μὲν νόμιμον, δίκαιον εἶναι· τὸ δὲ ἄνομον, βίαιον. Σὺν τῷ νόμῳ οὖν ἐκέλευε δεῖν τὸν δικασὴν τὴν ψῆφον τίθεσθαι. Οὕτως ἐγώ σοι, ἔφη, ὦ μῆτερ, τάγε δίκαια παντάπασιν οἶδα ἀκριβῶς· ἢν δέ τι ἄρα προσδέωμαι, ὁ πάππος με, ἔφη, ἔτος ἐπιδιδάξει. Ἀλλ' ὦ ταυτὰ, ἔφη, ὦ παῖ, παρά τε τῷ κάππῳ δίκαια, καὶ ἐν Πέρσαις ὁμολογεῖται. Οὗτος μὲν γὰρ τῶν ἐν Μήδοις πάντων δεσπότην ἑαυτὸν πεποίηκεν· ἐν Πέρσαις δὲ τὸ ἴσον ἔχειν δίκαιον νομίζεται. Καὶ ὁ σὸς πρῶτος παππὴρ τελαγμένα μὲν ποιεῖ, ἃ ποιεῖ τῇ πόλει· τελαγμένα

adeò, inquit, quâdam aliquando in lite plagas accepi, utpote qui minùs rectè judicâssem. Erat autem causa hujusmodi: Puer grandis, qui parvam habebat tunicam, alium parvum puerum, cui magna erat tunica, exuit; ac suam quidem illi circumdedit, illius autem ipse vestem induit. Ego igitur horum causam judicans, statui ambobus esse melius, ut uterque tunicam sibi congruentem haberet. At hîc me verberavit magister, qui diceret ità faciendum esse, siquando de eo quod congrueret judex essem constitutus; cùm verò judicandum fuerit, utrius esset tunica, hoc, inquit, considerandum esset, quæ possessio justa sit: utrum ut is qui vi abstulit haberet, an qui à se factam, emptamve possideret. Deindè subjiciebat id esse justum, quod legibus constitutum esset; quòd verò contra leges violentum. Quare secundùm legem jubebat sententiam semper esse à judice ferendam. Ità ego sanè, mater, ait, jura omninò accuratè calleo: quòd si quid fortè prætereà mihi opus fuerit, avus, inquit, hic meus id mè insuper docebit. Atqui, fili, inquit, non eadem justitiæ ratio apud avum et apud Persas est consensu pari recepta. Hic enim omnium apud Medos se dominum constituit; apud Persas verò id justum ducitur, æquo ut quisque jure cum cæteris vivat. Ac tuus adeò pater primus ex præscripto præstat, quæ præstat civitati; præscripta

δὲ λαμβάνει· μέτρον δὲ αὐτῷ οὐχ ἡ ψυχὴ, ἀλλ' ὁ νόμος ἐστίν· Ὅπως [a] ἂν μὴ ἀπολῇ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι εἶῃς, ἂν παρὰ τούτου μαθὼν ἥκῃς [b] ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ τὸ τυραννικὸν, ἐν ᾧ ἐστι τὸ πλέον οἴεσθαι χρῆναι ἁπάντων ἔχειν. Ἀλλ' ὅγε σὸς πατὴρ, εἶπεν ὁ Κῦρος, δεινότερός ἐστιν, ὦ μῆτερ, διδάσκειν μεῖον ἢ πλεῖον ἔχειν. Ἦ οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι καὶ Μήδους ἅπαντας δεδίδαχεν ἑαυτοῦ μεῖον ἔχειν; Ὥσε θάρσει, ὡς ὁ σός γε πατὴρ ἧττε ἄλλον οὐδένα, ἧτ' ἐμὲ πλεονεκτεῖν μαθόντα ἀποπέμψεται.

Τοιαῦτα μὲν δὴ πολλὰ ἐλάλει ὁ Κῦρος· τέλος δὲ, ἡ μὲν μήτηρ ἀπῆλθε, Κῦρος δὲ κατέμενε, ἧ αὐτοῦ ἐτρέφετο. Καὶ ταχὺ μὲν τοῖς ἡλικιώταις συνεκέκραστο, ὥσε οἰκείως διακεῖσθαι· ταχὺ δὲ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀνήρτητο προσιὼν, καὶ ἔνδηλος ὢν ὅτι ἠσπάζετο αὐτῶν τοὺς υἱεῖς· ὥσε καὶ εἴ τι τοῦ βασιλέως δέοιντο, τοὺς παῖδας ἐκέλευον Κύρου δεῖσθαι διαπράξασθαι σφίσιν. Ὁ δὲ Κῦρος, ὅ,τι δέοιντο αὐτῷ οἱ παῖδες, διὰ τὴν φιλανθρωπίαν ἧ φιλοτιμίαν,

etiam accipit: ac norma ei, non animi libido, sed lex est. *Cave igitur*, nè flagris cæsus pereas, cùm domi fueris, si redeas, pro regiâ, tyrannicam disciplinam ab hoc edoctus, cujus quidem *disciplinæ* hoc proprium est, ut statuat, plus oportere unum quàm alios omnes habere. At iste certè pater tuus, inquit Cyrus, aptior est omninò, mater, ad docendum ut minus, quàm ut plus, quis habeat. Annon vides, ait, eum Medos omnes minus habere docuisse quàm se? Quare noli metuere, nè pater hicce tuus vel me, vel alium quenquam ità edoctum à se dimittat, ut plura, quàm alii, possidere studeat.

Hujusmodi quidem multa loquebatur Cyrus: tandemque, mater abiit, remansit Cyrus, ibíque educabatur. Et quidem in æqualium suorum consuetudinem brevi se insinuavit ità, ut familiariter iis uteretur; brevíque sibi eorum patres cum visendo devinxit, tum manifestè ostendendo se filios eorum valdè diligere: adeò ut si quâ in re regis ope indigerent, filios Cyrum rogare juberent, ut id sibi conficeret. Cyrus autem, quicquid eum rogarent pueri, pro humanitate suâ gloriæque cupiditate,

a Ὅπως οὖν μὴ, &c.] Ὅπως μὴ, ἐλλειπτικῶς, sive *præcipiendo*, sive *vetando*, dici solet, subaud. ὄρα, φυλάττῃ, aut alio his simili verbo. Eandem ferè Atticam ellipsin apostoli concisa illa præ se fert oratio, Ephes. v, 33, ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα. sc. *id præstet*, seu, *videto* ut, &c. Et, 1 Tim. i, 3, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ, &c. subintell. οὕτω ποίησον, aut aliâ quàpiam idem significante phrasi, *ità facito*, *vide*.

b Ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ τὸ τυραννικὸν] Rectè quidem Mandane filium sibi cavere monet, nè, Medorum imbutus disiplinâ, tyrannum potiùs quàm regem se tandem præstaret. Prioris enim est, contrà quàm pateretur reipublicæ apud Persas administrandæ ratio, jura sibi nata negare: et, ut Aristot. in Ethic. Nicom. p. 365, Ed. Oxon. τὸ ἑαυτῷ συμφέρον σκοπεῖν ejusque imperium idem appellat, lib. iii, Polit. p. 346, tom. ii, Ed. Par. παρέκβασιν τῆς βασιλείας.

περὶ παντὸς ἐποιεῖτο διαπράττεσθαι. Καὶ ὁ Ἀστυάγης δὲ, ὅ,τι δέοιτο αὐτοῦ ὁ Κῦρος, οὐδὲν ἐδύνατο ἀντιλέγειν, μὴ οὐ χαρίζεσθαι. Καὶ γὰρ ἀσθενήσαντος αὐτοῦ, οὐδέποτε ἀπέλειπε τὸν πάππον, οὐδε κλαίων ποτὲ ἐπαύετο· δῆλός τε ἦν πᾶσιν ὅτι ὑπερεφοβεῖτο, [a] μή οἱ ὁ πάππος ἀποθάνοι. Καὶ γὰρ ἐκ νυκτὸς εἴ τινος δέοιτο Ἀστυάγης, πρῶτος ἠσθάνετο Κῦρος, καὶ πάντων ἀοκνότατα ἀνεπήδα ὑπηρετήσων ὅ,τι οἴοιτο χαριεῖσθαι· ὥστε πανταπασιν ἀνεκτήσατο τὸν Ἀστυάγην.

Καὶ ἦν μὲν ἴσως ὁ Κῦρος πολυλογώτερος, ἅμα μὲν διὰ τὴν παιδείαν, ὅτι ἠναγκάζετο ὑπὸ τοῦ διδασκάλου καὶ διδόναι λόγον ὧν ἐποίει, καὶ λαμβάνειν παρ' ἄλλων, [b] ὁπότε δικάζοι· ἔτι δὲ καὶ διὰ τὸ φιλομαθὴς εἶναι, πολλὰ μὲν αὐτὸς ἀεὶ τὰς παρούσας ἀνηρώτα, πῶς ἔχοντα τυγχάνοι· καὶ ὅσα αὐτὸς ὑπ' ἄλλων ἐρωτῷτο, διὰ τὸ ἀγχίνους εἶναι, ταχὺ ἀπεκρίνετο· ὥστε ἐκ πάντων τούτων ἡ πολυλογία συνελέγετο αὐτῷ. Ἀλλ' ὥσπερ γὰρ ἐν σώμασιν, ὅσοι νέοι ὄντες μέγεθος ἔλαβον, ὅμως ἐμφαίνεταί τι αὐτοῖς

illud supra omnia spectabat, ut effectum daret. Atque Astyages ipse, quicquid ab eo Cyrus peteret, recusare nihil poterat, quo minùs ei gratificaretur. Etenim cùm ægrotârat, nunquam ab avo discedebat, neque plorare unquam desinebat: ac palam omnibus indicavit se valdè pertimescere, nè moreretur avus. Noctu enim si quâ re Astyages indigeret, primus sentiebat Cyrus, et omnium impigerrimus exiliebat subministraturus omnia quæ grata fore putaret: adeò ut Astyagem penitùs sibi devinxerit.

Et erat quidem Cyrus paulò fortasse loquacior, partim ob institutionem, quòd à magistro et eorum quæ fecerat rationem reddere cogeretur, et ab aliis accipere, quoties jus diceret: partim quòd, cùm discendi studiosus esset, de multis ipse rebus solebat eos, quibuscum erat, interrogare, quomodò se haberent; et ad ea quæcunque alii ab ipso quærerent, ob ingenii acumen, continuò respondebat: ità ut ex his omnibus loquacitas ei colligeretur. Sed quemadmodùm in corporibus, quotquot in adolescentiâ grandes facti sunt, apparet tamen in iis

a Μή οἱ ὁ πάππος, &c.] Ornatui, hoc loco, soli inserit pronom. enclit. οἱ, ut et aliæ alibi solent particulæ, quas ut reddamus, Latinæ linguæ ratio non patitur. Et iis sanè in interpretandâ quâvis periodo omissis, sic satis constabit sententia, constabit et constructio. Id verò si inter legendum fiat, Graia mox perit venustas; et aures sermoni Attico adsuetæ gratiam orationis haud parum imminutam sentient.

b Ὁπότε δικάζοι] Hactenùs in plerisque editis, ἃ δικάζοι. Alteram tamen illam lectionem haud cunctanter recepi, præsertim cùm omnium ferè emendatiorum librorum margines, et Cod. etiam Bodl. eam agnoscant. Atque eâ quidem admissâ, expedita magis fit sententia, et iis, quæ de Cyro judicium exercente, præcesserant, consentanea.

νεαρὸν, ὃ καληγορεῖ τὴν ὀλιγοετίαν· οὕτω καὶ Κύρου ἐκ τῆς πολυλογίας οὐ θράσος διεφαίνετο, ἀλλ' ἁπλότης καὶ φιλοστοργία· ὥστε ἐπιθυμίαν τις εἶχεν ἔτι πλείω ἀκούειν αὐτοῦ, ἢ σιωπῶντι παρεῖναι. Ὡς δὲ προῆγεν ὁ χρόνος αὐτὸν, σὺν τῷ μεγέθει, εἰς ὥραν τοῦ πρόσηβον γενέσθαι, ἐν τούτῳ δὴ τοῖς μὲν λόγοις βραχυτέροις ἐχρῆτο, καὶ τῇ φωνῇ ἡσυχαιτέρᾳ· αἰδοῦς δὲ ἐνεπίμπλατο, ὥστε καὶ ἐρυθαίνεσθαι, ὁπότε συντυγχάνοι τοῖς πρεσβυτέροις· καὶ τὸ σκυλακῶδες, [a] τὸ πᾶσιν ὁμοίως προσπίπτειν, οὐκέτι ὁμοίως προπετῶς εἶχεν. Οὕτω δὲ ἡσυχαίτερος μὲν ἦν, ἐν δὲ ταῖς συνουσίαις πάμπαν ἐπίχαρις. Καὶ γὰρ ὅσα διαγωνίζονται πολλάκις ἥλικες πρὸς ἀλλήλους, [b] οὐχ ἃ κρείσσων ᾔδει ὤν, ταῦτα προὐκαλεῖτο τοὺς συνόντας, ἀλλ' ἅπερ εὖ ᾔδει ἑαυτὸν ἥττονα ὄντα, ταῦτα ἐξῆρχε, φάσκων κάλλιον αὐτῶν ποιήσειν. Καὶ κατῆρχεν ἤδη ἀναπηδὼν ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἢ διακοντιούμενος, ἢ διατοξευσόμενος ἀπὸ τῶν ἵππων, οὔπω πάνυ ἔποχος ὤν· ἡττώμενος δὲ, αὐτὸς ἐφ'

juvenile quiddam, quod annorum paucitatem arguit; ità quoque ex Cyri loquacitate non audacia perlucebat, sed simplicitas et magna quædam ad amorem propensio: ut ex eo quis plura adhuc audire magìs optaret, quàm tacenti adesse. Postquàm verò tempus eum, unà cum auctâ corporis mole, ad ætatem produxerat, quâ pubertatem jam attingeret, tum paucioribus quidem verbis, vocéque sedatiori utebatur; atque verecundiæ adeò plenus erat, ut etiam erubesceret, cùm obvius fieret senioribus: nec jam ampliùs catulorum illum morem, quo nempè omnibus similiter assultando solent alludere, temerè itidem retinuit. Atque ità quietior sanè fiebat, at in congressibus omnino pergratus. Nam quæcunque inter æquales sæpenumerò solent esse certamina, in his non ad ea socios suos provocabat, quæ se meliùs tenere noverat, sed in quibus se inferiorem esse certò sciret, eorum auctor erat, se meliùs illis facturum inquiens. Jamque adeò in equos insilire incipiebat, vel jacula, vel sagittas ex equis emissurus, cùm necdum equo aptè insidere admodùm sciret: quòd si vinceretur, ipse sibi plu-

a Τὸ πᾶσιν, &c.] Sic, vel optimis repugnantibus libris, emendari locum hunc debere censui. Τῷ enim illud, quod anteà legebatur, ad τὸ σκυλακῶδες neutiquam referri potest; cùm tamen id postulet loci sententia. Monendus etiam est lector, in quibusdam editis vocem ὁμοίως, proximè sequentem omitti; eâ forsan de causâ, quod eadem mox iterum occurrit. Sed, nec adeò incondita est repetitio, ut ad eam vitandam delenda sit altera ὁμοίως; nec quidem absque sensûs detrimento utravis abesse posse videtur.

b Οὐχ ἃ κρείσσων ᾔδει ὤν] Ex Cyro exempla sibi sumant adolescentes; iis, in exercendis excolendísque sive corporis sive animi facultatibus, quod foret utilissimum. Ea quippe sese gerendi ratio, generosiorem spirat indolem, animumque indicat non ostentare vires, sed promovere, ultráque prodire, cupientem. Atque ità ferè Pompeius, auctore Sallust. Histor. Fragment. lib. vi, p. 88, Ed. Cant. *cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat.*

ἑαυτοῦ μάλιστα ἐγέλα. Ὡς δ' οὐκ ἀπεδίδρασκεν, ἐκ τοῦ ἡδέως ἅπτεσθαι, εἰς τὸ μὴ ποιεῖν ἃ ἠπόρει, ἀλλ' ἐκαλινδεῖτο ἐν τῷ πειρᾶσθαι αὖθις βέλτιον ποιεῖν, ταχὺ μὲν εἰς τὸ ἴσον ἀφίκετο τῇ ἱππικῇ τοῖς ἡλικιώταις· ταχὺ δὲ παρῆει, διὰ τὸ ἐρᾶν τοῦ ἔργου· ταχὺ δὲ τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἀνηλώκει, διώκων καὶ βάλλων οὐ καλὰ καὶ καινά· ὥστε ὁ Ἀστυάγης οὐκέτ' εἶχεν αὐτῷ συλλέγειν θηρία. Καὶ ὁ Κῦρος αἰσθόμενος ὅτι βουλόμενος οὐ δύναιτό οἱ ζῶντα παρέχειν, πολλάκις ἔλεγε πρὸς αὐτὸν, Ὦ πάππε, τί σε δεῖ θηρία ζητοῦντα πράγματα ἔχειν; Ἀλλὰ ἢν ἐμὲ ἐκπέμπῃς ἐπὶ θήραν σὺν τῷ θείῳ, νομιῶ, ὅσα ἂν ἴδω θηρία, σέ μοι ταῦτα τρέφειν. Ἐπιθυμῶν δὲ σφόδρα ἐξιέναι ἐπὶ τὴν θήραν, οὐκεθ' ὁμοίως λιπαρεῖν ἐδύναιτο, ὥσπερ παῖς ὤν, ἀλλ' ὀκνηρότερον προσήει. Καὶ ἃ πρόσθεν τῷ Σάκᾳ ἐμέμφετο, ὅτι οὐ παρίει αὐτὸν πρὸς τὸν πάππον, αὐτὸς ἤδη Σάκας ἑαυτῷ ἐγίγνετο· ἃ γὰρ προσήει, εἰ μὴ προΐδοι, εἰ καιρὸς εἴη· καὶ τοῦ Σάκα ἐδεῖτο πάντως σημαίνειν αὐτῷ, ὁπότε [a] ἐν καιρῷ εἴη εἰσιέναι, καὶ ὁπότε ὀκ ἐν καιρῷ· ὥστε ὁ Σάκας ἤδη ὑπερεφίλει αὐτὸν, ὥσπερ οἱ ἄλλοι πάντες.

Ἐπεὶ δ' οὖν ἔγνω ὁ Ἀστυάγης σφόδρα αὐτὸν ἐπιθυμοῦντα τῆς

rimùm ridens illudebat. Et cùm, propterea quòd superaretur, haudquaquam defugeret ea agere in quibus fuerat inferior, sed assiduè in experiendo versaretur, si rursùs posset eadem peritiùs facere, brevi quidem assequutus est, ut equitando par esset æqualibus; brevi etiam, ob rei studium, à tergo *eosdem* reliquit: brevi denique feras quæ in hortis erant, persequendo, feriendo, interimendo, confecit; ità ut Astyages undè feras ei colligeret ampliùs non haberet. Cyrus autem cùm sensisset, non posse *avum*, tametsi cuperet, vivas sibi feras præbere, *ità* eum sæpe alloquebatur, Quid opus est, ave, tibi molestiam in conquirendis feris creari? Si modò me cum avunculo venatum emiseris, putaverim, quascunque feras videro, eas te mihi alere. Cùm autem vehementer cuperet ad venationem egredi, non ampliùs ità, ut cùm puer esset, efflagitare poterat, sed cunctantiùs avum adibat. Et quæ anteà Sacæ vitio vertebat, quòd eum ad avum non admitteret, in iis jam sibi ipse fiebat Sacas: non enim adibat, nisi prævidisset, an esset tempestivum: Sacamque rogabat, omnino sibi significaret, quando accedendi tempus opportunum esset, et quando non esset: itaque jam Sacas eum, perindè atque omnes alii, mirificè diligebat.

Postquam igitur cognovit Astyages vehementer eum extra hortorum

a Ὁπότε ἐν καιρῷ] Phrasin ipsam eodem sensu habet, Luc. xx, 10, Καὶ ἐν καιρῷ ἀπέστειλε, &c. tempore, sc. colligendis fructibus opportuno.

ἔξω θήρας, ἐκπέμπει αὐτὸν σὺν τῷ θείῳ, καὶ φύλακας συμπέμπει ἐφ' ἵππων πρεσβυτέρους, ὅπως ἀπὸ τῶν δυσχωριῶν φυλάττοιεν αὐτὸν, ἢ εἴ τῶν ἀγρίων τι φανείη θηρίων. Ὁ οὖν Κῦρος τῶν ἑπομένων προθύμως ἐπυνθάνετο, ὁποίοις οὐ χρὴ θηρίοις πελάζειν, καὶ ὁποῖα χρὴ θαῤῥοῦντα διώκειν. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι ἄρκτοι τε πολλὰς ἤδη πλησιάσαντας διέφθειραν, ἢ λέοντες ἢ κάπροι ἢ παρδάλεις· αἱ δὲ ἔλαφοι, καὶ δορκάδες, καὶ ἄγριοι ὄϊες, καὶ οἱ ὄνοι οἱ ἄγριοι, ἀσινεῖς εἰσιν. Ἔλεγον δὲ ἢ τῆτο, τὰς δυσχωρίας ὅτι δέοι φυλάττεσθαι ἥδιον ἢ τὰ θηρία· πολλοὺς γὰρ [a] ἤδη αὐτοῖς τοῖς ἵπποις καλακρημνισθῆναι. Καὶ ὁ Κῦρος ταῦτα πάντα ἐμάνθανε προθύμως· ὡς δὲ εἶδεν ἔλαφον ἐκπηδήσασαν, πάντων ἐπιλαθόμενος ὧν ἤκουεν, ἐδίωκεν, οὐδὲν ἄλλο ὁρῶν ἢ ὅποι ἔφευγε. Καί πως διαπηδῶν αὐτῷ ὁ ἵππος πίπτει εἰς γόνατα, ἢ μικρᾷ κἀκεῖνον [b] ἐξετραχήλισεν· οὐ μὴν ἀλλ' ἐπέμενεν ὁ Κῦρος μόλις πως, ἢ ὁ ἵππος ἐξανέστη. Ὡς δὲ εἰς τὸ πεδίον ἦλθεν, ἀκοντίσας καταβάλλει τὴν ἔλαφον, [c] καλόν τι χρῆμα καὶ μέγα.

septa venari cupere, emittit eum unà cum avunculo, et custodes simul mittit in equis ætate provectiores, qui eum à locis impeditis servarent, atque à ferocioribus bestiis, si qua appareret. Cyrus igitur alacri animo comites percunctatus est, quibusnam feris appropinquandum non esset, quásve oporteret audacter insequi. Hi autem dicebant, ursos complures olim qui propiùs ad eos accesserant dilaniâsse, itemque leones et apros et pardos: cervas autem, et capreas, et oves sylvestres, et asinos sylvestres, nihil nocere. Addebant et illud, impedita loca nihilo minùs quàm bestias esse cavenda; multos enim aliquando unà cum ipsis equis per prærupta loca præcipites corruisse. Hæc sanè Cyrus omnia promptè discebat: ut verò cervam exilientem vidisset, oblitus omnium quæ audierat, insequebatur, nihil aliud spectans quàm quò fugeret. At equus ejus nescio quomodo prosiliens concidit in genua, parumque abfuit quin et illum de collo præcipitârit: verùm enimverò Cyrus cum quâdam difficultate inhæsit, et equus exsurrexit. Postquam autem in planitiem venit, cervam jaculo vibrato sternit, pulchram sanè bestiam magnamque.

a Ἤδη αὐτοῖς τοῖς ἵπποις] Hîc loci præpos. σὺν ellipsin patitur: quæ deest etiam, eodem planè modo, Apocal. viii, 4. Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων.

b Ἐξετραχήλισεν] Ad hunc locum multa congessit Stephanus, quem sic tandem reddit, *et parum adfuit quin ei excusso collum, vel cervicem, fregerit.* Lexicogr. autem ità ἐκτραχηλίζω, et ἐξετραχηλισθῆναι interpretantur, ut nunc *excutiendi*, nunc *collum frangendi* notionem, iis tribuant; non verò, ut vult Stephanus, utramque simul. Mihi quidem videtur Xenoph. id solum voluisse, equum, nempè, in genua lapsum de cervice suâ tantùm non præcipitâsse Cyrum. Adeò ut locus intelligi debeat, non tam de *frangendi colli*, quàm de *cadendi* periculo. Nam mox sequitur, ἢ μὴν ἀλλ' ἐπέμενεν ὁ Κῦρος μόλις πως, &c.

c Καλόν τι χρῆμα] Vox χρῆμα, quæ *in*

Ὁ μὲν δὴ ὑπερέχαιρεν· οἱ δὲ φύλακες προσελάσαντες, ἐλοιδόρουν αὐτὸν, καὶ ἔλεγον εἰς οἷον κίνδυνον ἔλθοι· καὶ ἔφασαν καλεῖν αὐτὸ τῷ πάππῳ. Ὁ οὖν Κῦρος εἰσήκει, καίπερ δεδεγκὼς, καὶ ἀκούων ταῦτα ἡνιᾶτο. Ὡς δ' ἤσθετο κραυγῆς, ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὸν ἵππον, ὥσπερ ἐνθουσιῶν· καὶ ὡς εἶδεν ἐκ τοῦ ἐναντίου κάπρον προσφερόμενον, ἀντίος ἐλαύνει· καὶ διαλειπόμενος εὐσόχως, βάλλει εἰς τὸ μέτωπον, καὶ καίεσχε τὸν κάπρον. Ἐνταῦθα μέν τοι ἤδη καὶ ὁ θεῖος αὐτῷ ἐλοιδορεῖτο, τὴν θρασύτητα ὁρῶν. Ὁ δ' αὐτοῦ λοιδορουμένου, ὅμως ἐδεῖτο, ὅσα αὐτὸς ἔλαβε, ταῦτα ἐᾶσαι αὐτὸν δοῦναι εἰσκομίσαντα τῷ πάππῳ. Τὸν δὲ θεῖον εἰπεῖν φασὶν, Ἀλλ' ἦν αἴσθηται ὅτι ἐδίωκες, οὐ σοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμοὶ λοιδορήσεται, ὅτι σε εἴων. Κἂν βάληται, φάναι αὐτὸν, Μασιγωσάτω, ἐπειδάν γε ἐγὼ δῶ αὐτῷ. Καὶ σύ γε εἰ βάλει, ἔφη, ὦ θεῖε, τιμωρησάμενος ὅ,τι βάλει, τοῦτο ὅμως χάρισαί μοι. Καὶ ὁ Κυαξάρης μέντοι τελευτῶν εἶπε, Ποίει ὅπως βάλει· σὺ γὰρ νῦν γε ἡμῶν ἔοικας βασιλεὺς εἶναι. Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος εἰσκομίσας τὰ θηρία, ἐδίδου τε τῷ πάππῳ, καὶ ἔλεγεν, ὅτι αὐτὸς ταῦτα θηράσειεν ἐκείνῳ. Καὶ τὰ ἀκόντια ἐδείκνυε μὲν οὔ, κατέθηκε δὲ ἡμαλωμένα, ὅπου ᾤετο τὸν

Ipse igitur gaudio exsiliebat: at custodes cùm adequitâssent, eum objurgabant, indicabantque quantum in periculum devenisset: et ad avum rem se delaturos aiebant. Itaque Cyrus, cùm ex equo descendisset, constitit, et hæc audiens angebatur. Sed ubi clamorem exaudisset, in equum rursùs, entheo tanquam furore actus, insiliit: et cùm primùm aprum ex adverso irruentem cerneret, obviam equum incitat; jaculóque peritè contorto, frontem ferit, aprumque prostravit. Ibi verò eum avunculus etiam, visâ ejus audaciâ, reprehendit. At ille tamen ab eo ità reprehendente petiit, ut quæcunque ipse cepisset *animalia*, ad avum afferre ac ei dare se permitteret. Avunculum autem dixisse ferunt, At si te *hæc* insequutum esse sentiat, non te solùm, sed me etiam, qui permiserim, objurgabit. Etiam verberet, inquit ille, siquidem ità volet, postquam hæc ei dederim. Quin tu quoque, ait, avuncule, si licet, quodvis supplicium de me sumito, modò hoc mihi gratificeris. Et Cyaxares sanè tandem inquit, Ut voles, facito: quippe tu jam quidem rex noster esse videris. Atque ità Cyrus, illatis feris, et dabat avo, et se has ille venatum esse dicebat. Jacula verò non ille quidem ostendebat, cruenta tamen ibi deposuerat, ubi avum

rebus tractandis locum habere solet, ad res animatas veniustè migrat. Pari modo eandem adhibet Eurip. Phœnis. v. 206, Ed. Cant. Φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλείαν ἔφυ. Nec aliter Herod. l. i, p. 14, ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλύμπῳ συὸς χρῆμα γίνεσθαι μέγα.

πάππον ὄψεσθαι. Ὁ δὲ Ἀστυάγης ἆρα εἶπεν, Ἀλλ', ὦ παῖ, δέχομαι μὲν ἔγωγε ἡδέως, ὅσα μοι δίδως· οὐ μέντοι δέομαί γε τούτων ἀδενὸς, ὥστε σὲ κινδυνεύειν. Καὶ ὁ Κῦρος ἔφη, Εἰ τοίνυν μὴ σὺ δέῃ, ἱκετεύω, ὦ πάππε, ἐμοὶ δὸς αὐτὰ, ὅπως ἐγὼ διαδῶ τοῖς ἡλικιώταις. Ἀλλ', ὦ παῖ, ἔφη ὁ Ἀστυάγης, ἢ ταῦτα λαβὼν διαδίδου ὅτῳ σὺ βούλει, ἢ τῶν ἄλλων ὁπόσα ἐθέλεις. Καὶ ὁ Κῦρος λαβὼν, ἐδίδου τε ἆρα τοῖς παισὶ, ἢ ἅμα ἔλεγεν·

Ὦ παῖδες, ὡς ἄρα ἐφλυαροῦμεν, ὅτε τὰ ἐν τῷ παραδείσῳ θηρία ἐθηρῶμεν· ὅμοιον γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, οἷόνπερ εἴ τις δεδεμένα ζῶα θηρῷη. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν μικρῷ χωρίῳ ἦν· ἔπειτα ἢ μικρὰ ἢ ψωραλέα· ἢ τὸ μὲν αὐτῶν, χωλὸν ἦν· τὸ δὲ, κολοβόν. Τὰ δ' ἐν τοῖς ὄρεσι ἢ λειμῶσι θηρία, ὡς μὲν καλὰ, ὡς δὲ μεγάλα, ὡς δὲ λιπαρὰ ἐφαίνετο. Καὶ αἱ μὲν ἔλαφοι, ὥσπερ πτηναὶ, ἤλοντο πρὸς τὸν ἀρανόν· οἱ δὲ κάπροι, ὥσπερ τοὺς ἄνδρας φασὶ τοὺς ἀνδρείους, ὁμόσε ἐφέροντο· ὑπὸ δὲ τῆς πταλύτητος ἀδε ἁμαρτεῖν οἷόντε ἦν αὐτῶν· καλλίω δὲ, ἔφη, ἔμοιγε δοκεῖ ἢ τεθνηκότα ταῦτα εἶναι, ἢ ζῶντα ἐκεῖνα τὰ περιῳκοδομημένα. Ἀλλὰ ἆρα ἂν, ἔφη, ἀφεῖεν καὶ ὑμᾶς οἱ πατέρες ἐπὶ τὴν θήραν; Καὶ ῥᾳδίως γ' ἂν, ἔφασαν, εἰ Ἀστυάγης κελεύοι. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπε, Τίς ἂν οὖν ὑμῶν πρὸς Ἀστυάγην μνησθείη;

ea visurum putabat. Astyages autem inquit, Libenter equidem, fili, accipio, quæcunque mihi donas; sed horum tamen nullius sic egeo, ut tibi *propterea* periculum adeundum sit. Et Cyrus ait, Si ergo tu non eges, obsecro te, ave, ea mihi da, ut inter æquales distribuam. Sume verò, fili, respondit Astyages, et hæc, et ex aliis quæcunque volueris, et inter quos tibi visum fuerit distribue. Itaque Cyrus ea sumpta et pueris dabat, et simul dicebat:

O pueri, ut certè nugabamur, cùm feras illas in septis hortorum venaremur: simile enim mihi quidem esse videtur, quemadmodùm si quis ligata animalia venaretur. Primùm enim in angusto erant loco; deindè tenues et scabiosæ: et alia quidem earum clauda erant, alia mutila. Sed quæ in montibus feræ sunt et pratis, quàm sunt pulchræ, quàm magnæ, quàm nitidæ visæ! Atque cervæ quidem, tanquam volucres, ad cælum saltu tollebantur: apri verò, quemadmodùm fortes viros *facere* dicunt, adversi propè ferebantur: et præ latitudine fieri non posset, ut ab iis aberrares: pulchriores denique, ait, mihi quidem hæ *bestiæ* videntur esse vel mortuæ, quàm vivæ illæ septis inclusæ. Num verò, inquit, vos etiam parentes venatum ire permitterent? Et facilè quidem, aiunt illi, si Astyages jubeat. Et Cyrus inquit, Quis igitur vestrî apud Astyagem mentionem fecerit?

Τίς γὰρ ἂν, ἔφασαν, σὲ γε ἱκανώτερος πεῖσαι; Ἀλλὰ [a] μὰ τὸν Δία, ἔφη, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅστις ἄνθρωπος γεγένημαι· οὐδὲ γὰρ λέγειν οἷός τ' εἰμὶ, οὐδ' ἀναβλέπειν πρὸς τὸν πάππον [b] ἐκ τοῦ ἴσου ἔτι δύναμαι. Ἦν δὲ τοσοῦτον ἐπιδιδῶ, δέδοικα, ἔφη, μὴ πανλάπασι βλάξ τις καὶ ἠλίθιος γένωμαι. Παιδάριον δὲ ὢν, δεινόταλον λαλεῖν ἐδόκουν εἶναι. Καὶ οἱ παῖδες εἶπον, Πονηρὸν λέγεις τὸ πρᾶγμα, εἰ μηδὲ ὑπὲρ ἡμῶν, ἄν τι δέῃ, δυνήσῃ πράττειν, ἀλλ' ἄλλου τινὸς ἡμᾶς τὸ ἐπὶ σοὶ ἀνάγκη δεῖσθαι. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Κῦρος, ἐδήχθη· καὶ σιγῇ ἀπελθὼν, [c] διακελευσάμενος ἑαυτῷ τολμᾶν, εἰσῆλθεν, ἐπιβουλεύσας ὅπως ἂν ἀλυπόταλα εἴποι πρὸς τὸν πάππον, καὶ διαπράξειεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς παισὶν ὧν ἐδέοντο. Ἤρξατο οὖν ὧδε.

Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ πάππε, ἤν τις ἀποδράσῃ σῶν οἰκετῶν, καὶ λάβῃς αὐτὸν, Τί αὐτῷ χρήσῃ; Τί δὴ ἄλλο, ἔφη, ἢ δήσας ἐργάζεσθαι ἀναγκάσω; Ἦν δὲ αὐτόμολος σοι πάλιν ἐπέλθῃ, πῶς ποιήσεις; Τί

Quisnam, dixerunt illi, magìs ad persuadendum te fuerit idoneus? At profectò, inquit, ego quidem qui homo factus sim nescio: neque enim avum alloqui possum, neque jam ampliùs ex æquo quasi jure respicere. Quòd si tantum pudori *huic meo* accesserit, vereor, inquit, nè hebes fatuusque omnino fiam. At puerulus cùm essem, in loquendo acerrimus esse videbar. Tum dicebant pueri, Malè comparatam rem narras, si nè nostrâ quidem causâ, ubi quid opus fuerit, quicquam agere poteris, sed, quod in te est, id nobis ab alio quodam necessariò sit petendum. Hæc cùm audîsset Cyrus, animo angebatur; et cùm tacitus abiisset, séque ipse ad audendum hortatus esset, ingressus est, re secum deliberatâ, quâ ratione avum quàm minimâ cum molestiâ alloqueretur, sibíque ac pueris, quæ peterent, conficeret. Sic igitur orsus est.

Dic mihi, inquit, ave, si famulorum quis aufugerit, et eum prehenderis, quid de eo facturus sis? Quid aliud, ait, quàm ut vinctum opus facere cogam? At si sponte suâ ad te redierit, quid facies? Quid

a Ἀλλὰ μὰ τὸν Δία] Antea, μὰ τὴν Ἥραν. Sed hæc jurandi formula huic loco parum conveniat, sive Persarum sive Græcorum more loqui intelligatur Xenophon. Persis enim nullum erat numen, quod Junoni, quam Græci coluêre, respondeat. Apud hos autem mulieres solæ, et de maribus quotquot mulieres imitari vellent, per Deas jurare solebant. Ità ferè Phavor. ad particulam νή. Hæc insuper nostra lectio auctoritate MS. Bodl. firmatur, eamque omnes optimæ notæ impressi in orâ exhibent.

b Ἐκ τοῦ ἴσου] Interpret. hujus locutionis vim haud assecuti esse videntur. Sensus, uti opinor, est: Cyrum tandem ὑποπτήσσειν incipere, et revereri avum, quem non jam ampliùs, ut æqualis æqualem, adire atque alloqui sustinuit.

c Διακελευσάμενος ἑαυτῷ τολμᾶν] Stilo ferè poëtico, ea omnia, quæ de venatione campestri modò præcesserant, descripsit et animavit auctor. Hîc quoque ludit ejus ingenium; et puerum, non secùs ac Heroa quemvis Homerus, animum hortatu proprio excitantem inducit. Sic enim poëta solet:

Στῆθος δὲ πλήξας, κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ.
Τέτλαθι δὴ, κραδίη, &c. Odys. υ', v. 17, &c.

δὲ, ἔφη, ἢ μαστιγώσας αὐτόν γε, ἵνα μὴ αὖθις τοῦτο ποιῇ, ἔπειτα ἐξαρχῆς πάλιν αὐτῷ χρήσομαι; Ὥρα οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, παρασκευάζεσθαί σοι εἴη ὅτῳ μαστιγώσεις με, ὡς βουλευόμενόν γε ὅπως ἀποδρῶ, λαβὼν τοὺς ἐμοὺς ἡλικιώτας ἐπὶ θήραν. Καὶ ὁ Ἀστυάγης, [a] Καλῶς, ἔφη, ἐποίησας προειπών· ἔνδοθεν γὰρ ἀπαγορεύω σοι μὴ κινεῖσθαι. Χαρίεν γὰρ, ἔφη, εἰ ἕνεκα κρεαδίων τῇ θυγατρὶ τὸν παῖδα ἀποβουκολήσαιμι. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος, ἐπείθετο μὲν καὶ ἔμενεν· ἀνιαρὸς δὲ καὶ [b] σκυθρωπὸς ὢν, σιωπῇ διῆγεν. Ὁ μέντοι Ἀστυάγης, ἐπεὶ ἔγνω αὐτὸν λυπούμενον ἰσχυρῶς, βουλόμενος αὐτῷ χαρίσασθαι, ἐξάγει ἐπεὶ θήραν. Καὶ πεζοὺς πολλοὺς καὶ ἱππέας συναλίσας, καὶ τοὺς παῖδας, καὶ συνελάσας εἰς τὰ ἱππάσιμα χωρία τὰ θηρία, ἐποίησε μεγάλην θήραν. Καὶ βασιλικῶς δὴ αὐτὸς παρὼν, ἀπηγόρευε μηδένα βάλλειν, [c] πρὶν Κῦρος ἐμπλησθείη βάλλων. Ὁ δὲ Κῦρος οὐκ εἴα κωλύειν· ἀλλ'

aliud, inquit, quàm ut eo verberibus cæso, nè hoc iterum faciat, posthac ut anteà rursùs utar? Tempus ergo tibi fuerit, inquit Cyrus, parare quo me verberes, quippe qui consilium inierim quâ ratione aufugiam, adsumptis ad venandum meis æqualibus. Et Astyages, Perbellè, inquit, fecisti qui prædixeris: ex ædibus enim nè te moveas veto. Nam bella res fuerit, inquit, si, carunculæ gratiâ, filiæ *meæ* filium evagari sinam. Hæc cùm audîsset Cyrus, parebat ille quidem ac manebat: sed cùm mœstus esset, tristique vultu, perpetuò silebat. Astyages autem, ubi eum vehementiùs dolore affici intellexerat, volens ei rem gratam facere, venatum proficiscitur: et multis peditibus equitibusque, ac pueris etiam, coactis, ferisque in loca equitabilia compulsis, magnam venationem instituit. Quin et ipse regio cum apparatu præsens, vetuit ferire quenquam, priusquam Cyrus feriendo satiatus esset. At Cyrus *eum alios* prohibere non passus est: sed

a Καλῶς, ἔφη, ἐποίησας προειπών] Græci eleganter eum καλῶς ποιῆσαι dicunt, cujus facta probant laudantque. Eandem præ se ferunt elegantiam Evang. verba, Act. x, 33, σύ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος.

b Καὶ σκυθρωπὸς ὢν] Errâsse ex hoc loco constat D. Heinsium; cùm, ad Luc. xxiv, 17. Exercit. Sacr. p. 204. Hellenistarum esse asserit, hanc vocem σκυθρωπὸς de *tristi* usurpare.

c Πρὶν Κῦρος ἐμπλησθείη βάλλων] Nepotem suum, modò mœrentem, beneficio Astyages insigni mulcere atque demereri studet; ideóque regium illi quendam honorem comites præstare voluit. Regibus quippe suis Persas tantum tribuisse accepimus, ut in venatione nemini, priusquam rex telum emiserit, bestiam ferire liceret. Et vitam penè amisisse Megabyzum, quòd hunc Artaxerxi honorem temerè præripuerit, in Persic. tradit Ctesias, p. 646,—μετεώρου δὲ φερομένου τοῦ θηρίου, βάλλει ἀκοντίῳ Μεγάβυζος καὶ ἀναιρεῖ· καὶ ὀργίζεται Ἀρταξέρξης, ὅτι πρὶν ἢ αὐτὸς τύχῃ, Μεγάβυζος ἔβαλε· καὶ προστάσσει τὴν κεφαλὴν τοῦ Μεγάβυζον ἀποτμηθῆναι. Hujus autem observantiæ gratiam Artaxerxem illum *Longimanum* primum subditis suis fecisse, testatur Plut. in Apophth. t. ii, p. 173, Πρῶτος δὲ πρωτοβολεῖν ἐκέλευσε τοῦ συγκυνηγετούντων τοὺς δυναμένους καὶ βουλομένους.

εἰ βέλει, ἔφη, ὦ πάππε, ἡδέως με θηρᾶν, ἄφες πάντας τοὺς κατ' ἐμὲ διώκειν καὶ διαγωνίζεσθαι, ὅπως ἕκαστος τὰ κράτιστα δύναιτό. Ἐνταῦθα δὴ ὁ Ἀστυάγης ἀφίησι· καὶ σὰς ἐθεᾶτο τοὺς ἀμιλλωμένους ἐπὶ τὰ θηρία, καὶ φιλονεικοῦντας, καὶ διώκοντας, καὶ ἀκοντίζοντας. Καὶ τῷ Κύρῳ ἥδετο, οὐ δυναμένῳ σιγᾶν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, ἀλλ', ὥσπερ σκύλακι γενναίῳ, ἀνακλάζοντι, ὁπότε πλησιάζοι θηρίῳ, καὶ παρακαλοῦντι ὀνόμασι ἕκαστον. Καὶ τὸ μὲν καλαγελῶντα αὐτὸν ὁρῶν εὐφραίνετο, τὸν δέ τινα καὶ ἐπαινοῦντα αὐτὸν ἡσθάνετο οὐδ' ὁπωσιοῦν φθονερῶς. Τέλος δ' οὖν, πολλὰ θηρία ἔχων ὁ Ἀστυάγης ἀπῄει. Καὶ τολοιπὸν οὕτως ἥσθη τῇ τότε θήρᾳ, ὥσε ἀεί, ὁπότε οἷόν τε εἴη, συνεξῄει τῷ Κύρῳ, καὶ ἄλλους τε πολλοὺς παρελάμβανε, καὶ τοὺς παῖδας, Κύρου ἕνεκα. Τὸν μὲν δὴ πλεῖστον χρόνον οὕτω διῆγεν ὁ Κῦρος, πᾶσιν ἡδονῆς μὲν καὶ ἀγαθοῦ τινος συναίτιος ὤν, κακοῦ δὲ οὐδενί.

Ἀμφὶ δὲ τὰ πέντε ἢ ἑκκαίδεκα ἔτη αὐτοῦ γενομένου, [a] ὁ υἱὸς τοῦ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως, γαμεῖν μέλλων, ἐπεθύμησεν αὐτὸς θηράσαι εἰς [b] τοῦτον τὸν χρόνον. Ἀκούων οὖν ἐν τοῖς μεθορίοις τοῖς τε αὐτῶν

si vis, inquit, ave, jucundè me venari, sine omnes meos æquales insequi et certare, ut quisque optimè possit. Tum verò permisit Astyages; stansque spectabat decertantes contra feras, studioséque *inter se* contendentes, persequentesque, et jaculantes. Atque Cyrus delectabatur, qui præ voluptate silere non posset, sed, generosus tanquam catulus, clamorem ederet, cùm feræ appropinquaret, et unumquemque nominatim appellans exhortaretur. Valdè etiam gaudebat, cùm eum hunc quidem deridere, illum verò sine ullâ prorsùs invidiâ laudare sentiebat. Tandem, discessit Astyages multas feras secum habens. Jamque adeò venatione illâ delectatus est, ut semper, quoties quidem liceret, cum Cyro exiret, assumptis tum multis aliis, tum pueris, Cyri gratiâ. Et hoc sanè modo maximam temporis partem traducebat Cyrus, omnibus voluptatis quidem ac boni alicujus auctor, mali autem nemini.

Cùm verò circiter quindecim sedecimve annos haberet, regis Assyriorum filius, uxorem ducturus, ipsemet id temporis venari cupivit. Itaque quòd audiret in suis ac Medorum finibus plurimas

a Ὁ υἱὸς τοῦ τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως] Nempè, Evilmerodachus, Nebuchadnesaris filius, cujus in ditione tunc temporis erant, Chaldæa, Assyria, Arabia, Syria, Palæstina. De venatione hâc et prælio, cujus extiterat causa, Usserius ad annum M. 3421. Julianæ periodi 4131. Ante æram Christianam 583.

b Εἰς τοῦτον τὸν χρόνον] Similis locutio, Luc. i, 20, οἵτινες πληρωθήσονται εἰς τὸν καιρὸν αὐτῶν, quæ implebuntur *in tempore suo*.

καὶ τοῖς Μήδων πολλὰ θηρία εἶναι, ἅτε ἀθήρευτα ὄντα διὰ τὸν πόλεμον, ἐνταῦθα ἐπεθύμησεν ἐξελθεῖν. Ὅπως οὖν ἀσφαλῶς θηρῴη, ἱππέας τε προσέλαβε πολλοὺς καὶ πελταστάς, οἵτινες ἔμελλον αὐτῷ ἐκ τῶν λασίων τὰ θηρία ἐξελᾶν εἰς τὰ ἐργάσιμά τε καὶ εὐήλατα. Ἀφικόμενος δὲ ὅπου ἦν αὐτῷ τὰ φρούρια καὶ ἡ φυλακή, ἐνταῦθα ἐδειπνοποιεῖτο, ὡς πρωὶ τῇ ὑστεραίᾳ θηράσων. Ἤδη δὲ ἑσπέρας γενομένης, ἡ διαδοχὴ τῇ πρόσθεν φυλακῇ ἔρχεται ἐκ πόλεως, καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς. Ἐδόξεν ἓν αὐτῷ πολλὴ στρατιὰ παρεῖναι, δύο μὲν φυλακαὶ ὁμοῦ οὖσαι, πολλοὶ δὲ οὓς αὐτὸς ἔχων ἦκεν ἱππέας καὶ πεζούς. [a] Ἐβουλεύσατο οὖν κράτιστον εἶναι λεηλατῆσαι ἐκ τῆς Μηδικῆς· καὶ λαμπρότερόν τε ἂν φανῆναι τὸ ἔργον τῆς θήρας, [b] καὶ ἱερείων πολλὴν ἀφθονίαν ἐνό-

esse feras, quippe quas nemo propter bellum venaretur, istuc exire impendiò voluit. Ut igitur tutò venaretur, et equites et peltastas complures assumpsit, qui feras è locis sylvestribus in culta planáque depellerent. Cùm autem eò pervenisset ubi castella ipsius erant et custodia, ibi cœnam parari jussit, ut qui postridiè manè venaturus esset. Et cùm jam advesperasceret, ex urbe veniunt qui custodiæ priori succederent, tàm pedites quàm equites. Quapropter ipsi numerosus adesse visus est exercitus, cùm binæ quidem unà essent custodiæ, multíque, quos ipse secum duxerat, equites peditesque. Itaque re deliberatâ statuit optimum esse Medorum ex agro prædas agere; atque *ità* tum venationis opus illustrius visum iri, tum magnam animalium copiam fu-

a Ἐβουλεύσατο ἓν κράτιστον εἶναι λεηλατῆσαι] Populi quidem Orientales rei venatoriæ maturè vacârunt: Nimrodusque in primis potens audit venator, Gen. x, 9. Populabundi etiam per finitimorum agros vagari, atque indè pecorum armentorumque prædam agere, eorum fortissimi quique solebant. Sic Chaldæi olim in Jobi camelos irruebant, eosque vi abducebant, Job. i, 17. Ad alias demùm Gentes prædandi eadem manavit libido, atque adeò gravissima nonnunquam belli suscipiendi extiterat causa. Nec sanè aliò Achilléa illa spectabat oratio. Il. α'. v. 152, et seq.

Οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων ἕνεκ' ἤλυθον αἰχμητάων
Δεῦρο μαχησάμενος· ἐπεὶ οὔτί μοι αἴτιοί εἰσιν·

Οὐ γάρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους.

b Καὶ ἱερείων πολλὴν, &c.] Interpret. Evilmerodachum sacrificiorum curam animo volutâsse putârunt; ideóque ἱερείων verterunt *victimarum*. Mihi quidem rectè observâsse videtur Casaub. Animadv. in Athen. p. 35. Græcos, nempè, scriptores ἱερεῖα appellare non solùm victimas, quæ verè ἱερεύονται; verùm etiam omnia, quæcunque ad comedendum jugulantur, animalia. Cùm enim nullum animal in proprios usus mactarent, quin aliquam ejus partem Deo adolendam consecrarent, hinc factum est, ut, quodcunque animal in cibum cæderent, ἱερεῖον vocarent. Ità Xen. ipse Κύρ. Ἀναβ. l. iv, p. 193, Ed. Steph. Ἐνταῦθα εἶχον πάντα τὰ ἐπιτήδεια ὅσα ἔστιν ἀγαθὰ, ἱερεῖα, σῖτον, οἶνος, &c. et lib. v, p. 214, ὅθεν κατώπλες τινὲς καὶ ἱερεῖα ἐπώλουν ἡμῖν, καὶ ἄλλα ὧν εἴχομεν. Item Polyb. l. ii, p. 103, Ed. Par. Πλείσων γὰρ οἰκῶν ἱερείων κοπτομένων ἐν Ἰταλίᾳ διά τε τὰς εἰς τὰς ἰδίας βίας, ἢ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραβύσεις. Et Galen. l. ii,

μιζε γενήσεσθαι. Οὕτω δὴ πρωὶ ἀνασὰς, ἦγε τὸν στρατόν· καὶ τοὺς μὲν πεζοὺς καταλείπει ἀθρόους ἐν τοῖς μεθορίοις, αὐτὸς δὲ τοῖς ἵπποις προσελάσας πρὸς τὰ τῶν Μήδων φρούρια, τὰς μὲν βελτίους καὶ πλείστας ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, ἐνταῦθα κατέμεινεν, ὡς μὴ βοηθοῖεν οἱ φρουροὶ τῶν Μήδων ἐπὶ τοὺς καλαθέοντας· τὰς δ' ἐπιλησίστους ἀφῆκε κατὰ φυλὰς ἄλλας ἄλλοσε καλαθεῖν· καὶ ἐκέλευε περιβαλλομένας ὅτῳ τις ἐντυγχάνοι, ἐλαύνειν πρὸς ἑαυτόν. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπραττον.

Σημανθέντων δὲ τῷ Ἀσυάγει, ὅτι πολέμιοί εἰσιν ἐν τῇ χώρᾳ, ἐκβοηθεῖ καὶ αὐτὸς πρὸς τὰ ὅρια σὺν τοῖς περὶ αὐτόν· καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὡσαύτως σὺν τοῖς παραλυχνίσιν ἱππόταις· καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ἐσήμαινε πᾶσιν ἐκβοηθεῖν. Ὡς δὲ εἶδον [a] πολλὰς ἀνθρώπας τῶν Ἀσσυρίων συντεταγμένας, καὶ τὰς ἱππέας ἡσυχίαν ἄγοντας, ἔσησαν καὶ οἱ Μῆδοι. Ὁ δὲ Κῦρος ὁρῶν ἐκβοηθοῦντας καὶ τὰς ἄλλας πασσυδεὶ, ἐκβοηθεῖ καὶ αὐτὸς, πρῶτον τότε ὅπλα ἐνδὺς,

turam existimavit. Manè igitur surgens, exercitum educit; ac pedites quidem in finibus confertos relinquit, ipse verò cum equitatu ad castella Medorum provectus, optimos secum habens atque plurimos equites, ibi substitit, nè Medorum præsidiarii milites *suis* contra eos qui populabundi discurrerent auxilium ferrent; idoneos autem *quosdam* tributim dimisit, ut alii aliò discurrerent: atque *hos* corripere jussit quicquid habuerit quisque obvium, et ad se abigere. Et hi quidem hæc agebant.

Cùm autem Astyagi nunciatum esset, hostes jam esse in *ipsius* agro, ipse etiam cum illis quos secum habuit, opis ferendæ causâ ad limites excurrit; quod et filius itidem fecit cum equitibus qui tum fortè aderant: aliisque omnibus auxilio ut venirent imperavit. Cùm verò vidissent magnam Assyriorum multitudinem simul instructam, et equites quietem agentes, substiterunt etiam Medi. Cyrus autem videns alios quoque totis viribus ad opem ferendam egredi, egreditur et ipse auxilium laturus, tum primùm arma indutus, nondum *id fore*

c. 2, περὶ κράσεως, p. 54, Edit. Charter. Καὶ εἰ νέον ἱερεῖον εἴτ' ἐσθίων ἐθέλοις, εἴτ', &c. et mox. Ἔμπαλιν δὲ τοῖς νέοις ἱερείοις, τὰ γεηραιότατα, &c. His in locis, aliisque compluribus, ἱερεῖα sunt animantes, quarum vescimur carnibus. Atque ità commodè satis vox ea hîc accipi potest; ubi de illo loquitur Xenophon, qui ad prædam agendam omni studio incubuit, ut quàm lautissimo regióque planè apparatu nuptias celebraret.

a Πολλὰς ἀνθρώπας τῶν Ἀσσυρίων, &c.] Stephanus se mirari ait, quid hîc agat vox ἀνθρώπας. An timendum fuit, pergit ille, nè cum πολλὰς alios quàm ἀνθρώπας intelligeremus? Mihi quidem πλεονάζειν omninò videtur, ut apud alios passim solet scriptores. Ità apud Arrian. Exped. lib. ii, p. 70, Ed. Gronov. ἄλλας τε καὶ δούλους ἀνθρώπους ἐλευθέρους ἐς χεῖρας ἦξαν. Et Luc. ii, 15, καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες.

ὅπως [a] οἰόμενος· ὅτως ἐπεθύμει αὐτοῖς ἐξοπλίσασθαι. Καὶ γὰρ μάλα καλὰ ἦν, ἃ εὖ ἁρμόττουσα αὐτῷ, ἃ ὁ πάππος περὶ τὸ σῶμα ἐπεποίητο. Οὕτω δὴ ἐξοπλισάμενος, προσήλασε τῷ ἵππῳ. Καὶ ὁ Ἀστυάγης ἰδὼν, ἐθαύμασε μὲν τίνος κελεύσαντος ἥκοι· ὅμως δ' εἶπεν αὐτῷ μένειν παρ' ἑαυτῷ. Ὁ δὲ Κῦρος, ὡς εἶδε πολλοὺς ἱππέας ἀντίους, [b] ἤρετο, Ἦ ὅτοι, ἔφη, ὦ πάππε, πολέμιοί εἰσιν, οἳ ἐφεστήκασι τοῖς ἵπποις ἠρέμα; Πολέμιοι μέντοι, ἔφη. Ἦ καὶ ἐκεῖνοι, ἔφη, οἱ ἐλαύνοντες; Καὶ ἐκεῖνοι μέντοι. Νὴ τὸν Δί', ἔφη, ὦ πάππε, ἀλλ' ὅ πονηροί γε φαινόμενοι καὶ ἐπὶ πονηρῶν ἱππαρίων, ἄγουσιν ἡμῶν τὰ χρήματα· ὥκων χρὴ ἐλαύνειν τινὰς ἡμῶν ἐπ' αὐτούς. Ἀλλ' οὐχ ὁρᾷς, ἔφη, ὦ παῖ, ὅσον τὸ σῖφος τῶν ἱππέων ἕστηκε συνειλεγμένον; οἵ, ἢν ἐπ' ἐκείνους ἡμεῖς ἐλαύνωμεν, ὑπολεμοῦνται πάλιν ἡμᾶς ἐκεῖνοι· ἡμῖν δὲ ὅπω ἰσχὺς πάρεσιν. Ἀλλ' ἢν σὺ μένῃς, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ ἀναλαμβάνῃς τοὺς προσβοηθοῦντας, φοβήσονται ὅτοι, καὶ οὐ κινήσονται· οἱ δ' ἄγοντες ἀφήσουσιν εὐθὺς τὴν λείαν, ἐπειδὰν ἴδωσί τινας ἐπ' αὐτοὺς ἐλαύνοντας.

ratus: tanto ea induendi desiderio flagravit. Erant enim perpulchra sanè, atque ipsi bellè congruentia, quæ avus ei ad *tegendum* corpus facienda curaverat. Ità igitur armatus, equo *ad alios* advectus est. Et eum cùm vidisset Astyages, miratus ille quidem est cujus jussu veniret: sed tamen ei dicebat, ut apud se maneret. Cyrus autem, cùm conspexisset multos equites adversos, interrogabat, Num isti, inquiens, ave, hostes sunt, qui equis quietè insident? Hostes profectò, ait *is*. Num et illi, qui huc illuc cursant? Et illi sanè. At enimverò, inquit, ave, ignavi esse videntur, et ignavis *insidere* equulis, qui nostras tamen res diripiunt: itaque nostrûm aliquos oportet impetum in eos facere. At non vides, fili, inquit, quanta equitum turma constiterit instructa? qui, si nos in illos irruamus, ipsi nos iterum subeundo intercipient: nobis verò nondum satis copiarum adest. Verùm si tu maneas, inquit Cyrus, et eos qui subsidio veniunt adsumas, metuent hi, neque se movebunt: illi verò qui *res nostras* auferunt prædam mox dimittent, ubi quosdam impetum in se facere viderint.

a Οὕτως οἰόμενος] Frustrà Canterus aliique hunc sollicitârunt locum, cujus nimirum eos latuerat sententia; quam, cum Mureto, hanc esse opinor: Tum primùm Cyrum induisse arma, quod tempus ipse nunquam venturum putaverat, ardenter adeò ea induere cupiebat. Id enim naturâ ferè omnibus insitum esse constat, ut quodcunque summâ quis cupiditate expetiverit, ejus ei omnis expectatio longa esse videatur.

b Ἤρετο, Ἦ ὅτοι, ἔφη] Παρέλκει hîc ἔφη, ut φάναι paulò suprà p. 27. Redundantiæ huic indulgere solent Attici, verba ubi sunt ultrò citróque habita.

Ταῦτ' εἰπὼν, ἔδοξέ τι λέγειν τῷ Ἀσυάγει. Καὶ ἅμα θαυμάζων ὡς καὶ ἐφρόνει καὶ ἐγρηγόρει, κελεύει τὸν υἱὸν λαβόντα τάξιν ἱππέων ἐλάσαι ἐπὶ τὰς ἀγωνίας τὴν λείαν. Ἐγὼ δὲ, ἔφη, ἐπὶ τάσδε, ἢν ἐπὶ σὲ κινῶνται, ἐλῶ· ὥστε ἀναγκασθήσονται ἡμῖν προσέχειν τὸν νοῦν. Οὕτω δὴ ὁ Κυαξάρης, λαβὼν [a]τῶν ἐρρωμένων ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν, προσελαύνει. Καὶ ὁ Κῦρος, ὡς εἶδεν ὁρμωμένους, συνεξορμᾷ εὐθύς· καὶ αὐτὸς πρῶτος ἡγεῖτο ταχέως, καὶ ὁ Κυαξάρης μέντοι ἐφείπετο, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ οὐκ ἀπελείποντο. Ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς πελάζοντας οἱ ληιλατοῦντες, εὐθὺς ἀφέντες τὰ χρήματα ἔφυγον. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Κῦρον ὑπετέμνοντο, καὶ ὃς μὲν κατελάμβανον εὐθὺς ἔπαιον, πρῶτος δὲ ὁ Κῦρος· ὅσοι δὲ παραλλάξαντες αὐτῶν ἔφθασαν, κατόπιν τούτους ἐδίωκον, καὶ οὐκ ἀνίεσαν, ἀλλ' ἤρουν τινὰς αὐτῶν. Ὥσπερ δὲ κύων γενναῖος, ἄπειρος, ἀπρονοήτως φέρεται πρὸς κάπρον, οὕτω καὶ ὁ Κῦρος ἐφέρετο, μόνον ὁρῶν τὸ παίειν τὸν ἁλισκόμενον, ἄλλο δ' οὐδὲν προνοῶν. Οἱ δὲ πολέμιοι, ὡς ἑώρων πονοῦντας, τοὺς σφετέρους, προὐκίνησαν τὸ σῖφος, ὡς παυσομένους τῇ διωγμῇ, ἐπεὶ σφᾶς ἴδοιεν

Hæc cùm protulisset, visus est Astyagi aliquid dicere. Et simul admiratus et prudentiam ejus et vigilantiam, filium jubet assumptâ equitum manu in eos ducere, qui prædam agerent. Ego verò, inquit, in hos, si contrà te se commoverint, impetum faciam: adeò ut animum nobis attendere cogantur. Itaque Cyaxares, robustissimis et equis et viris assumptis, *in hostem* fertur. Ac Cyrus, ut *hos* cum impetu exeuntes vidit, statim unà se proripit: atque ipse primus celeriter ducebat, et Cyaxares sanè subsequebatur, atque alii non procul erant relicti. Eos autem ut appropinquantes viderunt ii qui prædas agebant, continuò relictis rebus in fugam sese conjiciebant. At qui circa Cyrum erant *hos* subeundo intercipiebant, et quoscunque assequerentur statim feriebant, et in primis Cyrus: quotquot autem declinato cursu eos anteverteudo effugerant, hos à tergo persequebantur, nec intermittebant, sed ex eis quosdam ceperunt. Sicut autem canis generosus, inexpertus, temerè in aprum fertur, ità et Cyrus ferebatur, solum *hoc* videns ut captum feriret, ac nihil aliud prospiciens. Hostes verò, cùm suos laborantes cernerent, agmen promoverunt, arbitrati fore ut ii persequi desisterent, postquam ipsos contrà irruere

a Τῶν ἐρρωμένων ἵππων, &c.] Hactenùs, in omnibus ferè libris, *ἱππέων*. Quid? inquit Stephanus, *ἱππεῖς* non sunt *ἄνδρες* ipsi quoque? Si et ipsi sunt *ἄνδρες*, Cur Xenoph. *ἱππέων τε καὶ ἀνδρῶν* dixisset? Itaque res ipsa et Philelphi versio, quæ præfert *equis virisque*, *ἵππων* reponendum esse docent; nè mirum sanè Stephani et Leunclavii de hâc revocandâ voce consensum memorem.

προσορμήσαντας. Ὁ δὲ Κῦρος ἁδὲν μᾶλλον ἀνίει, ἀλλ' ὑπὸ τῆς χαρμονῆς ἀνακαλῶν τὸν θεῖον, ἐδίωκε· ἢ ἰσχυρὰν τὴν φυγὴν τοῖς πολεμίοις ἐποίει, κατέχων· Καὶ ὁ Κυαξάρης μέντοι ἐφείπετο, ἴσως μὲν ἢ αἰσχυνόμενος τὸν πατέρα· ἢ οἱ ἄλλοι δὲ εἵποντο, προθυμότεροι ὄντες, ἐν τῷ τοιούτῳ, εἰς τὸ διώκειν, ἢ οἱ μὴ πάνυ πρὸς τὰς ἐναντίας ἄλκιμοι ὄντες. Ὁ δὲ Ἀστυάγης, ὡς ἑώρα τὰς μὲν ἀπρονοήτως διώκοντας, τὰς δὲ πολεμίας ἀθρόας τε ἢ τεταγμένας ἁπαντῶντας, δείσας περί τε τῷ υἱοῦ καὶ τῷ Κύρῳ, μὴ εἰς παρεσκευασμένας ἀτάκτως ἐμπεσόντες πάθοιέν τι, ἤγειτο εὐθὺς πρὸς τοὺς πολεμίους. Οἱ δ' αὖ πολέμιοι, ὡς εἶδον τοὺς Μήδους προκινηθέντας, διατεινάμενοι, οἱ μὲν τὰ παλτὰ, οἱ δὲ τὰ τόξα, ἔσησαν, ὡς ἂν ἐπειδὴ εἰς τόξευμά γε ἀφίκοιντο σημαινόμενας, ὥσπερ τὰ πλεῖστα εἰώθασι ποιεῖν. Μέχρι γὰρ τοσούτου, ὁπότε ἐγγύταλα γίγνοιντο, προσήλαυνον ἀλλήλοις, καὶ ἠκροβολίζοντο πολλάκις μέχρις ἑσπέρας. Ἐπεὶ δὲ ἑώρων τὰς μὲν σφετέρας φυγῇ εἰς αὐτὰς φερομένας, τὰς δ' ἀμφὶ Κῦρον ὁμοῦ ἐπ' αὐτὰς ἑπομένας, τὸν δὲ Ἀστυάγην σὺν τοῖς ἵπποις ἐντὸς γιγνόμενον ἤδη τοξεύματος, ἐκκλίνασι ἢ φεύγασιν. Οἱ δὲ, ἅτε ὁμόθεν διώκοντες, ἤρουν πολλὰς ἀνακράτος· καὶ τὰς μὲν ἁλισκομένας ἔπαιον, καὶ ἵππας καὶ ἄν-

vidissent. At Cyrus nihil propterea *de contentione* remittebat, sed præ gaudio avunculum inclamans, insequebatur; &, acriùs urgens, hostes in effusam fugam vertebat. Cyaxares quidem subsequebatur, patrem fortassè reveritus; et cæteri quoque sequebantur, cùm promptiores, tali in rerum statu, sint ad persequendum, etiam illi qui non admodùm in adversos hostes animosi sunt. At Astyages, cùm hos quidem inconsideratè persequi videret, hostes verò confertos instructosque occurrere, solicitus et de filio et de Cyro, nè in paratos incompositè delapsis adversi quid accideret, in hostes confestim duxit. At hostes rursùs, ut viderunt Medos se promovisse, intentis alii paltis, alii arcubus, constiterunt, *quòd fore putarent* ut et illi subsisterent, ubi ad teli jactum pervenissent, quemadmodùm plerumque facere consueverant. Nam ad hoc usque intervallum, cùm *vel* quàm proximè ad alteros alteri accederent, contra se mutuò provehebantur, ac sæpè ad vesperam usque missilibus procul sese invicem adpetebant. At postquam et suos fugâ ad se ferri cernerent, et Cyrum cum suis propè à tergo ipsos insequentem, et Astyagem cum equitatu esse jam intra teli jactum, inclinant et fugiunt. Illi verò, utpotè qui è propinquo persequebantur, multos summis adnixi viribus ceperunt; et quoscunque prehenderent, tàm equos quàm viros, feric-

δρας, τὰς δὲ πίπλους κατέκαινον· καὶ οὐ πρόσθεν ἔσησαν πρὶν ἢ πρὸς τοῖς πεζοῖς τῶν Ἀσσυρίων ἐγένοντο. Ἐνταῦθα μέντοι δείσαντες μὴ καὶ ἐνέδρα τις μείζων ὑπείη, ἐπέσχον. Ἐκ τούτου δὴ ἀνήγαγεν ὁ Ἀστυάγης, μάλα χαίρων τῇ ἱπποκρατίᾳ· καὶ τὸν Κῦρον οὐκ ἔχων ὅ,τι χρὴ λέγειν· αἴτιον μὲν εἰδὼς ὄντα τὰ ἔργα, μαινόμενον [a] δὲ γιγνώσκων τῇ τόλμῃ. Καὶ γὰρ τότε ἀπιόντων οἴκαδε τῶν ἄλλων, μόνος ἐκεῖνος ἀδὲν ἄλλο ἢ τοὺς πεπτωκότας περιελαύνων ἐθεᾶτο· ἢ μόλις αὐτὸν ἀφελκύσαντες οἱ ἐπὶ τοῦτο ταχθέντες, προσήγαγον τῷ Ἀστυάγει, μάλα ἐπίπροσθεν ποιούμενον τοὺς προσάγοντας, ὅτι ἐώρα τὸ πρόσωπον τὰ πάππα ἡγριωμένον ἐπὶ τῇ θέᾳ τῇ αὐτᾶ. Ἐν μὲν δὴ Μήδοις ταῦτα ἐγένετο· ἢ οἵ τε ἄλλοι πάντες τὸν Κῦρον διὰ στόματος εἶχον, ἢ ἐν λόγῳ, καὶ ἐν ᾠδαῖς· ὅτε Ἀστυάγης, ἢ πρόσθεν τιμῶν αὐτὸν, τότε ὑπερεξεπέπληκτο ἐπ' αὐτῷ.

Καμβύσης δὲ, ὁ τοῦ Κύρου πατὴρ, ἥδετο μὲν πυνθανόμενος ταῦτα· ἐπειδὴ δὲ ἤκουσεν ἀνδρὸς ἤδη ἔργα διαπραττόμενον τὸν Κῦρον, ἀπεκάλει, ὅπως τὰ ἐν Πέρσαις ἐπιχώρια ἀποτε-

bant, et quotquot caderent interimebant; neque priùs constitêre quàm ad Assyriorum peditatum pervenissent. Hìc verò, nè majores aliquæ subessent insidiæ veriti, substiterunt. Tum igitur Astyages *suos* reduxit, equestri victoriâ magnoperè lætatus; nec quid de Cyro diceret habebat: quòd *illius* quidem facinoris ipsum auctorem fuisse sciret, sed audaciâ furentem animadverteret. Etenim tum cæteris domum abeuntibus, solus ille nihil aliud quàm eos qui cecidissent circumequitando spectabat, adeóque ii, quibus id negotii datum erat, vix eum *indè* abstractum ad Astyagem deduxerunt, qui *quidem* eos ipsos, qui se adducerent, sibi prætendere studebat, quòd avi vultum ad conspectum sui sæviorem factum cerneret. Et hæc quidem apud Medos contigerunt: et Cyrum cùm alii omnes in ore, sermone, et cantilenis habebant; tum Astyages, apud quem vel anteà erat in honore, jam stupefactus eum suspiciebat.

Hæc verò Cambyses, Cyri pater, cùm audisset, gaudebat ille quidem; at ubi accepisset eum viri jam obire munia, revocavit, ut patria Persarum

a Μαινόμενον δὲ γιγνώσκων, &c.] Hoc quoque loquendi genus (ut rectè monet Stephanus) iis annumerandum esse videtur, quæ ab Homero mutuatus est Noster. Ità enim ille:

Οὐχ' ὅγ' ἀνωΐστῳ θεοῦ τάδε μαίνεται, ἀλλά τις ἄγχι

Ἕσπε' ἀθανάτων—Il. ε', v. 185. Et Il. ϛ', v. 355.

——ὁ δὲ μαίνεται οὐκέτ' ἀρειτᾶς.

Ἕκτωρ Πριαμίδης—Ad quem locum hæc Eustath. p. 716, Μαίνεσθαι δὲ καὶ ἐνταῦθα τὸ ἐνθουσιᾶν ἔφη πρὸς μάχην, ὅπερ ἐπίτασίς ἐστι τοῦ μαιμᾶν καὶ τοῦ ὁρμᾶν, καὶ τῶν ὁμοίων.

λοίη. Καὶ τὸν Κῦρον δὴ ἐνταῦθα λέγεσθαι εἰπεῖν, ὅτι ἀπιέναι βούλοιτο, μὴ ὁ πατὴρ τι ἄχθοιτο, καὶ ἡ πόλις μέμφοιτο. Τῷ οὖν Ἀστυάγει ἐδόκει ἀναγκαῖον εἶναι ἀποπέμπειν αὐτόν. [a] Ἔνθα δὴ ἵππους τε αὐτῷ δοὺς, οὓς αὐτὸς ἐπεθύμει λαβεῖν, καὶ ἄλλα συσκευάσας παντοδαπὰ, ἀπέπεμπε, ἅτε διὰ τὸ φιλεῖν αὐτὸν, καὶ ἅμα ἐλπίδας μεγάλας ἔχων ἐν αὐτῷ, ἄνδρα ἔσεσθαι ἱκανὸν καὶ φίλοις ὠφελεῖν, καὶ ἐχθροῖς ἀνιᾶν. Ἀπιόντα δὲ τὸν Κῦρον προὔπεμπον ἅπαντες, καὶ παῖδες, καὶ ἥλικες, ἅτε ἄνδρες, καὶ γέροντες, ἐφ' ἵππων, καὶ Ἀστυάγης αὐτός· καὶ φθόνον ἔφασαν ὄντιν' οὐ δακρύοντ' ἀποχωρῆσαι. Καὶ Κῦρον δὲ αὐτὸν σὺν πολλοῖς δακρύοις λέγεται ἀποχωρῆσαι. Πολλὰ δὲ δῶρα διαδοῦναι αὐτὸν φασὶ τοῖς ἡλικιώταις, ὧν Ἀστυάγης αὐτῷ ἐδεδώκει· τέλος δὲ, καὶ ἣν εἶχε στολὴν τὴν Μηδικὴν ἐκδύντα δοῦναί τινι, δηλῶν ὅτι τοῦτον μάλιστα ἠσπάζετο. Τοὺς μέντοι λαβόντας καὶ δεξαμένους τὰ δῶρα λέγεται Ἀστυάγει ἀπενεγκεῖν· Ἀστυάγην δὲ δεξάμενον Κύρῳ ἀπο-

instituta absolveret. Et quidem Cyrum dixisse fertur, abire se velle, nè quid pater ægrè ferret, et civitas *de se* quereretur. Quare visum est Astyagi necesse esse eum dimittere. Ibi igitur cùm et equos illi, quos ipse voluit sumere, donâsset, atque alias res omnigenas comparâsset, dimisit, tum quòd eum amaret, tum quia magnam in eo spem haberet, virum fore idoneum et ad afferendum amicis adjumentum, et ad molestiam inimicis exhibendam. Abeuntem verò Cyrum universi, et pueri, et æquales, et viri, et senes, equis vecti, atque *adeò* Astyages ipse, deducebant; ac neminem omnium fuisse dicunt quin lacrymans reverterit. Et Cyrum quoque ipsum multis cum lacrymis discessisse traditum est. Et multa eum inter æquales munera distribuisse ferunt, de iis *nempè* quæ ipsi dederat Astyages; ac demùm, exutâ quam habebat stolâ Medicâ cuidam *hanc* dedisse, indicio quod erat se hunc in primis diligere. At illos, cùm sumpsissent libentíque animo accepissent munera, ad Astyagem *ea* detulisse fertur; Astyagemque recepta itidem ad Cyrum refe-

a Ἔνθα δὴ ἵππους τι αὐτῷ δοὺς, &c.] Pro benigno utique eo liberalique Orientalium more, quo donis quidem amplissimis, luculentis amici animi indiciis, alii alios cumulare solebant. Sic Jacobus, quò fratris Esavi gratiam sibi conciliaret, munera ei præmisit magna, Gen. xxxii, 13. Idemque monet, Josepho, Ægypti præfecto, munus esse deferendum, ex iis quæ in Chananæâ pretiosissima habebantur, et ab Ægyptiis maximi fiebant, Gen. xliii, 10. Josephus vicissim ipse largè quidem et effusè multa fratribus donavit, multa patri deferenda curavit, Gen. xlv, 22. Astyages Cyro donat equos, Media quibus abundabat: hîc nempè pratum illud erat *Hippoboton*, equis alendis inclytum. Sic enim de Mediâ Strabo, tom. ii, p. 796, ἱππόβοτος δὲ καὶ αὕτη ἰσὶ διαφερόντως, ἣ ἡ Ἀρμενία· καλεῖται δέ τις καὶ λειμὼν Ἱππόβοτος, &c.

πέμψαι· τὸν [a] δὲ πάλιν τὲ ἀποπέμψαι εἰς Μήδους, ἢ εἰπεῖν, Ὦ πάππε, εἰ βούλει με ἢ πάλιν ἰέναι ὡς σὲ μὴ αἰσχυνόμενον, ἔα ἔχειν εἴτῳ τι ἐγὼ δέδωκα· Ἀστυάγην δὲ ταῦτα ἀκούσαντα ποιῆσαι, ὥσπερ ὁ Κῦρος ἐπέστειλεν.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ [b] παιδικῶς λόγῳ μνησθῆναι, λέγεται, ὅτε Κῦρος ἀπήει, καὶ ἀπηλλάττοντο ἀπ' ἀλλήλων, [c] τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τὸν Κῦρον τῷ στόματι, ἀποπέμπεσθαι αὐτὸν, νόμῳ Περσικῷ (καὶ γὰρ νῦν ἔτι τοῦτο ποιοῦσι Πέρσαι)· ἄνδρα δή τινα τῶν Μήδων, μάλα καλὸν κἀγαθὸν ὄντα, ἐκπεπλῆχθαι πολὺν δὴ χρόνον ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ Κύρου· ἡνίκα δὲ ἑώρα τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας αὐτὸν, ὑπολειφθῆναι· ἐπεὶ δὲ οἱ ἄλλοι ἀπῆλθον, προσελθεῖν τῷ Κύρῳ, καὶ εἰπεῖν, Ἐμὲ μόνον οὐ γινώσκεις, ὦ Κῦρε, τῶν συγγενῶν; Τί δὲ, εἰπεῖν τὸν Κῦρον, [d] Ἢ καὶ σὺ συγγενὴς εἶ; Μάλιστα, φά-

renda curâsse; hunc autem in Mediam denuò *ea* cum his verbis remisisse, Si me vis, ave, iterùm ad te pudore minimè confusum venire, sinito habere si quid ego cuipiam largitus sum: atque his auditis Astyagem fecisse, quemadmodùm Cyrus nuntiari jusserat.

Quòd si mentio sermonis blanditias pueriles spirantis sit facienda, fertur, cùm Cyrus abiret, et à se invicem discederent, cognatos ore Cyrum, more Persico, osculatos dimisisse (etenim hoc etiam tempore id faciunt Persæ); virum autem quendam Medum, admodùm *sanè* probum et honestum, longo tempore Cyri pulchritudinis *amore* fuisse perculsum; et cùm cognatos eum osculantes videret, substitisse; alii verò postquam abiissent, accessisse ad Cyrum, dixisséque, Me solum ex cognatis, Cyre, non cognoscis? Quid! dixisse Cyrum, Num et tu cognatus es? Maximè,

a Τὸν δὲ πάλιν τε ἀποπέμψαι εἰς Μήδους ἢ εἰπεῖν] Similis locutio est ea, quâ utitur Mat. xi, 2, 3, πέμψας δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἶπεν αὐτῷ, &c.

b Παιδικῶς λόγῳ] Eos sequi interpretes, qui amatorium hìc finxerunt sermonem, non mihi magìs quàm Stephano placet. Iis enim, quæ mox narrare pergit Xenophon, nil nisi jucunda quædam inerat simplicitas, cum blandis, ut puerorum est ingenium, honesti amoris indiciis conjuncta.

c Τοὺς συγγενεῖς φιλοῦντας τὸν, &c.] Erat nimirum hoc olim in more positum, ut inter familiares et sanguine vel affinitate conjunctos oscula dividerentur, salutandi et valedicendi causâ. Ità Jacobus Rachelem, Laban Jacobum, osculatus est, Gen. xxix, 11, 13. Plura adferre exempla non opus est.

d Ἢ καὶ σὺ συγγενὴς εἶ;] Non eos solùm, qui regi aut affinitate aliquâ aut propinquitate conjuncti erant, *cognatos* ejus appellârunt Persæ; sed alios etiam, quibuscum regi nulla necessitudo intercesserat, eo, honoris causâ, titulo cumulârunt. Id quod abundè docet victoriæ illud præmium à Dario propositum,—καὶ συγγενὴς Δαρείου κληθήσεται, 1 Esd. iii, 7. Quocum re verbisque ferè concinit Josephus, καὶ συγγενὴς μου κληθήσεται, Antiq. Jud. lib. xi, vol. i, p. 472, Ed. Oxon. Illos autem, qui id quicquid erat honoris consecuti sunt, ad oris osculum fuisse admissos auctor est Arrianus, lib. vii, Exped. p. 287,—καὶ ὅσους συγγενεῖς ἀπέφηνε, τούτοις δὲ νόμιμον ἐποίησε φιλεῖν αὐτὸν μόνους.

σαι. Ταῦτ' [a] ἄρα, εἰπεῖν τὸν Κῦρον, καὶ ἐνεώρας μοι· πολλάκις γὰρ δοκῶ σε γιγνώσκειν τοῦτο ποιοῦντα. Προσελθεῖν γάρ σοι ἀεὶ βουλόμενος, ἔφη, νὴ τοὺς θεούς, ἠσχυνόμην. Ἀλλ' οὐκ ἔδει, φάναι τὸν Κῦρον, συγγενῆ γε ὄντα· ἅμα δὲ προσελθόντα φιλῆσαι αὐτόν. Καὶ τὸν Μῆδον φιληθέντα, ἐρέσθαι, Ἦ καὶ ἐν Πέρσαις νόμος ἐστὶν οὗτος συγγενεῖς φιλεῖν; Μάλιστα, φάναι, ὅταν γε ἴδωσιν ἀλλήλους [b] διὰ χρόνου, ἢ ἀπίωσί ποι ἀπ' ἀλλήλων. Ὥρα ἂν εἴη σοι, ἔφη ὁ Μῆδος, πάλιν φιλεῖν ἐμέ· ἀπέρχομαι γὰρ, ὡς ὁρᾷς, ἤδη. Οὕτω καὶ τὸν Κῦρον πάλιν φιλήσαντα, ἀποπέμπειν, ἕως ἀπιέναι. Καὶ ὁδόν τε ὅπως πολλὴν διεληλύσθαι αὐτοῖς, ἕως τὸν Μῆδον ἥκειν πάλιν ἱδρῶντι τῷ ἵππῳ. Καὶ τὸν Κῦρον ἰδόντα, Ἀλλ' ἦ, φάσαι, ἐπελάθου τι ὧν ἐβούλου εἰπεῖν; Οὐ μὰ Δία, φάναι· ἀλλ' ἥκω διὰ χρόνου· Καὶ τὸν Κύρον εἰπεῖν, Νὴ Δί', ὦ σύγγενες, δι' ὀλίγου γε. Ποίου ὀλίγου; εἰπεῖν τὸν Μῆδον. Οὐκ οἶσθα, φάναι, ὦ Κύρε, ὅτι ἕως ὅσον σκαρδαμύττω χρόνον, πάνυ πολύς μοι δοκεῖ εἶναι, ὅτι οὐχ ὁρῶ σε τότε τοιοῦτον ὄντα; Ἐνταῦθα δὴ τὸν Κῦρον γελάσαι τε ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ ἀπιόντα

respondisse *illum*. Idcircò utique, dixisse Cyrum, me defixis oculis intuebaris: videor enim hoc te sæpiùs facere animadvertisse. Enimverò cùm nunquam non te accedere vellem, profectò, ait, me pudebat. At non oportuit, dixisse Cyrum, *pudore te deterreri*, cùm cognatus esses: simulque cùm accessisset eum osculatus est. Et Medum, accepto osculo, interrogâsse, *fertur*, Estne et Persis in more osculari cognatos? Maximè, dixisse *Cyrum*, cùm saltem et intervallo temporis alii alios videant, vel à se invicem aliquò discedant. Tempus *igitur* tibi fuerit, inquit Medus, me iterum ut osculeris? jam enim, uti vides, abeo. Atque ità cùm Cyrus denuò eum osculatus esset, dimisit, atque ipse etiam abiit. Cumque illi nondum longam viam *alter ab altero* digressi essent, ecce Medus sudante equo revertitur. Quem cùm vidisset Cyrus, Num quid eorum, inquit, es oblitus, quæ *mihi* dicere velles? Non profectò, ait; sed temporis ex intervallo venio. Brevi quidem, herclè, mi cognate, dixit Cyrus. Quî brevi, dixit Medus? Nonne nôsti, inquit, Cyre, mihi perlongum esse videri tempus, quo vel conniveo, quòd te talem intereà non adspiciam? Ibi verò et risisse Cyrum *fertur* post priores lacrymas, et illum abire, bonóque esse animo jus-

a Ταῦτ' ἄρα, &c.] Pro *διὰ ταῦτα*. Eadem videtur ἔλλειψις τῆς *διὰ*, 2 Pet. i, 5. Καὶ *αὐτὸ τοῦτο δὲ*, &c. Nisi quis huc derivare malit vim præpositionis *εἰς*, quæ inest in verbo *παρεισενέγκαντες* mox sequenti.

b Διὰ χρόνου] Græci absolutè solent dicere *διὰ χρόνου*, quod non subindè fiat, sed interjecto temporis intervallo recurrat. Ità ferè Chemnitius ad Evang. verba, *δι' ἡμερῶν*, Marc. ii, 1, quæ significant, Multos velsaltem aliquot dies interjectos fuisse, cùm à susceptâ Galilææ peragratione Capernaum rediret Jesus.

θαῤῥεῖν, ὅτι παρέσαι αὐτοῖς ὀλίγῳ χρόνῳ· [a]ὥσε ὁρᾶν σοι ἐξέσαι, κἂν βούλῃ, ἀσκαρδαμυκλεί.

Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἅτως ἀπελθὼν εἰς Πέρσας, ἐνιαυτὸν μὲν λέγεται ἔτι ἐν τοῖς παισὶ γενέσθαι. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ παῖδες ἔσκωπτον αὐτὸν, ὡς ἡδυπαθεῖν μεμαθηκὼς ἐν Μήδοις ἥκοι. Ἐπεὶ δὲ ἠσθίοντα αὐτὸν ἑώρων, ὥσπερ αὐτοί, ἡδέως, ἠ πίνοντα, ἠ εἴ ποτ' ἐν ἑορτῇ εὐωχία προσγένοιτο, ἐπιδιδόντα μᾶλλον αὐτὸν τοῦ ἑαυτῶ μέρους ἡσθάνοντα ἢ προσδεόμενον· ἠ πρὸς τούτοις δὲ, καὶ τἆλλα κρατιστεύοντα αὐτὸν ἑώρων περὶ ἅπαντα ἑαυτῶν, ἐνταῦθα δὴ πάλιν ὑπέπτησσον οἱ ἥλικες αὐτῷ. Ἐπεὶ δὲ, διελθὼν τὴν παιδείαν ταύτην, ἤδη εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἐφήβους, ἐν τούτοις αὖ ἐδόκει κρατιστεύειν, ἠ μελετῶν ἃ χρὴ, ἠ καρτερῶν ἃ ἔδει, ἠ αἰδούμενος τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ πειθόμενος τοῖς ἄρχουσι.

Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὁ μὲν Ἀστυάγης ἐν τοῖς Μήδοις ἀποθνήσκει· ὁ δὲ Κυαξάρης ὁ τοῦ Ἀστυάγους παῖς, τῆς δὲ Κύρου μητρὸς ἀδελφὸς, τὴν ἀρχὴν ἔλαβε τῶν Μήδων. Ὁ δὲ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς, καταστρεψάμενος μὲν πάντας Σύρους, φῦλον οὐ μικρὸν,

sisse, brevi enim se ipsis adfuturum: itaque si voles, *ait*, tibi licebit, oculis me non conniventibus, intueri.

Cyrus igitur hoc modo ad Persas reversus, annum adhuc inter pueros egisse perhibetur. Ac primùm quidem eum illudebant pueri, ut qui apud Medos delicatè vivere edoctus venisset. At postquam eum et comedere suaviter, quemadmodùm ipsi *solebant*, et bibere vidissent, et si quando festo die lautius injiceretur epulum, eum *aliis* potiùs de portione suâ largiri, quàm quid amplius requirere sensissent; atque adeò ad hæc, in cæteris etiam rebus omnibus eum ipsis longè præstare animadvertissent; tum enimverò contrà æquales eum reverebantur. At postquam, cursu hujus institutionis absoluto, jam ad ephebos transiit, inter hos item maximè excellere visus est, et exercendo quæ oportebat, et tolerando quæ opus erat, et seniores reverendo, et magistratibus parendo.

Procedente verò tempore moritur apud Medos Astyages; et Cyaxares Astyagis filius, matrisque Cyri frater, Medorum imperio potitus est. Rex autem Assyriorum, cùm Syros omnes, gentem non parvam,

a Ὥσε ὁρᾶν σοι ἐξέσαι, &c.] Transitio est ab obliquâ oratione ad rectam; cujus etiam exempla in sacris scriptoribus sunt notandæ, ut Luc. v, 14, Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ. Et Act. i, 4, παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου.

ὑπήκοον δὲ πεποιημένος τὸν Ἀραβίων βασιλέα, ὑπηκόας δὲ ἔχων ἤδη καὶ Ὑρκανίους, πολιορχῶν δὲ καὶ Βακτρίους, ἐνόμιζεν εἰ τὰς Μήδους ἀσθενεῖς ποιήσειε, πάντων γε ἂν τῶν πέριξ ῥᾳδίως ἄρξειν· ἰσχυρότατον γὰρ τῶν ἐγγὺς φύλων τοῦτο ἐδόκει εἶναι. Οὕτω δὴ διαπέμπεται πρός τε τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν πάντας, καὶ πρὸς Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα, καὶ πρὸς τὸν Καππαδοκων, καὶ πρὸς Φρύγας ἀμφοτέρους, καὶ πρὸς Κᾶρας, καὶ Παφλαγόνας, καὶ Ἰνδοὺς δὲ, καὶ πρὸς Κίλικας, τὰ μὲν καὶ διαβάλλων πρὸς αὐτοὺς Μήδους καὶ Πέρσας, λέγων ὡς μεγάλα τε εἴη ταῦτα ἔθνη καὶ ἰσχυρὰ, καὶ συνεσηκότα εἰς τὸ αὐτὸ, καὶ ἐπιγαμίας ἀλλήλοις πεποιημένοι εἶεν, καὶ [a] συνεσήκοιεν εἰς ἕν, καὶ κινδυνεύοιεν, εἰ μή τις αὐτοὺς

subegisset, Arabum regem imperio suo subjecisset, subditos jam et Hyrcanios haberet, Bactriosque obsideret, existimavit, si Medorum vires debilitâsset, facilè *se* finitimis omnibus imperaturum: hæc enim natio inter vicinas alias potentissima esse videbatur. Itaque nuntios ad sub ditos suos universos, et ad Crœsum Lydorum regem, et ad *regem* Cappadocum, et Phrygas utrosque, ad Caras, ad Paphlagonas, ad Indos etiam, et ad Cilicas mittit, et Medos Persasque apud illos in invidiam et crimen vocat, cùm diceret magnas esse has fortesque gentes, et *viribus consiliisque* conjunctas, et affinitatibus mutuis devinctas, easdemque omninò inter se *ità* conspirâsse, ut periculum esset, nisi quis

a Καὶ συνεσήκοιεν εἰς ἕν] Vix dum legeramus συνεσηκότα εἰς τὸ αὐτὸ, cùm mira sanè, nec suavis adeò, verborum idem ferè sonantium occurrit iteratio. Stephanus locum mendo laborare putat; medicas verò manus inaniter adhibuisse videtur. Is enim cum adjunctione ità legi vult. ἢ δὴ καὶ πρὸς πόλεμον συνεσήκοιεν εἰς ἕν. Editi omnes et MS. Bodl. (nec quisquam aliter uspiam inveniri ait) ad tuendam lectionem receptam conspirant: quam quidem, tantâ præsertim cùm nitatur auctoritate, temerè nemo, utì opinor, improbabit, modò ei hanc et illam mox legenti φράσιν distinctæ suboriantur ideæ. Quidni igitur, inter legendum hæc Assyriorum regis verba, hujusmodi quædam animo concipiamus? Eas nimirum gentes, quas in crimen is voluit et invidiam vocare, societate *primò* initâ, inter se communia dudùm agitâsse consilia, conjunctisque viribus esse ad ea exsequenda paratas: hanc *deindè* societatem stabiliori connubiorum vinculo firmâsse adeò, ut cùm jam *tandem* sese mutuò propiore affinitatis amicitiæque gradu contigerint, unum impensiùs studerent ambæ, vellent idem, idem nollent, et fidei hinc indè datæ forent servantissimæ. Hæc si minùs placeat interpretatio, dicendum forsan erit, Regem illum ideò hæc ingeminâsse verba, ut quantum tum sibi tum eis, quas per nuntios compellavit, gentibus à Medis Persisque eas conspirantibus timendum esset, exprimeret fortiùs et vehementiùs urgeret, easdemque adeò faciliùs in suas partes traheret, et ad arma citiùs pro communi salute capienda concitaret. Conjungi autem solent ἓν καὶ ταυτὸ, de iis cùm fiat oratio, qui inter se maximè consentiunt; ità Polybius (ut exempla omittam aliundè petenda) l. v, p. 441, διὸν μάλιστα μὲν μηδέποτε πολεμεῖν τοὺς Ἕλληνας ἀλλήλοις, ἀλλὰ μεγάλην χάριν ἔχειν τοῖς θεοῖς, εἰ λέγοντες ἓν καὶ ταυτὸ πάντες, &c. Atque eodem ferè modo Evang. de iis qui ὁμοθυμαδὸν ad occidendum Jesum erant coacti,—καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κ.τ., &c. Act. iv, 46.

φθάσας ἀσθενώσει, ἐπὶ ἓν ἕκασον τῶν ἐθνῶν [a] ἰόντες καὶ ἀσρέψασθαι. Οἱ μὲν δὴ καὶ τοῖς λόγοις τούτοις πειθόμενοι, συμμαχίαν αὐτῷ ποιοῦνται· οἱ δὲ, καὶ δώροις καὶ χρήμασιν ἀναπειθόμενοι· πολλὰ γὰρ ἦν ταῦτα ἦν αὐτῷ. Κυαξάρης δὲ ὁ τοῦ Ἀσυάγους παῖς, ἐπεὶ ἠσθάνετο τήν τ' ἐπιβουλὴν καὶ τὴν παρασκευὴν [b] αὐτῶν συνισαμένην ἐφ' ἑαυτὸν, αὐτός τε εὐθέως ὅσα ἐδύνατο παρεσκευάζετο, καὶ εἰς Πέρσας δὲ ἔπεμπε πρός τε τὸ κοινὸν, καὶ πρὸς Καμβύσην [c] τὸν τὴν ἀδελφὴν ἔχοντα, καὶ βασιλεύοντα ἐν Πέρσαις. Ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς Κῦρον, δεόμενος αὐτοῦ πειρᾶσθαι ἄρχοντα ἐλθεῖν τῶν ἀνδρῶν, εἴ τινας πέμποι στρατιώτας τὸ Περσῶν κοινόν. Ἤδη γὰρ καὶ ὁ Κῦρος, διατετελεκὼς τὰ ἐν τοῖς ἐφήβοις δέκα ἔτη, ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἦν. Οὕτω δὴ δεξαμένου τοῦ Κῦρου, οἱ βουλεύοντες γεραίτεροι αἱροῦνται αὐτὸν ἄρχοντα τῆς εἰς Μήδους στρατείας. Ἔδοσαν δὲ αὐτῷ διακοσίους [d] τῶν ὁμοτίμων προσελέσθαι· τῶν δ' αὖ διακοσίων ἑκάστῳ, τέτταρας ἄνδρας

eas antevertendo debilitaret, nè nationes alias adortæ singulas, *omnes*, everterent. At illi, partim his verbis persuasi, partim muneribus ac pecuniis adducti, harum enim magna ei aderat copia, societatem belli cum eo ineunt. Cyaxares verò Astyagis filius, cùm et insidias eorum et apparatum adversus se conflatum animadverteret, statim et ipse quæcunque poterat parabat, et nuntios in Persiam tum ad rempublicam, tum ad Cambysem qui sororem ipsius in matrimonio habebat, et in Persiâ regnabat, legavit. Atque etiam ad Cyrum mittebat, rogans eum daret operam, ut si quos Persarum respublica missura esset milites, eorum ipse veniret imperator. Jam etiam Cyrus, exactis decem inter ephebos annis, in virorum numerum, erat adscitus. Itaque Cyro *munus* suscipiente, seniores consiliarii inperatorem eum ad expeditionem Medicam deligunt. Et potestatem ei fecêre ducentos de eis qui ὁμότιμοι vocantur allegendi: horum verò ducentorum unicuique permiserunt,

a Ἰόντι:] Editi omnes mendosè, uti videtur, ἰόντας exhibent. Stephanus et Muretus auctores mihi fuêre, ut ἰόντι reponerem; quod quidem et ipsa syntaxeos ratio postulat, cùm hîc, ut rectè monet Stephanus, nominandi casu opus sit, qui cum κινδυνεύουσιν jungatur.

b Αὐτῶν συνισαμένην, &c.] Tentavit hunc locum Stephanus, quippe cui visum esset συνίσασθαι meliùs de *personâ*, quàm de *re* dici; ideóque legi etiam monet, τῶ συνισαμένω ἐφ' ἑαυτόν. Sed verbum illud bis eâdem Polybii (alios, nè adducerem auctores) paginâ, 124, de bello usurpatur. Quamvis minimè aspernanda est lectio quam Stephanus laudat, quamque adeò MS. Bodl. clarè repræsentat.

c Τὸν τὴν ἀδελφὴν ἔχοντα] Nempè, *in matrimonio*. Quod loquendi genus reperitur etiam Matt. xiv, 4, Οὐκ ἔξεσί σοι ἔχειν αὐτήν.

d Τῶν ὁμοτίμων] Hi fuêre principes quidem viri, sic dicti, quòd honore erant et dignitate pares: qui, ut proceres ferè alii omnes, ad fores regiæ morari consuevêre: uti Noster lib. vii, sub finem, ἀλλ' ὥσπερ ἐν Πέρσαις ἐπὶ τοῖς ἀρχαίοις οἱ ὁμότιμοι διάγουσιν, &c.

ἐκ τῶν ὁμοίων ἔδοσαν προσελέσθαι· γίγνονται μὲν δὴ ἕτοι χίλιοι· τῶν δ' αὖ χιλίων τούτων ἔδοσαν προσελέσθαι ἑκάστῳ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Περσῶν δέκα μὲν πελτασὰς, δέκα δὲ σφενδονήτας, δέκα δὲ τοξότας. Καὶ ἕτως ἐγένοντο μύριοι μὲν τοξόται, μύριοι δὲ πελτασαὶ, μύριοι δὲ σφενδονῆται· χωρὶς δὲ τούτων οἱ χίλιοι ὑπῆρχον. Τοσαύτη μὲν δὴ στρατιὰ τῷ Κύρῳ ἐδόθη. Ἐπειδὴ δὲ ἡρέθη τάχιστα, ἤρξατο μὲν πρῶτον ἀπὸ τῶν θεῶν· καλλιερησάμενος δὲ, τότε προσηρεῖτο τοὺς διακοσίους. Ἐπεὶ δὲ προσείλοντο καὶ ἕτοι δὴ τοὺς τέσσαρας ἕκαστοι, συνέλεξεν αὐτούς, καὶ ἔλεξεν ὁ Κῦρος ἐν αὐτοῖς τότε πρῶτον τάδε·

" Ἄνδρες φίλοι, ἐγὼ προσειλόμην μὲν ὑμᾶς, οὐ νῦν πρῶτον
" δοκιμάσας, ἀλλ' ἐκ παίδων ὁρῶν ὑμᾶς, ἃ μὲν καλὰ ἡ πό-
" λις νομίζει, προθύμως αὐτὰ ἐκπονοῦντας· ἃ δὲ αἰσχρὰ ἡγεῖ-
" ται εἶναι, παντελῶς τούτων ἀπεχομένους. Ὧν δὲ ἕνεκα αὐτός
" τε ἦκ ἄκων εἰς τόδε τὸ τέλος κατέστην, καὶ ὑμᾶς παρεκάλεσα,
" δηλῶσαι ὑμῖν βούλομαι. Ἐγὼ γὰρ καλενόησα ὅτι οἱ πρόγονοι
" ἡμῶν ἐγένοντο· ἀσκοῦντες γῆν κἀκεῖνοι διετέλεσαν,
" ἅπερ ἔργα ἀρετῆς νομίζεται. Ὅ,τι μέντοι προσεκτήσαντο τοιού-
" τοι ὄντες ἢ τῷ τῶν Περσῶν κοινῷ ἀγαθὸν, ἢ αὐτοῖς, τοῦτο ἤκετι
" δύναμαι καταδεῖν. Καίτοι ἔγωγε οἶμαι ἡδεμίαν ἀρετὴν ἀσ-

ut quatuor viros ejusdem ordinis adsciret: ità hi mille fiunt: horum autem mille unicuique concesserunt, ut ex Persarum plebe decem peltastas, funditores decem, decem sagittarios allegeret. Atque hoc modo sagittariorum decem millia, peltastarum decem millia, funditorum decem millia, confecta sunt; præter hos autem erant mille illi. Tantus igitur Cyro datus est exercitus. At ille cùm primùm electus esset *imperator*, à diis primùm est auspicatus; sacrisque litatis, tum *demum* ducentos illos adscivit. Postquam verò et horum singuli quatuor legissent, eos convocavit, et hæc primùm ad eos verba tunc fecit Cyrus:

" Allegi vos equidem, viri amici, non qui nunc primùm *vos* proba-
" verim, sed qui viderim vos indè usque à pueritiâ ea, quæ civitas
" honesta censet, studiosè facere: protinusque ab iis abstinere, quæ
" illa turpia esse ducit. Quibus verò de causis et ipse munus hoc non
" invitus susceperim, et vos advocaverim, vobis exponere libet. Ma-
" jores ego nostros nihilo nobis deteriores fuisse animadverti; quippe
" qui se nunquam non in iis, quæ virtutis studia ducuntur, exercu-
" erint. Quid tamen emolumenti tales qui essent vel Persarum civi-
" tati publicè, vel sibi privatim acquisiverint, hoc nequaquam per-
" spicere possum. Atqui ego quidem arbitror nullam ad hominibus

" κεῖσθαι ὑπ' ἀνθρώπων, ὡς μηδὲν πλέον ἔχωσιν οἱ ἐσθλοὶ γενό-
" μενοι τῶν πονηρῶν· ἀλλ' οἵτε [a] τῶν παραυτίκα ἡδονῶν ἀπε-
" χόμενοι, οὐχ, ἵνα μηδέποτε εὐφρανθῶσι, τοῦτο πράττουσιν,
" ἀλλ' ὅπως διὰ ταύτην τὴν ἐγκράτειαν πολλαπλάσια εἰς τὸν
" ἔπειτα χρόνον εὐφραίνωνται, οὕτω παρασκευάζονται· οἵτε λέ-
" γειν προθυμούμενοι δεινοὶ γενέσθαι, ἐχ, ἵνα εὖ λέγοντες μη-
" δέποτε παύσωνται, τοῦτο μελετῶσιν, ἀλλ' ἐλπίζοντες τῷ λέγειν
" εὖ πείθοντες πολλοὺς ἀνθρώπους, πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ
" διαπράξεσθαι· οἵτε αὖ τὰ πολεμικὰ ἀσκοῦντες, οὐκ, ὡς μα-
" χόμενοι μηδέποτε παύσωνται, τοῦτ' ἐκπονοῦσιν, ἀλλὰ νομίζοντες
" καὶ ἕτοι, τὰ πολεμικὰ ἀγαθοὶ γενόμενοι, πολὺν μὲν ὄλβον,
" πολλὴν δὲ εὐδαιμονίαν, μεγάλας δὲ τιμὰς καὶ αὐτοῖς καὶ
" τῇ πόλει περιάψειν. Εἰ δέ τινες ταῦτα ἐκπονήσαντες, πρίν τινα
" καρπὸν ἀπ' αὐτῶν κομίσασθαι περιεῖδον αὑτοὺς γήρᾳ ἀδυνάτους
" γενομένους, ὅμοιον ἔμοιγε δοκοῦσι πέπονθέναι, οἷον εἴ τις γεωρ-
" γὸς ἀγαθὸς προθυμηθεὶς γενέσθαι, ἢ εὖ σπείρων, ἢ εὖ φυλεύων,

" virtutem coli, ut qui probi evaserint nihilo meliore sint conditione
" quàm inertes: sed qui à voluptatibus in præsentiâ oblatis abstinent,
" non, ut nulla unquam gaudia percipiant, hoc faciunt, sed ut in po-
" sterum propter hanc continentiam multiplici gaudio fruantur, ità
" sese comparant: quique dicendi vi student excellere, non, ut ornatè
" dicendi finem nunquam faciant, hoc meditantur, sed quòd fore spe-
" rant ut, cùm dicendi facultate in suam multos homines sententiam
" adduxerint, multa magnáque assequantur commoda: iique itidem
" qui res bellicas tractant, non, ut pugnare nunquam desinant,
" hunc laborem sustinent, sed quòd hi quoque arbitrantur, si peri-
" tiam rei militaris adepti sint, multas se opes, multam felicitatem,
" magnos honores tum sibi tum patriæ acquisituros. Quòd si qui stu-
" diosè in his versati, per negligentiam sese senectute imbecilles reddi
" siverunt, priusquàm fructum ex eis aliquem perceperint, illis ejus-
" modi quidpiam usu venisse mihi quidem videtur, ac si quis agricola,
" postquam peritus esse studuisset, benè serendo, benè item plantando,

a Τῶν παραυτίκα ἡδονῶν, &c.] Vult τὰς ἐν τῷ παρόντι ἡδονάς, quibus mox opponitur τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον εὐφραίνεσθαι. Quâ cum locutione apostolicam illam conferre libet, 2 Cor. iv, 17, τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν. Quæ idem valent quod ejusdem apostoli verba, Rom. viii, 18, τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ. Tempus autem hoc cùm vix momenti rationem habeat, si vitam æternùm posthàc producendam animo reputemus, rectè, patet, ab interpretibus τὸ παραυτίκα θλῖψιν conversum esse, *temporariam* vel *momentaneam afflictionem*. Atque ità Latini etiam adverbium nonnunquam loco nominis adjectivi adhibent,

——neque enim ignari sumus antè malorum.

Æn. l. i, v. 202, et passim alibi.

" ὁπότε αὐτὸν καρπᾶσθαι ταῦτα δέοι, ἐᾷν τὸν καρπὸν ἀσυγκό-
" μιστον εἰς τὴν γῆν πάλιν καταῤῥεῖν. Καὶ εἴ τις ἀθλητὴς πολλὰ
" πονήσας, καὶ ἀξιόνικος γενόμενος, ἀναγώνιστος διατελέσειεν,
" οὐδ' ἂν οὗτος ἔμοιγε δοκεῖ δικαίως ἀναίτιος εἶναι ἀφροσύνης.
" Ἀλλ' ἡμεῖς, ὦ ἄνδρες, μὴ πάθωμεν ταῦτα· ἀλλ' ἐπείπερ
" συνίσμεν ἡμῖν αὐτοῖς ἀπὸ παίδων ἀρξάμενοι ἀσκηταὶ ὄντες τῶν
" καλῶν κἀγαθῶν ἔργων, ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὓς ἐγὼ σα-
" φῶς ἐπίσαμαι, αὐτὸς ἰδὼν, ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς
" ἀγωνίζεσθαι. Οὐ γάρ πω οὗτοι ἱκανοί εἰσιν ἀγωνισαὶ, οἳ ἂν
" τοξεύωσιν, ἢ ἀκοντίζωσιν, ἢ ἱππεύωσιν ἐπισημόνως, ἢν δέ πε
" πονῆσαι δέῃ, τούτῳ λείπωνται· ἀλλ' οὗτοι ἰδιῶταί εἰσι καλὰ
" τὰς πόνους· οὐδέ γε οἵτινες, ἀγρυπνῆσαι δέον, ἡττῶνται τύτε·
" ἀλλά κ' οὗτοι ἰδιῶταί εἰσι κατὰ τὸν ὕπνον· οὐδέ γε οἱ ταῦτα
" μὲν ἱκανοὶ, ἀπαίδευτοι δὲ ὡς χρὴ κ' συμμάχοις κ' πολεμίοις
" χρῆσθαι· ἀλλὰ κ' οὗτοι δῆλον ὅτι τῶν μεγίσων παιδευμάτων
" ἀπείρως ἔχουσιν. Ὑμεῖς δὲ νυκτὶ μὲν δήπε, ὅσαπερ οἱ ἄλλοι
" ἡμέρᾳ, δύνασθε χρῆσθαι· [a] πόνους δὲ τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνας

" cùm tandem fructus eum ex his colligere oporteat, eos minimè
" comportatos, in terram rursùs decidere patiatur. Si quis itidem
" athleta multum postquam laboris hauserit, et idoneus ad victoriam
" adipiscendam evaserit, in certamen nunquam descenderit, neque is
" mihi quidem jure liberandus dementiæ culpâ videtur. At nobis,
" viri, idem nequaquam usu veniat; sed cùm ipsimet nobis conscii
" simus, indè usque à pueritiâ nos et in honestarum et laudabilium
" actionum studiis exercitatos esse, eamus in hostes, quos ego, quippe
" qui spectaverim, certò scio adversùm vos pugnandi rudes esse. Ne-
" quaquam enim idonei sunt præliatores, qui vel sagittandi, vel jacu-
" landi, vel equitandi sunt periti, labores verò perferre si quando
" oporteat, hîc deficiant; verùm hi quod ad labores attinet, rudes
" sunt; neque ii certè, qui vigilandum cùm sit, vigiliis succumbunt;
" sed et hi rudes sunt, somnum quod attinet: neque ii sanè, qui ad
" hæc quidem præstanda sint idonei, ignari verò quomodò se et erga
" socios et hostes gerere oporteat; sed et hos maximarum disciplina-
" rum rudes esse constat. At vos opinor nocte, perindè atque alii
" die, uti potestis: labores autem ad jucundè vivendum duces esse

a Πόνους δὲ τοῦ ζῆν ἡδέως, &c.] Longinum audi, p. 94, Edit. nuperæ Londin. Ἀντὶ τοῦ πονεῖν θέλετε " πόνων " ἡγεμόνα τοῦ ζῆν ἡδέως ποιεῖσθε," εἰπὼν, καὶ τέλος ὁμοίως ἐπεκτείνας, μεγάλην τινὰ ἥνωσιν τῇ ἐπαίνῳ προσπεριαρίσατο. Idem ferè de labore Livius in eâ, quâ Appian. Claudium usum facit, oratione, lib. v, tom. i, p. 334, Edit. Amstel. *Labor voluptasque, dissimilima naturâ, societate quâdam inter se naturali sunt juncta.*

" νομίζετε· λιμῷ δὲ ὅσαπερ ὄψῳ διαχρῆσθε· ὑδροποσίαν δὲ ῥᾷον
" τῶν λεόντων φέρετε· κάλλιστον δὲ πάντων καὶ πολεμικώτατον κτῆμα
" εἰς τὰς ψυχὰς συγκεκόμισθε· ἐπαινούμενοι γὰρ μᾶλλον ἢ τοῖς
" ἄλλοις ἅπασι χαίρετε. Τὸς δ' ἐπαίνους ἐρασὰς ἀνάγκη ἐπὶ τούτῳ
" πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ἡδέως ὑποδύεσθαι. Εἰ δὲ
" ταῦτα ἐγὼ λέγω περὶ ὑμῶν, ἄλλως γιγνώσκων, ἐμαυτὸν ἐξα-
" πατῶ· ὅ,τι γὰρ μὴ τοιοῦτον ἀποβήσεται παρ' ὑμῶν, εἰς ἐμὲ
" τὸ ἐλλεῖπον ἥξει. Ἀλλα πιστεύω τοι τῇ πείρᾳ, καὶ τῇ ὑμῶν εἰς
" ἐμὲ εὐνοίᾳ, καὶ τῇ τῶν πολεμίων ἀνοίᾳ, μὴ ψεύσειν με ταύτας
" τὰς ἀγαθὰς ἐλπίδας. [a] Ἀλλὰ θαῤῥοῦντες ὁρμώμεθα, ἐπειδὴ
" καὶ ἐκποδὼν ἡμῖν γεγένηται τὸ δόξαι τῶν ἀλλοτρίων ἀδίκως
" ἐφίεσθαι. Νῦν γὰρ ἔρχονται μὲν οἱ πολέμιοι, ἄρχοντες ἀδίκων
" χειρῶν· καλοῦσι δὲ ἡμᾶς οἱ φίλοι ἐπικούρους. Τί ἂν ἐσιν ἢ τοῦ
" ἀλέξασθαι δικαιότερον, ἢ τοῦ τοῖς φίλοις ἀρήγειν κάλλιον;
" Ἀλλὰ μὴν διὰ τοῦτο ὑμᾶς οὐχ ἥκιστα οἶμαι θαῤῥεῖν, τὸ μὴ
" παρημεληκότα με τῶν θεῶν τὴν ἔξοδον ποιεῖσθαι. Πολλὰ γάρ
" μοι συνόντες, ἐπίστασθε οὐ μόνον τὰ μεγάλα, ἀλλὰ καὶ τὰ
" μικρὰ πειρώμενον, ἀπὸ θεῶν ὁρμᾶσθαι ἀεί. Τέλος, ἔφη, Τί δεῖ

" existimatis; fame tanquam obsonio omninò utimini; aquæ potum
" faciliùs quàm leones ipsi fertis; pulcherrimam denique omnium pos-
" sessionem et bellatoribus aptissimam in animos vestros condidistis;
" quippe qui laude magìs quàm omnibus aliis rebus gaudetis. Laudis
" autem amatores necesse est ejus *adipiscendæ* gratiâ, laborem omnem,
" omne periculum libentissimè subire. Quòd si hæc ego de vobis, ali-
" ter ac sentiam, dico, memet ipsum fallo: nam si contigerit ut vosmet
" tales non præstetis, in me quicquid defuerit recidet. Verùm et ex-
" perientiâ, et benevolentiâ erga me vestrâ, et hostium amentiâ *fretus*
" confido, bonas hasce spes me non frustraturas. Fidentibus igitur
" animis proficiscamur, præsertim cùm hoc procul à nobis absit, ut
" aliena per injuriam appetere videamur. Hostes enim nunc adve-
" niunt, qui primi bello lacessunt: amici verò nos ad opem ferendam
" arcessunt. Quid ergò vel justius est quàm vim propulsare, aut ho-
" nestius quàm amicis opitulari? At verò eâ vos de causâ non paulò
" fidentiores esse arbitror, quòd *nimirum* diis minimè neglectis ex-
" peditionem hanc parem. Nam cùm multùm mecum versemini,
" non modò res magnas, sed etiam parvas aggredientem, initium à
" diis semper *me* facere novistis. Tandem, ait, Quid pluribus verbis

a Ἀλλὰ θαῤῥοῦντες, &c.] Ἀλλὰ hoc loco, *itaque, quin;* quam notionem obtinet, Act. x, 20,—Ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι.

" λέγειν ἔτι; Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν τὰς ἄνδρας ἑλόμενοι καὶ ἀναλα-
" βόντες, καὶ τἆλλα παρασκευασάμενοι, ἴτε εἰς Μήδους· ἐγὼ δ'
" ἐπανελθὼν πρὸς τὸν πατέρα, πρόειμι δή, ὅπως τὰ τῶν πολε-
" μίων ὡς τάχιστα μαθὼν οἷά ἐστι, παρασκευάσω ὑμῖν ὅ, τι ἂν
" δύνωμαι, ὅπως ὡς κάλλιστα, σὺν θεῷ, ἀγωνιζώμεθα." Οἱ
μὲν δὴ ταῦτα ἔπραττον.

Κῦρος δὲ ἐλθὼν οἴκαδε, καὶ προσευξάμενος Ἑστίᾳ πατρῴᾳ, καὶ
Διὶ πατρῴῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς, ὥρμᾶτο ἐπὶ τὴν στρατείαν·
συμπρέπεμπε δὲ αὐτὸν καὶ ὁ πατήρ. Ἐπεὶ δὲ ἔξω τῆς οἰκίας ἐγέ-
νοντο, λέγονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ αὐτῷ αἴσιοι γενέσθαι. Τούτων
δὲ φανέντων, οὐδὲν ἔτι ἄλλο οἰωνιζόμενοι ἐπορεύοντο, ὡς οὐδένα ἂν
λήσαντα τὰ τῶν μεγίστων θεῶν σημεῖα.

Προϊόντι δὲ τῷ Κύρῳ ὁ πατὴρ ἦρχετο λόγων τοιῶνδε. Ὅτι μέν,
ὦ παῖ, θεοί σε φίλεώ τε καὶ εὐμενεῖς πέμπουσί, καὶ ἐν ἱεροῖς δῆλον
καὶ ἐν οὐρανίοις σημείοις· γιγνώσκεις δὲ καὶ αὐτός. Ἐγὼ γάρ σε
ταῦτα ἐπίτηδες ἐδιδαξάμην, ὅπως μὴ δι' ἄλλων ἑρμηνέων τὰς
τῶν θεῶν συμβολὰς συνείης, ἀλλὰ αὐτός, καὶ ὁρῶν τὰ ὁρατὰ, καὶ
ἀκούων τὰ ἀκουστὰ, γιγνώσκοις, καὶ μὴ ἐπὶ μάντεσιν εἴης, οἳ, εἰ
βέλοιντό, σε ἐξαπατῷεν, ἕτερα λέγοντες ἢ τὰ παρὰ τῶν θεῶν ση-
μαινόμενα· μηδ' αὖ, εἴ ποτε ἄρα ἄνευ μάντεως γένοιο, ἀποροῖς

" opus est? At vos lectis quidem assumptisque viris, cæterisque rebus
" paratis, an Medos pergite: ego verò ad patrem reversus, *eò* utique
" *jam* proficiscor, quò de rebus hostium quàm celerrimè quales eæ sint
" edoctus, quicquid potero vobis parem, ut quàm præclarissimè, deo
" juvante, dimicemus." Et illi quidem hæc agebant.

Cyrus autem domum reversus, precatusque Vestam patriam, et Jovem patrium, cæterosque deos, in expeditionem profectus est: eumque pater etiam deducebat. Ac postquam domo egressi essent, fulgura tonitruaque fausta ei oblata fuisse perhibentur. Quæ cùm apparuissent, alio præterea nullo captato augurio perrexêre, quasi neminem maximi dei signa latere possent.

Cyrum verò progredientem pater hujusmodi verbis alloqui cœpit: Quòd quidem, fili, dii te propitii atque benigni dimittunt, cùm ex sacrificiis constat tum cælestibus signis: id quod et ipse etiam nôsti. Hæc ego enim te de industriâ edocui, ut nè per alios interpretes deorum consilia intelligeres, sed ipse *ea*, et quæ videnda sint videns, et quæ audienda audiens, cognosceres, et ab hariolis non penderes, qui te, si vellent, decipere possent, alia dicentes quàm quæ divinitùs portenderentur: néve rursùs, si quando hariolus non adesset, quid de

θείοις σημείοις ὅ, τι χρῷο· ἀλλὰ διὰ τῆς μαντικῆς γιγνώσκων τὰ παρὰ τῶν θεων συμβαλευόμενα, τούτοις πείθοιο. Καὶ μὲν δή, ὦ πάτερ, ἔφη ὁ Κῦρος, ὅπως γ' ἂν ἵλεῳ οἱ θεοὶ ὄντες ἡμιν συμβαλεύειν ἐθέλωσιν, ὅσον δύναμαι κατὰ τὸν σὸν λόγον διαλελέσω ἐπιμελούμενος. Μέμνημαι γὰρ [a]ἀκούσας ποτέ σε, ὅτι εἰκότως ἂν καὶ παρὰ τῶν θεῶν ῥᾳκλικώτερος εἴη, ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων, ὅσις μὴ, ὁπότε ἐν ἀπόροις εἴη, τότε κολακεύοι, ἀλλ' ὅτε ἄριστα πράττοι, τότε μάλιστα τῶν θεῶν μεμνῆτο· καὶ τῶν φίλων δὲ ἔφησθα χρῆναι ὡσαύτως ἐπιμελεῖσθαι. Οὐκοῦν νῦν, ἔφη, ὦ παῖ, διά γε ἐκείνας τὰς ἐπιμελείας ἥδιον μὲν ἔρχῃ πρὸς τοὺς θεοὺς δεησόμενος· ἐλπίζεις δὲ μᾶλλον τεύξεσθαι ὧν ἂν δέῃ, ὅτι συνειδέναι σαυτῷ δοκεῖς οὐ πώποτ' ἀμελήσας αὐτῶν. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ὦ πάτερ, ὡς πρὸς φίλους μοι τοὺς θεοὺς ὄντας οὕτω διάκειμαι. Τί γὰρ, ἔφη, ὦ παῖ, μέμνησαι ἐκεῖνα, ἃ ποτε ἐδόκει ἡμῖν; [b]ὡς, ἅπερ δεδώκασιν οἱ θεοὶ, μαθόντας ἀνθρώπους

signis divinis statuendum esset ambigeres; sed vaticinandi arte percipiens quæ divinitùs consulerentur, eisdem obtemperares. Et Cyrus quidem, pater, inquit, ut dii propitii nobis consulere velint, quantum potero ex oratione tuâ nunquam non curabo. Memini enim ex te aliquando audîsse, meritò illum etiam à diis, quemadmodùm et ab hominibus, aliquid faciliùs impetrare, qui non tunc *demùm*, cùm adducitur in angustias, aduletur, sed cùm felicissimâ utitur fortunâ, tunc deorum maximè meminerit: et amicorum etiam aiebas eodem modo habendam esse curam. Ergo jam, fili, inquit, libentiùs deos accedis supplicaturus, propter illa *tua in eis colendis* studia: et speras te magìs ea quæ petieris consecuturum, quòd tibi sic conscius esse videris ut qui nunquam eos neglexeris. Sanè quidem, pater, inquit, sic erga deos sum affectus ut qui mihi amici sint. Quid enim, fili, inquit, meministin' illa, de quibus inter nos aliquando conveniebat? *nimirùm*, ea quæ dii largiti

a Ἀκούσας ποτέ σε] Knatchbullus, ad Act. i, 4, in miram quandam interpunctionem, atque adeò interpretationem, istorum verborum, τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου, delapsus est: quippe qui ἠκούσατέ μου, pro παρὰ μοῦ, violentam constructionem esse judicâsset. Ei scilicet in mentem non venerat, verba *audiendi*, præter accusativum *objecti* (ut loquuntur) *auditi*, genitivum etiam *subjecti à quo quid auditur*, usitatè regere. Constructio hæc est Nostro perquàm familiaris.

b Ὡς, ἅπερ δεδώκασιν οἱ θεοὶ, &c.] Stephanus multum sibi negotii verba hæc, ὡς ἅπερ, facessisse ait: tandem ὅσαπερ rescribendum statuit: quâ de scripturâ exstat etiam Mureti adstipulatio. Ego verò nihil mutandum puto; cùm lectio recepta sensum satìs idoneum dare videatur. Non enim rarò, apud probatissimos quosque auctores, particulam ὡς præmissam reperimus, cùm ad orationem, priùs habitam, denuò referendum se accingunt. Cambyses igitur hîc, meâ quidem sententiâ, repetendo jam percurrit monita, quæ antèà Cyro, ea omnia comprobanti tradiderat; quæque huc ferè recidere videntur. Earum, scilicet, artium, quibus acquirendis ido-

βέλτιον πράξειν, ἢ ἀνεπισήμονας αὐτῶν ὄντας, καὶ ἐργαζομένους μᾶλλον ἀνύτλειν, ἢν ἀργῶντας, καὶ ἐπιμελουμένους ἀσφαλέστερον ἂν διάγειν, ἢ ἀφυλακτοῦντας τούτων· παρέχοντας οὖν ἑαυτοὺς οἵους δεῖ, οὕτως ἡμῖν ἐδόκει δεῖν καὶ αἰτεῖσθαι τὰ ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν. Ναὶ μὰ Δία, ἔφη ὁ Κῦρος, μέμνημαι μέντοι ταῦτα [a] ἀκούσας σου· καὶ γὰρ ἀνάγκη ἦν πείθεσθαι τῷ λόγῳ τούτῳ. Καὶ γὰρ οἶδά σε λέγοντα ἀεί, ὡς ἁδὲ θέμις εἴη αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν ἅτε, ἱππεύειν μὴ μαθόντας, ἱππομαχοῦντας νικᾶν· ἅτε, μὴ ἐπισαμένους τοξεύειν, τοξεύοντας κρατεῖν τῶν ἐπισαμένων τοξεύειν· ἅτε, μὴ ἐπισαμένους κυβερνᾶν, σώζειν εὔχεσθαι ναῦς κυβερνῶντας· ἅδὲ, μὴ σπείροντάς γε σῖτον, εὔχεσθαι καλὸν αὐτοῖς σῖτον φύεσθαι· ἁδὲ, μὴ φυλαττομένους γε ἐν πολέμῳ, σωτηρίαν αἰτεῖσθαι· παρὰ γὰρ τὰς τῶν θεῶν θεσμὰς πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι· τὰς δὲ ἀθέμιτα εὐχομένους ὁμοίως ἔφησθα εἰκὸς εἶναι παρὰ θεῶν ἀτυχεῖν, ὥσπερ καὶ παρὰ ἀνθρώπων ἀπράκτους τὰς παράνομα δεομένους. Ἐκείνων δὲ, ἔφη, ὦ παῖ, ἐπελάθου, ἅ ποτε [b] ἐγὼ καὶ σὺ ἐλογιζόμεθα; ὡς ἱκανὸν εἴη καὶ

sunt, homines si didicerint meliùs facturos, quàm si eorum sint imperiti: et si operentur, plus effecturos, quàm si sint otiosi; et si curam adhibeant, securiùs vitam acturos, quàm si horum sint negligentes: adeóque præbentes seipsos quales oportet, sic nobis videbatur oportere quoslibet bona à diis petere. Profectò, inquit Cyrus, memini quidem ex te hæc audisse: et sanè necesse erat huic tuo sermoni adsentiri. Etenim novi te dicere solitum, nè fas quidem esse à diis petere vel eos, qui equitandi artem non didicerint; ut equestri prælio victoriam adipiscantur: vel eos, qui sagittare nesciant, ut sagittandi peritos sagittando superent: vel gubernandi rudes precari, ut naves gubernando servent: vel eos, qui frumentum non serant poscere, bonum ut sibi nascatur frumentum: vel denique eos, qui in bello sibi non caveant, salutem petere: hujusmodi enim omnia esse contra leges divinas: eos verò, qui ea quæ non fas sit precantur, par esse aiebas æquè à diis optata non consequi, atque ab hominibus nihil impetrare eos, qui ea quæ legibus adversantur rogant. Illorum verò, fili, ait, oblitúsne es, quæ aliquando inter nos argumentando concludebamus? sat magnum scilicet ac

neas Numen vires nobis condonavit, illos sese peritissimos longè præstare, indéque maxima comparare commoda, qui iis tum discendis tum colendis assiduam operam dederunt; eosque adeò credulam nimis fovere spem, qui ignavis freti precibus, læta sibi omnia polliceri audent. Hujusmodi sunt sagittandi, equitandi, aliæque, paulò post memoratæ, artes, quas ideò Xenophon inter ea recenset ἃ οἱ θεοὶ δεδώκασι, quòd copiam hominibus eas, si velint, discendi fecêre. Reliqua, quæ ad hunc locum annotavit Stephanus, ad calcem operis inter variantes lectiones discutienda rejecimus.

a Ἀκούσας σου] Vide quæ paulò antè de hâc constructione sunt dicta.

b Ἐγὼ ἡ σὺ ἐλογιζόμεθα] Huic verbo tribuenda est hîc loci potestas τῆ συλλο-

καλὸν ἀνδρὶ ἔργον, εἴ τις δύναιτο ἐπιμεληθῆναι ὅπως ἂν αὐτός τε καλὸς κἀγαθὸς δοκίμως γένοιτο, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ὅπως αὐτός τε καὶ οἱ οἰκέται ἱκανῶς ἔχοιεν. Τὸ δὲ, τούτῳ μεγάλῳ ἔργῳ οὔτως [a] ὄντος, ἐπίσασθαι ἀνθρώπων ἄλλων προστατεύειν, ὅπως ἕξουσιν ἅπαντα τὰ ἐπιτήδεια ἕκπλεω, καὶ ὅπως ἔσονται πάντες οἵους δεῖ, τοῦτο θαυμαστὸν δήπου ἐφαίνετο ἡμῖν εἶναι. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὦ πάτερ, μέμνημαι καὶ τοῦτό σου λέγοντος· συνεδόκει δ' ἔν καὶ ἐμοὶ, ὑπερμέγεθες εἶναι ἔργον, τὸ καλῶς ἄρχειν. Καὶ νῦν γ', ἔφη, ταυτά μοι δοκεῖ ταῦτα, ὅταν πρὸς αὐτὸ τὸ ἄρχειν σκοπῶν λογίζωμαι. Ὅταν μέντοιγε πρὸς ἄλλους ἀνθρώπους ἰδὼν κατανοήσω, οἷοί τε ὄντες διαγίγνονται ἄρχοντες, καὶ οἷοι ὄντες ἀνταγωνισαὶ ἡμῶν ἔσονται, πάνυ μοι δοκεῖ αἰσχρὸν εἶναι, τὸ τοιούτους αὐτοὺς ὄντας ὑποπτῆξαι, καὶ μὴ ἐθέλειν ἰέναι αὐτοῖς ἀνταγωνισμένους· ὃς, ἔφη, ἐγὼ αἰσθάνομαι, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἡμετέρων φίλων τούτων, ἡγεμένους, δεῖν τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων διαφέρειν τῷ καὶ πολυτελέστερον δειπνεῖν, καὶ πλέον ἔνδον ἔχειν χρυσίον, ἢ πλείονα χρόνον καθεύδειν, καὶ πάντα ἀπονώτερον τῶν ἀρχομένων διάγειν.

præclarum esse hominis opus, si quis studio suo perficere possit, ut et ipse insigniter honestus probusque evadat, et ut *omnium* ad victum necessariorum affatim sit tum ipsi tum familiæ. Jam verò, cùm hoc adeò magnum opus esset, scire etiam hominibus aliis præesse, ut omnia ad victum necessaria illis abundè suppetant, et tales ut sint omnes quales oportet, id sanè nobis admirandum esse videbatur. Profectò memini, pater, inquit, hoc quoque te dicere : itaque mihi simul videbatur, ingens arduumque esse opus, rectè imperare. Et nunc quidem, ait, idem de his mihi videtur, cùm ad ipsum munus imperatorium respiciens mecum ipse considero. Cùm verò in alios homines intuens perspexerim, quales sint qui in imperio permanent, et quales qui nobis adversarii futuri sunt, omninò mihi turpe videtur, hujusmodi quosdam formidare, ac non libenter ad certamen cum iis ineundum procedere ; quos ego, inquit, intelligo, ab amicis hisce nostris initio facto, existimare, oportere principem à *sibi* subjectis in eo differre, ut et sumptuosiùs cœnet, et domi plus auri habeat, et diutiùs dormiat, et omninò magìs otiosè quàm

γίζομαι, quæ ei itidem competit Roman. iii, 28. Λογιζόμεθα ἔν, πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον, &c. Ubi, non in opinionem tantùm incertam se adduci ait apostolus, sed persuasissimum habere, non aliter quàm fide justitiam alicui posse contingere.

a Ὄντος ἐπίσασθαι] Vulgo, ὄντος ὑφίσασθαι. Distinctio verò post ὄντος est ponenda, et pro ὑφίσασθαι substituendum ἐπίσασθαι; id quod alii conjecturâ perspexêre, et tum res ipsa, tum MS. Bodl. ratum faciunt.

Ἐγὼ δὲ οἶμαι, ἔφη, τὸν ἄρχοντα ȣ̓ τῷ ῥᾳδιȣργεῖν χρῆναι διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ τῷ προνοεῖν τε καὶ φιλοπονεῖν προθυμȣ́μενον. Ἀλλά τοι, ἔφη, ὦ παῖ, ἔνιά ἐςιν, ἃ ȣ̓ πρὸς ἀνθρώπȣς ἀγωνιςέον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὰ τὰ πράγματα, ὧν οὐ ῥᾴδιον εὐπόρως περιγενέσθαι. Αὐτίκα δήπȣ οἶσθα, ἔφη, ὅτι εἰ μὴ ἕξει ἡ ςρατιὰ τὰ ἐπιτήδεια, καταλύσεταί σȣ εὐθὺς ἡ ἀρχή. Οὐκοῦν ταῦτα μὲν, ἔφη, ὦ πάτερ, Κυαξάρης φησὶ παρέξειν τοῖς ἐντεῦθεν πᾶσιν ἰȣ̃σιν, ὁπόσοι ἂν ὦσι. Τȣ́τοις δὲ, ἔφη, ὦ παῖ, σὺ πιςεύων ἔρχῃ τοῖς παρὰ Κυαξάρῃ χρήμασιν; Ἔγωγε, ἔφη ὁ Κῦρος. Τί δὲ, ἔφη, οἶσθα ὁπόσα αὐτῷ ἐςι; Μὰ τὸν Δία, ἔφη ὁ Κῦρος, οὐ μὲν δή. Ὅμως δὲ τούτοις, ἔφη, πιςεύεις τοῖς ἀδήλοις; Ὅτι δὲ πολλῶν μέν σοι δεήσει, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα νῦν ἀνάγκη δαπανᾷν, ἐκεῖνο οὐ γινώσκεις; Γινώσκω, ἔφη ὁ Κῦρος. Ἐὰν οὖν, ἔφη, ἐπιλίπῃ αὐτὸν ἡ δαπάνη, ἢ καὶ ἑκὼν ψεύσηται, πῶς σοι ἕξει τὰ τῆς ςρατιᾶς; Δῆλον ὅτι οὐ καλῶς. Ἀτὰρ, ὦ πάτερ, ἔφη, σὺ εἰ ἐνορᾷς τινα πόρον καὶ ἀπ' ἐμȣ̃ ἂν προσγενόμενον, ἕως ἔτι ἐν φιλίᾳ ἐσμὲν, λέγε. Ἐρωτᾷς, ἔφη, τȣ̃το, ὦ παῖ, εἴ τις ἂν ἀπὸ σȣ̃ πόρος προσγένοιτο; Ἀπὸ τίνος δὲ μᾶλλον εἰκός ἐςι πόρον προσγενέσθαι,

subditi degat. Ego autem, ait, arbitror, principem non desidiosè vitam agendo à subditis distare debere, sed et *rebus suis* alacri animo prospiciendo et laboribus studiosè tolerandis. At verò, fili, inquit *ille*, sunt quædam, in quibus non cum hominibus certandum est, sed cum ipsis rebus, quas *quidem* haud facile est commodè superare. Ac primùm quidem nôsti, inquit, nisi exercitus commeatum habeat, imperium tuum statim ruiturum. Atqui hæc, pater, inquit, Cyaxares præbiturum se dicit omnibus hinc proficiscentibus, quotquot fuerint. Ergò ut, fili, ait, iter ingrederis his opibus quæ sunt apud Cyaxarem confisus? *Sic*, equidem, inquit Cyrus. Quid autem, ait, nostin' quantæ sint illi *opes?* Minimè profecto, inquit Cyrus. Et hisce tamen incertis, ait, fretus es? Quòd autem multis tibi erit opus, atque magnos etiam alios *sumptus* jam necesse est impendere, illud non vides? Video, inquit Cyrus. Quòd si ergò deficiat illum sumptûs suppeditandi copia, vel etiam sciens fallat, quomodò tibi sese res exercitûs habuerint? Certè non benè. Cæterùm tu, pater, ait, si quam parandæ *copiæ* rationem quæ à me quoque possit adferri perspicis, *eam mihi*, dum adhuc in regione pacatâ sumus, exponito. Hoc, fili, quæris, ait, ecqua possit abs te etiam copiæ parandæ ratio proficisci? A quonam verò magìs convenit copiæ parandæ rationem adinve-

ἢ ἀπὸ τ῀ δύναμιν ἔχοντος; Σὺ δὲ πεζὴν μὲν δύναμιν ἔχων ἐνθένδε ἔρχῃ, ἀνθ' ἧς, εὖ οἶδ' ὅτι, πολλαπλασίαν ἄλλην οὐκ ἂν δέξαιο· ἱππικὸν δέ σοι, ὅπερ κράτιστον, τὸ Μήδων σύμμαχον ἔσαι. Ποῖον ἂν ἔθνος τῶν περιξ᾽ ὁ δοκεῖ σοι, καὶ χαρίζεσθαι βουλόμενον [a] ὑμῖν ὑπηρετήσειν, καὶ φοβούμενον μή τι πάθῃ; [b] Ἃ χρή σε κοινῇ σὺν Κυαξάρῃ σκοπεῖσθαι, μήποτε ἐπιλίπῃ τι ὑμᾶς ὧν δεῖ ὑπάρχειν· καὶ ἔθ᾽ ς δὲ ἕνεκα μηχανᾶσθαι προσόδ᾽ πόρον. Τόδε δὲ μάλισα πάντων μέμνησό μοι, μηδέποτε ἀναμένειν τὸ πορίζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια, ἕς τ᾽ ἂν ἡ χρεία σε ἀναγκάσῃ· ἀλλ᾽ ὅτε μὲν μάλισα εὐπορῇς, τότε πρὸ τῆς ἀπορίας μᾶλλον μηχανῷ. Καὶ γὰρ τεύξῃ μᾶλλον παρ᾽ ὧν ἂν δέῃ, μὴ ἀπορεῖν δοκῶν, καὶ ἔτι ἀναίτιος ἔσῃ παρὰ τοῖς σαυτ῀ στρατιώταις· [c] ἐκ τούτ᾽ δὲ μᾶλλον καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων αἰδ῀ς τεύξῃ· καὶ ἤν τινας βούλῃ τῇ δυνάμει εὖ ποιῆσαι ἢ κακῶς, μᾶλλον, ἕως ἂν ἔχωσι τὰ δέοντα οἱ στρατιῶται,

niri, quàm ab eo qui exercitui præsit? Tu verò cum *iis* pedestribus copiis hinc discedis, quas, sat scio, cum aliis longè majoribus non commutares: equitatus autem Medorum, qui sanè est præstantissimus, tibi belli socius erit. Quam ergò nationem finitimam putas, et gratificandi studio, et damni metu, non *omnia* vobis subministraturam? Quæ *quidem* te communitèr cum Cyaxare considerare oportet, nè quid unquam eorum vos deficiat, quæ adesse debeant; atque etiam assuescendi causâ reditûs rationem excogitare. Hoc verò maximè omnium mihi memineris, nè unquam rationem res necessarias comparandi excogitare differas, donec ipsa te cogerit necessitas: sed cùm maximè *rebus omnibus* abundes, tunc potiùs *aliquam* ante inopiam excogita. Nam et magìs consequêris *ab illis*, à quibus petes, cùm non indigere videaris, et prætereà culpâ apud milites tuos vacabis: hâc autem ratione magìs etiam ab aliis reverentiam consequêris: et si quos copiis *tuis* vel juvare volueris vel lædere, impensiùs, dum res necessarias habebunt milites,

a Ὑμῖν ὑπηρετήσειν] Ii hîc, qui commeatum aliasque res necessarias exercitui præbent, ὑπηρετεῖν dicuntur. Undè liquet, verbum hoc non ea tantùm complecti officia, quæ præsentis operam et laborem requirunt (quod ferè est, in Nov. Testam. διακονεῖν), sed etiam quæ liberalitate constant suppeditandisque facultatibus, etsi nullum accedat ministrandi servitium. Atque adeò optimè sic exponitur, Act. xxiv, 23,——καὶ μηδένα κωλύειν τῶν ἰδίων αὐτ῀ ὑπηρετεῖν, ἢ προσέρχεσθαι αὐτῷ.

b Καὶ ἔθ᾽ ς] Editiones quædam dant ἔθ᾽ ς, nullo planè sensu. MS. Bodl. habet ἔθ᾽ ς, quod lubens sum amplexus: ut, Stephano interprete, hic fit sensus, *Etiamsi putatis vos in præsentiâ nihil opus eo habituros, tamen, in omnem eventum, illud in consuetudinem est adducendum.*

c Ἐκ τούτ᾽ δὲ, &c.] Phrasis hæc *tempus* alibi sæpiùs, hîc *causam*, denotat. Nec incommodè forsan duplicem hanc ei tribuamus vim, Joh. vi, 66. Ἐκ τούτ᾽ πολλοὶ ἀπῆλθον, &c. ut utrumque eo loco intelligendum sit, et *quando* et *quare* multi discipuli à Christo desciverint.

ὑπηρετήσουσί σοι· καὶ [a] πεισικωτέρους, σάφ' ἴσθι, λόγους δυνήσῃ τότε λέγειν, ὅταν περ καὶ ἐνδείκνυσθαι μάλιστα δύνῃ καὶ εὖ ποιεῖν ἱκανὸς ὢν καὶ κακῶς. Ἀλλ', ἔφη, ὦ πάτερ, ἄλλως τέ μοι καλῶς δοκεῖς ταῦτα λέγειν πάντα, καὶ ὅτι ἃ μὲν αὖ νῦν λήψονται οἱ στρατιῶται, οὐδεὶς αὐτῶν ἐμοὶ τούτων χάριν εἴσεται (ἴσασι γὰρ ἐφ' οἷς αὐτὰς Κυαξάρης ἄγεται συμμάχους)· ὅ, τι δ' ἂν πρὸς τοῖς εἰρημένοις λαμβάνῃ τις, ταῦτα καὶ τιμὴν νομιοῦσι καὶ χάριν τούτων πλείστην εἰκὸς εἰδέναι τῷ διδόντι. Τὸ δ' ἔχοντα δύναμιν, ἢ ἔστι μὲν φίλους εὖ ποιοῦντα ἀντωφελεῖσθαι, ἔστι δὲ ἐχθροὺς ἔχοντα πειρᾶσθαί τι κλᾶσθαι ἀπ' αὐτῶν, ἔπειτα ἀμελεῖν τοῦ πορίζειν, οἴει τι, ἔφη, ἧσσον τοῦτο εἶναι αἰσχρὸν, ἢ εἴ τις ἔχων μὲν ἀγροὺς, ἔχων δὲ ἐργάτας οἷς ἂν ἐργάζοιτο, ἔπειτα ἐάσῃ τὴν γῆν ἀργοῦσαν ἀνωφέλητον εἶναι; Ὡς ἔν ἐμοῦ, ἔφη, μηδέποτε ἀμελήσοντος τοῦ τὰ ἐπιτήδεια τοῖς στρατιώταις συμμηχανᾶσθαι, μήτ' ἐν φιλίᾳ, μήτ' ἐν πολεμίᾳ, ἔτως ἔχε τὴν γνώμην.

Τί γὰρ, ἔφη, τῶν ἄλλων, ὦ παῖ, ὧν ἐδόκει ποθ' ἡμῖν ἀναγκαῖον εἶναι μὴ παραμελεῖν, μέμνησαι; Οὐ γὰρ, ἔφη, μέμνημαι; ὅτε

tibi navabunt operam: et oratione, mihi crede, magis ad persuadendum aptâ te tunc usurum, cùm maximè etiam demonstrare poteris te et ad juvandum et ad lædendum esse idoneum. At *Cyrus*, pater, inquit, cùm aliis de causis præclarè mihi hæc omnia dicere videris, tum etiam quòd quæ modò milites accepturi sunt, eorum nemo mihi istorum *nomine* gratiam sit habiturus (sciunt enim quibus conditionibus Cyaxares eos ad belli societatem accersat): quicquid verò præter promissa illa quis accipiet, id et honori *sibi* ducent, et consentaneum est maximam pro eo largienti gratiam *eos* habituros. Qui autem copias habeat, quibus et beneficia in amicos conferens ab iis vicissim ipse commodi aliquid percipere possit, possit et experiri ut si quos habeat hostes ad iis aliquid *sibi* acquirat, negligens ut is deindè sit in comparandis opibus, an minùs, inquit, hoc turpe putas, quàm si quis cùm agros habeat, habeat operarios iis colendis idoneos, nihilominùs terram incultam sinat esse inutilem? Itaque sic de me sentias *velim*, ait, nunquam me in conquirendis rebus exercitui necessariis fore negligentem, nec in amicorum, nec in hostium regione.

Quid verò, fili, ait, an *et* aliorum, quæ nobis aliquandò videbantur necessariò non spernenda esse, meministi? Quidni meminerim, inquit?

a Καὶ πεισικωτέρους] Editi quidem alii πιστοτέρους, alii πιστικωτέρους, exhibent. Sed lectionem, quam reposuimus, non immeritò laudásse videtur Stephanus, cùm manifestum sit auctorem verba ad persuadendum accommodatiora significare velle; ideóque optimè huic loco quadrat vocabulum à πείθειν derivatum. Leunclavius quidem in margine legit πειστέρους. Nostra tamen lectio propius MS. Bodl. accedit, qui dat πεισικωτέρους.

ἐγὼ μὲν πρός σε ἠλθον ἐπ' ἀργύριον, ὅπως ἀποδοίην τῷ φάσκοντί με στρατηγεῖν πεπαιδευκέναι· σὺ δὲ ἅμα διδές μοι, ἐπηρώτας ὧδέ πως, Ἆρά γε, εἶπες, ὦ παῖ, ἐν τοῖς στρατηγικοῖς ἔργοις ἢ οἰκονομίας τι σοι ἐπεμνήσθη ὁ ἀνήρ, ᾧ τὸν μισθὸν φέρεις; ἧδεν μέντοι οἱ στρατιῶται ἧττον τῶν ἐπιτηδείων δέονται, ἢ οἱ ἐν οἴκῳ οἰκέται. Ἐπεὶ δ' ἐγώ σοι, λέγων τἀληθῆ, εἶπον ὅτι ἀδ' ὁτιοῦν περὶ τούτου ἐπεμνήσθη, ἐπήρου με πάλιν, εἴ τι ὑγιείας μοι πέρι ἔλεξε ἢ ῥώμης· [b] ὡς δεῆσον καὶ τούτων, ὥσπερ ἢ ὑπὲρ τῆς στρατηγίας, τὸν στρατηγὸν ἐπιμελεῖσθαι. Ὡς δὲ ἢ ταῦτα ἀπεφησα, ἐπήρου με αὖ πάλιν, εἴ τινα ἐπιμέλειαν ἐδίδαξέ με, ὡς ἂν ἔκασα τῶν πολεμικῶν ἔργων κράτιστοι ἂν σύμμαχοι γένοιντο. Ἀποφήσαντος δέ μου καὶ τοῦτο, ἀνέκρινας αὖ σὺ καὶ τόδε, εἴ τι μ' ἐπαίδευσεν ὡς ἂν δυναίμην στρατιᾷ προθυμίαν ἐμβαλεῖν· λέγων, ὅτι τὸ πᾶν διαφέρει ἐν παντὶ ἔργῳ προθυμία ἀθυμίας. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο ἀνένευον, ἤλεγχες αὖ σὺ, εἴ τινα λόγον ποιήσαιτο διδάσκων περὶ

quandò ego ad te argenti petendi causâ veniebam, quod ei persolverem qui *se* arte imperatoriâ me instituisse diceret; tu verò simul *id* mihi dans, hoc ferè modo me interrogabas: Num, aiebas, fili, vir iste, cui mercedem adfers, in *explicandis* imperatoris officiis ullam etiam de ratione domesticæ rei administrandæ mentionem fecit? nihilo sanè minùs milites rebus ad victum necessariis indigent, quàm qui domi sunt famuli. Cùm verò ego tibi, vera dicens, respondissem, illum hâc de re nè quidquam sanè memorâsse, rursùm ex me quærebas, ecquid mihi de bonâ *corporis* valetudine ac robore disseruisset; utì de quibus imperatorem, non secùs ac de munere imperatorio, solicitum esse oporteat. Hoc etiam cùm negâssem, me rursùm interrogabas, ecquam me procurandi rationem docuisset, ut socii in quolibet munere militari præstantissimi evadant. Hoc quoque à me denegato, denuò percunctatus es, numquid me erudiisset quo pacto possem exercitui alacritatem injicere; quippe qui diceres in omni *suscipiendo* opere inter alacritatem et abjectionem animi discrimen esse maximum. Ubi hoc etiam abnuissem, sciscitatus es tu rursùm, num quæ sermone præcepta

a Οὐ γὰρ, ἔφη, μέμνημαι;] Pro οὐ γὰρ, Budæi judicio, ἢ γὰρ reponendum fuerit. Vulgata tamen sana omninò videtur lectio, quæ interrogationibus cum emphaticâ quâdam asseveratione prolatis alibi etiam inservire solet. Testem do unicum, at plurium instar, Aristophanem:

Πιστθ. Εἰσὶν γὰρ ἕτεροι βάρβαροι θεοί τινες Ἀναθὸν ὑμῶν; Περομ. Οὐ γὰρ εἰσὶ βάρβαροι,
Ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδης;
Ὄρνιθ. v. 1524, et seqq. Edit. Kuster. Amstelod.

b Ὡς δεῆσον] Vulgò, δεήσοι. Sed rectè Stephanus δεῆσον scribendum censet; ut sit ὡς δεῆσον pro δεήσοντος, quo modo etiam δέον usurpatur, sicut ἐξὸν, ἐνὸν, &c. Hanc porrò scripturam offert MS. Bodl.

τοῦ πείθεσθαι τὴν στρατιὰν, ὡς ἂν τις μάλιστα μηχανῷτο. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο παντάπασιν ἄρρητον ἐφαίνετο, τέλος δή με ἐπήρετο, ὅ, τί ποτε διδάσκων, στρατηγίαν φαίη με διδάσκειν. Κἀγὼ δὴ ἐνταῦθα ἀπεκρινάμην ὅτι τὰ τακτικά. Καὶ σὺ γελάσας διῆλθές μοι, παραλιθεὶς ἕκαστον, [2]ὅτι οὐδὲν ὄφελος εἴη στρατιᾷ τακτικῶν, ἄνευ τῶν ἐπιτηδείων. Τί δ' ἄνευ τοῦ ὑγιαίνειν; Τί δ' ἄνευ τοῦ ἐπίστασθαι τὰς εὑρημένας εἰς πόλεμον τέχνας; Τί δ' ἄνευ τοῦ πείθεσθαι; Ὡς δέ μοι καλαφανὲς ἐποίησας, ὅτι μικρόν τι μέρος εἴη στρατηγίας τὰ τακτικὰ, ἐπερομένῳ μοι, εἴ τι τούτων σύ με διδάξαι ἱκανὸς εἴης, ἀπιόντα με ἐκέλευσας τοῖς στρατηγικοῖς ἀνδράσι νομιζομένοις εἶναι διαλέγεσθαι, καὶ συνθάνεσθαι πῇ ἕκαστα τούτων γίγνεται. Ἐκ τούτου δὴ συνῆν τούτοις ἐγὼ, ὃς μάλιστα φρονίμους περὶ τούτων ἤκουον εἶναι. Καὶ περὶ μὲν τροφῆς, ἐπείσθην ἱκανὸν εἶναι ὑπάρχον, ὅ, τι Κυαξάρης ἔμελλε παρέξειν

tradidisset de conciliandâ exercitûs obedientiâ, quâ quis potissimùm ratione *id* possit efficere. Cùm verò de hoc quoque nihil omninò esse dictum pateret, postremò interrogabas, quid tandem docendo, disciplinam imperatoriam *se* mihi tradere diceret. Tum autem, respondi ego, rationes instruendi exercitûs. Risisti *hic* tu *quidem*, et singulis *istis* propositis, mihi percurrendo *ostendisti*, exercitûs instruendi artem militibus nihil prodesse, absque rebus ad victum necessariis. Quid autem absque firmâ valetudine? Quid absque illarum artium scientiâ, quæ ad belli usum sunt inventæ? Quid absque obedientiâ? Cúmque adeò perspicuum mihi fecisti, rationem aciei instruendæ exiguam quandam esse muneris imperatorii partem, atque ego rogâssem, an tu idoneus esses qui me quidpiam horum doceres, ut abirem hortatus es et illis cum viris dissererem qui rei imperatoriæ periti haberentur, *déque ipsis* percunctarer quo pacto horum singula fierent. Ex eo igitur tempore cum illis ego versatus sum, quos in primis esse harum rerum prudentes audiebam. Ac de victu quidem, mihi persuasum est satìs id futurum, quod Cyaxares nobis sit

[2] Ὅτι οὐδὲν ὄφελος εἴη στρατιᾷ, &c.] Stephanus et Leuncl. στρατηγίᾳ meliùs huic loco quàm στρατιᾷ convenire putarunt. Et huic quidem lectio in hunc modum redintegranda videbatur, τί εἴη ὄφελος στρατηγίᾳ τακτικῶν, ἄνευ τῶν ἐπιτηδείων; Ludit uterque, ut opinor, operam; dum loco minimè laboranti medicinam adferre parant. Antiqua mihi placet scriptura, apud omnes melioris notæ libros recepta, reique adeò ipsi satìs consentanea. Στρατιᾷ in primis τῷ στρατηγίᾳ præferendam puto. Id enim egerat, referente Cyro, Cambyses, ut, inter cætera imperatoris officia, multiplicem exercitûs curam primum ferè locum tenere doceret; et nè minimùm quidem peritiam Tactices militibus profuturam, nisi rerum etiam necessariarum iis suppeteret copia. Imò verò, (ut percontando pergebat ille) Quid commodi ex memoratâ istâ peritiâ percepturi sunt ii, ni eorum saluti prospexerit imperator? Ni, &c. Confer quæ tradit Noster lib. iii, ἀπομν. p. 444, —5, Ed. Steph.

ἡμῖν· περὶ δὲ ὑγιείας, ἀκούων τε καὶ ὁρῶν ὅτι καὶ πόλεις αἱ χρήζουσαι ὑγιαίνειν ἰατροὺς αἱροῦνται, καὶ οἱ στρατηγοὶ τῶν στρατιωτῶν ἕνεκεν ἰατροὺς ἐξάγουσιν, ἅτω καὶ ἐγώ, ἐπεὶ ἐν τῷ τέλει τούτῳ ἐγενόμην, εὐθὺς τοῦτο ἐπεμελήθην· καὶ οἶμαι, ἔφη, ὦ πάτερ, πάνυ ἱκανοὺς τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἔχειν ἄνδρας μετ' ἐμαυτοῦ. Πρὸς τοῦτο δὴ ὁ πατὴρ εἶπεν, Ἀλλ', ὦ παῖ, ἔφη, ὅτοι μέν, οὓς λέγεις, [a] ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων εἰσί τινες ἀκεσταί, οὕτω καὶ ἰατροί, ὅταν τινὲς νοσήσωσι, τότε ἰῶνται τούτους· σοὶ δὲ τοῦτο μεγαλοπρεπέστερα ἔσται ἡ τῆς ὑγιείας ἐπιμέλεια· τοῦ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ κάμνειν τὸ στράτευμα, τούτου σοὶ δεῖ μέλειν. [b] Καὶ τίνα δή, ἔφη, ὦ πάτερ, ὁδὸν ἰών, τοῦτο πράττειν ἱκανὸς ἔσομαι; Ἂν μὲν δήπου χρόνον τινὰ μέλλῃς ἐν τῷ αὐτῷ μένειν, ὑγιεινοῦ δεῖ πρῶτον στρατοπέδου μὴ ἀμελῆσαι· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν ἁμάρτοις, ἐάν περ μέλῃ σοι. Καὶ γὰρ λέγοντες οὐδὲν παύονται οἱ ἄνθρωποι περί τε τῶν νοσηρῶν χωρίων καὶ τῶν ὑγιεινῶν· μάρτυρες δὲ σαφεῖς ἑκατέροις αὐτῶν παρίστανται τά τε σώματα καὶ τὰ χρώματα. Ἔπειτα δὲ, οὐ τὰ χωρία μόνον ἀρκέσει σκέψασθαι, ἀλλὰ μνήσθῃ πῶς πειρᾷ

præbiturus: de bonâ verò valetudine, quòd et audirem et viderem tum civitates eas, quæ quò benè valeant operam dant, medicos eligere, tùm imperatores militum gratiâ medicos educere, ità et ego, postquam mihi munus hoc mandatum fuit, statim in hujus rei curam incubui: et opinor, ait, pater viros *me* artis medicæ admodùm gnaros mecum habere. Ad hoc pater respondit, Verùm, fili, inquit, medici, quos dicis, isti, quemadmodùm sunt vestium laceratarum sarcinatores quidam, ità et ipsi tum demùm, cùm aliqui in morbum inciderint, medentur iis: at ea quæ tibi incumbet bonæ valetudinis cura *eo quod exercent medici officio* præclarior erit; hoc enim tibi curæ esse oportet, nè exercitus omninò in morbos incidat. Et quânam viâ, pater, ait, incedens, hoc præstare potero? Nimirum si diutiùs in eodem loco sis mansurus, primùm negligendum tibi non erit ut castra in regione ponas salubri: quod quidem facilè adsequêris, si curæ tibi fuerit. Etenim nunquam loqui desinunt homines tam de morbidis locis quàm salubribus: testes autem evidentes his utrisque adsunt, tum corpora tum colores. Deindè, regiones considerare non satìs erit, sed ad memoriam revocare debes quo pacto studeas

a Οὓς λέγεις, ὥσπερ ἱματίων ῥαγέντων, &c.] Ab hâc medicorum imagine, haud multùm abludit ea, quam tradit Galenus ipse, περὶ συσάσεως ἰατρικῆς, p. 172. Tit. 2. Ἔνιαι μὲν γὰρ τῶν τεχνῶν αὐτὰ τὰ πράγματα δημιουργοῦσιν, ὥσπερ αἱ κατὰ τὴν ὑφαντικὴν καὶ σκυτοτομίαν. Ἔνιαι δὲ ἐπανορθοῦνται τὰ πεπονηκότα, καθάπερ αἵ τε τὰ διαῤῥαγότα τῶν ἱματίων, καὶ τὰ διεσπασμένα τῶν ὑποδημάτων συῤῥάπτουσαι.

b Καὶ τίνα δή] Evangelista immeritò, sanè à Grotio, ad Marc. x, 26. Καὶ τίς δύναται σωθῆναι; Hebraismis gaudere dicitur, quòd nimirum ἢ interrogativè positam exhibeat. Sic enim et Noster et οἱ ἔξω alii loqui sæpè solent.

σὺ ἐπιμελεῖσθαι σεαυτοῦ, ὅπως ὑγιαίνῃς. Καὶ Κῦρος εἶπε, Πρῶτον μὲν πειρῶμαι, νὴ Δία, μηδέποτε ὑπερεμπίπλασθαι· δύσφορον γάρ· ἔπειτα δὲ ἐκπονῶ [a]τὰ εἰσιόντα· ἕτω γάρ μοι δοκεῖ ἥ τε ὑγίεια μᾶλλον παραμένειν, καὶ ἰσχὺς προσγίνεσθαι. Οὕτω τοίνυν δεῖ, ἔφη, ὦ παῖ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖσθαι. [7]Ἦ καὶ σχολή, ἔφη, ἔσαι, ὦ πάτερ, σωμασκεῖν τοῖς στρατιώταις; Οὐ μὰ Δί', ἔφη ὁ πατήρ, οὐ μόνον γε, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη. Δεῖ γὰρ δήπου στρατιάν, εἰ μέλλει πράξειν τὰ δέοντα, μηδέποτε παύεσθαι ἢ τοῖς πολεμίοις καταπορσύνουσαν κακὰ ἢ ἑαυτῇ ἀγαθά. Ὡς χαλεπὸν μὲν καὶ ἕνα ἄνθρωπον ἀργὸν τρέφεσθαι, πολὺ δ' ἔτι, ὦ παῖ, χαλεπώτερον οἶκον ὅλον· πάντων δὲ χαλεπώτατον στρατιὰν ἀργὸν τρέφειν. [b] Πλεῖσα γὰρ τὰ ἐσθίοντα ἐν στρατιᾷ, καὶ ἀπ' ἐλα-

tui ipsius curam gerere, ut rectè valeas. Et Cyrus inquit, Primùm quidem, herclè, operam do nè unquam nimiùm me repleam; nam grave et molestum est: deindè qui intrârunt *cibos* laborando digero: ità enim mihi videtur et valetudo magìs permanere firma, et robur accedere. Ità igitur, fili, inquit, et aliorum curam agere oportet. Num et otium, pater, ait, militibus ad exercenda corpora suppetet? Imò verò, respondit pater, non modò *otium erit*, sed etiam necessitas *id postulabit*. Nam certè oportet exercitum, si officio suo sit satisfacturus, nunquam desinere vel hostibus damna vel sibi ispi commoda adferre. Etenim difficile est vel unum hominem otiosum ali; multò etiam difficilius, fili, est, totam familiam: omnium verò difficillimum, exercitum otiosum alere. Plurima enim sunt in exercitu quæ comedunt, quæque tenui admodùm *commeatu instructa in bel-*

a Τὰ εἰσιόντα] *Cibus* et *Potus* exprimuntur verbo huic affini, Marc. vii, 18, τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον.

b Πλεῖσα γὰρ τὰ ἐσθίοντα, &c.] Longa est injuria, quam huic fecêre loco interpretes; longæ ambages, quibus ad eum explicandum, dicam? an obscurandum usi sunt. Nè te per eas fatigatum teneam, interpretationem tibi do, quam Mureto partim, partim Stephano acceptam refero, Πλεῖσα τὰ ἐσθίοντα, &c. non enim militibus tantùm cibo opus est, sed et caculis, calonibus, lixis, tum etiam equis, non iis modò quibus vehuntur equites, sed et iis qui sarcinas et impedimenta gestant; quæ omnia, nisi alantur, certam pestem exercitui adferunt. Ideóque bonum imperatorem de commeatu et pabulo vel in primis solicitum esse oportet. Hucusque Muretus, et videtur, rectè: Pergit: Sed fateor me non videre, quid sit, quod statim sequitur, ἢ ἀπ' ἐλαχίστων ὁρμώμενα. Nec sanè quisquam alius facilè hariolari poterit, quid ista sibi velint verba, si versiones solas consuluerit. Sed Stephanum audi; qui ἀπ' ἐλαχίστων ὁρμᾶσθαι dici hoc loco arbitratur eos, qui bellum aggrediuntur, rebus necessariis, et nominatim commeatu, minimùm instructi. Perindè ac si diceret Auctor, Quamvis magna pars bellum aggrediatur rebus ad vitam necessariis minimùm instructa, tamen cùm in eas incidit, et in potestate habet, cum nullâ parsimoniâ utitur, sed potiùs eas prodigit. Sic autem dictum erit ἀπ' ἐλαχίστων ὁρμώμενος, ut ὁρμώμενος ἀπ' ἐλασσόνων, et οὐκ ἀπὸ τοσώνδε ὁρμῶμενοι. Ità ferè Plutarchus verbo ὁρμᾶσθαι cum hâc præpos. utitur; Ὧν Πυρρίνας ὁ κορυφαιότατος ἐπεχείρησεν ἐκείνῳ τὰ αὐτὰ ποιεῖν, ἀπὸ τῶν αὐτῶν μὲν ὁρμώμενος δυνάμεων καὶ παρασκεύων. Tom. 1, p. 628.

χίσων ὁρμώμενα, ἢ οἷς ἂν λάβῃ δαψιλέσατα χρώμενα· ὥσε ἐδέποτε πρόσηκει στρατιὰν ἀργεῖν. Λέγεις σὺ, ἔφη, ὦ πάτερ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὥσπερ οὐδὲ γεωργὸν ἀργὸν ἐδὲν ὄφελος, ἅτως ἐδὲ στρατηγὸν ἀργὸν ἐδὲν ὄφελος εἶναι. Τὸν δέ γε ἐργάτην στρατηγὸν ἐγὼ, ἔφη, ἀναδέχομαι (ἢν μή τις θεὸς βλάπτῃ) ἅμα καὶ τὰ ἐπιτήδεια μάλισα ἔχοντας τὺς στρατιώτας ἀποδείξειν, καὶ τὰ σώματα ἄρισα ἔχοντας παρασκευάσειν. Ἀλλὰ μέντοι τό γε μελετᾶσθαι, ἔφη, ἕκασα τῶν πολεμικῶν ἔργων, ἀγῶνας ἀντινάς μοι δοκεῖ, ὦ πάτερ, προειπὼν ἑκάστοις, ἢ ἆθλα προτιθεὶς, μάλισα ἂν ποιεῖν εὖ ἀσκεῖσθαι ἕκασα, ὥσε, ὁπότε δέοιτο, ἔχειν ἂν παρεσκευασμένοις χρῆσθαι. Κάλλισα λέγεις, ἔφη, ὦ παῖ· τᾶτο γὰρ ποιήσας, σαφ' ἴσθι, ὥσπερ χορὸς, τὺς τάξεις ἀεὶ τὰ προσήκοντα μελετώσας θεάσῃ. Ἀλλὰ μὴν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἴς τε τὸ προθυμίαν ἐμβαλεῖν στρατιώταις ἐδέν μοι δοκεῖ ἱκανώτερον εἶναι, ἢ τὸ δύνασθαι ἐλπίδας ἀγαθὰς ἐμποιεῖν ἀνθρώποις. Ἀλλ', ἔφη, ὦ παῖ, τᾶτό γε τοιᾶτόν ἐσιν, οἷόν περ εἴ τις κύνας ἐν θήρᾳ ἀνακαλοῖτο ἀεὶ τῇ κλήσει, οἵαπερ ὅταν τὸ θηρίον ὁρᾷ. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον προθύμως, εὖ οἶδ' ὅτι ἔχει, ὑπακκάσας· ἢν δὲ πολλάκις ψεύδηται αὐτὰς, τελευτῶσαι οὐδ' ὁπόταν ἀληθῶς ὁρῶν καλῇ, πείθονται αὐτῷ. Οὕτω ἢ περὶ τῶν ἐλπίδων ἔχει· ἢν πολλάκις

lum feruntur, et quæcunque ceperint, iis largissimè utuntur: idcircò nunquam convenit exercitum esse otiosum. Dicis tu, pater, inquit, ut mihi videtur, quemadmodùm iners agricola nulli sit usui, ità et imperatorem desidem nulli esse usui. Atqui ego quidem imperatorem, ait, industrium polliceor (nisi quis deus obstet) id præstaturum ut et rebus necessariis milites abundent, et corporibus sint quàm optimè affectis. Verùm enimverò quod ad exercitationem, ait, singularum rerum bellicarum attinet, arbitror, si quis certamina quædam singulis indicat, et præmia proponat, eum maximè effecturum ut in singulis benè exercitati evadant, ità ut, ubi opus fuerit, iis paratis uti possit. Optimè dicis, fili, inquit: nam hoc si feceris, certò scias, ordines te *militum*, tanquam choros, in iis quæ officii ratio postulat semper occupatos spectaturum. At verò, inquit Cyrus, ad alacritatem militibus injiciendam nihil mihi magìs idoneum esse videtur, quàm bonas posse spes in animis hominum excitare. Verùm, fili, ait, hoc sanè tale est, ac si quis in venatione canes eâdem semper inclamet voce, quâ, cùm feram videt, *utitur*. Nam primùm quidem, sat scio, alacriter obediunt: sin frequenter eas decipiat, tandem, nè tum quidem obsequuntur ei, cùm *feram* verè conspiciens clamando hortetur. Sic etiam se habet spei *ex-*

προσδοκίας ἀγαθῶν ἐμβαλὼν ψεύδηταί τις, τελευτῶν, οὐδ' ὁπόταν ἀληθεῖς ἐλπίδας λέγῃ ὁ τοιοῦτος, πείθειν δύναται. Ἀλλὰ τῷ μὲν αὐτὸν λέγειν, ἃ μὴ σαφῶς εἰδείη, φείδεσθαι δεῖ, ὦ παῖ· ἄλλοι δ' ἐνίοτε λέγοντες ταυτὸ διαπράττοιεν ἄν· τὴν δὲ αὐτῷ παρόρμησιν εἰς τὰς μεγίστας κινδύνους δεῖ ὡς μάλιστα ἐν πίστει διασώζειν. Ἀλλὰ, ναὶ μὰ τὸν Δία, ἔφη ὁ Κῦρος, ὦ πάτερ, ἢ καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν, ἢ ἐμοὶ οὕτως ἥδιον. Τοῦ γε μὴν πειθομένους παρέχεσθαι τοὺς στρατιώτας οὐκ ἀπείρως μοι δοκῶ ἔχειν, ὦ πάτερ. Σύ τε γάρ με εὐθὺς τοῦτο ἐκ παιδίου ἐπαίδευες, σαυτῷ πείθεσθαι ἀναγκάζων· ἔπειτα τοῖς διδασκάλοις παρέδωκας· ἢ ἐκεῖνοι αὖ ταυτὸ τοῦτο ἔπραττον. [a] Ἐπεὶ δὲ, ὡς ἐν τοῖς ἐφήβοις ἦμεν, ὁ ἄρχων ἡμῶν αὐτῷ τούτῳ ἰσχυρῶς ἐπεμελεῖτο· [b] καὶ οἱ νόμοι δὲ οἱ πολλοὶ δοκοῦσί μοι δύο ταῦτα μάλιστα διδάσκειν, ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι. Καὶ τοίνυν κατανοῶν περὶ τούτων, ἐν ἅπασιν ὁρᾶν μοι δοκῷ τὸ προτρέπον πείθεσθαι μάλιστα ὄν, τὸ τὸν

citandæ ratio: si sæpiùs quis injectâ bonorum expectatione fallat, is ad extremum, etiam cùm veras spes afferat, persuadere non potest. Iis utique *imperatorem* ipsum dicendis, quæ non certò sciverit, abstinere, fili, oportet; at alii si nonnunquam *ea* dicant, idem *quod ipse volet* efficiant: suam verò incitationem ad summa pericula fide quàm maximè dignam servare oportet. At enimverò, pater, inquit Cyrus, et mihi rectè dicere videris, et sic *facere* me magìs juvat. Atqui quâ ratione fieri possit ut obedientes sint milites mihi, pater, nequaquam ignorare videor. Tute enim hoc me statim à puero docebas, cùm tibi ipsi parere cogeres; deindè magistris *me* tradidisti, atque illi quoque idem hoc agebant. Deindè, cùm jam inter ephebos versati sumus, præfectus noster hujus ipsius rei curam enixè admodùm agebat; quin leges etiam pleræque videntur mihi hæc duo maximè docere, imperare *scilicet* et esse sub imperio. Quapropter equidem de his cogitans, in omnibus videre mihi videor hortamen ad obediendum efficacissimum id esse, si

a Ἐπεὶ δὲ, ὡς, &c.] Vir Cl. Lambertus Bos, in Observ. Miscel. legendum putat, ἔπι δὲ, i. e. *deindè, præterea*. Conjectura hæc mihi non adeò arridet, ut propterea lectionem, quam libri tuentur omnes, mutem: præsertim cùm alibi etiam ἐπεὶ δὲ pro ἔπειτα poni videatur; ut apud Plutarch. tom. 1, p. 621. Ἐπεὶ δὲ, πρὸς Κίνναν εἰς τὸ στρατόπεδον παρελθὼν, ἐξ αἰτίας τινὸς ἢ διαβολῆς ἔδωσι——Ubi, ἐπεὶ vertendum est, *deindè*; non, ut interpretes, *postquam*. Et apud Herodotum, Ἐπεὶ ὦν τοὺς νηνίας ἀπεπεμπομένους ὑπὸ τῶν ἡλίκων, ὕδατί τε ἢ σιτίοισι εὖ ἐξηρτυμένους, ἴέναι, &c. lib. ii, p. 100.

b Καὶ οἱ νόμοι δὲ, &c.] Particulam δὲ orationi, à ἢ incipienti, sic ferè inserunt elegantiores Græci. Id quod tum præcipuè usu venit, cùm aliquid iis, quæ modò præcesserant, quod plus sit majúsve, adjicere parant. Atque ità loqui solent scriptores sacri; Act. v, 32,—— ἢ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον; et 2 Tim. iii, 12. Καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες—Ubi, ἢ δὲ verti potest, *quin etiam*.

μὲν πειθόμενον ἐπαινεῖν τε καὶ τιμᾶν, τὸν δὲ ἀπειθοῦντα ἀτιμάζειν τε καὶ κολάζειν. Καὶ ἐπὶ μέν γε τὸ ἀνάγκῃ πείθεσθαι, ἔφη, αὕτη, ὦ παῖ, ἡ ὁδός ἐστιν· ἐπὶ δὲ τὸ πολὺ κρεῖττον τούτου, τὸ ἑκόντας πείθεσθαι, ἄλλη συντομωτέρα ὁδός ἐστιν. Ὃν γὰρ ἂν ἡγήσωνταί περὶ τοῦ συμφέροντος ἑαυτοῖς φρονιμώτερον ἑαυτῶν εἶναι, τούτῳ οἱ ἄνθρωποι ὑπερηδέως πείθονται. Γνοίης δ' ἂν ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει, ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κάμνουσιν, ὡς προθύμως τοὺς ἐπιτάξοντας ὅ,τι χρὴ ποιεῖν καλοῦσι· καὶ ἐν θαλάττῃ δὲ, ὡς προθύμως τοῖς κυβερνήταις οἱ συμπλέοντες πείθονται· καὶ οὓς γ' ἂν νομίζωσί τινες βέλτιον ἑαυτῶν ὁδοὺς εἰδέναι, [a]ὡς ἰσχυρῶς τούτων ἂν ἀπολείπεσθαι θέλουσιν· ὁπότε δὲ οἴονται πειθόμενοι κακόν τι λήψεσθαι, ἥτε ζημίαις πάνυ τι θέλουσιν εἴκειν, οὔτε δώροις ἐπαίρεσθαι. Οὐδὲ γὰρ τὰ δῶρα ἐπὶ τῷ ἑαυτοῦ κακῷ ἑκὼν οὐδεὶς λαμβάνει. Λέγεις σὺ, ἔφη, ὦ πάτερ, εἰς τὸ πειθομένους ἔχειν ἧττον εἶναι ἀνυσιμώτερον τὸ φρονιμώτερον δοκεῖν εἶναι τῶν ἀρχομένων. Λέγω γὰρ ἔγωγε, ἔφη. Καὶ πῶς δή τις, ὦ πάτερ, τοιαύτην δόξαν περὶ αὑτοῦ τάχιστα παρασχέσθαι ἂν δύναιτο; Οὐκ ἔστιν, ἔφη, ὦ παῖ, συντομωτέρα ὁδὸς περὶ ὧν ἂν βούλῃ δοκεῖν φρόνιμος εἶναι, ἢ τὸ γενέσθαι περὶ τούτων φρόνιμον. Καθ' ἓν δὲ

is qui dicto audiens est et laude et honore, contumax autem et ignominiâ et supplicio, afficiatur. Ad efficiendum sanè, inquit, ut necessitate *coactus* quis pareat, hæc, fili, via est: verùm ad id quod hoc multò melius est, ut *nempiè* ultrò pareant homines, alia via est magìs compendiaria. Nam quemcunque existimant seipsis in iis *conficiendis* quæ sibi sint utilia prudentiorem, huic homines libentissimè parent. Hoc autem ità se habere, cùm in multis aliis, tum certè in ægrotantibus licet animadvertere, qui libentissimo animo id præcepturos arcessunt quod faciendum sit; itidemque in mari, gubernatoribus perquàm libenter parent, qui unà navigant; quos item arbitrentur aliqui meliùs quàm se vias nôsse, ab iis nè sint à tergo relecti totis viribus enituntur; cùm autem futurum putant uti ex obedientiâ detrimenti quid capiant, *tum verò* nec suppliciis admodùm cedere, nec donis excitari volunt. Neque enim dona quisquam suo damno libens accipit. Dicis tu, pater, ait, nihil ad hoc, ut *suos* quis obsequentes habeat, efficacius esse, quàm ut sibi subjectis prudentior videatur. Dico *id* equidem, inquit. At quo pacto, pater, possit aliquis opinionem ejusmodi de se quàm primùm exhibere? Nulla est, inquit, fili, via magìs compendiaria, quàm ut, quibus in rebus prudens videri volueris, in iis *revera* prudens sis. Quòd si hæc

a Ὡς ἰσχυρῶς τούτων, &c.] Verbum aliquod hîc Stephano deesse visum est; isque adeò locum sic supplendum putavit, ὡς ἰσχυρῶς τούτων ἔχονται, ἐδ' ἀπολείπεσθαι θέλουσι. Conjectura vehementer placet; eamque libens in textum reciperem, nisi codices reclamarent omnes.

ἕκασον περὶ τούτων σκοπῶν, γνώσῃ ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω. Ἢν γὰρ βάλῃ, μὴ ὢν ἀγαθὸς γεωργὸς, δοκεῖν εἶναι ἀγαθὸς, ἢ ἱππεὺς, ἢ ἰατρὸς, ἢ αὐλητὴς, ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν, ἐννόει, πόσα γε ἂν δέοι σε μηχανᾶσθαι, τᾶ δοκεῖν ἕνεκα. Καὶ εἰ δὴ πείσαις ἐπαινεῖν τέ σε πολλοὺς, ὅπως δόξαν λάβῃς, καὶ κατασκευὰς καλὰς ἐφ' ἑκάστῳ αὐτῶν κτήσαιο, ἄρτι τε ἐξηπατηκὼς εἴης ἂν, κ᾽ ὀλίγῳ ὕστερον, ὅπου ἂν πεῖραν δοίης, ἐξεληλεγμένος τ' ἂν εἴης, καὶ προσέτι ἀλαζὼν φαίνοιο. Φρόνιμος δὲ περὶ τοῦ συνοίσειν μέλλοντος πῶς ἄν τις τῷ ὄντι γένοιτο; Δηλονότι, ἔφη, ὦ παῖ, ὅσα μέν ἐστι μαθόντα εἰδέναι, μαθὼν ἂν, ὥσπερ τὰ τακτικὰ ἔμαθες· ὅσα δὲ ἀνθρώποις οὔτε μαθητὰ, οὔτε προορατὰ ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ, διὰ μαντικῆς ἂν παρὰ θεῶν πυνθανόμενος, φρονιμώτερος ἄλλων ἂν εἴης· ὅ,τι δὲ γνοίης βέλτιον ὂν πραχθῆναι, ἐπιμελόμενος ἂν τούτᾳ, ὡς ἂν πραχθείη. Καὶ γὰρ τὸ ἐπιμελεῖσθαι τούτᾳ, οὗ ἂν δέῃ, φρονιμωτέρου ἀνδρὸς, ἢ τὸ ἀμελεῖν. Ἀλλὰ μέντοι ἐπὶ τὸ φιλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων (ὅπερ ἔμοιγε ἐν τοῖς μεγίστοις δοκεῖ εἶναι) δηλονότι ἡ αὐτὴ ὁδὸς, ἥπερ εἴ τις ὑπὸ τῶν φίλων σέργεσθαι ἐπιθυμοίη. Εὖ γὰρ οἶμαι δεῖν ποιοῦντα φανερὸν εἶναι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἔφη, ὦ παῖ, χαλεπὸν, τὸ ἀεὶ δύνασθαι εὖ ποιεῖν, οὓς ἄν τις ἐθέλῃ· τὸ δὲ συνηδόμενόν τε φαίνεσθαι,

singulatim consideres, vera me dicere intelliges. Nam si, bonus agricola cùm non sis, bonus videri velis, vel eques, vel medicus, vel tibicen, vel aliud quidpiam, quàm multa machinari tibi opus fuerit, ut *talis* videare, cogita. Et si quidem tum multis te ut laudent persuaseris, quò *hanc* de te opinionem excites, tum præclaros ad horum quælibet apparatus acquisiveris, jam *sic demùm* eris deceptor, et paulò post, ubi periculum *tui* feceris, in fraude deprehensus etiam eris, et præterea vanus videberis.' Prudens autem in eo quod profuturum est quo quispiam pacto reverà fiat? Nimirum si ea, inquit, fili, quæcunque discendo cognosci possunt, didiceris, quemadmodùm aciei instruendæ artem *jam* didicisti: quæcunque verò, nec ab hominibus disci possunt, nec providentiâ humanâ prospici, *de iis* si per vaticinationem à diis certior factus fueris, cæteris prudentior eris: si *denique*, quod ut fiat satius esse intellexeris, id ut fiat curam adhibueris. Id enim *faciendum* curare, quod *fieri* oporteat, prudentioris est viri, quàm negligere. At verò ad conciliandam eorum quibus præsumus benevolentiam (quod quidem ego in maximis duco) eadem *est* haud dubiè via, quâ *utendum est illi* qui ab amicis diligi cupiat. Dandam enim operam puto ut palàm sit beneficus. Sed hoc quidem, fili, difficile est, posse semper, quoscunque velit quispiam, beneficiis afficere: ut verò unà gaudere videatur,

ἤν τι ἀγαθὸν αὐτοῖς [a]συμβαίνῃ, ᾗ συναχθόμενον, ἤν τι κακὸν, καὶ συνεπικουρεῖν προθυμούμενον ταῖς ἀπορίαις αὐτῶν, καὶ προφοβούμενον μήτι σφαλῶσι, καὶ προνοεῖν πειρώμενον ὡς μὴ σφάλλωνται, ἐπὶ ταῦτά πως δεῖ μᾶλλον συμπαρομαρτεῖν. Καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων δὲ, ἤν μὲν ἐν θέρει ὦσι, τὸν ἄρχοντα δεῖ τῷ ἡλίου πλεονεκτοῦντα φανερὸν εἶναι· ἤν δὲ ἐν χειμῶνι, τοῦ ψύχους· ἤν δὲ δέῃ μοχθεῖν, τῶν πόνων· πάντα γὰρ ταῦτα εἰς τὸ φιλεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων συλλαμβάνει. Λέγεις σὺ, ἔφη, ὦ πάτερ, ὡς καὶ καρτερώτερον δεῖ πρὸς πάντα τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων εἶναι. Λέγω γὰρ οὖν, ἔφη. Θάῤῥει μέντοι, ἔφη, ὦ παῖ· εὖ γὰρ ἴσθι τοῦτο, [b]ὅτι τῶν ὁμοίων σωμάτων οἱ αὐτοὶ πόνοι οὐχ ὁμοίως ἅπτονται, ἄρχοντός τε ἀνδρὸς καὶ ἰδιώτου· ἀλλ' ἐπικουφίζει τι ἡ τιμὴ τοὺς πόνους τῷ ἄρχοντι, καὶ τὸ αὐτὸν εἰδέναι, ὅτι οὐ λανθάνει, ὅ, τι ἂν ποιοίη. Ὁπότε δὲ, ὦ πάτερ, ἤδη ἔχοιεν μὲν τὰ ἐπιτήδεια οἱ στρατιῶται, ὑγιαίνοιέν τε, πονεῖν δὲ δύναιντο, τὰς δὲ πολεμικὰς τέχνας ἠσκηκότες εἶεν, φιλοτίμως δ' ἔχοιεν πρὸς τὸ ἀγαθοὶ φαίνεσθαι, τὸ δὲ πείθεσθαι αὐτοῖς ἥδιον εἴη τοῦ ἀπειθεῖν, οὐκ ἂν

si quid eis prosperè eveniat, et unà dolere si quid adversi, et prompto esse animo dubiis eorum rebus unà succurrendis, et solicitus nè quâ in re labantur, et studiosè providere nè infelici successu rem gerant, in his magìs quodammodò oportet socium *te* præbere. Jam verò in rebus gerendis, si per æstatem sint *gerendæ*, oportet imperatorem palàm se solis maximè patientem exhibere; sin per hyemem, frigoris; et si laborandum sit, laborum: nam hæc omnia ad conciliandum eorum quibus quis præsit amorem conducunt. Dicis tu, pater, inquit, oportere imperatorem omnia tolerantiùs pati quàm eos qui sunt sub *ejus* imperio. *Id* utique dico, inquit. Tu tamen, fili, ait, bono sis animo: certò enim hoc scias, labores eosdem similibus corporibus, imperatoris *scilicet* et privati, æquè graves non esse; sed ipse honos labores nonnihil leviores facit imperatori, et quòd intelligat, minimè latere, quicquid *ipse* agat. Ubi verò, pater, res necessarias jam habeant milites, rectè valeant, labores perferre possint, in bellicis artibus exercitati sint, et obnixè strenui videri cupiant, et *denique* facere imperata quàm detrectare ipsis sit jucundius, nonne jam

a Συμβαίνῃ] Hanc scripturam exhibent, Editiones Argentor. Ingolst. et Stobæus; quam cum Stephano vulgatæ illi *συμβαίη* præferendam duxi.

b "Οτι τὰ ὁμοίων, &c.] Sententiam hanc Cicero, in l. ii, Disput. Tusc. hæc verba præfatus transtulit, "Itaque semper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat; cujus in primis laudabat illud, quod diceret, *eosdem labores non æquè graves esse imperatori et militi: quòd ipse hopos laborem leviorem faceret imperatori.* P. 160, Edit. Cantab.

ἤδη τηνικαῦτα σωφρονεῖν ἄν τις σοι δοκοίη διαγωνίζεσθαι βουλόμενος πρὸς τοὺς πολεμίους ὡς τάχιστα; Ναὶ, μὰ Δί', ἔφη, εἰ μέλλοι γε πλεῖον ἕξειν· εἰ δὲ μὴ, ἔγωγ' ἂν ὅσῳ οἰοίμην καὶ αὐτὸς βελτίων εἶναι, καὶ τὰς ἑπομένας βελτίους ἔχειν, τόσῳ δ' ἂν μᾶλλον φυλαττοίμην· ὥσπερ καὶ τἆλλα, ἃ ἂν οἰώμεθα πλείσου ἡμῖν ἄξια εἶναι, ταῦτα πειρώμεθα ὡς ἐν ἐχυρωτάτῳ ποιεῖσθαι. Πλέον δ' ἔχειν, ὦ πάτερ, πολεμίων πῶς ἄν τις δύναιτο μάλιστα; Οὐ μὰ Δί', ἔφη, οὐκέτι τοῦτο φαῦλον, ὦ παῖ, οὐδ' ἁπλοῦν ἔργον ἐρωτᾷς· ἀλλ' εὖ ἴσθι ὅτι δεῖ τὸν μέλλοντα τοῦτο ποιήσειν, καὶ ἐπίβουλον εἶναι, καὶ κρυφίους, καὶ δολερὸν, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ κλέπτην, καὶ ἅρπαγα, [a]καὶ ἐν παντὶ πλεονέκτην τῶν πολεμίων. Καὶ ὁ Κῦρος ἐπιγελάσας εἶπεν, Ὦ Ἡράκλεις, οἷον σὺ λέγεις, ὦ πάτερ, δεῖν ἄνδρα με γενέσθαι. Οἷος ἂν, ἔφη, ὦ παῖ, δικαιότατός τε καὶ νομιμώτατος ἀνὴρ εἶης. Πῶς μὴν, ἔφη, παῖδας ὄντας ἡμᾶς καὶ ἐφήβους τἀναντία τούτων ἐδιδάσκετε; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, καὶ νῦν γε, πρὸς τοὺς φίλους τὲ καὶ πρὸς τοὺς πολίτας· ὅπως δέ γε τοὺς πολεμίους δύναισθε κακῶς ποιεῖν, οὐκ οἶσθα μανθάνοντας ὑμᾶς πολλὰς κακουργίας; Οὐ δῆτ' ἔγωγ', ἔφη, ὦ πάτερ. Τίνος μὴν, ἔφη, ἕνεκα ἐμανθάνετε τοξεύειν; Τίνος

tum sapere tibi quis videretur, si cum hoste quàm primùm confligere vellet? *Ità* profectò, inquit, si quidem superiori conditione sit futurus: sin minùs, ego certè quanto et meliorem me esse existimaverim, et meliores mecum habere, tanto magìs caverem: quemadmodùm et alia, quæ à nobis plurimi æstimanda esse putemus, ut quàm maximè in tuto sint, operam damus. At quâ potissimùm ratione possit quis, pater, meliori esse quàm hostes conditione? Non herclè, inquit, non jam de levi, fili, neque simplici re percontaris: sed certò scias oportere eum qui præstaturus hoc sit, et insidiatorem esse, et mentis suæ occultatorem, et fraudulentum, et veteratorem, et furem, et raptorem, et in quâvis re plus quàm hostes habendi appetentem. Et Cyrus ad ea ridens ait, Dii boni, qualem esse me virum, tu, pater, oportere dicis! Qualis, inquit, si fueris, fili, et justissimus sis et legum observantissimus. At quî fit, ait, ut pueri cùm essemus et ephebi, his contraria nos doceretis? Immò, inquit, etiam nunc profectò, erga amicos *utique* et cives: hostes verò ut lædere possitis nonnè nósti multas vos didicisse nequitias? Minimè equidem, pater, inquit. Cur ergò ait *ille*, sagittare discebatis? Cur,

a Καὶ ἐν παντὶ πλεονέκτην] Anteà, πλεονεκτῆν. Sed aptiùs Stephani et Mureti judicio, scribitur πλεονέκτην, continuatâ et hîc orationis formâ. Horum judicium confirmat MS. Bodl. necnon, Leunclavio teste, liber Budensis, quo Camerarium usum dicit.

δ' ἕνεκα, ἀκοντίζειν; Τίνος δ' ἕνεκα, [a]δολοῦν ὡς ἀγρίους πλέγμασι καὶ ὀρύγμασι; Τί δὲ, ἐλάφους ποδάγραις καὶ ἀρπεδόναις; Τί δὲ λέουσι καὶ ἄρκτοις καὶ παρδάλεσιν οὐκ εἰς τὸ ἴσον καθισάμενοι ἐμάχεσθε, ἀλλὰ μετὰ πλεονεξίας τινὸς ἀεὶ ἐπειρᾶσθε ἀγωνίζεσθαι πρὸς αὐτά; [b]Ἢ οὐ γινώσκεις ὅτι ταῦτα πάντα κακουργίαι τινὲς, καὶ ἀπάται, καὶ δολώσεις, καὶ πλεονεξίαι; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, θηρίων γε· ἀνθρώπων δὲ εἰ καὶ δόξαιμι βούλεσθαι ἐξαπατῆσαι τινὰ, πολλὰς πληγὰς οἶδα λαμβάνων. Οὐδὲ γὰρ τοξεύειν, οἶμαι, ἔφη, οὐδ' ἀκοντίζειν ἄνθρωπον ἐπετρέπομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἐπὶ σκοπὸν βάλλειν ἐδιδάσκομεν· ἵνα γε νῦν μὲν μὴ κακουργοίητε τὺς φίλυς, εἰ δέ ποτε πόλεμος γένοιτο, δύναισθε καὶ ἀνθρώπων στοχάζεσθαι. Καὶ ἐξαπατᾷν δὲ καὶ πλεονεκτεῖν οὐκ ἐν ἀνθρώποις ἐπαιδεύομεν ὑμᾶς, ἀλλ' ἐν θηρίοις, ἵνα μηδ' ἐν τούτοις τὺς φίλους βλάπτοιτε· εἰ δέ ποτε πόλεμος γένοιτο, μηδὲ τούτων ἀγύμνασοι εἴητε. Οὐκοῦν, ἔφη, ὦ πάτερ, εἴπερ χρήσιμά ἐσιν ἀμφότερ' ἐπίσασθαι, εὖ τε ποιεῖν καὶ κακῶς ἀνθρώπυς, καὶ διδάσκειν ἀμφότερα ταῦτα ἔδει ἐν ἀνθρώποις. Ἀλλὰ λέγε-

jaculari? Cur, sues agrestes retibus et foveis fallendo captare? Cur, cervos pedicis et laqueis? Cur cum leonibus et ursis et pardis non æquo marte pugnabatis, sed aliquâ semper conditione superiori adversùs hasce *feras* certare nitebamini? Annon animadvertis hæc omnia nequitias esse, et fraudes, et dolos, et melioris conditionis captationes? *Sunt* herclè, inquit Cyrus, adversùs feras quidem; at hominum quenquam si modò decipere velle viderer, multas *me* plagas accipere *solitum* novi. Neque enim sagittis, opinor, *pater* inquit, neque jaculo hominem vobis ferire permisimus, sed scopum petere docebamus; non quidem ut in præsens noceretis amicis, verùm si quando bellum obortum sit, etiam homines ictu certo ferire possetis. Atque adeò fallaciis utendi et meliorem aliquam conditionem præripiendi ratione non in hominibus vos instituimus, sed in feris, nec his *quidem artibus* ut amicos læderetis; at siquandò bellum sit obortum, neque his exercitati essetis. Atqui, pater, inquit, si utraque scitu sunt utilia, tàm benè quàm malè facere hominibus, hæc etiam utraque erant in hominibus docenda. Fertur utique, fili,

a δολᾶν] Rectè hoc verbum pro δηλᾶν, quod hactenùs obtinuit, substituendum arbitratus est Stephanus. Nam pro hâc emendatione facit, primùm, res ipsa; cùm is, qui apros retibus et foveis capit, dolo adversùs illos utatur, non vi apertâ, de quâ potiùs, quàm de dolo dicendum esset τὸ δηλοῦν; deindè, quòd et præcedit δολερὸν et sequitur δολώσεις. Et lectionem sanè quam Stephanus, his rationibus adductus, reponendam censuit, MS. Bodl. clarè representat. Huic etiam suffragium suum dedit Cl. Lamb. Bos; qui similem planè locum ex Plutarchi protulit *amatorio*, p. 757, tom. 2. Εὐχόνται δ' Ἀρισταῖοι δολοῦντες ὀρύγμασι καὶ βρόχοις λύκους καὶ ἄρκτους—Ubi habemus δολοῦν ὀρύγμασι καὶ βρόχοις, ut hîc δολοῦν πλέγμασι καὶ ὀρύγμασι.

ται, ἔφη, ὦ παῖ, ἐπὶ τῶν ἡμετέρων προγόνων γενέσθαι ποτὲ ἀνὴρ διδάσκαλος τῶν παίδων, ὃς ἐδίδασκεν ἄρα τοὺς παῖδας [a]τήν τε δικαιοσύνην, ὥσπερ καὶ σὺ κελεύεις, καὶ ἀδικίαν· μὴ ψεύδεσθαι, ἀλλὰ ψεύδεσθαι· ἀλλὰ μὴ ἐξαπατᾶν, καὶ ἐξαπατᾶν· καὶ μὴ διαβάλλειν, ἀλλὰ διαβάλλειν· καὶ μὴ πλεονεκτεῖν, καὶ πλεονεκτεῖν. Διώριζε δὲ τούτων ἃ τε πρὸς τοὺς φίλους ποιητέον ἦν, ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἐχθρούς· καὶ ἔτι δὲ προβὰς ταῦτα ἐδίδασκεν, ὡς τοὺς φίλους δίκαιον εἴη ἐξαπατᾶν, ἐπί γε ἀγαθῷ· καὶ κλέπτειν τὰ τῶν φίλων, ἐπί γε ἀγαθῷ. Καὶ ταῦτα διδάσκοντα ἀναγκη καὶ γυμνάζειν ἦν πρὸς ἀλλήλους τοὺς παῖδας ταῦτα ποιεῖν· ὥσπερ ἀλλὰ ἐν πάλῃ φασὶ τοὺς Ἕλληνας διδάσκειν ἐξαπατᾶν, καὶ γυμνάζειν δὲ τοὺς παῖδας πρὸς ἀλλήλους τοῦτο δύνασθαι ποιεῖν. Γενόμενοι οὖν τινες οὕτως εὐφυεῖς καὶ πρὸς τὸ εὖ ἐξαπατᾶν, καὶ πρὸς τὸ εὖ πλεονεκτεῖν, ἴσως δὲ καὶ πρὸς τὸ φιλοκερδεῖν οὐκ ἀφυεῖς ὄντες, οὐκ ἀπείχοντο ἀπὸ τῶν φίλων, τὸ μὴ οὐχὶ πλεονεκτεῖν αὐτῶν πειρᾶσθαι. Ἐγένετο οὖν ἐκ τούτου [b]ῥήτρα, ἣ καὶ νῦν χρώμεθα ἔτι, ἁπλως

ait *ille*, tempore majorum nostrorum virum quendam fuisse puerorum magistrum, qui nimirum justitiam pueros doceret, quemadmodùm tu quoque jubes, et injustitiam; non mentiri, et mentiri; non fallere, et fallere; non calumniari, et calumniari; non *aliis* præripere commodum, et præripere. Distinguebat etiam quænam horum erga amicos, quæ adversùs inimicos facienda essent: atque adeò progressus ulteriùs hæc docebat, amicos decipere, *ipsorum* bono quidem, justum esse; et amicorum res, *ipsorum* quidem bono, furari. Hæc qui docebat pueros ad ea inter se facienda exercuerit etiam necesse erat; quemadmodùm et in luctâ circumveniendi rationem Græcos docere aiunt, atque etiam exercere pueros ut inter se hoc facere possint. Itaque cùm nonnulli naturâ essent ingeniosi et ad scitè decipiendum, et ad *aliis* aliquid scitè præripiendum, ac fortassè etiam ad lucrandi studium non inepti essent, nec ab amicis quidem abstinebant, quo minùs eis aliquid præripere conarentur. Factum est igitur indè decretum, quo nunc etiam utimur, ut

a Τήν τε δικαιοσύνην] In vulgatis, voces ἃ ἀδικίαν non leguntur. Sed particula copulativa τε ante δικαιοσύνην, ad aliquid ducere videtur, quod justitiæ mox opponendum sit; sicut et cætera inter se pugnant hujus periodi membra. Igitur Leunclavii conjecturam, quæ Stephano etiam valdè arrisit, secutus, voces ἃ ἀδικίαν suo loco inferendas curavi; orationi enim complendæ vel hæ vel similes omninò deesse videntur.

b Ῥήτρα] In omnibus ferè editis, φρήτρα hîc perperàm legitur. Nos, re quidem ipsâ duce, Stephanum, Leunclavium et Muretum sequendos omninò putavimus, qui primi ῥήτραν haud dubiè recipiendam animadvertêre. Hanc porrò vocem in margine MS. Bodl. laudatam invenimus. Græci autem, teste Plutarcho, tom. i, p. 43 et 47, et tom. ii, p. 213. Leges à Lycurgo latas ῥήτρας dixere.

διδάσκειν τὲς παῖδας, ὥσπερ τοὺς οἰκέτας πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διδάσκομεν ἀληθεύειν, καὶ μὴ ἐξαπατᾷν, μηδὲ κλέπτειν, μηδὲ πλεονεκλεῖν· εἰ δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῖεν, κολάζειν· ὅπως σὺν τοιούτῳ ἔθει ἐθισθέντες, πρᾳότεροι πολῖται γένοινΙο. Ἐπεὶ δὲ ἔχοιεν τὴν ἡλικίαν, ἥνπερ σὺ νῦν ἔχεις ἤδη, καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους νόμιμα ἐδόκει ἀσφαλὲς εἶναι διδάσκειν. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι ἐξενεχθῆναι δοκεῖτε πρὸς τὸ ἄγριοι πολῖται γενέσθαι, ἐν τῷ αἰδεῖσθαι ἀλλήλους συνλεθραμμένοι· ὥσπερ γε καὶ περὶ ἀφροδισίων οὐ διαλεγόμεθα πρὸς τοὺς ἄγαν νέους, ἵνα μὴ πρὸς τῇ ἰσχυρᾷ ἐπιθυμίᾳ αὐτοῖς ῥᾳδιουργίας προσγενομένης, ἀμέτρως αὐτῇ χρῶνΙο οἱ νέοι. Νὴ Δί', ἔφη· ὡς τοίνυν ὀψιμαθῆ με ὄντα τούτων τῶν πλεονεξιῶν, ὦ πάτερ, μὴ φείδῃ, εἴ τι ἔχεις, διδάσκειν [a] ὅπως πλεονεκτήσω ἐγὼ τῶν πολεμίων. Μηχανῶ τοίνυν, ἔφη, ὁπόση ἐσὶ δύναμις, τεταγμένοις τοῖς σαυτοῦ ἀτάκλους λαμβάνειν τοὺς πολεμίους· καὶ ὡπλισμένοις, ἀόπλους· ἢ ἐγρηγορόσι, καθεύδοντας· ἢ φανεροὺς σοι ὄντας, ἀφανὴς ὢν αὐτὸς ἐκείνοις· καί ἐν δυσχωρίαις αὐτοὺς γιγνομένους, ἐν ἐρυμνῷ αὐτὸς ὢν, ὑποδέξῃ. Καὶ πῶς ἂν, ἔφη, τίς τοιαῦτα, ὦ πάτερ, ἁμαρτάνοιΙας δύναιΙο ἂν

simpliciter docerentur pueri, quemadmodùm servos docemus erga nos veraces esse, et non fallaciis uti, nec furari, nec quidquam *alicui* plus habendi desiderio eripere: si *quid* autem contra hæc facerent, ut castigarentur; quò *nimirum* mansuetiores, his moribus adsuefacti, cives existerent. At postquam eâ essent ætate, quâ tu jam nunc es, *tunc sanè iis* et jura adversùs hostes *servanda* tutò tradi posse putabant. Non enim ampliùs *eò* efferri posse videmini, ut cives feri evadatis, cùm *ità* simul nutriti et educati estis, ut vos mutuò revereamini: sicuti de rebus venereis ad valdè juvenes verba non facimus, nè accedente ad vehementem eorum libidinem audaciâ, immodicè huic *libidini* indulgeant juvenes. Ità profectò, inquit *Cyrus:* quapropter me, ceu serò accedentem ad discendum rationes illas præripiendi commoditates, pater, docere, si quid habes, nè recusato, quò ego meliori sim, quàm hostes, conditione. Igitur enitere, inquit, quantum potes, ut cum tuis instructis hostes non instructos deprehendas; et cum armatis, inermes; et cum vigilantibus, dormientes; et abs te conspectos, cùm ipsi te non videant; et ut difficultatibus locorum impeditos, ipse in loco munito constitutus, excipias. Et quonam modo pater, inquit, possit aliquis hostes in hujusmodi erroribus

a Ὅπως πλεονεκτήσω, &c.] Ut τοῦ πλεονεκτεῖν et πλεονεξίας (quibus crebrò usus est Xenophon) innotescat vis, eam haud abs re forsan constare notandum est, in dolis intendendis, in insidiis locandis, in consiliis occultandis, omnique adeò præripiendâ occasione, quâ quis alium fallere, anteire, et superare queat.

τοὺς πολεμίους λαμβάνειν; Ὅτι, ἔφη, ὦ παῖ, πολλὰ μὲν τούτων ἀνάγκη ἐστὶ τῇ ὑμᾶς τε τοὺς πολεμίους πάσχειν. [a] Σιτοποιεῖσθαί τε γὰρ ἀνάγκη ἀμφοτέρους, κοιμᾶσθαί τε ἀμφοτέρους, καὶ ἔωθεν ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα σχεδὸν ἅμα πάντας ἀποχωρεῖν δεῖσθαι· καὶ ταῖς ὁδοῖς, ὁποῖαι ἂν ὦσι, τοιαύταις ἀνάγκη χρῆσθαι· ἃ χρή σε πάντα καλανοοῦντα, ἐν ᾧ μὲν ἂν ὑμᾶς γινώσκῃς ἀσθενεστάτους γιγνομένους, ἐν τούτῳ μάλιστα φυλάττεσθαι· ἐν ᾧ δ' ἂν τοὺς πολεμίους αἰσθάνῃ [b] εὐχειρωτοτάτους γιγνομένους, ἐν τούτῳ μάλιστα ἐπιτίθεσθαι. Πότερον δ', ἔφη ὁ Κῦρος, ἐν τούτοις μόνον ἐστὶ πλεονεκτεῖν, ἢ καὶ ἐν ἄλλοις τισί; Καὶ πολύ γε μᾶλλον, ἔφη, ὦ παῖ· ἐν τούτοις μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πάντες ἰσχυρὰς φυλακὰς ποιοῦνται, εἰδότες ὅτι δέονται. Οἱ δ' ἐξαπατῶντες τοὺς πολεμίους δύνανται, καὶ θαρσῆσαι ποιήσαντες, ἀφυλάκτους λαμβάνειν· τῇ διῶξαι [c] παραδόν-

deprehendere? Quoniam, fili, ait, multa talia cùm vobis tum hostibus accidere necesse est. Nam utrosque cibum sumere necesse est, utrosque etiam somnum capere, ac manè ad *factu* necessaria simul ferè omnibus secedendum est; et viis, qualescunque fuerint, talibus uti necesse est; quæ te omnia considerantem oportet, ubi quidem vos maximè imbecillos esse animadverteris, ibi summâ cautione uti: ubi verò posse senseris hostes facillimè opprimi, ibi potissimùm eos adoriri. Num verò in his duntaxat, ait Cyrus, meliori esse conditione licet, an etiam in quibusdam aliis? *In aliis*, et sanè multo magìs, inquit, fili: nam in his quidem plerumque omnes cautiones adhibent accuratas, quippe quas necessarias esse intelligant. Qui verò hostibus fallendis operam dant, possunt *eos*, et injectâ fiduciâ, incautos opprimere; et concessâ

a Σιτοποιεῖσθαί] Interpretes alii alio modo verbum hoc exponunt: Philelphus *frumentatum ire*, Leunclavius, *victûs rationem expedire*, reddit. Suidam ego sequendum duxi, qui id hîc accipi scribit pro τροφὴν λαμβάνειν, *cibum sumere*. Sensus hoc modo exoritur tum huic loco consentaneus, tum iis quæ Noster lib. hujus Historiæ vii, tradit, nempè, εὐδαμοῦ ἀνθρώπους εὐχειρωτοτέρους εἶναι, ἢ ἐν σίτοις καὶ ποτοῖς, &c.

b Εὐχειρωτότατους] Omninò placet hæc lectio, quam Stephanus et Leunclavius ex conjecturâ restituendam pronuntiârunt. Vulgati habent εὐχειρέστατους. Sed εὔχειρος ferè, non item εὐχειρος, dici solet qui *facilè subjugari*, seu *capi potest*. Atque ità Xenophontem ipsum hâc usum esse voce ex iis constat, quæ modò ex eo ad σιτοποιεῖσθαι attulimus. Et, ut ex hâc voce, ità ex illâ καρτερώτερον, p. 85, syllabam excidisse, iidem docti viri putârunt: cùm Xenophon alibi eum καρτερικὸν dicere soleat, quem loco citato καρτερὸν appellat. Ut, ἀπομν. lib. i, p. 414, —πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος ἢ πάντας πόνους καρτερικώτατος.

c Παραδόντες] Legitur etiam παραδόντες. Ut verò illud huic præponam auctores mihi sunt Muretus, Stephanus, et Leunclavius. Utrocunque autem modo legas, loci sensus satìs constabit, Sapienter scil. facturum imperatorem, qui hostibus se suosque insequendi occasionem nonnunquam præbet; illi enim, dum incautè sequuntur eos qui fugam simulant, ordines solent deserere

τες ἑαυτοὺς, ἀτάκτους ποιῆσαι· καὶ ἐς δυσχωρίαν φυγῇ ὑπαγαγόντες, ἐνταῦθα ἐπιτίθεσθαι. Δεῖ δὲ, ἔφη, ὦ παῖ, φιλομαθῆ σε τούτων πάντων ὄντα, οὐχ, οἷς ἂν μάθοις, τούτοις μόνοις χρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ποιητὴν εἶναι τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους μηχανημάτων· ὥσπερ καὶ οἱ μουσικοὶ οὐχ, οἷς ἂν μάθωσι, τούτοις μόνον χρῶνται, ἀλλὰ καὶ ἄλλα μέλη πειρῶνται ποιεῖν. Καὶ σφόδρα μὲν καὶ [a] ἐν τοῖς μουσικοῖς τὰ νέα καὶ ἀνθηρὰ εὐδοκιμεῖ, πολὺ δὲ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς μᾶλλον τὰ καινὰ μηχανήματα εὐδοκιμει· ταῦτα γὰρ μᾶλλον καὶ ἐξαπατᾷν δύνανται τοὺς πολεμίους. Εἰ δὲ σύ γε, ἔφη, ὦ παῖ, μηδὲν ἄλλο μετενέγκοις ἐπ' ἀνθρώπους, ἢ τὰς μηχανὰς, ἃς καὶ πάνυ ἐπὶ τοῖς μιχροῖς θηρίοις ἐμηκανῶ, οὐκ οἴει ἂν, ἔφη, πρόσω πάνυ ἐλάσαι τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους πλεονεξίας; Σὺ μὲν γὰρ ἐπὶ τὰς ὄρνιθας ἐν τῷ ἰσχυροτάτῳ χειμῶνι ἀνιστάμενος, ἐπορεύου νυκτός· καὶ πρὶν κινεῖσθαι τὰς ὄρνιθας ἐπεποίηντό σοι ἐπὶ τούτῳ αἱ πάγαι αὐταῖς, καὶ τὸ κεκινημένον χωρίον ἐξείκαστο τῷ ἀκινήτῳ. Ὄρνιθες δὲ ἐπεπαίδευντό σοι, ὥστε σοὶ μὲν τὰ συμφέροντα ὑπηρετεῖν, τὰς δὲ ὁμοφύλους ὄρνιθας ἐξαπατᾷν· αὐτὸς δὲ ἐνή-

se insequendi facultate, eorum ordines perturbare; et cùm fugâ *simulatâ* paulatim in difficilia loca perduxerint, ibi aggredi. Oportet autem te, fili, inquit, qui hæc omnia discendo callere cupis, non, quæcunque didiceris, his solis uti, sed ipsum etiam machinationum esse adversùs hostes opificem: quemadmodùm et musici non iis tantùm, quos didicêre, modis utuntur, sed alios etiam facere conantur. Ac vehementer quidem cùm in musicis quæ nova sunt et florida probantur, tum verò multò magìs in rebus bellicis novæ machinationes laudantur: hæ enim faciliùs hostes decipere possunt. Quòd si tu quidem, fili, ait, nihil aliud in homines transferas, quàm eas molitiones quas vel adversùs bestias minutas admodùm excogitabas, nonne *te*, inquit, plurimùm in rationibus, quibus hoste superior evadas, inveniendis profecturum putas? Nam tu quidem hyeme surgens sævissimâ, ad *captandas* aves noctu ire solebas; et priusquàm aves se commoverent, *jam* eis erant abs te posita in hunc finem retia, et quem moveras locus erat immoto persimilis: *quædam* autem tibi aves erant *ità* edoctæ, ut tuis quidem commodis servirent, sui verò generis aves in fraudem pellicerent: ipse in insidiis *ità* te

a Καὶ ἐν τοῖς μουσικοῖς, &c.] Priorem hujus sententiæ partem ab Homero Xenoph. accepisse videtur: sic enim ille:

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι
Ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιτέληται,

Οδυσ. α'. v. 351,—2. Nec aliter Pindarus:

——Αἴνει δὲ παλαιὸν
Μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων
Νεωτέρων. Ολυμπ. θ'. v. 73. et seq.

δρευες, ὥστε ὁρᾷν μὲν αὐτὰς, μὴ ὁρᾶσθαι δὲ ὑπ' αὐτῶν· εἶχες δ' ἐπιμέλειαν τῷ φθάνειν ἕλκων τὰ πετεινὰ πρὸ τοῦ φυγεῖν. Πρὸς δ' αὖ τὸν λαγὼ, ὅτι μὲν ἐν σκότει νέμεται, τὴν δ' ἡμέραν ἀποδιδράσκει, κύνας ἔτρεφες, αἳ τῇ ὀσμῇ αὐτὸν ἀνεύρισκον. Ὅτι δὲ ταχὺ ἔφευγεν, ἐπεὶ εὑρεθείη, ἄλλας κύνας εἶχες ἐπιτετηδευμένας πρὸς τὸ καταπόδας αἱρεῖν. Εἰ δὲ καὶ ταύτας ἀποφύγοιεν, τοὺς πόρους αὐτῶν ἐκμανθάνων, καὶ πρὸς οἷα χωρία φεύγειν αἱροῦνται οἱ λαγὼ, ἐν τούτοις τὰ δίκτυα δυσόρατα ἐνεπετάννυες, ἵνα [a] ἐν τῷ σφόδρα φεύγειν, αὐτὸς ἑαυτὸν, ἐμπίπτων, ἐνέδυ. Τῷ δὲ μηδ' ἐντεῦθεν διαφεύγειν, σκοποὺς τῷ γιγνομένου καθίσης, οἳ ἐγγύθεν ταχὺ ἔμελλον ἐπιγενήσεσθαι· καὶ αὐτὸς μὲν σὺ ὄπισθεν κραυγῇ οὐδὲν ὑσεριζούσῃ τῷ λαγῳ βοῶν, ἐξέπληττες αὐτὸν, ὥστε ἀφρόνως ἁλίσκεσθαι· τοὺς δὲ ἔμπροσθεν σιγᾷν διδάξας ἐνεδρεύοντας, λανθάνειν ἐποίεις. Ὥσπερ ἓν προεῖπον, εἰ τοιαῦτα ἐθελήσαις καὶ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους μηχανᾶσθαι, οὐκ οἶδ' ἔγωγε εἴ τινα λίποις ἂν τῶν πολεμίων. Ἦν δέ ποτε ἄρα ἀνάγκη γένηται [b] ᾗ ἐν τῷ ἰσοπέδῳ, καὶ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ὡπλισμένους ἀμφοτέρους μάχην

abdebas, ut illas tu quidem cerneres, ab illis verò cerni non posses; curam etiam adhibuisti, ut volucres priùs trahendo anteverteres, quàm fugerent. Rursùs autem adversùs leporem, quòd is in tenebris pastum quærat, interdiù verò fugit, canes alebas, quæ eum odoratu investigarent. Quoniam verò, postquam fuerit inventus, celeriter in fugam se conjiceret, canes alias habebas ad *eum* vestigiis persequendo capiendum institutas. Quòd si et has effugerent lepores, edoctus eorum meatus, et ad quæ potissimùm loca fugere soleant, in illis retia visu difficilia tendebas, ut dum concitatè fugeret, illapsus *in ea lepus*, ipse se *in ea* indueret. Atque utì nè hinc etiam aufugeret, speculatores ejus quod accideret constituebas, qui è propinquo celeriter adcurrendo supervenirent *illi:* et tu quidem ipse à tergo clamorem ad leporem usque pervenientem tollens, *ità* territabas eum, ut improvidè *procurrens* caperetur: eos autem, quos ab anteriori parte in insidiis collocatos silere jusseras, latere faciebas. Quamobrem, ut aiebam anteà, si hujusmodi quædam adversùs homines etiam moliri volueris, haud equidem scio, an ullum ex hostibus *superstitem* relicturus sis. Quòd si aliquando necessitas obveniat, ut et in æquo campi, et marte aperto, et armatis utrisque prælium

a Ἵνα ἐν τῷ—ἐνέδυ] Sic etiam ἵνα cum indicativo construitur, 1 Cor. iv, 6,—ἵνα μὴ εἷς ὑπερ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε—pro φυσιῶσθε, uti videtur; sicut et ἐνέδυ hîc ponitur pro ἐνεδύσατο.

b Καὶ ἐν τῷ ἰσοπέδῳ, ᾗ, &c.] In vulgatis, ἐν τῷ ἰσοπέδῳ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ὡπλισμένους ᾗ ἀμφοτέρους, &c. prætermissâ scil. priori ᾗ, alterâ verò è suo loco in alienum translatâ. Bodleiani MS. lectionem nos admisimus, cui ferè nomen suum dedit olim Muretus.

συνάπτειν, ἐν τῷ τοιούτῳ δή, ὦ παῖ, αἱ ἐκ πολλοῦ παρεσκευασμέναι πλεονεξίαι μέγα δύνανται. Ταύτας δὲ ἐγὼ λέγω εἶναι, ὅταν τῶν στρατιωτῶν εὖ μὲν τὰ σώματα ἠσκημένα ᾖ, εὖ δὲ αἱ ψυχαὶ τεθραμμέναι, εὖ δὲ αἱ πολεμικαὶ τέχναι μεμελετημέναι ὦσιν. Εὖ δὲ χρὴ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι ὁπόσους ἂν ἀξιοῖς σοι πείθεσθαι, καὶ ἐκεῖνοι πάντες ἀξιώσουσί σε πρὸ ἑαυτῶν βουλεύεσθαι. Μηδέποτε οὖν ἀφροντίστως ἔχε, ἀλλὰ τῆς μὲν νυκτὸς προσκόπει τί σοι ποιήσουσιν οἱ ἀρχόμενοι, ἐπειδὰν ἡμέρα γένηται· τῆς δὲ ἡμέρας, ὅπως τὰ εἰς νύκτα κάλλιστα ἕξει. Ὅπως δὲ χρὴ τάττειν εἰς μάχην στρατιάν, ἢ ὅπως ἄγειν ἡμέρας ἢ νυκτὸς, ἢ στενὰς ἢ πλατείας ὁδούς, ἢ ὀρεινὰς ἢ πεδινάς· ἢ ὅπως στρατοπεδεύεσθαι, ἢ ὅπως φυλακὰς νυκτερινὰς ἢ καὶ ἡμερινὰς καθιστάναι, ἢ ὅπως πρὸς πολεμίους προσάγειν, ἢ ἀπάγειν ἀπὸ πολεμίων, ἢ ὅπως παρὰ πόλιν πολεμίαν ἄγειν, ἢ ὅπως πρὸς τεῖχος ἄγειν ἢ ἀπάγειν, ἢ ὅπως νάπας ἢ πολαμοὺς διαβαίνειν, ἢ ὅπως ἱππικὸν φυλάττεσθαι, ἢ ὅπως ἀκοντιστὰς ἢ τοξότας· ἢ εἴ γε δή σοι κατὰ κέρας ἄγοντι οἱ πολέμιοι ἐπιφανεῖεν, πῶς χρὴ ἀντικαθιστάναι· καὶ εἴ σοι ἐπὶ φάλαγγος ἄγοντι ἄλλοθέν ποθεν οἱ πολέμιοι φανεῖεν, ἢ κατὰ πρόσωπον, ὅπως χρὴ ἀντιπαράγειν· ἢ ὅπως τὰ τῶν πολεμίων ἄν τις

conserendum sit, in hoc certè, fili, rerum statu, adjumenta quibus superiores evadamus, multò antè comparata, plurimùm valent. Hæc autem esse dico, cùm corpora militum probè fuerint exercitata, animíque probè exacuti sint, si militares artes probè excultæ. Prætereà hoc etiam certò scias necesse est, quoscunque censeas æquum esse tibi parere, eos item omnes existimaturos æquum esse, ut tu rebus eorum consulas. Nunquam igitur curam abjicias, sed noctu provideas quid subjectos imperio tuo facere velis, ubi dies advenerit; interdiù verò, quo pacto se res nocturnæ quàm optimè sint habituræ. Quâ verò ratione oporteat exercitum ad pugnam instruere, quo pacto vel interdiù vel noctu, vel per angustas vel latas, vel per montosas vel campestres vias ducere: quo pacto metari castra, quo pacto nocturnas diurnásve excubias constituere, quo pacto ad hostes accedere vel ab hostibus recedere, quo pacto propter urbem hostilem iter facere, quo pacto *exercitum* ad murum adducere vel abducere, quo pacto saltus vel fluvios transire, quo pactò à copiis equestribus vel à jaculatoribus vel à sagittariis cavere: et si quidem tibi *exercitum* in cornua explicatum ducenti se ostendant hostes, quâ ratione eis sit obsistendum; et si tibi *eum* phalangis in morem instructum ducenti ex aliâ quâvis parte, quàm à fronte, appareant, quo pacto ducendus sit in eos exercitus; quâ quis ratione possit quid hostes

μάλισα αἰσθάνοιλο, ἢ ὅπως τὰ σὰ ἥκισα οἱ πολέμιοι εἰδεῖεν· ταῦτα δὲ πάνλα τί ἂν ἐγὼ λέγοιμί σοι; Ὅσα τε γὰρ ἐγὼ ἤδειν, πολλάκις ἀκήκοας· ἄλλως τὲ εἴ τις ἐδόκει τι τούτων ἐπίσασθαι, οὐδενὸς αὐτῶν ἠμέληκας, οὐδ' ἀδαὴς γεγένησαι. Δεῖ οὖν πρὸς τὰ συμβαίνονλα, οἶμαι, τούτοις χρῆσθαι, ὁποίοις ἂν σοι ἀεὶ συμφέρειν τούτων δοκῇ. Μάθε δέ μου, ὦ παῖ, καὶ τάδε, ἔφη, τὰ μέγισα· παρὰ γὰρ ἱερὰ καὶ οἰωνοὺς μήτ' ἐν σαυλῷ μηδέπολε, μηδ' ἐν [a] τῇ σραλιᾷ, κινδυνεύσῃς· καίλανοῶν, ὡς ἄνθρωποι μὲν αἱρῆνται πράξεις εἰκάζονλες, εἰδότες δὲ οὐδὲν, ἀπὸ ποίας ἔσαι αὐτοῖς τἀγαθόν. Γνοίης δ' ἂν ἐξ αὐτῶν τῶν γιγνομένων. Πολλοὶ μὲν γὰρ ἤδη [b] πόλεις ἔπεισαν, καὶ ταῦτα οἱ δοκοῦνλες σοφώταλοι εἶναι, πόλεμον ἄρασθαι πρὸς τούτους, ὑφ' ὧν οἱ πεισθένλες ἐπιθέσθαι ἀπώλονλο. Πολλοὶ δὲ πολλοὺς ηὔξησαν ἤδη καὶ ἰδιώτας καὶ πόλεις, ὑφ' ὧν αὐξηθένλων τὰ μέγισα κακὰ ἔπαθον. Πολλοὶ δὲ, οἷς ἐξῆν φίλοις χρῆσθαι, ἢ εὖ ποιεῖν ἢ εὖ πάσχειν, τούτοις δούλοις μᾶλλον βουληθένλες ἢ φίλοις χρῆσθαι, ὑπ' αὐτῶν τούτων δίκην ἔδοσαν. Πολλοῖς δ' οὐκ ἤρκεσεν αὐτοῖς τὸ μέρος ἔχουσι ξῆν ἡδέως, ἐπιθυ-

rerum agant cognoscere, vel tu quid instituas hostes minimè sciant: hæc, *inquam*, omnia quid ego tibi commemorem? Nam et quæcunque ego noveram, audisti sæpiùs; et prætereà si qui horum aliquid callere videbantur, eorum neminem neglexisti, nec imperitus evasisti. Quapropter ad *quælibet*, opinor, eventa his uti oportet *monitis*, quæcunque ex iis tibi quovis tempore ex usu potissimum fore videbuntur. Hæc etiam ex me, fili, maximi *sanè* momenti discito: nunquam vel ipse *solus*, vel cum exercitu, contrà quàm sacra monent et auguria, periculum adieris; *illud* cogitans, homines conjecturis nixos res gerendas suscipere, et planè nescios esse undè boni aliquid sit ipsis eventurum. Id quod ex ipsis rerum eventibus intelligas licet. Multi enim iique sapientissimi habiti, civitatibus persuaserunt, ut bellum adversùs eos moverent, à quibus illi, qui *alios* invadere persuasi fuerant, sunt deleti. Multi multos et privatos homines et respublicas ad majora provexerunt, à quibus promotis gravissima mala passi sunt. Multi, cùm eos, quibus amicis uti poterant, collatis *in ipsos* et acceptis beneficiis, servorum quàm amicorum loco habere maluerint, iisdem pœnas dedêre. Multi vitâ jucundâ cum partis *alicujus* possessione *conjunctâ* non contenti, cùm

a Ἐν τῇ σραλιᾷ] Ἐν hîc potestatem habet τῇ μάλα, perinde atque Luc. xiv, 31, — εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι.

b Πολεις ἔπεισαν] Suspectum nonnullis est illud φίλους, pro quo in quibusdam editis πολλοὺς ad marginem notatum est. Leunclavius Xenophontem πλείσους scripsisse putat. Nulla tamen satìs idonea videtur antiquæ lectionis rejiciendæ ratio.

μήσαντες δὲ πάντων κύριοι εἶναι, διὰ ταῦτα ἢ ὧν εἶχον ἀπέτυχον· πολλοὶ δὲ τὸν πολύευκτον χρυσὸν κτησάμενοι, διὰ τοῦτον ἀπώλοντο. Οὕτως [a] ἥ γε ἀνθρωπίνη σοφία οὐδὲν μᾶλλον οἶδε τὸ ἄριστον αἱρεῖσθαι, ἢ εἰ κληρούμενος, ὅ, τι λάχοι, τοῦτό τις πράττοι. Θεοὶ δὲ, ὦ παῖ, αἰεὶ ὄντες πάντα ἴσασι, τὰ γεγενημένα, καὶ τὰ ὄντα, καὶ ὅ, τι ἐξ ἑκάστου αὐτῶν ἀποβήσεται· ἢ τῶν συμβουλευομένων ἀνθρώπων οἷς ἂν ἵλεῳ ὦσι, προσημαίνουσιν ἅ τε χρὴ ποιεῖν, καὶ ἃ οὐ χρή. Εἰ δὲ μὴ πᾶσιν ἐθέλουσι συμβουλεύειν, οὐδὲν θαυμαστόν· οὐ γὰρ ἀνάγκη αὐτοῖς ἐστιν, ὧν ἂν μὴ θέλωσιν ἐπιμελεῖσθαι.

omnia suam in potestatem redigere cuperent, idcircò iis etiam quæ possidebant exciderunt: multi *denique* aurum tantoperè votis *omnium* expetitum adepti, ob hoc *ipsum* periêre. Itaque humana quidem sapientia nihilo magìs quod optimum est deligere novit, quàm si quis sortibus ductis, hoc agat, quod ei sorte obtigerit. Verùm dii, fili, immortales omnia nôrunt, præterita, et præsentia, et quis singulorum futurus sit exitus: et hominibus *eos* consulentibus, quibus *quidem* sunt propitii, quæ suscipienda vel non suscipienda sint, antè significant. At non omnibus eos consulere velle, minimè mirum *videri debet*; neque enim necessitate sunt coacti illorum curam gerere, quos *benevolentiâ suâ complecti* nolint.

a Οὕτως ἥ γε ἀνθρωπίνη, &c.] Nihil gravius, nihil scholâ illâ dignius, ex quâ quasi sancto quodam augustóque fonte non hæc tantùm divina planè conclusio, sed et præcedens omnis, quatenùs ad mores spectat pietatemque, manavit oratio. Jam verò nec inusitatum est, nec sanè, ut opinor, ægrè ferendum, historicos rerum gestarum expositioni salubria quædam subindè admiscere monita, præceptísque amicis adeò legentium pectora formanda curare. Patris certè erat talia docere filium in aleam belli jam jam profecturum. Sed de pietate eâ, omníque adeò dicendi elegantiâ, quæ in scriptis Xenophontéis ubique ferè elucet, alium jam statuimus disserendi locum.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ Β΄.

Τοιαῦτα μὲν δὴ ἀφίκοντο διαλεγόμενοι μέχρι τῶν ὁρίων τῆς Περσίδος· ἐπεὶ δὲ αὐτοῖς ἀετὸς δεξιὸς φανεὶς προηγεῖτο, προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσι, τοῖς Περσίδα γῆν κατέχουσιν, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς πέμπειν σφᾶς, οὕτω διέβαινον τὰ ὅρια. Ἐπειδὴ δὲ διέβησαν, προσηύχοντο αὖθις θεαῖς, τοῖς Μηδίαν γῆν κατέχουσιν, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς δέχεσθαι αὐτούς. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ἀσπασάμενοι ἀλλήλους, ὥσπερ εἰκὸς, ὁ μὲν πατὴρ πάλιν εἰς Πέρσας ἀπῄει, Κῦρος δὲ εἰς Μήδους πρὸς τὸν Κυαξάρην ἐπορεύετο. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ὁ Κῦρος εἰς Μήδους πρὸς τὸν Κυαξάρην, πρῶτον μὲν, ὥσπερ εἰκὸς, ἠσπάσαντο ἀλλήλους· ἔπειτα δὲ ἤρετο τὸν Κῦρον Κυαξάρης, πόσον τι ἄγοιτο στράτευμα. Ὁ δ' ἔφη, τρισμυρίους μὲν, οἳ καὶ πρόσθεν ἐφοίτων πρὸς ὑμᾶς μισθοφόροι· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν οὐδεπώποτε ἐξελθόντων προσέρχονται τῶν ὁμοτίμων. Πόσοι τινές; ἔφη ὁ Κυαξάρης· Οὐκ ἂν ὁ ἀριθμός σε, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀκούσαντα εὐφρανεῖ· ἀλλ' ἐκεῖνο

Ac talia quidem disserentes Persidis usque fines pervenêre; cùm autem aquila dextra iis visa præcederet, deos et heroas precati terræ Persidis præsides, ut se propitii benignique dimitterent, fines ità *demùm* transierunt. Postquam verò transiissent, rursùs deos precati sunt Medicæ terræ præsides, ut se propitii benigníque exciperent. His peractis, mutuò se complexi, ut par erat, ad Persas pater rursùs revertebat, Cyrus in Mediam ad Cyaxarem proficiscebatur. Cùm autem ad Cyaxarem Medorem in regione pervenisset Cyrus, primùm se, ut par erat, mutuò complexi salutârunt: deindè Cyrum interrogabat Cyaxares, quantum exercitum duceret. *Cyrus* autem, triginta quidem millia, inquit, qui et antehâc mercede conducti ad vos venire consueverunt: *præter hos* ex eorum etiam ordine qui ὁμότιμοι vocantur qui nullo unquam tempore *domo* sunt egressi, alii *quidam* adveniunt. Quàm multi? ait Cyaxares. Numerus *sanè* te, inquit Cyrus, cùm *cum* audieris, non admodùm delectabit; verùm illud

ἐννόησον, ὅτι ὀλίγοι ὄντες οὗτοι οἱ ὁμότιμοι καλούμενοι πολλῶν ὄντων τῶν ἄλλων Περσῶν ῥᾳδίως ἄρχουσιν. Ἆτὰρ, ἔφη, δέῃ τι αὐτῶν; ἢ μάτην ἐφοβήθης, οἱ δὲ πολέμιοι οὐκ ἔρχονται; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, καὶ πολλοί γε. Πῶς τοῦτο σαφές; Ὅτι, ἔφη, πολλοὶ ἥκοντες αὐτόθεν, ἄλλος ἄλλον τρόπον, πάντες ταυτὰ λέγουσιν. Ἀγωνιστέον ἄρα ἡμῖν πρὸς τοὺς ἄνδρας; Ἀνάγκη γὰρ, ἔφη. Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, οὐ καὶ τὴν δύναμιν ἔλεξάς μοι, εἰ οἶσθα, πόση τις ἡ προσιοῦσα, καὶ πάλιν τὴν ἡμετέραν; ὅπως εἰδότες ἀμφοτέρας, πρὸς ταῦτα βουλευώμεθα, ὅπως ἂν ἄριστα ἀγωνιζοίμεθα. Ἄκουε δὲ, ἔφη ὁ Κυαξάρης.

Κροῖσος μὲν ὁ Λυδὸς ἄγειν λέγεται μυρίους μὲν ἱππέας, πελτασὰς δὲ καὶ τοξότας πλείους ἢ τετρακισμυρίους. Ἀρτάμαν δὲ, τὸν τῆς μεγάλης Φρυγίας ἄρχοντα, λέγουσιν ἱππέας μὲν εἰς ὀκτακισχιλίους ἄγειν, λογχοφόρους δὲ σὺν πελτασταῖς οὐ μείους τετρακισμυρίων· Ἀρίβαιον δὲ, τὸν τῆς Καππαδοκῶν βασιλέα, ἱππέας μὲν εἰς ἑξακισχιλίους, τοξότας δὲ καὶ πελτασὰς οὐ μείους τρισμυρίων· τὸν Ἀράβιον δὲ Μάραγδον, ἱππέας τὲ εἰς μυρίους, καὶ ἅρματα εἰς ἑκατὸν, καὶ σφενδονητῶν πάμπολύ τι χρῆμα. [a] Τοὺς μέντοι Ἕλληνας,

tecum reputes *velim*, paucos hosce, qui ὁμότιμοι appellantur, in cæteros Persas, multi sint licèt, facilè imperium obtinere. Verùm, inquit, numquid iis tibi opus est? an sine causâ timuisti, neque veniunt hostes? Immò *veniunt* illi profectò, ait, et multi quidem. Quî hoc constat? Quòd cùm multi, inquit, indè veniant, alius alio modo, omnes *tamen* eadem referunt. Est ergò nobis cum viris certandum? *Id* utique *poscit* necessitas, ait *Cyaxares*. Cur igitur, inquit Cyrus, non mihi dixisti, si nôsti, et hostium copiæ, quæ adveniunt, quantæ sint, et item nostræ? ut cognitis ambabus, quo pacto optimè bellum geramus, pro earum ratione deliberemus. Audi verò, inquit Cyaxares:

Crœsus quidem ille Lydus ducere fertur equites decies mille, peltastas et sagittarios plures quadraginta millibus. Artamam autem, magnæ Phrygiæ principem, equitum circiter octo millia, hastatos cum peltastis non pauciores quadraginta millibus ducere perhibent: Aribæum, Cappadocum regem, equites ad sex mille, sagittarios et peltastas haud pauciores triginta millibus: et Maragdum Arabem, et equites ad decies mille, et currus ferè centum, et funditorum ingentem quandam copiam. De Græcis verò,

a Τοὺς μέντοι Ἕλληνας, &c.] Hoc periodi membrum, quòd à quarto quoque casu, præcedentium more, incipit, currente oratione, exit ἀνακολούθως. Cùm enim posset, Οἱ Ἕλληνες οἰκοῦντες ἐν τῇ Ἀσίᾳ δὲ λέγεται, &c. maluit, τοὺς μέντοι Ἕλληνας, &c. Subaudia: igitur hîc necesse est ἀμφὶ, vel διὰ, ut sit accusativus absolutus. Hujus

τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ οἰκοῦντας, οὐδέν πω σαφὲς λέγεται, εἰ ἕπονται· τοὺς δὲ ἀπὸ Φρυγίας, τῆς παρ' Ἑλλήσποντον, συμβαλεῖν φασι Γαβαῖον, ἔχοντα εἰς Καΰστρου πεδίον ἑξακισχιλίους μὲν ἱππεῖς, πελτασὰς δὲ εἰς μυρίους. Κάρας μέντοι, καὶ Κίλικας, καὶ Παφλαγόνας παρακληθέντας οὔ φασιν ἕπεσθαι. [a] Ὁ δὲ Ἀσσύριος, ὁ Βαβυλῶνά τε ἔχων καὶ τὴν ἄλλην Ἀσσυρίαν, ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππέας μὲν ἄξειν οὐ μείον δισμυρίων· ἅρμαλα δ', εὖ οἶδ', οὐ πλείω διακοσίων· πεζοὺς δὲ, οἶμαι, παμπόλλους· εἰώθει γοῦν, ὁπότε δεῦρ' ἐμβάλλει. Σὺ, ἔφη ὁ Κῦρος, πολεμίους λέγεις, ἱππέας μὲν εἰς ἑξακισμυρίους εἶναι, πελτασὰς δὲ καὶ τοξότας πλέον ἢ εἴκοσι μυριάδας. Ἄγε δὴ, τῆς σῆς δυνάμεως τί πλῆθος φῂς εἶναι; Εἰσὶν, ἔφη, Μήδων ἱππεῖς μὲν πλείους τῶν μυρίων· πελτασαὶ δὲ καὶ

qui Asiam incolunt, nihil dum certi est allatum, an sequantur, *necne*: eos autem qui è Phrygiâ sunt, propter Hellespontum sitâ, Gabæo *esse* conjuncturos aiunt, qui ad Caystri planitiem sex millia equitum habet, peltastas circiter decies mille. Caras verò, et Cilices, et Paphlagonas, licèt arcessiti sint, non sequuturos aiunt. Quod autem ad Assyrium attinet, qui et Babylona, et reliquam Assyriam possidet, ducturum *eum* equidem arbitror, equites non pauciores viginti millibus; currus, sat scio, non plures ducentis; pedites verò, *ut* opinor, permultos: *sic* certè consuevit, cùm fines nostros invadit. Dicis tu, inquit Cyrus, hostium equites esse ad sexagies mille, peltastas verò et sagittarios plures ducentis millibus. Age verò, quem tuarum copiarum ais esse numerum? Medorum, inquit, sunt equites plures decem millibus; peltastæ et

structuræ non desunt exempla; unum adfero, quod suppeditat egregius ille atticismorum artifex Aristophanes;

Δεινόν γε τἄρ' ἦν πρᾶγμα, τὸν παρὰ τὰς βροτοὺς
Οἰχόμενον, εἰ μηδέποτε νοσήσει πάλιν.

Ὀργιθ. v. 1269 et seq.

[a] Ὁ δὲ Ἀσσύριος, &c.] Recta orationis structura, ut ἄξειν legamus, postulat. Et hanc sanè lectionem exhibet MS. Bodleianus: quam tamen adeò non recipiendam puto, ut non possim non suspicari eam ab officiosâ nimìs librarii alicujus sedulitate profectam, quò nimirum ab omni ἀνακολουθίας et solæcismi periculo Xenophontem tutum præstaret. Sed tali non eget is auxilio. Melior adest defensor, Lucianus; quem vide rectum quarti loco casûs adhibentem, in Dialogo Nept. et Nereid. p. 107.—Νηρ. Ἀλλὰ κἀκείνην σῶσαι δεήσει, χαρισάμενος τῷ Διονύσῳ, pro δεήσει σε σῶσαι χαρισάμενον, &c. Ecce autem alterum, Ælianum scil. in Histor. Anim. lib. iv, cap. xxxvi, p. 82, edit. Tigur. Ἡ τῶν Ἰνδῶν γῆ φασιν αὐτὴν οἱ σύγγραφεῖς πολυφάρμακον εἶναι, καὶ τί, &c. Illud etiam Stephanus considerandum esse monet, sæpè ἀνακολουθίαν hujusmodi apud Xenophontem reperiri. Nulla tamen protulit exempla; bina igitur dabo luculenta: Οὗτος δὲ, ὃν ᾤετο πιστὸν οἱ εἶναι, ταχὺ αὐτὸν εὗρε Κύρῳ φιλαίτερον ἢ ἑαυτῷ. Ἀναβ. lib. i, p. 159. Alterum extat Oecon. p. 478. Οἱ δὲ φίλοι, ἤν τις ἐπίσηλαι αὐτοῖς χρῆσθαι ὥστε ὠφελεῖσθαι ἀπ' αὐτῶν, τί φήσομεν αὐτοὺς εἶναι: Simili modo nominativum absolutum apud Evang. reperimus; Joh. vi, 39.—ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ, &c. &c. c. xvii, 5. —ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς, &c. Malè ergò Grotius aliique hujusmodi locutiones Hebraismis annumerandas esse statuerunt. Huc referri debent similes loquendi formulæ, apud Mat. xii, 36, Luc. xxi, 6, Joh. vii, 38, Act. vii, 40, atque alia passim apud N. T. loca, in quibus nominativus extat absolutus.

τοξόται γένοιντ' ἂν ὡς ἐπὶ τῆς ἡμετέρας καὶ ἑξακισμύριοι. Ἀρμενίων δ', ἔφη, τῶν ὁμόρων ἡμῖν, παρέσονται ἱππεῖς μὲν τετρακισχίλιοι, πεζοὶ δὲ δισμύριοι. Λέγεις σύ, ἔφη ὁ Κῦρος, ἱππέας μὲν ἡμῖν εἶναι μεῖον ἢ τρίτον μέρος τοῦ τῶν πολεμίων ἱππικοῦ, πεζοὺς δὲ σχεδὸν ἀμφὶ τοὺς ἡμίσεις. Τί οὖν; ἔφη ὁ Κυαξάρης, [a]ὀλίγους νομίζεις Περσῶν εἶναι, οὓς σὺ φὴς ἄγειν; Ἀλλ' εἰ μὲν ἀνδρῶν προσδεῖ ἡμῖν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἴτε καὶ μή, αὖθις βουλευσόμεθα· τὴν δὲ μάχην μοι, ἔφη, λέξον ἑκάσων ἥτις ἐσί. Σχεδὸν, ἔφη ὁ Κυαξάρης, πάντων ἡ αὐτή. Τοξόται γάρ εἰσι καὶ ἀκοντισταὶ οἵ τ' ἐκείνων καὶ οἱ ἡμέτεροι. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀκροβολίζεσθαι ἀνάγκη ἐσὶ, τοιούτων γε τῶν ὅπλων ὄντων. Ἀνάγκη γὰρ οὖν, ἔφη ὁ Κυαξάρης. Οὐκοῦν ἐν τούτῳ μὲν, ἔφη ὁ Κῦρος, τῶν πλειόνων ἡ νίκη· πολὺ γὰρ ἂν θᾶττον οἱ ὀλίγοι ὑπὸ τῶν πολλῶν τιτρωσκόμενοι ἀναλωθείησαν, ἢ ὑπὸ τῶν ὀλίγων οἱ πολλοί. Εἰ δ' ἔν οὕτως ἔχει, ἔφη, ὦ Κῦρε, τί ἂν ἄλλο τὶς κρεῖττον εὕροι, ἢ πέμπειν εἰς Πέρσας, καὶ ἅμα μὲν διδάσκειν αὐτοὺς, ὅτι εἴ τι πείσονται Μῆδοι, εἰς Πέρσας τὸ δεινὸν ἥξει, ἅμα δὲ αἰτεῖν πλεῖον στράτευμα; Ἀλλὰ

sagittarii in nostrâ utique *regione* fortassè fuerint sexagies mille. Ab Armeniis, inquit, qui nobis sunt finitimi, equitum millia quatuor aderunt, peditum viginti millia. Dicis tu, inquit Cyrus, equites nostros tertiâ parte equitatûs hostium esse minores, pedites verò dimidiam circiter *eorum peditatûs* partem. Quid igitur? ait Cyaxares, paucosne, *adeò* Persas esse arbitraris, quos ducere te dicis? Verùm nobis, inquit Cyrus, an prætereà milite sit opus, nec ne, posthac deliberabimus: mihi autem, inquit, quæ sit singulorum pugnæ ratio exponito. Propè omnium, ait Cyaxares, est eadem. Nam illorum et nostri *milites* sagittarii sunt et jaculatores. Cùm ergò, ait Cyrus, hujusmodi sint arma, eminùs pugnare necesse erit. Necesse sanè *erit*, ait Cyaxares. Hîc igitur, inquit Cyrus, illorum *erit* victoria, qui *numero* plures fuerint: multò enim citiùs à pluribus pauci, vulneribus confecti, perierint, quàm à paucis plures. Si ergo, Cyre, inquit, sic se res habeat, quid aliud melius quis reperire possit, quàm ad Persas utì mittamus, et simul eos doceamus, calamitatem ad Persas penetraturam, si Medis adversi quid acciderit, simúlque majorem exercitum postulemus? At

a Ὀλίγους νομίζεις, &c.] In editis quibusdam exemplaribus legitur οὐκ ante ὀλίγους, quam, Stephano et Leunclavio præeuntibus, omisi. Hic autem loci sententiam sic interpretatur: Miratur utique, *ait*, Cyaxares, Cyrum ad Medorum Armeniorumque copias, non etiam Persicas adjicere. Quapropter subjicit interrogando: Quid ergo, Cyre? Tune tam exiguas arbitraris esse copias Persicas, quas ipse te aiebas adducere; ut illæ nostrarum numerum non adaugeant?

τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Κῦρος, εὖ ἴσθι, ὅτι οὐδ' εἰ πάντες ἔλθοιεν Πέρσαι, πλήθει γε οὐκ ἂν ὑπερβαλοίμεθα τοὺς πολεμίους. Τί μὴν ἄλλο ἐνορᾷς ἄμεινον τούτου; Ἐγὼ μὲν ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, [a] εἰ σὺ εἶην, ὡς τάχισα ὅπλα ἐποιούμην πᾶσι Πέρσαις τοῖς προσιοῦσιν, οἵπερ ἔρχονται ἔχοντες οἱ παρ' ἡμῶν, οἱ τῶν ὁμοτίμων καλούμενοι. Ταῦτα δ' ἐστὶ, θώραξ μὲν περὶ τὰ στέρνα, γέρρον δὲ εἰς τὴν ἀριστερὰν, κοπὶς δὲ ἡ σάγαρις εἰς τὴν δεξιάν· καὶν ταῦτα παρασκευάσῃς, ἡμῖν μὲν ποιήσεις τὸ ὁμόσε τοῖς ἐναντίοις ἰέναι ἀσφαλέστατον, τοῖς πολεμίοις δὲ τὸ φεύγειν, ἢ τὸ μένειν, αἱρετώτερον. Τάττομεν δὲ, ἔφη, ἡμᾶς μὲν αὐτοὺς ἐπὶ τοὺς μένοντας· οἵτινες μέντ' ἂν αὐτῶν φεύγωσι, τούτους ὑμῖν καὶ τοῖς ἵπποις νέμομεν, ὡς μὴ σχολάζωσι μήτε φεύγειν, μήτ' ἀναστρέφεσθαι. Κῦρος μὲν ἅτως ἔλεξε· τῷ δὲ Κυαξάρῃ ἔδοξέ τε εὖ λέγειν, καὶ τοῦ μὲν πλείους μεταπέμπεσθαι οὐκέτι ἐμέμνητο, παρεσκευάζετο δὲ ὅπλα τὰ προειρη-

hoc quidem, inquit Cyrus, certò scias, nos multitudine hostes non superaturos esse, etiamsi Persæ universi veniant. Quid igitur aliud, *quod* melius hoc *sit*, vides? Equidem, inquit Cyrus, si essem qui tu, quàm primùm Persis omnibus huc venientibus *ejusmodi* fabricanda curarem arma, qualibus instructi veniunt è nostris ii, qui ὁμότιμοι appellantur. Ea verò sunt, lorica circum pectus, in manu lævâ scutum, in dextrâ copis vel securis: hæc si paraveris, efficies ut nobis cum hostibus congredi tutissimè liceat, et hostibus *ipsis* foret optabilius fugere, quàm subsistere. Ac nos quidem ipsos, ait, adversùs eos collocamus qui subsistent: ex iis autem quicunque fugerint, hos vobis et equitibus adtribuimus, ut eis nec fugere vacet, nec converti. Cyrus quidem ad hunc modum disseruit: et Cyaxari visus et rectè dicere, *isque adeò* nullam de pluribus arcessendis mentionem faciebat ampliùs, sed arma, de quibus modò dictum, pa-

a Εἰ σὺ εἶην] In diversa hîc, ut solent errantes, editores interpretésque abeunt. In Flor. edit. legitur εἰ ἔχοιμι. In Ald. εἰ σὺ εἶην, ἔχοιμι. Leunclavius receptam sanè lectionem in suâ interpretatione sequutus est; at margini has etiam, εἰ ἔχοιμι, εἰ οἰσύην ἔχοιμι, ascripsit. Stephano vulgata scriptura ideò ferè displicet, quòd hujus loquendi generis vix aliud exemplum extare putaret: undè se malle ait, cum doctis quibusdam viris, legere, εἰ οἰσύην ἔχοιμι, vel potiùs εἰσύαν; nam ὅπλα οἰσύινα, ut pergit is, apud Xenophontem, Hell. lib. ii, legimus. De loci hujus depravatione et nugatoriis conjecturis hactenùs; nunc ad tuendam quam retinuimus lectionem veniamus. Accipe igitur locutionis hujus exempla, à Stephano desiderata: Παρμενίων δὲ πρῶτος εἶπεν. Ἐγὼ μὲν, ἂν Ἀλέξανδρος, ἥλαβον ἂν τὰ διδόμενα —Ὁ δ' Ἀλέξανδρος ὑπολαβὼν εἶπε, Καίγὰ, εἰ Παρμενίων ἦν, ἥλαβον ἄν. Diodor. Sic. Bibl. Hist. l. xvii, p. 531, Edit. Rhodom. Simili modo Arrianus: Ἀλέξανδρον δὲ Παρμενίωνι ἀποκρίνασθαι, ὅτι ἂ αὐτὸς ἂν, εἶπερ Παρμενίων ἦν, ἔτως, &c. lib. ii, de Exped. Alex. p. 101, Edit. Gronov. Nec aliter Plutarchus de Parmenionis consilio, et regiâ illâ Alexandri responsione; Ἥλαβον ἄν, εἰ Ἀλέξανδρος ἦμην. Καίγὰ νὴ Δία, εἶπεν, εἰ Παρμενίων ἦμην. tom. ii, p. 180.

μένα. Καὶ σχεδόν τε ἕτοιμα ἦν, ἡνίκα τῶν Περσῶν οἱ ὁμότιμοι παρῆσαν, ἔχοντες τὸ ἀπὸ Περσῶν στράτευμα. Ἔνθα δὴ εἰπεῖν λέγεται ὁ Κῦρος, συναγαγὼν αὐτούς, τάδε.

" Ἄνδρες φίλοι, ἐγὼ ὑμᾶς ὁρῶν, αὐτοὺς μὲν καθωπλισμένους " ἅτως, καὶ ταῖς ψυχαῖς παρεσκευασμένους, ὡς εἰς χεῖρας συμ- " μίξοντας τοῖς πολεμίοις, τοὺς δὲ ἑπομένους ὑμῖν Πέρσας γινώσ- " κων ὅτι ἅτως ὡπλισμένοι εἰσὶν, ὡς ὅτι προσωτάτω ταχθέν- " τες μάχεσθαι, ἔδεισα μὴ, ὀλίγοι σάντες, καὶ ἔρημοι συμμάχων " συμπίπτοντες πολεμίοις πολλοῖς, πάθοιτέ τι. Νῦν ἕν, ἔφη, " σώματα μὲν ἔχοντες ἀνδρῶν ἥκετε ἃ μεμπτά· ὅπλα δὲ ἔσαι " αὐτοῖς [a] ὅμοια τοῖς ἡμετέροις. Τὰς γεμὴν ψυχὰς αὐτῶν " θήγειν, ἡμέτερον τὸ ἔργον. Ἄρχοντος γάρ ἐσιν οὐκ αὐτὸν μόνον " ἀγαθὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀρχομένων ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως " ὡς βέλτισοι ἔσονται." Ὁ μὲν ἅτως εἶπεν· οἱ δ' ἥσθησαν μὲν πάντες, νομίζοντες μετὰ πλειόνων ἀγωνιεῖσθαι· εἷς δὲ αὐτῶν καὶ ἔλεξε τοιάδε.

rabat. Ac *ea* cùm propè jam parata essent, Persarum aderant ὁμότιμοι ducentes eum qui à Persis *mittebatur* exercitum. Ibi tum Cyrus hæc, iis convocatis, verba fecisse perhibetur:

" Ego vos quidem, amici, cùm sic et ipsos armatos, et animis pa- " ratos viderem, ut qui manus cum hostibus conserturi essetis, Persas " verò, qui vos sequuntur, ejusmodi armis instructos animadverterem, " ut *in hostem* pugnare, nisi *ab eo* quàm longissimè collocati, non pos- " sent, veritus sum nè, si pauci consisteretis, et belli sociis destituti in " magnam hostium multitudinem incideretis, adversi quid vobis eveni- " ret. Jam verò et corpora, inquit, virorum haud culpanda *vobiscum* " *unà* adducentes adestis; et illis arma nostris similia futura sunt. Ut " autem eorum exacuantur animi, ea *scilicet* nostræ *erunt* partes. Est " enim ejus qui cum imperio est, non seipsum modò bonum præbere, " sed eorum etiam quibus præest curam gerere, ut illi quam optimi " evadant." In hunc modum *Cyrus* quidem loquutus est: ii verò gavisi sunt omnes, quòd se plures in pugnâ socios habituros arbitrarentur; unus autem ex iis hujusmodi etiam verba fecit:

a Ὅμοια τοῖς ἡμετέροις] Stephanus legit ὁμοίτερα, et mox etiam ὑμέτερον, pro ἡμέτερον τὸ ἔργον. Et cum eo facit MS. Eton. At ex præcedentibus illis verbis, ὡς τάχιστα ὅπλα ἐποιήσαμεν πᾶσι Πέρσαις τοῖς προσιοῦσιν, οἵαπερ ἔρχονται ἔχοντες οἱ παρ' ὑμᾶς, &c. rectè Æmilius Portus ἡμέτερα legendum colligit. Hoc ipsum et ex sequentibus apparet; sic enim ipse Cyrus infrà, ad Persas verba faciens, dicit, Ἕξεσι δ' ὑμῖν λαβεῖν ὅπλα, οἵαπερ ἡμεῖς ἔχομεν, &c. Ἡμέτερον autem ἔργον, non ὑμέτερον, legendum, tum omnium ferè librorum consensus, tum res ipsa abundè docet: nam statim sequitur; Ἄρχοντος γάρ ἐσιν, &c.

" Ἀλλὰ θαυμασὰ μὲν, ἔφη, ἴσως δόξω λέγειν, εἰ Κύρῳ
" συμβουλεύσω τι εἰπεῖν ὑπὲρ ἡμῶν, ὅταν τὰ ὅπλα λαμβάνωσιν
" οἱ ἡμῖν μέλλοντες συμμαχεῖσθαι. [a] Ἀλλὰ γινώσκω γὰρ, ἔφη,
" ὅτι οἱ τῶν ἱκανωτάτων καὶ εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν λόγοι, ὅτοι καὶ
" μάλιστα ἐνδύονται ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων· καὶ δῶρα ἢν διδῶ-
" σιν οἱ τοιοῦτοι, κἂν μείω τυγχάνῃ ὄντα, ἢ τὰ παρὰ τῶν ὁμοίων,
" ὅμως μείζονος αὐτὰ τιμῶνται οἱ λαμβάνοντες. Καὶ νῦν, ἔφη,
" οἱ Πέρσαι παρακληθέντες ὑπὸ Κύρου πολὺ μᾶλλον ἡσθήσονται,
" ἢ ὑφ' ἡμῶν παρακαλούμενοι· εἴς τε τοὺς ὁμοτίμους καθισά-
" μενοι, βεβαιοτέρως σφίσιν ἡγήσονται ἔχειν τοῦτο, ὑπὸ βασιλέως
" τε παιδὸς καὶ ὑπὸ στρατηγοῦ γιγνόμενον, ἢ εἰ ὑφ' ἡμῶν εἰς τὸ
" αὐτὸ τοῦτο ἄγοιντο. Ἀπεῖναι μέντοι, οὐδὲ τὰ ἡμέτερα χρή·
" ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ δεῖ τῶν ἀνδρῶν θήγειν πάντως τὸ φρόνημα.
" Ἡμῖν γὰρ ἔσαι τοῦτο χρήσιμον, ὅ,τι ἂν οὗτοι βελτίονες γένων-
" ται." Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος καταθεὶς τὰ ὅπλα εἰς τὸ μέσον, καὶ
συγκαλέσας πάντας τοὺς Περσῶν στρατιώτας, ἔλεξε τοιάδε.

" [b] Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ ἔφυτε ἐν τῇ αὐτῇ ὑμῖν χώρᾳ, καὶ

" Equidem fortassè, ait, mira *quædam* proferre videbor, si consilium
" Cyro dare velim, ut aliquid pro nobis dicat, cùm arma sumpserint
" ii quos belli socios habituri sumus. At enim sentio, inquit, eorum
" orationes quibus et ad beneficium præstandum et ad lædendum max-
" ima est facultas, plurimùm in audientium animos penetrare: tales
" etiam si munera largiantur, licèt viliora sint iis quæ à paris conditionis
" hominibus *offeruntur*, tamen ea pluris æstimant accipientes. Jam
" verò Persæ, inquit, multò majori jucunditate afficientur, Cyrus eos
" si cohortatus fuerit, quàm nostra illis adlatura esset cohortatio: et in
" eorum qui ὁμότιμοι appellantur ordinem cooptati, *beneficium* hoc sta-
" bilius sibi fore existimabunt, si et à filio regis et ab imperatore pro-
" ficiscatur, quàm si à nobis ad hunc ipsum *gradum* promoverentur.
" Neque verò illa abesse debent quæ nostri sunt muneris: sed omninò
" quovis modo virorum animos exacuere oportet. Quicquid enim
" illorum virtuti accesserit, id è re nostrâ fuerit." Itaque Cyrus armis
in medio depositis, atque omnibus Persarum militibus convocatis, hu-
jusmodi orationem habuit:

" In eâdem, Persæ, nobiscum regione vos et nati estis et edu-

a Ἀλλὰ γινώσκω γὰρ, &c.] In eandem ferè sententiam apud Euripidem Hecuba, his versibus, quos ut insignes illustrésque laudat A. Gellius, lib. xi, 4.

Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
Πείσει. " Λόγος γὰρ ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς ἑ ταυτὸν σθένει."
Hec. v. 293, et seq.

b Ἄνδρες Πέρσαι, &c.] Hujusmodi pleonasticâ compellandi formulâ, Græcis, orationem habituris, perquàm familiari, usus est scriptor evangelicus. Act. i, 11; Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί, &c.

" ἐτράφητε· καὶ τὰ σώματά γε ὑμῶν οὐδὲν χείρονα ἔχετε, ψυχάς
" τε οὐδὲν κακίονας ὑμῖν προσήκει ἡμῶν ἔχειν. Τοιοῦτοι δ' ὄντες,
" ἐν μὲν τῇ πατρίδι οὐ μετεῖχετε τῶν ἴσων ἡμῖν, οὐχ ὑφ' ὑμῶν
" ἀπελαθέντες, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ τὰ ἐπιτήδεια ἀνάγκην ὑμῖν εἶναι
" πορίζεσθαι. Νῦν δὲ ὅπως μὲν ταῦτα ἕξετε, ἐμοὶ μελήσει,
" σὺν τοῖς θεοῖς· ἔξεστι δ' ὑμῖν, εἰ βούλεσθε, λαβοῦσιν ὅπλα
" οἷάπερ ἡμεῖς ἔχομεν, καὶ εἴ τι χείρονες ἡμῶν ἐσὲ, εἰς τὸν αὐ-
" τὸν ἡμῖν κίνδυνον ἐμβαίνειν· κἂν τι ἐκ τούτων καλὸν κἀγαθὸν
" γίγνηται, τῶν ὁμοίων ἡμῖν ἀξιοῦσθαι. Τὸν μὲν οὖν πρόσθεν
" χρόνον, ὑμεῖς τε τοξόται ἦτε ἀκοντισταὶ οὐκ, καὶ ἡμεῖς· καὶ εἴ
" τι χείρους ἡμῶν ταῦτα ποιεῖν ἦτε, οὐδὲν θαυμαστόν· οὐ γὰρ ἦν
" ὑμῖν σχολὴ, ὥσπερ ἡμῖν, τούτων ἐπιμελεῖσθαι. Ἐν δὲ τῇδε
" τῇ ὁπλίσει, οὐδὲν ἡμεῖς ὑμῶν προέξομεν. Θώραξ μὲν γὰρ περὶ
" τὰ στέρνα ἁρμόζων ἑκάστῳ ἔσται, γέρρον δὲ ἐν τῇ ἀριστερᾷ, ᾧ
" πάντες εἰθίσμεθα φορεῖν, μάχαιρα δὲ ἡ σάγαρις ἐν τῇ δεξιᾷ,
" ᾗ δὴ παίειν τοὺς ἐναντίους δεήσει, οὐδὲν φυλαττομένους μή τι παί-
" σαντες ἐξαμάρτωμεν. Τί οὖν ἂν ἐν τούτοις ἕτερος ἑτέρου ἡμῶν
" διαφέροι, πλὴν ἐν τόλμῃ; ἣν οὐδὲν ὑμῖν προσήκει ἧττον ὑμῶν
" παρέχεσθαι. Νίκης τε γὰρ ἐπιθυμεῖν, ἣ τὰ καλὰ πάντα καὶ τὰ

" cati; et corpora quidem nostris nihilo deteriora habetis, animósque
" *adeò* ut nostris nihilo ignaviores habeatis consentaneum est. Tales
" autem cùm sitis, in patriâ quidem pari nobiscum conditione non
" eratis, non quòd à nobis indè repulsi essetis, sed quòd vobis victum
" quæritare necesse esset. At nunc ut hæc quidem *omnia quæ ad vi-*
" *tam sunt necessaria* vobis suppetant, mihi curæ erit, diis juvanti-
" bus: vobis autem licet, siquidem *ità* libuerit, sumptis qualia nos
" gestamus armis, etiamsi nobis aliquâ in re deteriores sitis, idem no-
" biscum *pugnæ* periculum adire: et si quid indè præclari et eximii
" obtigerit, paria nobiscum *præmia*, tanquam qui iis digni fueritis,
" consequi. Enimverò tempore anteacto, vos quoque sagittarii et ja-
" culatores, quemadmodùm et nos, fuistis; quòd si in *sagittis jaculis-*
" *que* mittendis minùs quàm nos periti eratis, minimè mirum *id videri*
" *debet*; neque enim vobis his *artibus* studiosè operam dare, perindè
" ac nobis, otium erat. At in hoc armaturæ genere, nihilo nos potiores
" vobis erimus. Nam unicuique aptus erit thorax circa pectus, in lævâ
" *manu* scutum, quod omnes gestare consuevimus, in dextrâ gladius vel
" securis, quâ feriendi *nobis* erunt hostes, minimè verentibus nè ictus
" nostri aberrent. Quid igitur est in his, quo alius nostrûm alium præstare
" possit, præter audaciam? quam vos non minorem quàm nos exhibere
" decet. Nam et victoriam expetere, quæ bona ac præclara omnia

" ἀγαθὰ κλᾶται καὶ σώζει, τί μᾶλλον ἡμῖν ἢ ὑμῖν προσήκει;
" Κράτος τε, ὃ πάντα τὰ τῶν ἡττόνων τοῖς κρείττοσι δωρεῖται,
" τί εἰκὸς ἡμᾶς μᾶλλον ἢ καὶ ὑμᾶς τοῦτο δεῖσθαι; Τέλος εἶπεν·
" Ἀκηκόατε πάντα· ὁρᾶτε τὰ ὅπλα πάντα· ὁ μὲν χρῄζων, λαμ-
" βανέτω ταῦτα, καὶ ἀπογραφέσθω πρὸς τὸν ταξίαρχον εἰς τὴν
" ὁμοίαν τάξιν ἡμῖν· ὅτῳ δ' ἀρκεῖ ἐν μισθοφόρου χώρᾳ εἶναι, κα-
" ταμενέτω ἐν τοῖς ὑπηρετικοῖς ὅπλοις." Ὁ μὲν οὕτως εἶπεν·
Ἀκούσαντες δὲ οἱ Πέρσαι ἐνόμισαν, εἰ παρακαλέσαντες ὥστε τὰ ὅμοια
πονοῦντες τῶν αὐτῶν τυγχάνειν, μὴ θελήσουσι ταῦτα ποιεῖν, δικαίως
ἂν διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἀμηχανοῦντες βουλεύειν· καὶ ὅτω δὴ ἀπο-
γράφονται πάντες, ἀνέλαβόν τε τὰ ὅπλα πάντες.

Ἐν ᾧ δὲ οἱ πολέμιοι ἐλέγοντο μὲν προσιέναι, παρῆσαν δὲ ὐδέ-
πω, ἐν τούτῳ ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος ἀσκεῖν μὲν τὰ σώματα τῶν μεθ'
ἑαυτοῦ πρὸς ἰσχύν, διδάσκειν δὲ τὰ τακτικά, θήγειν δὲ τὰς ψυ-
χὰς εἰς τὰ πολεμικά. Καὶ πρῶτον μὲν λαβὼν παρὰ Κυαξάρου
ὑπηρέτας, προσέταξεν ἑκάστοις τῶν στρατιωτῶν ἱκανῶς, ὧν ἐδέοντο,
πάντα πεποιημένα, παρασχεῖν· τοῦτο δὲ παρασκευάσας, ὐδὲν αὐ-
τοῖς ἄλλο ἐλελοίπει, ἢ ἀσκεῖν τὰ ἀμφὶ τὸν πόλεμον· ἐκεῖνο δοκῶν
καλαμεμαθηκέναι, ὅτι ὅτοι κράτιστοι ἕκαστα γίγνοιντο, οἳ ἂν ἀφέ-
μενοι τοῦ πολλοῖς προσέχειν τὸν νοῦν, ἐπὶ ἓν ἔργον τράπωνται.

" parat et conservat, cur nos magìs quàm vos deceat? Et cur *victrici*
" potentiâ, quæ facultates devictorum omnes victoribus donat, nobis
" opus esse magìs quàm vobis, rationi sit consentaneum? Tandem dixit,
" Audîstis omnia: arma omnia cernitis: *iis* qui indiget, ea capiat, no-
" ménque apud cohortis præfectum profitendo in eundem nobiscum
" ordinem adscribatur: cui verò mercenarii *militis* locum tenere sat est,
" in servilibus armis maneat *indutus.*" Hæc Cyri verba fuerunt: Quæ
cùm audîssent Persæ, jure se arbitrabantur omnem *deindè* ætatem in re-
rum inopiâ et egestate acturos, si invitati ut pares suscipiendo labores
eadem consequerentur *præmia*, non paruissent: itaque omnes nomina
sua sunt professi, omnésque *adeò* arma acceperunt.

Interea verò dum hostes adventare dicerentur, nec dum tamen ad-
essent, Cyrus suorum corpora ad robur exercere nitebatur, et *eos* quæ
ad disciplinam militarem pertinent docere, et ad res bellicas animos
acuere. Ac primùm quidem acceptis à Cyaxare ministris, imperavit
eis ut singulis militibus abundè omnia, quibus opus esset, parata suppe-
ditarent: quod cùm *ità* curâsset, nihil aliud ipsis *militibus agendum*
reliquit, quàm ut in rebus bellicis *sese* exercerent; quippe qui illud sibi
videretur animadvertisse singulis *nimirum* eos in rebus effici præstantissi-
mos, qui misso facto plurium studio, ad unam rem animum converterent.

Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν πολεμικῶν περιελὼν καὶ τὸ τόξῳ μελετᾶν καὶ ἀκοντίῳ, κατέλιπε τοῦτο μόνον αὐτοῖς, τὸ σὺν μαχαίρᾳ ἢ γέρρῳ ἢ θώρακι μάχεσθαι. Ὥσε εὐθὺς αὐτῶν παρεσκεύασε τὰς γνώμας, ὡς ὁμόσε ἰτέον εἴη τοῖς πολεμίοις, ἢ ὁμολογητέον μηδενὸς ἀξίους εἶναι συμμάχους· τοῦτο δὲ χαλεπὸν ὁμολογῆσαι, οἵ τινες ἂν εἰδῶσιν ὅτι οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο τρέφονται, ἢ ὅπως μάχωνται ὑπὲρ τῶν τρεφόντων. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἐννοήσας ὅτι περὶ ὁπόσων ἂν γένωνται ἀνθρώποις φιλονεικίαι, πολὺ μᾶλλον ἐθέλουσι ταῦτα ἀσκεῖν, ἀγῶνάς τε αὐτοῖς προεῖπεν ἁπάντων, ὁπόσα ἐγίνωσκεν ἀσκεῖσθαι ἀγαθὸν εἶναι ὑπὸ στρατιωτῶν. Ἃ δὲ προεῖπε, τάδε ἦν· [a]ἰδιώτῃ μὲν, ἑαυτὸν παρέχειν εὐπειθῆ τοῖς ἄρχουσι, καὶ ἐθελόπονον, καὶ φιλοκίνδυνον μετ' εὐταξίας, καὶ ἐπιστήμονα τῶν στρατιωτικῶν, καὶ φιλόκαλον περὶ ὅπλα, καὶ φιλότιμον ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις· πενταδάρχῳ δ', αὐτὸν ὅπλα οἵπερ τὸν ἀγαθὸν ἰδιώτην, καὶ τὴν πενταδα, εἰς τὸ δυνατὸν, τοιαύτην παρέχειν· δεκαδάρχῳ δὲ, τὴν δεκάδα· ὡσαύτως δὲ λοχαγῷ, τὸν λόχον· ὡς δ' αὕτως ταξιάρχῳ· ὡς δ' αὕτως ἑκάστῳ τῶν ἄλλων ἀρχόντων, ἀνεπίκλητον αὐτὸν ὄντα

Quin etiam ex ipsis rebus ad bellum pertinentibus sublatâ sagittandi jaculandíque exercitatione, hoc solum illis *agendum* reliquit, ut gladio et scuto et thorace *instructi* pugnarent. Itaque statim sic eorum præparavit animos, ut vel cominùs cum hostibus congrediendum *statuerent*, vel fatendum *se* nullius in bello momenti socios esse: hoc autem fateri grave *est illis*, qui aliam nullam ob causam ali se nôrunt, quàm utì pro iis pugnent qui victum præbent. Prætereà, cùm ei in mentem veniret homines in iis multò libentiùs se exercere, de quibus contentiones cum æmulatione conjunctæ inter ipsos nascantur, certamina earum rerum omnium indixit illis, in quibus exerceri milites utile esse judicaret. Erant autem hæc, quæ indicebat; gregario *militi*, ut præfectis se obedientem exhiberet, ad labores impigrum, ad subeunda pericula, ordine *tamen* servato, promptum, peritum rerum militarium, in armis elegantiæ studiosum et in hujusmodi rebus omnibus laudis avidum: quinque virorum præfecto, ut et ipse boni *militis* gregarii more se gereret, et quinionem, pro virili, talem exhiberet: decurioni, ut decuriam: manipuli itidem ductori, manipulum: cohortis itidem præfecto; itidemque aliorum præfectorum unicuique, tum ut ipse reprehensione

a Ἰδιώτῃ μὲν, ἑαυτὸν, &c.] Vulgò, ἰδιώτῃ μὲν ἀγαθὸν ἑαυτὸν παρέχειν εὐπειθῆ, &c. Pessimè: nam si ἀγαθὸν sit retinenda, distinctio ante eam, et post παρέχειν, erit ponenda: quin et, Stephano censente, copulativam particulam ᾗ ante εὐπειθῆ, necesse fuerit addere. Sed cùm vox ἀγαθὸν Stephano et Leunclavio sit suspecta, à Philelpho non reddatur, in Argentor. Ingolst. editionibus, et MS. Bodl. non legatur, haud temerè est, quòd ei locum in textu denegandum statuimus.

ἐπιμελεῖσθαι καὶ τῶν ὑφ' αὑτῷ ἀρχόντων, ὅπως ἐκεῖνοι αὖ ὧν ἂν ἄρχωσι παρέξωσι τὰ δέοντα ποιοῦντας. Ἆθλα δὲ προὔφηνε, τοῖς μὲν ταξιάρχαις, οἳ κρατίσας δόξαιεν τὰς τάξεις παρασκευάσαι, χιλιάρχους ἔσεσθαι· τῶν δὲ λοχαγῶν, οἳ κρατίστους δόξαιεν τοὺς λόχους ἀποδεικνύναι, εἰς τὰς τῶν ταξιαρχῶν χώρας ἐπαναβήσεσθαι· τῶν δ' αὖ δεκαδαρχῶν τοὺς κρατίστους, εἰς τὰς τῶν λοχαγῶν χώρας καλασήσεσθαι· τῶν δ' αὖ πεμπαδαρχῶν, ὡσαύτως εἰς τὰς τῶν δεκάρχων· τῶν γε μὴν ἰδιωτῶν τοὺς κρατιστεύοντας εἰς τὰς τῶν πεμπαδαρχῶν. Ὑπῆρχε δὲ πᾶσι τούτοις τοῖς ἄρχουσι, πρῶτον μὲν θεραπεύεσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχομένων· ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλαι τιμαί, αἳ πρέπουσαι ἑκάστοις, συμπαρείποντο. Ἐπανέτεινε δὲ καὶ μείζονας ἐλπίδας τοῖς ἀξίοις ἐπαίνου, εἴ τι ἐν τῷ ἐπιόντι χρόνῳ ἀγαθὸν μεῖζον φαίνοιτο. Προεῖπε δὲ νικητήρια καὶ ὅλαις ταῖς τάξεσι, καὶ ὅλοις τοῖς λόχοις· καὶ ταῖς δεκάσιν ὡσαύτως καὶ ταῖς πεμπάσιν, ἐὰν φαίνωνται [a]εὐπειθόταται τοῖς ἄρχουσιν ἕπουσαι, καὶ

vacaret, tum daret operam ut suo sub imperio *constituti* duces, ipsi vicissim eos quibus præsint in officio continerent. Præmia verò proponebat, cohortium quidem præfectis, ut qui cohortes optimas reddidisse viderentur, tribuni fierent: ut autem ex manipulorum præfectis ii, qui manipulos effecisse optimos viderentur, eorum in loca succederent qui fuissent præfecti cohortium: ut decuriones itidem optimi, in eorum loca substituerentur qui manipulorum præfecti fuissent: et quinque virorum præfecti, in decurionum itidem: gregariorum autem *militum* præstantissimi, in eorum *substituerentur loca* qui quinque virorum fuissent præfecti. His verò præfectis omnibus hoc aderat, ut primùm ab iis quibus præerant colerentur; deindè honores etiam alii, singulis convenientes, unà accedebant. Quin et majores spes laude dignis ostendebat, si qua secuturo tempore fortuna melior affulserit. Totis etiam cohortibus, totisque manipulis victoriæ præmia promisit; decuriis itidem et quinionibus, si præfectis *suis* obedientissimi comperti essent, et

a Εὐπειθόταται] Stephanus et Leunclavius de hâc scripturâ digladiantur. Inter eos quidem convenit, aptiorem esse huic loco *obedientiæ*, quàm *fidei*, mentionem. At hic voci εὐπειθόταις *obedientiæ* notionem minimè competere posse contendit. Stephanus, contrà, ἄπιστος pro ἀπειθὴς, et ἀπιστῶν pro ἀπειθῶν, inveniri ait. Instat ille acriùs, et vitii damnat scripturam per ἰῶτα simplex, ubi de *obedientiâ* sermo fiat: atque adeò, ut hîc εὐπιστόταται in εὐπειστόταται, ità p. 14, edit. nostræ, εὐπιστόταις in εὐπειστόταις, et ἀναβ. lib. ii, p. 292, edit. suæ, ἀπιστῶν in ἀπειστῶν, simili denique modo in aliis ejusmodi locis lectionem mutari debere asserit. Nodus hinc incidit, ad quem solvendum lexicographi parum juvabant. Cùm autem vindice minimè indignus videatur, haud abs re fore visum est, nonnulla verborum cognatæ originis exempla proferre, quæ lectorem per loca memorata, aliaque apud Nostrum similia, hærentem forsan expediant. Primùm igitur, quod ad vocem εὐπιστόταλος attinet, p. 14, de *fide* eam non incommodè intel-

προθυμόταλα ἀσκεῖσαι τὰ προειρημένα. Ην δὲ ταύταις τὰ νικητήρια, οἷα δὴ εἰς πλῆθος πρέπει. Ταῦτα μὲν δὴ προείρητό τε, καὶ ἤσκηλο ὑπὸ τῆς σραλιᾶς. Σκηνὰς δὲ αὐτοῖς καλεσκεύασε, πλῆθος μὲν, ὅσοι ταξίαρχοι ἦσαν· μέγεθος δὲ, ὥσε ἱκανὰς εἶναι τῃ τάξει ἑκάσῃ· ἡ δὲ τάξις ἦν ἑκατὸν ἄνδρες. Ἐσκήνουν μὲν δὴ ὅτω καλὰ τάξεις. Ἐν δὲ τῷ ὁμοσκηνοῦν ἐδόκει μὲν αὐτῷ ὠφελεῖσθαι πρὸς τὸν μέλλονλα ἀγῶνα τοῦτο, ὅτι ἑώρων ἀλλήλες ὁμοίως τρεφομένες· καὶ ἐκ ἐνῆν πρόφασις μειονεξίας, ὥσε ὑφίεσθαί τε τινὰ, κακίω τε ἕτερον ἑτέρου εἶναι πρὸς τοὺς πολεμίους. Ὠφελεῖσθαι δὲ ἐδόκουν αὐτῷ καὶ πρὸς τὸ γιγνώσκεσθαι ἀλλήλοις ὁμοσκηνοῦνλες. Ἐν γὰρ τῷ γιγνώσκεσθαι,

in iis quæ sunt prædicta se libentissimè exercerent. Erant autem illis *ejusmodi* præmia victoriæ *constituta*, qualia multitudini sanè conveniunt. Et hæc quidem erant præscripta, atque in his se exercebant milites. Tabernacula, quod numerum attinet, *tot* eis instruxit, quot erant præfecti cohortium; magnitudine verò *tantâ*, ut singulis cohortibus capiendis sufficerent: cohors autem ex centum viris constabat. Atque hoc modo centuriatim in tabernaculis degebant. Ex *tali* autem contubernio hoc ei videbantur ad futurum certamen percepturi commodi, quod eodem se modo ali mutuò cernerent; neque deterioris conditionis prætextui locus erat, ut quis *co nomine* remissiùs ageret, et alius alio adversùs hostes ignaviùs se gereret. Hoc etiam commodi ipsi videbantur ex contubernio consequuturi, quòd hinc *faciliùs* se mutuò cognoscerent. Nam ex eo quod se nôssent inter se,

ligi posse putamus; cùm ii, qui aliis in disciplinam traduntur, eorúmque adeò imperio subjiciuntur, non *fidei* minùs, quàm *obedientiæ*, nomine laudari soleant. Fatendum tamen est, *obedientiæ* Nostrum sæpissimè mentionem facere; ideóque si quis de eâ vocem illam ibi interpretari malit, me adversarium non habebit. At verò quin hoc sensu illa hîc accipi debeat, non est cur quis dubitet. Hoc solum restat, ut scripturam, quam libri omnes, tam typis quàm manu descripti, tuentur, satìs sanam esse (licèt longè secùs existimet Leunclavius) ostendamus. En igitur exempla scripturæ per simplex ἰῶτα, quæ unus suppeditavit Sophocles, ubi de *obedientiâ*, vel præstandâ vel rejiciendâ, loquutus est auctor:

Κρ. Τὸ μὴ πιχωρεῖν τοῖς ἀπιςοῦσιν τάδε.

Quem versum Scholiastes sic exponit, τὸ μὴ ἐπιλείπειν μηδὲ συγχωρεῖν τοῖς ἀπειθοῦσιν, his statim additis, Ἕλκειν δὲ ἡ τὴν πειθὼ, πίσιν. Antig. v. 225. Et ejusdem fabulæ v. 666—7.

Ἐπεὶ γὰρ, αὐτὴν εἶλον ἐμφανῶς ἐγὼ,
Πόλεως ἀπισήσασαν ἐκ φάσης μόνην.

Idem in Trachin. v. 1198.

Τλ. Ὡς πρὸς τί πίσιν τόνδε λέξαν ἀπιςέφεις;

Ubi πίστις, secundum observationem schol. ad v. 225, Antig. valet, πειθὰ, et verti debet *obedientia*, non (ut interpres) *fides*: id quod ea quæ præcedunt et mox sequuntur attentiùs legenti satìs constabit. Respondet enim Hercules:

Οὐ θᾶσσον εἶσιν, μηδ' ἀπισήσεις ἐμοί; v. 1199.

Idem Hercules, v. 1240.

—μηδ' ἀπισήσῃς πατρί.

et paucis interjectis,

Πείθοῦ. Τὸ γὰρ τοι μεγαλα φρενοῦσαντ' ἐμοὶ,
Σμικροῖς ἀπισεῖν, τὴν πάρος συζῆν χάριν.

Ex his abundè liquet, omnino frustrà fecisse Leunclavium, cùm lectionem vulgatam necessariò mutandam esse statueret; eosque adeò satìs commodè εὐπισθότατοι dici posse, quorum summa est obedientia.

ἢ τὸ αἰσχύνεσθαι πᾶσιν ἐδόκει μᾶλλον ἐγγίνεσθαι· οἱ δὲ ἀγνοούμενοι ῥᾳδιουργεῖν πως μᾶλλον δοκοῦσιν, ὥσπερ οἱ ἐν σκότει ὄντες. Ἐδόκουν δὲ αὐτῷ καὶ εἰς τὸ τὰς τάξεις ἀκριβῶν μέγα ὠφελεῖσθαι διὰ τὴν ὁμοσκηνίαν. Εἶχον γὰρ οἱ μὲν ταξίαρχοι ὑφ' ἑαυτοῖς τὰς τάξεις [a]κεκοσμημένας, ὥσπερ ὁπότε εἰς ἕνα πορεύοιτο ἡ τάξις· οἱ δὲ λοχαγοὶ τοὺς λόχους· ὡσαύτως οἱ δεκάδαρχοι, τὰς δεκάδας· καὶ οἱ πεμπάδαρχοι, τὰς πεμπάδας. Τὸ δὲ ἀκριβοῦν τὰς τάξεις σφόδρα ἐδόκει αὐτῷ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ εἰς τὸ μὴ ταράττεσθαι, καὶ εἰς τὸ, εἰ ταραχθεῖεν, θᾶττον καλασῆναι· ὥσπερ γε καὶ λίθων καὶ ξύλων, ἃ ἂν δέῃ συναρμοσθῆναι, ἔστι, κἂν ὁπωσοῦν καλαβεβλημένα τύχῃ, συναρμόσαι ταῦτα εὐπετῶς, ἢν ἔχῃ γνωρίσματα, ὥστε εὔδηλον εἶναι, ἐξ ὁποίας χώρας ἕκασον αὐτῶν ἐστιν. [b]Ἐδόκουν δὲ ὠφελεῖσθαι αὐτῷ ὁμοῦ τρεφόμενοι καὶ πρὸς τὸ ἧττον ἀλλήλους ἂν ἐθέλειν ἀπολείπειν· ὅτι ἑώρα καὶ τὰ

majorem in omnibus verecundiam excitari arbitrabatur: ignoti verò qui sunt, quemadmodùm ii qui in tenebris versantur, ad segnitiam aliquantum procliviores esse videntur. Videbantur etiam ei ad accuratam ordinum cognitionem contubernio magnoperè juvari. Nam præfecti cohortium perindè sub se dispositas cohortes habebant, ut cum procedant in cohorte singuli: manipulorum item ductores, manipulos: decuriones itidem decurias: et quinque virorum præfecti, quiniones. Ordines autem accuratè cognitos habere, utile admodum ei videbatur esse, tum ut nè perturbarentur, tum ut, siquando perturbarentur, citiùs *in ordinem* restitui possent: quemadmodùm sanè et lapides et ligna, quæ coagmentanda sunt, utcunque fuerint disjecta, facilè quis coagmentare possit, si qua habeant indicia, quæ manifestum faciant, cujus eorum unumquodque sit loci. Hoc porrò ipsi videbantur ex convictu capturi commodi, ut minùs alii alios deserere vellent: quòd videret

a Κεκοσμημένας] Vulgò κοιμωμένας, nullo sensu commodo, ut mihi cum Stephano videtur. Lectionem, quam damus, Leunclavius et Camerarius in versionibus suis secuti sunt; eámque Philelphi librum exhibuisse constat; in cujus interpretatione, *ordines ornatos*, mala sit licèt, usus est in firmandâ emendatione nostrâ non levis. Porrò, verbum κοσμεῖσθαι familiare est auctoribus, cùm militum describunt ordines. Hujus rei locuples testis est Homerus:

Αὐλὰρ ἐπεὶ κόσμηθεν ἀμ' ἠγερέθοντο ἕκαστοι.

Il. γ', v. 1. Et,

—διὰ δὲ τρίχα κοσμηθέντες Βάλλομεν——Odyss. ι', 157—8.

Sic passim poëta. Nec aliter locuti sunt solutæ orationis scriptores. Ità enim Dionys. Halic.—ἐκοσμεῖτο δ' ἐν τοῖς ἀγῶσι μετὰ τὰς προμάχους, tom. i, p. 212, Edit. Oxon. Et de Valerio consule Æquos et Volscos adgressuro—τοῦτον εἶναι νομίσαι τὸν καιρὸν ἐπιτήδειον, ἐξηγε κεκοσμημένην τὴν στρατιὰν, καὶ, &c. tomi ejusdem p. 691.

b Ἐδόκουν δὲ, &c.] Similem locum apud Plutarchum observavit Cl. Lambertus Bos, quem dignum, ut hîc apponatur, existimavit. Ἡ συντροφία ἄσπερ ἐπιτόνου ἐστὶ τῆς εὐνοίας, ἢ γὰρ τὰ θηρία τῶν συντρεφομένων ἀποσπάμενα, ταῦτα ποθοῦντα φαίνεται. *De Educ. Puer.* p. 3, tom. ii. Atque ità Noster ipse, Mem. l. ii, p. 433, —ἐπεὶ ἡ τοῖς θηρίοις πόθος τις ἐγγίγνεται τῶν συντρόφων.

θηρία, τὰ ὁμοῦ τρεφόμενα, δεινὸν ἔχοντα πόθον, ἤν τις αὐτὰ διασπᾷ ἀπ' ἀλλήλων.

Ἐπεμέλετο δὲ καὶ τοῦδε ὁ Κῦρος, ὅπως μήποτε ἀνίδρωτοι γενόμενοι ἐπὶ τὸ ἄριστον, καὶ τὸ δεῖπνον εἰσίοιεν. Ἢ γὰρ ἐπὶ θήραν αὐτοὺς ἐξάγων, ἱδρῶτα αὐτοῖς παρεῖχεν, ἢ παιδιὰς τοιαύτας ἐξεύρισκεν, αἳ ἱδρῶτα ἔμελλον παρέξειν· ἢ καὶ [a]πρᾶξαι εἴ τι δεόμενος τύχοι, οὕτως ἐξηγεῖτο τῆς πράξεως, ὡς μὴ ἐπανίοιεν ἀνίδρωτί. Τοῦτο γὰρ ἡγεῖτο καὶ πρὸς τὸ ἡδέως ἐσθίειν ἀγαθὸν εἶναι, καὶ πρὸς τὸ ὑγιαίνειν, καὶ πρὸς τὸ δύνασθαί τι πονεῖν. Καὶ πρὸς τὸ ἀλλήλοις δὲ πραοτέρους εἶναι ἀγαθὸν ἡγεῖτο τοὺς πόνους εἶναι, ὅτι καὶ οἱ ἵπποι συμπονοῦντες ἀλλήλοις, πραότεροι συνεσήκασι. Πρὸς γε μὴν τοὺς πολεμίους μεγαλοφρονέστεροι γίγνονται, οἳ ἂν ξυνειδῶσιν ἑαυτοῖς εὖ ἠσκηκότες.

Κῦρος δὲ αὐτῷ σκηνὴν μὲν κατεσκευάσατο, ὥστε ἱκανὴν ἔχειν οὓς καλοίη ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Ἐκάλει δὲ ὡς τὰ πολλὰ τῶν ταξιαρχῶν οὓς καιρὸς αὐτῷ δοκοίη εἶναι· ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν λοχαγῶν, καὶ τῶν δεκάρχων τινὰς καὶ τῶν πεμπαδάρχων ἐκάλει· ἔστι δ' ὅτε καὶ τῶν στρατιωτῶν· ἔστι δ' ὅτε καὶ τὴν πεμπάδα ὅλην,

etiam bestias, quæ unà pascuntur, miro sui desiderio teneri, si quis eas à se invicem divellat.

Hoc quoque Cyro curæ erat, ut nunquam, nisi priùs sudâssent, ad prandium cœnámve accederent. Nam vel eos in venationem eductos ad sudorem usque exercebat, vel ejusmodi ludos excogitabat, qui sudorem elicerent; vel si qua etiam res ipsi fortè agenda esset, ità se ducem in eâ agendâ præbuit, ut absque sudore non redirent. Hoc enim et ad excitandam edendi dulcedinem, et ad bonam valetudinem, et ad laborum tolerantiam utile putabat. Quin ad hoc etiam conducere labores arbitrabatur, ut inter se mansuetiores essent, propterea quòd et equi eosdem labores inter se sustinentes, placidiùs eodem stare loco consueverint. In hostes sanè redduntur animosiores, qui sibi ipsis conscii sunt, quàm egregiè se *simul* exercuerint.

Cyrus autem tabernaculum sibi instruendum curavit, quod eorum capax esset, quos ad cœnam invitaret. Et invitabat plerúmque cohortium præfectos, quos ipsi visum esset opportunum: nonnunquam ex manipulorum præfectis et decurionibus et quinque virorum præfectis quosdam: quosdam etiam aliquando ex militibus; aliquando etiam qui-

a Πρᾶξαι] Sic legendum, non, ut in vulgatis, πράξας, rectè monet Leunclavius; quocum facere videtur Philelphus, qui vertit: *agere eum si quid oporteret.* Hanc emendationem Stephanum etiam, in secundâ suâ editione, secutum esse invenio.

καὶ [a] δεκάδα ὅλην, καὶ λόχον ὅλον, καὶ τάξιν ὅλην. Ἐκάλει δὲ καὶ ἐτίμα, ὅτε τινὰς ἴδοι τοιοῦτό τι ποιήσαντας, ὃ πάντας ἐβούλετο ποιεῖν. Ἦν δὲ τὰ μὲν παραλιθέμενα ἀεὶ ἴσα αὐτῷ τε καὶ τοῖς καλουμένοις ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Καὶ τὰς ἀμφὶ τὸ στράτευμα δὲ ὑπηρέτας ἰσομοίρους ἀεὶ πάντων ἐποίει· οὐδὲν γὰρ ἧττον τιμᾶν ἄξιον ἐδόκει αὐτῷ εἶναι τοὺς ἀμφὶ τὰ στρατιωτικὰ ὑπηρέτας ἤπερ κηρύκων, οὔτε πρέσβεων. Καὶ γὰρ πιστὰς ἡγεῖτο δεῖν εἶναι τούτους, καὶ ἐπισήμονας τῶν στρατιωτικῶν, καὶ συνετούς, προσέτι δὲ σφοδρούς, καὶ ταχεῖς, καὶ ἀόκνους, καὶ ἀταράχους. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ὅσα οἱ βέλτιστοι νομιζόμενοι ἔχουσιν, ἐγίνωσκεν ὁ Κῦρος δεῖν τοὺς ὑπηρέτας ἔχειν, καὶ τοῦτο ἀσκεῖν, ὡς μηδὲν ἀναίνοιντο ἔργον, ἀλλὰ πάντα νομίζοιεν πρέπειν αὑτοῖς πράσσειν, ὅσα ἂν ὁ ἄρχων προσάττοι.

Ἀεὶ μὲν οὖν ἐπεμέλετο ὁ Κῦρος, ὁπότε συσκηνοῖεν, ὅπως [b] εὐχα-

nionem totam, totam decuriam, totum manipulum, cohortem *denique* totam invitabat. Invitare autem atque *eos* honore excipere solebat, cùm cerneret aliquos ejusmodi quiddam fecisse, quod ab omnibus fieri volebat. Semper verò et ipsi et ad cœnam invitatis eædem apponebantur dapes. Et exercitûs etiam ministris æquas semper partes distribuendas curabat: nam castrenses illos ministros non minùs honore dignos existimabat, quàm præcones ac legatos. Etenim fideles hos esse debere putabat, rerúmque quæ ad milites pertinent peritos, et intelligentes, quin etiam gnavos, et celeres, et impigros, et intrepidos. Prætereà autem censebat Cyrus, ea ministris *istis* inesse debere, quæcunque viris qui optimi habentur adsint, et huic sese adsuefacere, ut nullum opus detrectent, sed existiment decere se omnia agere quæcunque jusserit imperator.

Cyrus certè quidem semper operam dabat, ut, cùm in eodem taber-

a Καὶ δεκάδα ὅλην, ἢ, &c.] Leunclavius hæc verba, ἢ δεκάδα ὅλην, ab aliis omissa, in contextum meritò recepit; partim, ut ipse ait, quòd hactenus à Xenophonte hic ordo sit observatus; partim, quòd ea Philelphus etiam, suis in libris Græcis reperta, sit interpretatus. Camerarius, auctore Stephano, hanc quoque lectionem in veteri libro se reperisse testatur. His adjici potest MS. Bodl. auctoritas; in quo, ut in eo etiam quo Camerarius usus est, extat ἰκάλει post πεμπάδα ὅλην, quod minimè necessarium censet Stephanus, cùm ex præcedentibus nullo negotio subaudiri possit; et ejus, hâc in re, judicio lectorem facilè adsensurum puto.

b Εὐχαριστότατοι] Hæc scriptura, quam præstant libri omnes, immeritò, ut mihi videtur quidem, est in dubium ab iis revocata, qui εὐχαριτώτατοι legi debere putârunt; eamque adeò margini adscripserunt. Leguntur alibi sanè apud Nostrum εὐχάριτος et ἀχάριτος. At apud eundem legitur etiam ἀχάριστον de eo quod *ingratum* est, aut *injucundum*. Apud Homerum hoc certè modo scribitur:

Ξεῖν', ἦτοι ἐκ ἀχάριστα μεθ' ἡμῖν ταῦτ' ἀγορεύεις.
Odyss. Υ, v. 236. Idem.
Δόρπα δ' οὐκ ἂν πως ἀχαρίστερον ἄλλο γένοιτο. Odyss. ν', v. 392.

Quidni igitur rectè legatur etiam εὐχαριστότατον, de eo quod est *jucundissimum*? Fatetur quidem Stephanus hu-

ρισόταλοί τε ἅμα λόγοι ἐμβληθήσονται, καὶ παρορμῶντες εἰς τάγαθόν· Ἀφίκετο δ' ἔν ποτε καὶ εἰς τόνδε τὸν λόγον· Ἆρά γε, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἐνδεέστεροί τι ἡμῶν διὰ τοῦτο φαίνονται εἶναι [a] οἱ ἕτεροι, ὅτι οὐ πεπαίδευνται τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῖν; ἢ οὐδὲν ἄρα διοίσουσιν ἡμῶν, οὔτε ἐν ταῖς συνουσίαις, οὔτε ὅταν ἀγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους δέῃ; Καὶ ὁ Ὑσάσπης ὑπολαβὼν εἶπεν, Ἀλλ' ὁποῖοι μέν τινες ἔσονται εἰς τοὺς πολεμίους, οὔπω ἔγωγε ἐπίσαμαι· ἐν μέντοι τῇ συνουσίᾳ δύσκολοι, ναὶ μὰ τοὺς θεούς, ἔνιοι αὐτῶν ἤδη φαίνονται. Πρώην μέν γε, ἔφη, Κυαξάρης ἔπεμψεν εἰς τὴν τάξιν ἑκάστην [b] ἱερεῖα, ἐγένετο ἑκάστῳ ἡμῶν τρία κρέα, ἢ καὶ πλείω, τὰ περιφερόμενα. Καὶ ἤρξατο μὲν δὴ ἀπ' ἐμοῦ ὁ μάγειρος, τὴν πρώτην περίοδον περιφέρων· ὅτε δὲ τὸ δεύτερον εἰσήει περιοίσων, ἐκέλευσα ἐγὼ ἀπὸ τοῦ τελευταίου ἄρχεσθαι, καὶ ἀνάπαλιν περιφέρειν. Ἀναχραγὼν οὖν τις τῶν καλὰ μέσον τὸν κύκλον κατακειμένων στρατιωτῶν, Μὰ Δί', ἔφη, τῶν δὲ μὲν ἥδεν ἴσον ἐσὶν, εἴγε ἀφ' ἡμῶν τῶν ἐν μέσῳ οὐθεὶς οὐδέποτε ἄρξεται. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας, ἠχθέσθην τε

naculo unà essent, et jucundissimi simul sermones, et qui ad præclarum aliquid *eos* incitarent, injicerentur. Itaque hunc etiam aliquando in sermonem incidit: Num, viri, ait, cæteri *illi propterea* nobis aliquantò inferiores esse videntur, quòd eâ, quâ nos, non sunt disciplinâ instituti? an nihil à nobis different, neque in congressibus, neque cùm dimicandum erit cum hostibus? Et Hystaspes suspiciens dixit, At quales quidem in hostes futuri sunt, ego certè nondum scio; veruntamen in *familiari* consuetudine ex iis quidam, profectò, morosi jam videntur. Nuper quidem, inquit, Cyaxares ad singulas cohortes animantium corpora mittebat, et unicuique nostrûm tres aut plures carnis, quæ circumferebatur, portiones obvenerunt. Et coquus quidem à me exorsus est, cùm primâ *eam* circuitione circumferebat: cùm autem secundò ingrederetur ut circumferret, jussi ego *eum* ab ultimo ordiri, et vice versâ circumferre. Ibi tandem militum quidam in mediâ coronâ discumbentium exclamans, Nulla profectò, ait, hîc est æqualitas, si à nobis, qui sumus in medio, nemo unquam incipiet. Quod ego cùm audissem, molestè tuli

jusmodi vocabulorum, quæ nempè voci χάρις originem suam acceptam referunt, se duplicem alibi scripturam animadvertisse. Sed, hâc de re qui plura velit, grammaticos adeat inter se certantes. Nos eorum nil moramur lites, cùm auctorum usum et fidem librorum incorruptam oppugnent.

a Οἱ ἕτεροι] Mureto rescribendum videtur ἑταῖροι. Eos enim hîc dicit Cyrus, qui tum primùm adsciti erant in ordinem τῶν ὁμοτίμων, quósque adeò in sequentibus vocat ἑταίρους. Stephanus etiam hanc lectionem margini adscribendam curavit. Mihi sanè haud aspernanda videtur: judicet lector.

b Ἱερεῖα] Vide quæ ad hanc vocem jam annotavimus, p. 35.

εἴ τι μεῖον δοκοῖεν ἔχειν, καὶ ἐκάλεσα εὐθὺς αὐτὸν πρὸς ἐμέ. Ὁ δὲ μάλα τοῦτό γε εὐτάκτως ὑπήκουσεν. Ὡς δὲ τὰ περιφερόμενα ἦκε πρὸς ἡμᾶς, ἄτε, οἶμαι, ὑστάτους λαμβάνοντας, τὰ σμικρότατα λελειμμένα ἦν· ἐνταῦθα δὴ ἐκεῖνος πάνυ ἀνιαθεὶς δῆλος ἐγένετο, καὶ εἶπε πρὸς ἑαυτόν· Τῆς τύχης, τὸ ἐμὲ νῦν κληθέντα δεῦρο τυχεῖν. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Ἀλλὰ μὴ φρόντιζε· αὐτίκα γὰρ ἀφ' ἡμῶν ἄρξεται, καὶ σὺ πρῶτος λήψῃ τὸ μέγιστον. Καὶ ἐν τοσούτῳ περιέφερε τὸ τρίτον, ὅπερ δὴ λοιπὸν ἦν τῆς περιφορᾶς· κἀκεῖνος ἔλαβε μετ' ἐμὲ δεύτερος. Ὡς δ' ὁ τρίτος ἔλαβε, καὶ ἔδοξεν αὐτὸν μεῖζον ἑαυτῷ λαβεῖν, καὶ λαβάλλει ὃ ἔλαβεν, ὡς ἕτερον λαψόμενος. Καὶ ὁ μάγειρος οἰόμενος αὐτὸν ἤδέν τι δεῖσθαι ὄψου, ᾤχετο [a] παραφέρων πρὶν λαβεῖν αὐτὸν ἕτερον. Ἐνταῦθα δὴ οὕτω βαρέως ἤνεγκε τὸ πάθος, ὥστε ἀνήλωτο μὲν αὐτῷ ὃ εἰλήφει ὄψον, ὃ δὲ ἔτι αὐτῷ λοιπὸν ἦν τοῦ ἐμβάπλεσθαι, τοῦτό πως,

videri *medios* deteriori esse conditione, ac eum ad me statim arcessivi. Paruit in hoc ille mihi perquàm modestè. Cùm autem ea quæ circumferebantur ad nos pervenissent, quippe quibus ultimo sanè loco sumendum esset, minimæ partes relictæ erant; tum ille palàm visus est magno mœrore affici, et secum ipse: O iniquam *meam* fortunam, qui jam huc sim arcessitus! Et ego aiebam, Nè sis solicitus: statim enim à nobis incipiet, ac tu primus capies quod maximum erit. Et *coquus* interim tertiùm circumferebat, quod *solum* sanè circumferendum restabat: atque ille secundo post me sumebat loco. Cùm autem tertius *etiam* sumpsisset, et visus est *huic* majorem suâ portionem accepisse, id quod sumpserat abjicit, velut aliud sumpturus. At coquus, qui eum nihil quicquam obsonii egere putaret, abiit atque *aliis* fercula priùs adferebat, quàm ille aliud sumpsisset. Hîc enimverò usque adeò graviter hunc casum tulit, ut, cùm absumptum esset quod acceperat obsonium, etiam quod

a Παραφέρων] Participium hoc, pro περιφέρων, Stephanus primùm huc per errorem irrepsisse putavit: deindè, veterem scripturam retinere, alio tamen sensu, nempè pro *ultrà*, *sive ulterius ferens*, accipere, maluit. Ego Budæum laudo, quem fatetur quidem Stephanus utrumque, παραφέρων, nimirum, et περιφέρων, eodem significato dici putâsse; sed falsò eum asserit ex hoc tantùm Xenophontis loco suam opinionem confirmâsse. Audi Athenæum, quem citat Budæus: Ἐδύξε οὖν πᾶσιν, διὰ τὸν τηλικόνδε ὄρκον, μὴ βιάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον· ἐπ' ἄλλο δέ τι τῶν παραφερομένων τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν. Καὶ ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη,——ἡδεῖς τινος γεύσεσθαι, πρὶν λιχθῆναι, τῶ κεῖται τὰ παραφέρειν—Καὶ ὁ Μάγνος ἔφη. Αριστοφάνης ἐν Πρωταγῶνι.

Τί οὐκ ἐκίνησας παραφέρων τὰ ποτήρια.
—Ἀλεξις ἐν Παμφίλῃ·
Παρίθηκε τὴν τράπεζαν, εἶτα παραφέρων
Ἀγαθῶν ἁμάξας—

Athen. lib. ix, p. 380. Idem, lib. xi, p. 464,

Καὶ τραγήματα παραφέρεσθε, &c.

Plura si velis, consulas licet Budæum. Ego quidem his fretus, vulgatam lectionem, à quâ stant libri omnes, minimè deserendam puto.

ὑπὸ τῆ ἐκπεπλῆχθαί τε καὶ ὀργίζεσθαι τῇ τύχῃ, δυσφορέμενος ἀνέτρεψεν. Ὁ μὲν δὴ λοχαγὸς, ὁ ἐγγύταλα ἡμῶν, ἰδὼν, συνεκρότησέ τε τὼ χεῖρε, καὶ τῷ γέλωτι ὑφραίνετο. Ἐγὼ μέντοι, ἔφη, προσεποιούμην βήττειν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἠδυνάμην καθέχειν τὸν γέλωτα. Τοιοῦτον μὲν δή σοι, ὦ Κῦρε, ἕνα τῶν ἑταίρων ἐπιδεικνύω, ἔφη. Ἐπὶ μὲν δὴ τούτῳ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐγέλασαν. Ἄλλος δέ τις ἔλεξε τῶν ταξιαρχῶν·

Οὗτος μὲν δὴ, ἔφη, ὦ Κῦρε, ὡς ἔοικεν, ἅτω [a] δυσκόλῳ ἐνέτυχεν. Ἐγὼ δὲ, ὡς σὺ διδάξας ἡμᾶς τὰς τάξεις ἀπέπεμψας, καὶ ἐκέλευσας διδάσκειν τὴν ἑαυτῆ ἕκαστον τάξιν, ἃ παρὰ σοῦ ἐμάθομεν, ἅτω δὴ καὶ ἐγὼ, ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι ἐποίουν, ἐλθὼν ἐδίδασκον ἕνα λόχον. Καὶ σήσας τὸν λοχαγὸν πρῶτον, καὶ τάξας δῆτα ἐπ' αὐτῷ ἄνδρα νεανίαν, καὶ τὰς ἄλλας, ᾗ ᾤμην δεῖν, ἔπειτα σὰς ἐκ τῆ ἔμπροσθεν, βλέπων εἰς τὸν λόχον, ἡνίκα μοι ἐδόκει καιρὸς εἶναι, [b] προϊέναι ἐκέλευσα. Καὶ ὁ ἀνὴρ σοι ὁ νεανίας ἐκεῖνος προελθὼν τῆ λοχαγῆ ἔμπροσθεν,

ei reliquum erat intinctûs, stupefactus *jam* iratúsque fortunæ, id præ impatientiâ everteret. Id quidem cùm proximus nobis manipuli præfectus videret, manibus complosis ridens gaudebat. Ego verò, inquit, tussire me simulabam; neque enim ipse risum continere possem. Ejusmodi sanè, inquit, Cyre, quendam è sociis tibi *nostris* ostendo. Hîc omnes quidem, ut par erat, riserunt. Et alius quidam ex cohortium præfectis:

Hic quidem, Cyre, inquit, in morosum ità, ut videtur, incidit. Ego verò, postquam tu nos rationes ordinum à te edoctos dimisisses, ac jussisses utî quisque suam cohortem ea doceret, quæ abs te didicissemus, atque ità ipse, *inquam*, quemadmodùm et alii fecêre, discedens *abs te* manipulum unum erudiebam. Et cùm manipuli præfectum loco primo statuissem, ac post hunc quidem strenuum *quendam* juvenem collocâssem, cæterósque quo quemque loco *disponendum* putabam, stans deindè ab anteriori parte, versúsque manipulum respiciens, cùm opportunum mihi visum esset, progredi jussi. Ac *protinùs* juvenis ille progressus ante manipuli præfectum,

a Δυσκόλῳ ἐνέτυχεν] Sic edidit Stephanus, veteris cujusdam exemplaris fide nixus; et sic in margine scripsit Leunclavius. Vulgò quidem, satìs ineptè, δυσκόλως ἐπέτυχεν, vel, quod sanè ferri potest, δυσκόλῳ ἐπέτυχεν.

b Προϊέναι] Vulgò, προσιέναι, perperam. Lectionem quam damus, MS. Bodl. repræsentat, eámque nos meritò amplexos esse, quæ mox sequuntur verba, luculenter satìs ostendunt: Ἀλλ' ἐγὼ οὐ σὲ μόνον ἐκέλευον, ἀλλὰ πάντας, προϊέναι. Et, Οὐκ ἀκούεις, ἔφη, προσελάσαντος προϊέναι πάντας; Quin etiam, Leunclavium nobiscum facere invenio; à quo tamen, ut etiam ab omnibus aliis editoribus, paulò post, προσελθὼν, pro προελθὼν, mendosè scribitur. Hanc vocem reponendam vidit Stephanus, eámque exhibet MS. Bodl. et loci ratio postulat: nam, paucis interjectis, legimus, Καὶ ὃς ἔφη, Προέρχομαι, ὥστερ σὺ κελεύεις.

πρότερος ἐπορεύετο. Κἀγὼ ἰδὼν εἶπον, Ὦ ἄνθρωπε, τί ποιεῖς; Καὶ ὃς ἔφη, Προέρχομαι, ὥσπερ σὺ κελεύεις. Κἀγὼ εἶπον, Ἀλλ' ἐγὼ οὐ σὲ μόνον ἐκέλευον, ἀλλὰ πάντας, προϊέναι. Καὶ ὃς ἀκούσας τοῦτο, μεταστραφεὶς πρὸς τοὺς λοχίτας εἶπεν· Οὐκ ἀκούετ', ἔφη, προσάπαντος προϊέναι πάντας; Καὶ οἱ ἄνδρες πάντες παρελθόντες τὸν λοχαγὸν, ἦσαν πρὸς ἐμέ. Ἐπεὶ δὲ ὁ λοχαγὸς αὐτοὺς ἀνεχώριζεν, ἐδυσφόρουν τε, καὶ ἔλεγον, Πολέμῳ χρὴ πείσασθαι; Νῦν γὰρ ὁ μὲν κελεύει προϊέναι, ὁ δ' οὐκ ἐᾷ. Ἐγὼ μέντοι ἐνεῖκον ταῦτα πράως, ἐξαρχῆς αὖ καταχωρίσας, εἶπον, μηδένα τῶν ὄπισθεν κινεῖσθαι, πρὶν ἂν ὁ πρόσθεν ἡγῆται· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὁρᾶν πάντας, τῷ πρόσθεν ἕπεσθαι. Ὡς δ' εἰς Πέρσας τις ἀπιὼν ἦλθε πρὸς ἐμὲ, ἣν ἐκέλευσέ με τὴν ἐπιστολὴν δοῦναι, ἣν ἔγραψα οἴκαδε, κἀγὼ (ὁ γὰρ λοχαγὸς ἤδει ὅπου ἐκείνη ἡ ἐπιστολὴ) ἐκέλευσα αὐτὸν δραμόντα ἐνεῖκεῖν τὴν ἐπιστολήν· ὁ μὲν δὴ ἔτρεχεν· ὁ δὲ νεανίας ἐκεῖνος εἵπετο τῷ λοχαγῷ, σὺν αὐτῷ τῷ θώρακι καὶ τῇ κοπίδι· καὶ ὁ ἄλλος δὲ πᾶς λόχος, ἰδὼν ἐκεῖνον, συνέτρεχε· καὶ ἦκον οἱ ἄνδρες φέροντες τὴν ἐπιστολήν. Οὕτως, ἔφη, ὅγε ἐμὸς λόχος ἀκριβοῖ σοι πάντα τὰ παρὰ σοῦ. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι, ὡς εἰκὸς, ἐγέλων ἐπὶ τῇ δορυφορίᾳ τῆς ἐπιστολῆς. Ὁ δὲ Κῦρος εἶπεν,

prior incedebat. Quod ego cùm viderem, Quid, inquam, agis, homo? Et ille, Progredior, ait, quemadmodùm tu jubes. Atqui ego, inquam, non te solum, sed omnes, progredi jubebam. Id ille cùm audisset, ad *socios* manipulares conversus: Annon auditis, ait, jubentem omnes progredi? Tum viri omnes manipuli præfectum prætergressi, ad me venerunt. Cùm autem manipuli præfectus eos priorem in locum redire vellet, stomachabantur, et dicebant, Utri parendum erit? Jam enim hic progredi jubet, ille vetat. At ego hæc æquo ferebam animo, et cùm de integro in suum quemque locum restituissem, nè quis se posteriorum prius commoveret, edicebam, quàm anterior præcederet; sed unum hoc spectarent omnes, ut anteriorem sequerentur. Quidam verò in Persiam profecturus cùm ad me veniret, et abs me postularet, ut epistolam *ei* darem, quam domum *mittendam* scripserat: atque ego cùm juberem manipuli præfectum (is enim quo loco sita esset epistola nôrat) ad epistolam *eam* adferendam currere; ille quidem cursui se dabat; juvenis autem ille manipuli præfectum, cum ipso thorace copidéque, sequebatur: reliquus item universus manipulus, illum intuens, unà currebat: atque *adeò* viri venêre epistolam ferentes. Sic *demùm*, inquit, meus quidem manipulus omnia accuratè tenent abs te *imperata*. Ac alii quidem, ut par erat, de hoc epistolæ satellitio ridebant. Cyrus autem inquit,

Ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοὶ, οἵους ἄρα ἡμεῖς ἔχομεν ἄνδρας ἑταίρους. οἵ γε εὐθεράπευτοι μὲν οὕτως εἰσὶν, ὥστε εἶναι αὐτῶν καὶ μικρῷ ὄψῳ παμπόλλους φίλους ἀνακτήσασθαι· πιθανοὶ δ' οὕτως εἰσί τινες, ὥστε πρὶν εἰδέναι τὸ προσαττόμενον, πρότερον πείθονται. Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα ποίους τινὰς χρὴ μᾶλλον εὔξασθαι, ἢ τοιούτους στρατιώτας ἔχειν. Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἅμα γελῶν, οὕτως ἐπῄνεσε τοὺς στρατιώτας.

Ἐν δὲ τῇ σκηνῇ ἐτύγχανέ τις ὢν τῶν ταξιαρχῶν, Ἀγλαϊτάδας ὄνομα· ἀνὴρ, τὸν τρόπον τῶν [a] στρυφνοτέρων ἀνθρώπων· οὗτος ὧδέ πως εἶπεν· Ἦ γὰρ οἴει, ἔφη, ὦ Κῦρε, τούτους ἀληθῆ λέγειν ταῦτα; Ἀλλὰ τί μὴν βουλόμενοι, ἔφη ὁ Κῦρος, ψεύδονται; Τί δ' ἄλλο γε, ἔφη, εἰ μὴ γέλωτα ποιεῖν ἐθέλοντες; ὑπερ οὗ λέγουσί τε ταῦτα, καὶ ἀλαζονεύονται. Καὶ ὁ Κῦρος, Εὐφήμει, ἔφη· μὴ λέγε ἀλαζόνας εἶναι τούτους. Ὁ μὲν γὰρ ἀλαζὼν ἔμοιγε δοκεῖ ὄνομα κεῖσθαι ἐπὶ τοῖς προσποιουμένοις καὶ πλουσιωτέροις εἶναι, ἢ εἰσι, καὶ ἀνδρειοτέροις, καὶ ποιήσειν ἃ μὴ ἱκανοί εἰσιν ὑπισχνουμένοις· καὶ ταῦτα, φανεροῖς γιγνομένοις, ὅτι τοῦ λαβεῖν τι ἕνεκα καὶ κερδᾶναι ποιοῦσιν.

O Jupiter diíque omnes, quales tandem, *quales* viros socios habemus! quos tam levi sanè cultu demereri liceat, ut multorum ex iis amicitia exiguo etiam obsonio conciliari queat: nonnulli autem adeò sunt ad obedientiam propensi, ut priusquàm nòrint quid sit imperatum, pareant. Ego quidem haud scio, quales tandem potiùs optandum sit, quàm ut hujusmodi quis habeat milites. Et Cyrus quidem simul ridens, hoc modo milites collaudabat.

Erat autem fortè in tabernaculo quidam ex præfectis cohortium, Aglaïtadas nomine; vir, quod ad mores adtineret, ex asperiorum numero: is in hunc ferè modum loquutus est; Túne, inquit, Cyre, vera istos hæc narrare putas? Quid igitur, inquit Cyrus, mentiendo quærunt? Quid aliud, inquit, nisi quòd risum movere volunt? cujus rei causâ et narrant hæc, et sese ostentant. Tum Cyrus, Bona verba, *quæso*, ait: nè hos ostentatores appellaveris. Nam mihi quidem nomen ἀλαζὼν iis inditum fuisse videtur, qui se et ditiores esse simulant et magìs strenuos, quàm sint, quique pollicentur ea se præstaturos, quibus ipsi præstandis non sufficiant; ídque, si pateat ipsos *hæc* accipiendi aliquid et quæstûs causâ facere.

a Στρυφνοτέρων] Vulgò, στυφνοτέρων. At melior videtur lectio, quam, MSto Bodl. firmatam, ex margine in textum recepimus. Eadem vox, sensu consimili, ab Aristophane est usurpata, Σφήκ. v. 872.

Παρ' τὸν τ' αὐτοῦ τουτὶ τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος.

Οἱ δὲ μηχανώμενοι γέλωτα τοῖς συνοῦσι, μήτε ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν κέρδει, μήτ' ἐπὶ ζημίᾳ τῶν ἀκουόντων, μήτε ἐπὶ βλάβῃ μηδεμιᾷ, πῶς οὐχ ὅτοι ἀσεῖοι ἂν καὶ [a] εὐχάριτες δικαιότερον ὀνομάζοιντο μᾶλλον ἢ ἀλαζόνες; Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ὅτως ἀπελογήσατο περὶ τῶν τὸν γέλωτα παρασχόντων. Αὖθις δὲ ὁ λοχαγὸς, ὁ τὴν τοῦ λόχου χαριτίαν διηγησάμενος, ἔφη, Ἦπου ἄν, ὦ Ἀγλαϊτάδα, εἴ γε κλαίειν ἐπειρώμεθά σε ποιεῖν, σφόδρα ἂν ἡμῖν ἐμέμφου· (ὥσπερ ἔνιοι καὶ ἐν ᾠδαῖς καὶ ἐν λόγοις οἰκτρὰ ἄττα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν), ὁπότε γε νῦν καὶ αὐτὸς εἰδὼς ὅτι εὐφραίνειν μέν τι σε βουλόμεθα, βλάπτειν δ' οὐδὲν, ὅμως οὕτως ἐν πολλῇ ἀτιμίᾳ ἡμᾶς ἔχεις. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ἀγλαϊτάδας, οὐ δικαίως γε· ἐπεὶ οὐ αὐτοῦ [b] τοῦ κλαίειν καθίζοντος τοὺς φίλους, πολλαχῇ ἔμοιγε δοκεῖ ἐλάττονος ἄξια διαπράττεσθαι ὁ γέλωτα αὐτοῖς μηχανώμενος. Εὑρήσεις δὲ οὐ σὺ, ἢν ὀρθῶς λογίζῃ, ἐμὲ ἀληθῆ λέγοντα. Κλαύμασι μέν γε καὶ πατέρες υἱοῖς σωφροσύνην μηχανῶνται, καὶ διδάσκαλοι παισὶν ἀγαθὰ μαθήματα· καὶ νόμοι γε πολίτας διὰ τοῦ κλαίοντας καθίζειν, εἰς δικαιοσύνην προτρέπονται· τοὺς δὲ

Qui verò risum *aliis* secum versantibus, neque lucri suî, neque detrimenti audientium, neque ullius adeò damni causâ movent, quid causæ est cur hi non urbani ac faceti justiùs quàm ostentatores appellentur? Atque in hunc sanè modum Cyrus eos, qui risum excitaverant, defendebat. Rursùs autem manipuli præfectus ille, qui rem eam narraverat quam lepidè fecit manipulus, inquit, Certè quidem, Aglaïtada, si te ad fletum commovere conati essemus (quemadmodùm nonnulli tam carminibus quàm orationibus miserabilia quædam commenti lacrimas ciere nituntur) vehementer nos reprehendisses; cùm nunc quidem licèt et ipse noveris velle nos te exhilarare, minimè autem lædere, ità tamen contumeliosè nos habes. Et jure quidem *id* profectò, ait Aglaïtadas: nam qui risum amicis excitat, videtur is mihi sanè quidam efficere longè minoris æstimandum, quàm qui eos inducit, ut sedentes plorent. Et tu quoque, si rectè rem perpenderis, me vera dicere invenies. Nam fletu et patres filios temperantes reddere conantur, et magistri puerorum animos bonis disciplinis imbuere: leges etiam dum eò cives adigunt ut sedentes plorent, ad justitiam eos impellunt: illos verò

a Εὐχάριτες] Vulgati quidam, et Stobæus εὐχάριτοι. At solet hic crebrò, in transcribendis auctoribus, errare. Nos meliores duces, Stephanum, Leunclavium, et MS. Bodl. secuti sumus.

b Τοῦ κλαίειν καθίζοντος] Duo paulò post sequentes loci, in quibus κλαίοντας καθίζειν legitur. Stephano locum hunc meritò suspectum reddere videbantur. Eâdem hâc phrasi utitur etiam Noster, Symp. pag. 513,—πολλοὺς κλαίοντας καθίζειν. Brodæus censet ἕνεκα hîc ante κλαίειν intelligi debere. Sed cum Stephano libet ἐπέχειν, propter raritatem hujus loquendi generis.

γέλωτα μηχανωμένης ἔχοις ἂν εἰπεῖν ἢ σώματα ὠφελοῦντας, ἢ ψυχὰς οἰκονομητικωτέρας ποιοῦντας ἢ πολιτικωτέρας; Ἐκ τούτου ὁ Ὑσάσπης ὧδέ πως εἶπε· Σύ, ἔφη, ὦ Ἀγλαϊτάδα, ἢν ἐμοὶ πείθῃ, εἰς μὲν τοὺς πολεμίους θαρρῶν δαπανήσεις τοῦτο τὸ πολλοῦ ἄξιον, καὶ κλαίοντας ἐκείνους πειράσῃ καθίζειν· ἡμῖν δὲ πάντως, ἔφη, [a]ἢ τοῖσδε τοῖς φίλοις τούτου τοῦ ὀλίγου ἀξίου γέλωτος ἐπιδαψιλεύσῃ. Καὶ γὰρ οἶδ' ὅτι πολύς σοι ἐστὶν ἀποκείμενος· ὅτε γὰρ αὐτὸς χρώμενος ἀνήλωκας αὐτόν, οὐδὲ μὴν φίλοις γε, οὐδὲ ξένοις ἐκὼν εἶναι γέλωτα παρέχεις· ὥστε οὐδεμία σοι πρόφασίς ἐστιν, ὡς οὐ παρεκτέον σοι ἡμῖν γέλωτα. Καὶ ὁ Ἀγλαϊτάδας εἶπε, Καὶ σὺ δή, ὦ Ὑσάσπη, γέλωτα πειρᾷ ποιεῖν ἐξ ἐμοῦ; Καὶ ὁ λοχαγὸς εἶπε, Ναὶ μὰ Δί', ἀνόητος ἄρα ἐστίν· ἐπεὶ ἔκ γε σοῦ πῦρ, οἶμαι, ῥᾷον ἄν τις ἐκτρίψειεν, ἢ γέλωτα ἐξαγάγοι. Ἐπὶ τούτῳ μὲν δὴ οἵ τε ἄλλοι ἐγέλασαν, τὸν τρόπον εἰδότες αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὁ Ἀγλαϊτάδας ἐπεμειδίασε. Καὶ ὁ Κῦρος ἰδὼν αὐτὸν φαιδρωθέντα, Ἀδικεῖς, ἔφη, ὦ λοχαγέ, ὅτι ἄνδρα ἡμῖν τὸν σπουδαιότατον διαφθείρεις, γελᾶν ἀναπείθων, καὶ ταῦτ', ἔφη, ὅτω πολέμιον ὄντα τῷ γέλωτι. Ταῦτα μὲν δὴ ἐνταῦθ' ἔληξεν. Ἐκ δὲ τούτου Χρυσάντας ὧδε ἔλεξεν·

qui risum excitant, an dicere possis vel corporibus aliquid adferre commodi, vel animos ad rei privatæ publicæve administrationem magis idoneos efficere? Hystaspes deindè sic fermè loquutus est: Tu, inquit, Aglaïtada, si me audias, in hostes illud magni æstimandum audacter impendes, et efficere conaberis illi ut sedentes plorent: nobis autem, ait, et amicis hisce *tuis* risûs aliquid, vilis illius rei, omninò largieris. Nam *hujus* apud te magnam repositam esse copiam scio: neque enim ipse usu eum absumpsisti, neque amicis sanè, neque hospitibus libens ridendi materiam præbes: adeò ut nihil prætexere possis, quo minùs risum nobis impertias. Et Aglaïtadas, Túne etiam, Hystaspa, inquit, ex me risum elicere conaris? Ibi tum manipuli præfectus inquit, Demens fuerit profectò, *id utique si conaretur:* nam ex te quidem, opinor, ignem faciliùs quis excusserit, quàm risum elicuerit. Hîc quidem et alii, qui ingenium illius nôssent, riserunt, et leniter subrisit etiam Aglaïtadas ipse. Ac Cyrus eum exhilaratum videns, Iniquè agis, inquit, manipuli præfecte, quòd dum *huic* ut rideat persuades, nobis maximâ gravitate virum corrumpis, præsertim, ait, qui adeò risui sit infestus. Et hæc quidem hîc finem habuerunt. Chrysantas verò deinceps hujusmodi verba fecit:

a Καὶ τοῖσδε τοῖς, &c.] In editis quibusdam legitur, ἐν τοῖς δὲ τοῖς, &c. in aliis, ἐν τοῖς, &c. Stephanus dicit paucos ex multis codices scriptam non habere præpositionem ἐν, eamque, ut supervacaneam, expungendam putat. Lectionem, quam damus, exhibet MS. Bodl. Edit. Eton. Elzev. aliæque.

Ἀλλ' ἔγωγ', ἔφη, ὦ Κῦρε, καὶ πάντες οἱ παρόντες, ἐννοῶ ὅτι ἐξεληλύθασι μὲν σὺν ἡμῖν οἱ μὲν καὶ βελτίονος, οἱ δὲ καὶ μείονος ἄξιοι· ἢν δέ τι γένηται ἀγαθὸν, ἀξιώσουσι πάντες ἴσοι ἴσοις μοιρεῖν. Καί [a] τοι ἔγωγε οὐδὲν ἀνισώτερον νομίζω τῶν ἐν ἀνθρώποις εἶναι, τὸ τῶν ἴσων τόν τε κακὸν καὶ τὸν ἀγαθὸν ἀξιοῦσθαι. Καὶ ὁ Κυρος εἶπε πρὸς τοῦτο, Ἆρ' οὖν, πρὸς τῶν θεῶν, κρατίστου ἡμῖν, ἄνδρες, ἐμβαλεῖν περὶ τούτου βουλὴν εἰς τὸν στρατὸν, πότερα δοκεῖ, ἤν τι ἐκ τῶν πόνων δῷ ὁ θεὸς ἀγαθὸν, ἰσομοίρους πάντας ποιεῖν, ἢ σκοποῦντας τὰ ἔργα ἑκάστου, πρὸς ταῦτα καὶ τὰς τιμὰς ἑκάστῳ προτιθέναι. Καὶ τί δεῖ, ἔφη ὁ Χρυσάντας, ἐμβαλεῖν λόγον περὶ τούτου, ἀλλ' οὐχὶ προειπεῖν ὅτι οὕτω ποιήσεις; Ἦ οὐ σὺ καὶ τοὺς ἀγῶνας, ἔφη, προεῖπας καὶ τὰ ἆθλα; Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, οὐχ ὅμοια ταῦτα ἐκείνοις. Ἃ μὲν γὰρ ἂν στρατευόμενοι κτήσωνται, κοινὰ, οἶμαι, ἑαυτοῖς ἡγήσονται εἶναι· τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς στρατείας ἐμὴν ἴσως ἔτι οἴκοθεν νομίζουσιν εἶναι· ὥστε διαλάθοντα ἐμὲ τοὺς ἐπισάτας οὐδὲν, οἶμαι, ἀδικεῖν νομίζουσιν. Ἦ καὶ οἴει,

Ego quidem, Cyre, vósque omnes qui adestis, inquit, cogito, nobiscum nonnullos pluris, minoris alios, faciendos *domo* profectos esse: si quid autem prosperè evenerit, omnes hi æquales portiones consequi postulabunt. At ego quidem nihil in rebus humanis inæqualius esse duco, quàm ignavum et fortem æqualibus *præmiis* haberi dignos. Ad hoc subjecit Cyrus, An igitur, per deos, optimum, viri, fuerit hâc de re ad exercitum referre, utrum placeat, si quid de laboribus boni deus dederit, æquales facere omnium partes, an consideratis cujusque factis, ad horum rationem honores cuique proponere? Et quid opus est, inquit Chrysantas, de hoc *ad exercitum* referre, ac non edicere potiùs ità te facturum esse? Annon tu et certamina indixisti, ait, et *constituisti* præmia. At profectò, subjecit Cyrus, hæc illis non sunt similia. Nam quæcunque *hâc* in expeditione acquirent, ea, ut arbitror, communia sibi fore putabunt: imperium verò *hâc* in expeditione *summum* fortassis etiam domestico jure mihi deberi existimant: itaque si præfectos ego constituo, nihil, opinor, me contra jus fásque agere putant. Nam pu-

a Καί τοι ἔγωγε, &c.] Hoc olim questus est Achilles, nihilo uberiora esse virtutis, quam ignaviæ, præmia:

—ἐπεὶ οὐκ ἄρα τις χάρις ἦεν
Μάρνασθαι δηίοισι μετ' ἀνδράσι νωλεμὲς αἰεί·
Ἶσα μοῖρα μένοντι, καὶ εἰ μάλα τις πολεμίζοι·
Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ὁμοίιον κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός.
Il. ι'. v. 316, et seq.

Atque hæc præmia largiendi ratio, exempto omni accipientium discrimine, Euripidi est civitatum pestis:

Ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
Ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ,
Μηδὲν φέρηται τῶν κακίονων πλέον.
Hec. v. 306, et seq.

ἔφη ὁ Χρυσάντας, ψηφίσασθαι ἂν τὸ πλῆθος συνελθὸν, ὥσε μὴ ἴσων ἕκασον τυγχάνειν, ἀλλὰ τοὺς κρατίστους καὶ τιμαῖς καὶ δώροις πλεονεκτεῖν; Ἐγωγ', ἔφη ὁ Κῦρος, οἶμαι, ἅμα μὲν ὑμῶν συναγορευόντων, ἅμα δὲ καὶ αἰσχρὸν ὂν [a] ἀντιλέγειν μὴ οὐχὶ τὸν πλεῖστα καὶ πονηρὰ, καὶ ὠφελιμώτατα τὸ κοινὸν, τοῦτον καὶ μεγίστων ἀξιοῦσθαι. Οἶμαι δὲ, ἔφη, καὶ τοῖς κακίστοις σύμφορον φανεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς πλεονεκτεῖν. Ὁ δὲ Κῦρος ἐβούλετο καὶ αὐτῶν ἕνεκα τῶν ὁμοτίμων γενέσθαι τοῦτο τὸ ψήφισμα. Βελτίους γὰρ ἂν καὶ αὐτοὺς ἡγεῖτο εἶναι, εἰ εἰδεῖεν ὅτι ἐκ τῶν ἔργων καὶ αὐτοὶ κρινόμενοι, τῶν ἀξίων τεύξοιντο. Καιρὸς δ' ἂν αὐτῷ ἐδόκει εἶναι νῦν ἐμβαλεῖν περὶ τούτου ψῆφον, ἐν ᾧ καὶ οἱ ὁμότιμοι ὤκνουν τὴν τοῦ ὄχλου ἰσομοιρίαν. Οὕτω δὲ συνεδόκει τοῖς ἐν τῇ σκηνῇ ἐμβαλέσθαι περὶ τούτου λόγον, καὶ συναγορεύειν ταῦτα ἔφασαν χρῆναι, ὅσισπερ ἀνὴρ οἵοιλο εἶναι.

Ἐπιγελάσας δὲ τῶν ταξιαρχῶν τις εἶπεν, Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, ἄνδρα καὶ τοῦ δήμου οἶδα, ὃς συνερεῖ ὥσε μὴ εἰκῇ ὕτως, ἰσομοιρίαν εἶναι. Ἄλλος δ' ἀνήρετο τοῦτον, τίνα λέγοι. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο, Ἔστι, νὴ Δί', ἀνὴρ σύσκηνος ἐμὸς, ὃς ἐν παντὶ μαχεύει πλέον ἔχειν.

tas, inquit Chrysantas, fore ut vulgus, postquam convenerit, sciscat, nè æquales singuli portiones consequerentur, sed præstantissimos *quosque* cùm honoribus tum præmiis maximè augendos esse? Equidem *sic* arbitror, ait Cyrus, tum quia vos mihi adsensuri estis, tum quòd turpe fuerit recusare quo minùs is qui et plurimum laboris sustinet et plurimum reipublicæ utilitatis adfert, etiam maximis *quibusque* dignus habeatur potiaturque. Arbitror autem, inquit, vel ignavissimis commodum visum iri, *viros* fortes potiori esse *quam cæteros* conditione. Et Cyrus *quidem* eorum etiam causâ qui ὁμότιμοι appellantur decretum hoc fieri volebat. Nam et hos magìs strenuos futuros existimabat, si intelligerent, judicio de ipsis ex operibus facto, se præmia digna consequuturos. Quapropter ei opportunum videbatur, hoc tempore hâc de re suffragium inire, cùm et ii qui ὁμότιμοι vocantur hanc vulgi æqualitatem reformidabant. Itaque iis quoque placuit qui in tabernaculo *tunc* aderant, de hoc referendum esse, ac unumquemque his patrocinari debere aiebant, qui virum *se* perhiberi vellet.

Et quidam è præfectis cohortium subridens dixit, Enimverò ego, inquit, quendam *mediâ* etiam de plebe novi, qui nobis adsentietur, non ità temerè *servandam* esse æqualitatem. Hunc autem interrogabat alius, quemnam diceret. Et respondit is, Est, profectò, quidam mihi contubernalis, qui in omnibus plus aliis habere quærit.

a Ἀντιλέγειν μὴ, &c.] Simili modo locutus est Evangelista οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάσασιν μὴ εἶναι, Luc. xx, 27.

Ἄλλος δ' αὖ ἐπήρετο αὐτὸν, Ἦ καὶ τῶν πόνων; Μὰ Δί', ἔφη, ἐ μὲν δή· ἀλλὰ τοῦτό γε ψευδόμενος ἑάλωκα. Καὶ γὰρ πόνων, ἢ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, πάνυ πρᾴως ἀεὶ ἐᾷ τὸν βουλόμενον πλέον ἔχειν. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη ὁ Κῦρος, ὦ ἄνδρες, γιγνώσκω τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους, οἷον ἢ νῦν ὅδε λέγει, εἴπερ δεῖ ἐνεργὸν καὶ πειθόμενον ἔχειν τὸ στράτευμα, [a] ἐξαιρετέους εἶναι ἐκ τῆς στρατιᾶς. Δοκεῖ γάρ μοι τὸ μὲν πολὺ τῶν στρατιωτῶν εἶναι, οἷον ἕπεσθαι, ἢ ἄν τις ἡγῆται· ἄγειν δ', οἶμαι, ἐπιχειροῦσιν, οἱ μὲν καλοὶ κἀγαθοὶ, ἐπὶ τὰ καλὰ κἀγαθά, οἱ δὲ πονηροὶ, ἐπὶ τὰ πονηρά. Καὶ πολλάκις τοίνυν πλείονας ὁμολογώμονας λαμβάνουσιν οἱ φαῦλοι, ἢ οἱ σπουδαῖοι. [b] Ἡ γὰρ πονηρία διὰ τῶν παραυτίκα ἡδονῶν πορευομένη, ταύτας ἕπεσθαι πολλοὺς αὐτῇ ὁμογνωμονεῖν· ἡ δ' ἀρετὴ πρὸς ὄρθιον ἄγουσα, ἐ πάνυ δεινή ἐστιν ἐν τῷ παραυτίκα εἰκῇ συνεπισπᾶσθαι· ἄλλως τε καὶ ἢν ἄλλοι ὦσιν, ἐπὶ τὸ

Tum alius rursùm interrogabat eum, Num et laborum? Minimè verò, inquit: at hîc sanè in mendacio sum deprehensus. Semper enim æquo admodùm fert animo, in laboribus, et cæteris hujusmodi, plus alium habere, qui velit. At ego quidem statuo, viri, inquit Cyrús, tales homines, qualem jam iste narrat, si quidem strenuum atque obedientem exercitum habere velimus, numero copiarum *nostrarum* eximendos esse. Nam militum plerique mihi *sic compiarati* esse videntur, ut sequantur, quacunque quis duxerit: ducere verò, ut opinor, viri strenui ac præclari conantur, ad res præclaras et honestas, improbi, ad improbas. Atque adeò plurium sæpè mali homines consequuntur assensum, quàm probi. Nam improbitas per voluptates in præsentiâ se offerentes procedens, harum utitur ope ad multos persuadendos ipsi utì adsentiantur: virtus autem in ardua ducens, non admodùm pollet in hominibus ad se illicò temeréque adtrahendis; præsertim si sint alii, qui è

[a] Ἐξαιρετέους] Ità scripsi de conjecturâ consilióque Stephani, Mureti et Leunclavii. Et sanè scripturam hanc res ipsa flagitare videtur: nam, ἐξαιρέτους, quod hactenus dedêre libri, sonat, *selectos, eximios, exemptos*; non, ut hujus loci ratio postulat, *eximendos, ejiciendos*. Si qui enim lexicographi hanc etiam τῷ ἐξαίρετος tribuêre vim, hunc ipsum ii locum respexêre; cujus tamen vitiosam scripturam agnoverunt. Constantinus quidem cautiùs; qui ad ἐξαιρέτους habet, *id est*, ἐξαιρετέους. Stephanus autem, cùm ἐξαιρετέοι mox dicat Xenophon, se non dubitare ait, quin et hîc ἐξαιρετέους itidem legendum sit. Florentina sanè editio exhibet, ut hîc ἐξαιρέτους, ità in posteriore loco, ἐξαίρετοι. Laudo sibi constantem, errantem non sequor.

[b] Ἡ γὰρ πονηρία] Eandem sententiam his versibus expressit Hesiodus, quos ex eo Plato protulit, *de Republic.* lib. ii, tom. ii, p. 364.

Τὴν μέντοι κακότητα καὶ ἱλαδόν ἐστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν.

πρανὲς καὶ τὸ μαλακὸν ἀντιπαρακαλῶντες. Καὶ τοίνυν ἢν μέν τινες βλακείᾳ [a]καὶ ἀπονίᾳ μόνον κακοὶ ὦσι, τούτους ἐγὼ νομίζω, ὥσπερ κηφῆνας, δαπάνῃ μόνον ζημιοῦν τὰς κοινωνίας· οἳ δ' αὖ τῶν μὲν πόνων κακοὶ ὦσι κοινωνοί, πρὸς δὲ τὸ πλεονεκτεῖν σφοδροὶ καὶ ἀναίσχυντοι, ἔτοι καὶ ἡγεμονικοί εἰσι πρὸς τὰ πονηρά· πολλάκις γὰρ δύνανται τὴν πονηρίαν πλεονεκτοῦσαν ἀποδεικνύναι· ὥστε παντάπασιν ἐξαιρετέοι οἱ τοιοῦτοι ἡμῖν εἰσι. Καὶ μηδὲ μέντοι σκοπῆτε, ὅπως ἐκ τῶν πολιτῶν ἀντιπληρώσετε τὰς τάξεις· ἀλλ' ὥσπερ ἵππους, οἳ ἂν ἄριστοι ὦσιν, ἐκ οἵ ἂν πατριῶται, τούτους ζητεῖτε, οὕτω καὶ ἀνθρώπους ἐκ πάντων, [b]οἳ ἂν ὑμῖν μάλιστα δοκῶσι συνισχυριεῖν τε ὑμᾶς καὶ συγκοσμήσειν, τούτους λαμβάνετε. Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ τόδε πρὸς τὸ ἀγαθόν· οὔτε γὰρ ἅρμα δήπου ταχὺ γένοιτ' ἄν, βραδέων ἵππων ἐνόντων, [c]οὔτε δίκαιον, ἀδίκων συνε-

diverso ad declivem mollémque viam cohortentur. Idcircò si qui ex ignaviâ laborúmque detrectatione solùm sint mali, eos equidem arbitror, veluti fucos, sumptûs tantùm damnum sociis inferre : qui rursùs mali sunt in laboribus socii, in commodis autem *suis* captandis vehementes atque impudentes, hi etiam duces se ad *facta* præbent improba ; sæpè enim efficere possint, ut præcipua commoda improbitati cedant : quare omninò sunt homines ejusmodi nobis eximendi. Neque verò vobis circumspiciendum est, quâ ratione de civibus ordines repleatis : sed quemadmodùm equos, qui optimi, non qui vestrâ in patriâ sint nati, quæritis, sic et homines ex omnibus sumite, quoscunque vobis et roboris et ornamenti plurimum adlaturos existimabitis. Mihi autem hoc quoque testimonio est, id nobis utile futurum ; quòd neque celer possit esse currus, cujus equi sunt tardi, nec benè instructus, si conjuncti sint *equi* malè in-

a Καὶ ἀπονίᾳ] Vulgò, ἀτονίᾳ, vitiosè. Interpretes ferè omnes eam, quam damus, lectionem meritò secuti sunt. De vitio enim hîc loquitur Xenophon, quo laborant ii, quibus jucundissimum est ἀπόνως βιοτεύειν, quique adeò sua vel omninò detrectant officia, vel κακοί εἰσι τῶν πόνων κοινωνοί. Hujusmodi Noster homines fucis mox, ignavo pecori, adsimilat : ad *ignaviam* autem designandam accommodatior haud dubiè ἀπονία est, quàm ἀπόνοια.

b Οἳ ἂν ὑμῖν] Editi ferè omnes exhibent ἡμῖν. Stephanus rectè ὑμῖν rescribendum curavit. Hæc enim lectio omninò necessaria est ad commodum loci sensum, eámque MS. Bodl. repræsentat.

c Οὔτε δίκαιον] Non dubitat Leunclavius quin desit vocabulum aliquod ante δίκαιον. Quid est enim, inquit, ἅρμα δίκαιον, *currus justus* ? Quis hoc modo loquutus est unquam ? Dormitat nempè vir bonus, et parum diligenter ea pensitat verba, quibus consilium suum, de voce στράτευμα ante δίκαιον inserendâ, confirmare nititur. Verba autem sunt Xenophontis, in lib. iv, Memor. Edit. Leunc. p. 804, φασὶ δέ τινες ἢ ἵππον ἢ βοῦν τῷ βουλομένῳ δικαίως ποιήσασθαι.——De quibus sic Leunclavius : "Et quid στράτευμα δίκαιον, *exercitum justum*, dici "miremur ? cùm Xenophon etiam bovem et equum dicat aliquos polliceri "se δικαίως ποιήσεσθαι, justos effecturos, "nimirum, ad operas suas idoneos." Hæc ille. At nonne pari ratione et ἅρμα δίκαιον dici possit ? Imò verò δίκαιον id omne dici potest, cui nihil ad nomen suum tuendum deest, quod ad

ζευγμένων· οὐδέ γε οἶκος δύναται εὖ οἰκεῖσθαι, πονηροῖς οἰκέταις χρώμενος· ἀλλὰ καὶ ἐνδεόμενος οἰκετῶν, ἧττον σφάλλεται, ἢ ὑπὸ ἀδίκων ταραττόμενος. Εὖ δὲ ἴσε, ὦ ἄνδρες, ἔφη, φίλοι, ὅτι οὐδὲ τοῦτο μόνον ὠφελήσουσιν οἱ κακοὶ ἀφαιρεθέντες, ὅτι κακοὶ ἀπέσονται, ἀλλὰ καὶ τῶν καταμενόντων, ὅσοι μὲν ἀνεπίμπλαντο ἤδη κακίας, [a] ἀποκαθαρθῆναι πάλιν αὐτήν· οἱ δὲ ἀγαθοὶ τοὺς κακοὺς ἰδόντες ἀτιμασθέντας, πολὺ εὐθυμότερον τῆς ἀρετῆς ἀνθέξονται. Ὁ μὲν ἅττως εἶπε· τοῖς δὲ φίλοις ἅπασι συνέδοξε ταῦτα, καὶ ἅττως ἐποίουν.

Ἐκ δὲ τούτου πάλιν αὖ καὶ σκώμματος ἦρχεν ὁ Κῦρος. Καταμανθάνων γάρ τινα τῶν λοχαγῶν σύνδειπνον ἀγόμενον, καὶ παρακλίτην πεποιημένον, ἄνδρα ὑπερδασύν τε καὶ ὑπέραισχρον, ἀνακαλέσας τὸν λοχαγὸν ὀνομαστί, εἶπεν ὧδε. Ὦ Σαμβαύλα, ἔφη, ἀλλ' ἦ καὶ σὺ, καλὰ τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον, ὅτι καλόν ἐστι, περιάγεις τοῦτο τὸ μειράκιον, τὸ παρακαλακείμενόν σοι; Νὴ τὸν Δί', ἔφη ὁ Σαμβαύλας, ἥδομαι καὶ συνὼν τούτῳ, καὶ θεώμενος αὐτόν. Ἀκούσαντες δὲ

structi: neque domus quidem rectè administrari potest, quæ improbis utatur famulis: immò etiam minùs detrimenti accipit, si careat famulis, quàm si ab injustis perturbetur. Pro certo autem, amici, habeatis, inquit, submotis malis *militibus*, non id modò *nos* commodum indè percepturos, mali quod aberunt, sed illi etiam qui nobiscum manebunt, quotquot sanè pleni jam improbitatis esse cœperunt, rursùs ab eâ se repurgabunt; boni autem cùm malos ignominiâ notatos viderint, multò alacriùs virtuti adhærescent. Et ille quidem sermonem hunc habuit: ab amicis autem omnibus comprobata hæc erant, atque *adeò* ab iis res sic instituta est.

Atque hìc rursùm Cyrus jocari cœpit. Nam cùm animadvertisset è præfectis manipulorum quendam ad cœnam secum unà ducere, juxtáque se inter discumbendum retinere, hominem et hirsutum et deformem admodùm, manipuli præfecto nominatim compellato, sic *eum* affatus est: Num et tu, Sambaula, inquit, in morem Græcorum, hunc accumbentem tibi adolescentulum, quia formosus sit, circumducis? Profectò, inquit Sambaulas, et hujus consuetudine et aspectu delector. Hæc autem

usum debitum aptum est, et spem de eo conceptam minimè fallit. Sic, apud librum hujus Historiæ octavum, γνώμην δικαιότατον dicitur; apud Virgilium, *justissima tellus*. Sic et Mem. lib. iv, equi dicuntur δίκαιοι, et cur non ἅρμα, equorum ratione, δίκαιον, æquè ac ταχὺ, eorundem ratione, appelletur? Quin et participium illud συνιζευγμένων, ad currum δίκαιον, ad equos ἀδίκων, referri debere luculentissimè, opinor, indicat.

a Ἀποκαθαρθῆναι] In vulgatis legitur ἀνακαθαρθῆναι. Quod quidem ferri potest, nec à me repudiatur, nisi quòd non modò Stephanus aliique illam alteram lectionem præferendam putent, sed et eam exhibeat MS. Bodl.

ταῦτα οἱ σύσκηνοι, προσέβλεψαν· ὡς δὲ εἶδον τὸ πρόσωπον τῷ ἀνδρὸς ὑπερβάλλον αἴσχει, ἐγέλασαν πάντες. Καί τις εἶπε, Πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Σαμβαύλα, ποίῳ ποτέ σε ἔργῳ ἀνὴρ οὗτος [a] ἀνήρτηται; Καὶ ὃς εἶπεν, Ἐγὼ ὑμῖν, νὴ τὸν Δία, ὦ ἄνδρες, ἐρῶ. Ὁποσάκις γὰρ αὐτὸν ἐκάλεσα, εἴτε νυκτὸς, εἴτε ἡμέρας, ὃ πώποτέ μοι οὔτ' ἀσχολίαν προὐφασίσατο, οὔτε βάδην ὑπήκουσεν, ἀλλ' αἰεὶ τρέχων· ὁποσάκις τε πρᾶξαί τι αὐτῷ προσέταξα, οὐδὲν ἀνιδρωτὶ πώποτε εἶδον αὐτὸν ποιοῦντα. Πεποίηκε δὲ καὶ τοὺς δώδεκα ἄπαντας τοιούτους, οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ ἀποδεικνὺς, οἵους δεῖ εἶναι. Καί τις εἶπε, Καίπειτα τοιοῦτον ὄντα σὺ φιλεῖς αὐτὸν, ὥσπερ τοὺς συγγενεῖς; Καὶ ὁ αἰσχρὸς ἐκεῖνος πρὸς ταῦτα εἶπε, Μὰ Δία, ἔφη· οὐ γὰρ φιλόπονός ἐστιν· ἐπεὶ ἤρκει ἂν αὐτῷ, εἰ ἐμὲ ἔθελε φιλεῖν, τοῦτο ἀντὶ πάντων τῶν γυμνασίων. Τοιαῦτα μὲν δὴ, καὶ γελοῖα καὶ σπουδαῖα, ἠγελᾶτο καὶ ἐπράττετο ἐν τῇ σκηνῇ. Τέλος δὲ, τὰς τρίτας σπονδὰς ποιήσαντες, καὶ εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς τὰ ἀγαθὰ, τὴν σκηνὴν εἰς κοίτην διέλυον. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Κῦρος συνέλεξε τοὺς στρατιώτας πάντας, καὶ ἔλεξε τοιάδε.

" Ἄνδρες Φίλοι, ὁ μὲν ἀγὼν ἡμῖν ἐγγύς· προσέρχονται γὰρ οἱ

ubi contubernales audîssent, *in eum* oculos convertêre: et cùm faciem hominis supra modum deformem vidissent, riserunt omnes. Et quidam, Quo tandem facto, quæso, inquit, Sambaula, vir hic te *sibi* devinxit? Respondit ille, Ego vobis, profectò, viri, dicam. Quoties eum sive noctu, sive interdiu vocavi, nunquam mihi neque occupationem prætexuit, neque pedetentim, sed cursim perpetuò paruit: quoties item ut aliquid faceret imperavi, nihil eum vidi unquam sine sudore facere. Quin et reliquos *mihi* duodecim tales effecit, non verbis, sed re demonstrando, quales esse oporteat. Tum quidam ait, Tu verò, talis cùm sit, non eum oscularis, ut cognatos *soles?* Et ad hoc respondit deformis ille, Non profectò, ait: nam minimè est laborum amans: quippe si me osculari vellet, omnium hoc ei exercitationum loco esset. Et talia quidem partim ridicula, partim seria, tum dicebantur in tabernaculo, tum gerebantur. Tandem, ubi tertiam peregissent libationem, et à diis bona precati essent, convivio soluto cubitum iverunt. Postridiè autem Cyrus omnes coëgit milites, et hujusmodi orationem habuit:

" Propè, amici, à nobis adest certamen: adventant enim hostes,

a Ἀνήρτηται] Vulgò, ἀνήκηται. Hunc locum inauspicatò tentavit Stephanus, nec reponendum vidit ἀνήρτηται, ut commodus constaret sensus. Hoc autem verbo, eodem planè modo, suprà usus est Xenophon; ἀνηρτήσατο δὲ τοσαῦτα φῦλα, &c. p. 5, et ταχὺ δὲ τοὺς πατέρας αὐτῶν ἀνήρτητο, &c. p. 33. Et sic legendum olim restè conjecerunt Leunclavius et Muretus.

" πολέμιοι. [a] Τὰ δ' ἆθλα τῆς νίκης, ἢν μὲν ἡμεῖς νικῶμεν, δῆλον
" ὅτι οἵ τε πολέμιοι ἂν ἡμέτεροι, καὶ τῶν πολεμίων ἀγαθὰ πάντα·
" ἢν δὲ ἡμεῖς αὖ νοκώμεθα (τοῦτο γὰρ ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν
" δεῖ), καὶ ἕτω τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ
" ἆθλα πρόκειται. Οὕτω δὴ, ἔφη, δεῖ ὑμᾶς γιγνώσκειν, ὡς,
" ὅταν μὲν ἄνθρωποι κοινωνοὶ πολέμῳ γενόμενοι, ἐν ἑαυτοῖς ἔχω-
" σιν ἕκαστοι, ὡς, εἰ μὴ αὐτός τις προθυμηθήσεται, οὐδὲν ἐσό-
" μενον τῶν δεόντων, ταχὺ πολλά τε καὶ καλὰ διαπράττονται·
" οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἀργεῖται τῶν πράττεσθαι δεομένων· ὁπόταν δὲ
" ἕκαστος διανοηθῇ, ὡς ἄλλος ἔσαι ὁ πράσσων καὶ ὁ μαχόμενος,
" κἂν αὐτὸς μαλακίζηται, τοῖς τοιούτοις, ἔφη, εὖ ἴσε, ὅτι
" πᾶσιν ἅμα πάντα ἥξει τὰ χαλεπὰ φερόμενα. Καὶ ὁ θεὸς
" ἕτω πως ἐποίησε· τοῖς μὴ θέλουσιν ἑαυτοῖς προσάττειν ἐπονεῖν

" Victoriæ autem præmia, si quidem nos vicerimus, hæc *nobis futura*
" constat, ut et hostes et bona eorum omnia nostra sint: sin ipsi con-
" trà vincamur (nam et ità loqui et ità *fieri posse* fingere oportet),
" itidem *nostra* superatorum bona omnia victoribus præmia semper
" sunt proposita. Sic ergo vobis existimandum est, homines belli so-
" cietate junctos, cùm apud se singuli statuant, nihil ex sententiâ suc-
" cessurum, nisi quisque suo se loco præbuerit alacrem, multa
" brevi et præclara gesturos; nihil enim eorum quæ peragenda
" sunt per socordiam ab iis negligetur: cùm verò quisque cogi-
" taverit, alium fore rem qui gerat pugnétque, licèt ipse segniter
" agat, hujusmodi, inquit, homines universos, pro certo habeatis,
" adversa simul omnia statim invasura. Atque ipse deus sic quo-
" dammodo constituit: is *enim* illis, qui sibi imperare nolint, ut

a Τὰ δ' ἆθλα τῆς, &c] Stephanus aliique hæc ità distinguunt verba, τὰ δ' ἆθλα, τῆς νίκης. Haud, opinor, commodè. Is autem in suis annotationibus verba illa proferens, notis parentheseos inclusa, τοῦτο γὰρ αἰεί, &c. suspectum se hunc habere locum ait; atque adeò lectorem ad Latinum suæ editionis Xenophontem remittit. Monenti tamen si quis paruerit, eum promisso minimè satisfecisse, sed locum silentio transisse, inveniet. Muretus etiam totum hujus orationis principium à librariis pessimè acceptum esse putat, ideóque partim, ut ipse ait, veteribus libris, partim conjecturâ, fretus, id hoc modò proponit et legendum censet: Ἄνδρες φίλοι, ὁ μὲν ἀγὼν ἡμῖν ἐγγὺς προσέρχονται γὰρ οἱ πολέμιοι. Τὰ δὲ ἆθλα τῆς νίκης, ἢν μὲν ἡμεῖς νικῶμεν, τὰ τῶν πολεμίων ἀγαθὰ πάντα· ἢν δὲ ἡμεῖς αὖ νικώμεθα (καὶ τοῦτο γὰ λέγειν δεῖ), δηλονότι τῶν πολεμίων τὰ ἡμέτερα. Καὶ ἕτω τὰ τῶν ἡττωμένων ἀγαθὰ πάντα τοῖς νικῶσιν ἀεὶ ἆθλα πρόκειται. Ego conjecturam non improbo. Sed lectionem, quam damus, præstant libri omnes; nisi quòd Leunclavius καὶ ποιεῖν in marginem rejecerit. Quod factum nollem; cùm satis forsan commodè sumi possit pro τιθέναι, et exponi, *fingere animo, ob oculos ponere.* Ut verborum sensus sit, " Nè verò casûs cujusque gra-
" vioris securi sitis, et spolia referendi
" amplâ spe nimìs inflati, hoc etiam
" vobis fatendum animóque cogitandum
" erit, μάχης εἶναι ἑτεραλκέα νίκην, belli-
" que adeò eventus, si qui alii, ancipi-
" tes esse," &c.

" τἀγαθὰ, ἄλλους αὐτοῖς ἐπιλακτῆρας δίδωσι. Νῦν ἔν, ἔφη, " λεγέτω τις, ἐνθάδε ἀνασὰς, περὶ αὐτῶ τούτω, ποτέρως ἂν τὴν " ἀρετὴν οἴεται ἀσκεῖσθαι μᾶλλον παρ' ἡμῖν, εἰ μέλλοι ὁ πλεῖστα " καὶ πονεῖν καὶ κινδυνεύειν ἐθέλων πλείστης καὶ τιμῆς τεύξεσθαι, " ἢ ἂν εἰδῶμεν ὅτι [a] ὀδὲν διαφέρει κακὸν εἶναι· ὁμοίως γὰρ πάντες " τῶν ἴσων τευξόμεθα." Ἐνταῦθα δὴ ἀνασὰς ὁ Χρυσάντας, εἷς τῶν ὁμοτίμων, ἀνὴρ οὔτε μέγας, οὔτε ἰσχυρὸς ἰδεῖν, φρονήσει δὲ διαφέρων, ἔλεξεν ὧδε·

" Ἀλλ' οἶμαι μὲν, ἔφη, ὦ Κῦρε, ὀδὲ διανοούμενόν σε ὡς δεῖ " ἴσον τοὺς κακοὺς τοῖς ἀγαθοῖς ἔχειν, ἐμβαλεῖν τοῦτον τὸν λόγον, " ἀλλ' ἀποπειρώμενον εἴ τις ἄρα ἔσαι ἀνὴρ, ὅστις ἐθελήσει ἐπι- " δεῖξαι ἑαυτὸν, ὡς διανοεῖται, μηδὲν καλὸν κἀγαθὸν ποιῶν, " ἃ ἂν ἄλλοι τῇ ἀρετῇ καλαπράξωσι, τούτων ἰσομοιρεῖν. Ἐγὼ δὲ, " ἔφη, εἰμὶ μὲν οὔτε ποσὶ ταχὺς, οὔτε χερσὶν ἰσχυρός· γιγ- " νώσκω δὲ, ὅτι ἐξ ὧν ἂν ἐγὼ τῷ ἐμῷ σώματι ποιήσω, οὐκ ἂν " κριθείην οὔτε πρῶτος, οὔτε δεύτερος, οἶμαι δὲ οὐδὲ χιλιοστὸς, " ἴσως δὲ οὐδὲ μυριοστός. Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο σαφῶς ἐπίσταμαι, ὅτι " εἰ μὲν οἱ δυνατοὶ ἐῤῥωμένως ἀντιλήψονται τῶν πραγμάτων,

" bona laboribus acquirant, alios dat, qui imperent. Nunc ergò, ait, " surgat hîc aliquis, déque hoc ipso verba faciat, utro modo virtu- " tem apud nos magìs exculta iri existimet, si is qui plurimum et " laboris et periculorum adire velit, plurimum etiam honoris con- " sequuturus sit, an *verò* si nihil referre sciamus ignavum esse " *quenquam* ; quippe omnes pariter æqualia sumus consequuturi præ- " mia." Tum verò surgens Chrysantas, unus ex eorum numero, qui ὁμότιμοι appellantur, vir neque *staturâ* magnus, neque specie robustus, sed excellens prudentiâ, in hunc modum loquutus est :

" Equidem arbitror, Cyre, ait, te de hoc *ad nos* retulisse non quòd " in animo cogitares æquali portione fortes et ignavos debere potiri, " sed utì experiaris an quisquam sit, qui ipsum indicare velit, cogitare " se, *fore* ut, tametsi nihil ipse pulchrè præclaréve faciat, parem eorum " portionem capiat, quæ alii virtute *suâ* comparaverint. Ego verò, in- " quit, neque sum pedibus celer, neque manibus robustus ; et futurum " intelligo, ut judicio ex iis de me facto, quæ meo corpore geram, " neque primum, neque secundum, neque, opinor, millesimum, immò " fortè neque decies millesimum locum habiturus sim. At hoc quoque " certò futurum scio, ut si viribus præstantes fortiter res gerendas

a Οὐδὲν διαφέρει, &c.] Muretus legendum censet, ὀδὲν διαφέρει κακὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι. At libri omnes conjecturam respuunt : neque ejus ope locus hic videtur indigere. Quem enim alium, nisi ἀγαθὸν, voluit his verbis auctor, ὁ πλεῖστα ἂν πονεῖν ἂν κινδυνεύειν ἐθέλων ?

"ἀγαθῆ τινός μοι [a]μετέσαι τοσοῦτον μέρος, ὅσον ἂν δίκαιον ᾖ· "εἰ δ' οἱ μὲν κακοὶ μηδὲν ποιήσουσιν, οἱ δ' ἀγαθοὶ καὶ δυνατοὶ "ἀθύμως ἔξουσι, δέδοικα, ἔφη, μὴ ἄλλου τινὸς μᾶλλον, ἢ τῆς ἀλ"θῆς, μεθέξω πλέον μέρος, ἢ ἐγὼ βούλομαι." Χρυσάντας μὲν δὴ ἅτως εἶπεν. Ἀνέστη δ' ἐπ' αὐτῷ Φεραύλας, Πέρσης, τῶν δημοτῶν, Κύρῳ πως ἔτι οἰκοθεν συνήθης καὶ ἀρεσὸς ἀνὴρ, καὶ τὸ σῶμα οὐκ ἀφυὴς, καὶ τὴν ψυχὴν οὐκ ἀγενεῖ ἀνδρὶ ἐοικὼς, καὶ ἔλεξε τοιάδε·

"Ἐγὼ, ἔφη, ὦ Κῦρε, καὶ πάντες οἱ παρόντες Πέρσαι, ἡγοῦ"μαι μὲν ἡμᾶς ἐκ τοῦ ἴσου νῦν ὁρμᾶσθαι πάντας εἰς τὸ ἀγωνί"ζεσθαι περὶ ἀρετῆς. Ὁρῶ γὰρ ὁμοίᾳ μὲν τροφῇ πάντας ἡμᾶς "τὸ σῶμα ἀσκοῦντας, ὁμοίας δὲ συνουσίας πάντας ἀξιουμένους, τὰ δὲ "αὐτὰ καλὰ πᾶσιν ἡμῖν προκείμενα. Τό, τε γὰρ τοῖς ἄρ"χουσι πείθεσθαι, ἐν κοινῷ κεῖται· καὶ ὃς ἂν φανῇ τοῦτο ἀπροφα"σίστως ποιῶν, τοῦτον ὁρῶ παρὰ Κύρου τιμῆς τυγχάνοντα· τό, τ' "αὖ πρὸς τοὺς πολεμίους ἄλκιμον εἶναι, ὁ τῷ μὲν πρόσηκον, τῷ δ' "οὔ, ἀλλὰ πᾶσι καὶ τοῦτο προκέκριται κάλλιστον εἶναι. [a]Νῦν δὲ, ἔφη,

"capessiverint, mihi etiam tantum boni alicujus obveniet, quantum "æquum fuerit: sin autem et ignavi nihil fecerint, et fortes robustíque "animis minùs fuerint alacres, vereor, inquit, nè potiùs alterius cujus"dam rei, quàm boni *alicujus*, partem, eámque majorem, quàm ipse "velim, habiturus sim." Et hunc quidem in modum loquutus est Chrysantas. Post eum autem surrexit Pheraulas, Persa, qui è plebe erat, Cyro quodammodò jam consuetudine domesticâ familiaris acceptúsque vir, habitu corporis haud indecoro, animo viro degeneri nequaquam similis, atque orationem hanc habuit:

"Ego quidem, Cyre, ac vos Persæ, inquit, quotquot adestis, ex"istimo nos omnes jam æquis conditionibus ad virtutis certamen con"tendere. Quippe consimili nos omnes victu curare corpora, et om"nes eâdem consuetudine dignos haberi fruíque, et eadem nobis "omnibus *virtutis* decora proposita esse, video. Nam iis ut parea"mus, qui cum imperio sunt, communiter *omnibus* est propositum: "et quisquis hoc sine recusatione in conspectu omnium præstat, hunc "à Cyro honore affici video: itidem fortiter adversùs hostes se "gerere, non huic convenit, illi non *convenit*, sed et hoc jam antè "judicatum est omnibus honestissimum esse. Nunc verò, inquit,

a Μετέσαι τοσοῦτον] A plerisque editis abest vox τοσοῦτον, quam tamen minimè rejiciendam puto, cùm ferè soleat illam alteram, ὅσον, in oratione præcedere. Stephanum eam retinuisse video; et MS. Bodl. eandem exhibet.

b Νῦν δὲ, ἔφη, &c.] Libri nonnulli repræsentant, νῦν δὲ, φημὶ, &c. Muretus illud φημὶ delendum putat: Stephanus etiam se malle ait codices eos sequi, in quibus ea, quam damus, reperitur scriptura. Et sanè passim illud ἔφη sic adhibitum videmus.

" ἡμῖν καὶ δέδεικται μάχη, ἣν ἐγὼ ὁρῶ πάντας ἀνθρώπους
" φύσει ἐπισαμένους, ὥσπερ γε καὶ τἆλλα ζῶα ἐπίσαλαι τινὰ μά-
" χην ἕκαστα, οὐδὲ παρ' ἑνὸς ἄλλου μαθόντα, ἢ παρὰ τῆς φύσεως·
" οἷον, [a] ὁ βοῦς, κέρατι παίειν· ὁ ἵππος, ὁπλῇ· ὁ κύων, σό-
" μαλι· ὁ κάπρος, ὀδόντι. Καὶ φυλάττεσθαι δὲ, ἔφη, ἐπίσαλαι
" ταῦτα πάντα ἀφ' ὧν μάλιστα δεῖ· καὶ ταῦτα, [b] εἰς οὐδενὸς δι-
" δασκάλου πώποτε φοιτήσαντα. Καῖ ἐγὼ ἐκ παιδίου εὐθὺς μὲν
" προβάλλεσθαι ἠπιστάμην πρὸ τούτου, ὅτῳ ᾤμην πληγήσεσθαι· ἢ
" εἰ μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι, τῷ χεῖρε προέχων, ἐνεπόδιζον, ὅ, τι
" ἠδυνάμην, τὸν παίοντα· καὶ τοῦτο ἐποίουν οὐ διδασκόμενος,
" ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παίομενος, εἰ προβαλλοίμην. Μά-
" χαιραν γεμὴν εὐθὺς παιδίον ὢν ἥρπαζον, ὅπου ἴδοιμι, οὐδὲ
" παρ' ἑνὸς οὐδε τοῦτο μαθὼν, ὅπως δέοι λαμβάνειν, ἄλλου, ἢ πα-
" ρὰ τῆς φύσεως, ὡς ἐγώ φημι. Ἐποίουν γοῦν καὶ τοῦτο κωλυό-
" μενος, οὐ διδασκόμενος· ὥσπερ καὶ ἄλλα ἐστὶν ἃ, εἰργόμενος
" καὶ ὑπὸ πατρὸς καὶ ὑπὸ μητρὸς, ὑπὸ τῆς φύσεως πράττειν ἠναγ-
" καζόμην. Καὶ, ναὶ μὰ Δία, ἔπαιόν γε τῇ μαχαίρᾳ πᾶν

" etiam pugna nobis monstrata est, quam homines ego universos
" à naturâ nôsse video, quemadmodùm et aliorum quælibet ani-
" malium aliquam pugnam nôrunt, non per alium quenquam, atque
" ipsam naturam, edocta : verbi gratiâ, bos cornu ferire *novit* ; equus,
" ungulâ ; canis, ore ; aper, dente. Atque omnia hæc *animalia* ab iis
" *sibi* cavere nôrunt, à quibus maximè cavendum est ; idque, ad nullius
" unquam magistri *ludum* profecta. Ego etiam statim à puero nôram
" ei *aliquid* objicere, à quo me percussum iri putâram ; ac si nihil aliud
" haberem, manus prætendens, quantum poteram, percutientem impe-
" diebam : atque hoc faciebam cùm *non modò* non docerer, sed etiam
" ob id ipsum vapularem, si *quid* objicerem. Gladium porrò statim puer
" adhuc, ubi vidissem, adripiebam, nè hoc quidem, quo pacto prehen-
" dendus esset, sub alio quoquam, quàm *ipsâ* naturâ, ut ego censeo,
" edoctus. Et hoc quidem certè faciebam cùm prohiberer, non docerer :
" quemadmodùm et alia *quædam* sunt quæ, patre licèt matréque veta-
" rer, facere *tamen* à naturâ cogebar. Ac gladio, profectò, cædebam

a Οἷον ὁ βοῦς, &c.] Libet hîc apponere, quod de variis itidem naturæ donis suavissimè lusit Anacreon, Od. 2.

Φύσις κέρατα Ταύροις,
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν Ἵπποις,
Ποδοκίνην Λαγωοῖς,
Λέουσι χασμ' ὀδόντων,
Τοῖς, &c.

b Εἰς οὐδενὸς, &c.] Ἔλλειψις huic planè similis ea est, quâ utitur evangelista, Act. ii, 27, Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου. Et hoc scilicet, et illo loco, subaudiamus necesse est οἶκον vel οἰκίαν.

" ὅ, τι δυναίμην λανθάνειν. Οὐ γὰρ μόνον φύσει ἦν, ὥσπερ τὸ
" βαδίζειν ἢ τρέχειν, ἀλλὰ ἢ ἡδύ, πρὸς τῷ πεφυκέναι, τοῦτο
" ποιεῖν ἐδόκει μοι εἶναι. Ἐπεὶ οὖν, ἔφη, αὕτη ἡ μάχη καλεί-
" πεται, ἐν ᾗ προθυμίας μᾶλλον ἢ τέχνης ἔργον ἐστί, πῶς ἡμῖν
" οὐχ ἡδέως [a] πρὸς τόσδε τοὺς ὁμοτίμους ἀγωνιστέον; ὅπου γε τὰ μὲν
" ἆθλα τῆς ἀρετῆς ἴσα πρόκειται, [b] παραβαλλόμενοι δὲ οὐκ ἴσα εἰς
" τὸν κίνδυνον ἴσμεν, ἀλλ' ὅτοι μὲν ἔνλιμον βίον, ὃς [c] βίων ἥδιστος, ὃς
" μόνος· ἡμεῖς δὴ ἐπίπονον μὲν, ἄτιμον δὲ, ὥσπερ, οἶμαι, χαλεπώ-
" ταλος. Μάλιστα δὲ, ὦ ἄνδρες, τοῦτό με εὐθύμως εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν

" quicquid clanculùm poteram. Neque enim naturâ solùm insitum
" erat, sicut incedere et currere, sed superquam quod ingenitum
" erat, etiam suave mihi hoc facere videbatur. Quandoquidem igitur
" hæc, inquit, *nobis* dimicatio restat, in quâ plus animorum alacritas
" quàm ars effectura est, cur non libenter adversùs hosce, qui di-
" cuntur ὁμότιμοι, certamen suscipiamus? cùm sanè paria virtutis
" præmia sint *utrisque* proposita, at nos non item res paris pretii
" objicere periculo sciamus; sed illos vitam honoratam, quæ ju-
" cundissima, quæ unica: nos autem laboriosam quidem *illam*, sed
" inhonoratam, quam equidem molestissimam duco. Maximè autem,
" viri, hoc me ad *suscipiendum* læto animo adversùs hosce certa-

a Πρὸς τούσδε τοὺς, &c.] Plerique libri non habent τόσδε, sed eo sublato, simpliciter, πρὸς τοὺς ὁμοτίμους. Illud tamen in exemplaribus, quibus usi sunt Camerarius et Philelphus, extitisse, utriusque hujus loci interpretatio indicare videtur. Ille enim vertit, *cum istis comparibus*; hic, *adversùs hosce homotimos*. Quin et MS. Bodl. idem repræsentat, et optimè huc quadrare videtur. Nam Pheraulas ille plebeius digito quasi demonstrat ὁμοτίμους, tanquam homines distincti à se suique ordinis. Atque eandem loquendi rationem bis ante finitam orationem usurpat: εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν πρὸς τόσδε —et πρὸς τοὺς πεπαιδευμένους τούσδε.

b Παραβαλλόμενοι δὲ, &c.] Legitur etiam παρεβαλλόμενοι, pro παραβαλλόμενοι, et ἴμεν pro ἴσμεν. Sed, qui lectionem receptam movendam putârunt, loci sententiam haud, opinor, adsecuti sunt. Qualis autem ea sit, versio nostra ostendet. Et minimè insolens esse hoc loquendi genus, παραβάλλεσθαί τι εἰς τὸν κίνδυνον, satis ea probant exempla Thucydidea, à Stephano ad hunc locum adlata: unum, πολῖται ὄντες καὶ πλείω παραβαλόμενοι. Ubi, simpliciter et sine adjectione dicit πλείω παραβαλλόμενοι, pro eo quod, imitando hunc Xenophontis locum, diceretur, πλείω παραβαλλόμενοι εἰς κίνδυνον: alterum, οἳ ἂν μὴ ἐκ παίδας ἐκ τοῦ ὁμοίου παραβαλλόμενοι κινδυνεύσωσιν. Ubi, variatâ tantùm orationis formâ, παραβαλλόμενοι κινδυνεύσωσιν, idem sonat, quod παραβαλλόμενοι εἰς τὸν κίνδυνον. Nec aliter Homerus: Il. *ι*. 322.

Αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

Ubi notat Stephanus, Homerum accusativo post παραβαλλόμενος non contentum, infinitivum addidisse, πολεμίζειν ponentem pro ὥστε πολεμίζειν: quod commodè resolvi posse videtur in παραβαλλόμενος εἰσι πόλεμον, eodem modo quo Xenophon dicit παραβαλλόμενοι εἰς κίνδυνον.

c Βίων ἥδιστος, ὃς, &c.] Duas has voces, ὃς μόνος, nullam idoneam sententiam efficere censet Muretus: quique adeò libentèr, ut ipse ait, pro eis reposuerit, καὶ ἄπονον ut opponat Pheraulas ἔνλιμον καὶ ἄπονον βίον τῷ ἐπιπόνῳ ἢ ἀτίμῳ. Sed renituntur libri omnes; qui cùm vulgatam lectionem servent, intacta per me licet maneat. Adnotandum tamen est, MS. Bodl. aliam lectionem exhibere, nempè ὃς μόνος περ ἥδιστος βίων, quàm margini adscribendum curârunt Stephanus et Leunclavius.

" πρὸς τȣ́σδε παρορμᾷ, ὅτι Κῦρος ἔςαι ὁ κρίνων, ὃς οὐ φθόνῳ
" κρίνει· ἀλλὰ σὺν θεῶν ὅρκῳ λέγω, ἦ μὴν ἐμοὶ δοκεῖ Κῦρος,
" οὕς τινας ἂν ὁρᾷ ἀγαθοὺς, φιλεῖν οὐδὲν ἧττον ἑαυτοῦ· τούτοις
" γȣ̃ν ὁρῷ αὐτὸν ὅ, τι ἂν ἔχοι ἥδιον διδόντα μᾶλλον, ἢ αὐτὸν
" ἔχοντα. Καί τοι, ἔφη, οἶδα ὅτι ȣ̃τοι μέγα φρονȣ̃σιν, ὅτι πε-
" παίδευνται δὴ ϗ πρὸς λιμὸν, ϗ πρὸς δίψος, ϗ πρὸς ῥίγος καρ-
" τερεῖν· κακῶς εἰδότες ὅτι καὶ ταῦτα ἡμεῖς ὑπὸ κρείττονος διδασ-
" κάλȣ πεπαιδεύμεθα, ἢ ȣ̃τοι. Οὐ γὰρ ἐςιν διδάσκαλος τȣ́των
" οὐδεὶς κρείττων τῆς ἀνάγκης, ἣ ἡμᾶς καὶ λίαν ἀκριβȣ̃ν ταῦτα
" ἐδίδαξε Καὶ πονεῖν μὲν ȣ̃τοι δὴ τὰ ὅπλα φέροντες ἐμελέτων, ἅ
" ἐςι πᾶσιν ἀνθρώποις εὑρημένα, ὡς ἂν εὐφορώτατα εἴη· ἡμεῖς δέ
" γε, ἔφη, ἐν μεγάλοις φορτίοις ϗ βαδίζειν ϗ τρέχειν ἠναγ-
" καζόμεθα· ὥςε νῦν ἐμοὶ δοκεῖν τὰ τῶν ὅπλων φορήματα πτε-
" ροῖς μᾶλλον ἐοικέναι ἢ φορτίοις. Ὡς ȣ̃ν ἐμȣ̃ γε ϗ ἀγωνιȣ-
" μένȣ, καὶ, ὁποῖός τις ἂν ὦ, κατὰ τὴν ἀξίαν τιμᾶσθαι ἀξιώσον-
" τος, οὕτως, ἔφη, ὦ Κῦρε, γίγνωσκε. Καὶ ὑμῖν δὲ, ὦ ἄνδρες
" δημόται, παραινῶ ὁρμᾶσθαι εἰς ἔριν ταύτης τῆς μάχης πρὸς
" τοὺς πεπαιδευμένους τούσδε· νῦν γὰρ, ἔφη, ἄνδρες εἰλημ-
" μένοι εἰσὶν ἐν δημοτικῇ ἀγωνίᾳ." Φεραύλας μὲν δὴ οὕτως
εἶπεν· ἀνίςαντο δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἑκατέροις συναγορεύοντες.

" men excitat, quòd Cyrus judex erit, qui non ex invidiâ judicat;
" at quod per deos jurans affirmo, Cyrus mihi videtur, quoscunque
" fortiter se gerere animadvertat, nihilo minùs quàm se ipsum dili-
" gere: his certè quidem eum video, quicquid habeat jucundiùs dare,
" quàm apud se retinere. Et sanè novi, inquit, istos ὁμοτίμους elatis
" esse animis, quòd instituti sint et ad famem, et ad sitim, et ad
" frigus tolerandum; cùm ipsi parum noverint, nos etiam his à
" magistro potiori, quàm ipsos, institutos esse. Nullus enim est ne-
" cessitate potior horum magister, quæ nos hæc vel accuratè admodùm
" tenere docuit. Et hi quidem ad labores sese armis ferendis exer-
" cuêre, quæ *ità* sunt ab omnibus hominibus excogitata, ut gestatu
" sint commodissima: nos verò, inquit, sub magnis oneribus et in-
" cedere cogebamur et currere: ut mihi jam armorum gestamina
" similiora videantur alis quàm oneribus. Quamobrem, Cyre, in-
" quit, hæc scito, me et in certamen descensurum, et, qualis qualis
" tandem fuero, pro merito præmiis ornari postulaturum. Et vos,
" viri plebeii, hortor ad pugnam hanc adversùs benè institutos hosce
" *magnâ* contentione suscipiendam: quippe nunc *hi* viri in popula-
" ri certamine sunt capti." In hunc modum dixit Pheraulas: surrex-
erunt autem et alii complures, qui utriusque sententiam defendebant.

Ἔδοξε δ' ἂν καὶ τὴν ἀξίαν ἕκασον τιμᾶσθαι, Κῦρον δὲ τὸν κρίνοντα εἶναι. Ταῦτα μὲν δὴ ὕτω προὐκεχωρήκεσαν.

Ἐκάλεσε δ' ἐπὶ δεῖπνον ὁ Κῦρος καὶ ὅλην ποτὲ τάξιν σὺν τῷ ταξιάρχῳ, ἰδὼν αὐτὸν τοὺς μὲν ἡμίσεις τῶν ἀνδρῶν τῆς τάξεως ἀντιπάξαντα ἐκαλέρωθεν εἰς ἐμβολήν, θώρακας μὲν δὴ ἀμφοτέρους ἔχοντας καὶ γέρρα ἐν ταῖς ἀριστεραῖς· εἰς δὲ τὰς δεξιὰς νάρθηκας παχεῖς τοῖς ἡμίσεσιν ἔδωκε, τοῖς δ' ἑτέροις εἶπεν, ὅτι βάλλειν δεήσοι ἀναιρεμένους ταῖς βώλοις. Ἐπεὶ δὲ παρεσκευασμένοι οὕτως ἔσησαν, ἐσήμαινεν αὐτοῖς μάχεσθαι. Ἐνταῦθα δὴ οἱ μὲν ἔβαλλον ταῖς βώλοις, [a] καὶ ἔστιν οἳ ἐτύγχανον καὶ θωράκων καὶ γέρρων, οἱ δὲ καὶ μηροῦ καὶ κνημῖδος. Ἐπεὶ δὲ ὁμοῦ ἐγένοντο, οἱ τοὺς νάρθηκας ἔχοντες ἔπαιον τῶν μὲν μηρούς, τῶν δὲ χεῖρας, τῶν δὲ κνήμας· τῶν δὲ ἐπικυπτόντων ἐπὶ βώλους ἔπαιον τοὺς τραχήλους καὶ τὰ νῶτα. Τέλος δὲ τρεψάμενοι ἐδίωκον οἱ ναρθηκοφόροι, παίοντες σὺν πολλῷ γέλωτι καὶ παιδιᾷ. Ἐν μέρει γε μὴν οἱ ἕτεροι πάλιν λαβόντες τοὺς νάρθηκας, ταυτὰ ἐποίησαν τοὺς ταῖς βώλοις βάλλοντας. Ταῦτα δ' ἀγασθεὶς ὁ Κῦρος, τοῦ μὲν ταξιάρχου τὴν ἐπίνοιαν, τῶν δὲ τὴν πειθώ, ὅτι ἅμα μὲν ἐγυμνάζοντο, ἅμα δὲ εὐθυμοῦντο, ἅμα δὲ ἐνίκων οἱ εἰκασθέντες τῇ τῶν Περσῶν ὁπλίσει· τούτοις δ' ἡσθεὶς ἐκά-

Itaque decretum erat quemque pro merito ornandum, et Cyrum *constituendum* esse judicem. Et hæc quidem ità cesserunt.

Cyrus autem aliquando totam cohortem unà cum ejus præfecto ad cœnam vocavit, quòd vidisset eum divisam in duas partes cohortem utrinque ex adverso ad conflictum instruxisse, gestantibus quidem utrisque loricas et scuta in manibus sinistris ; in dextras verò parti dimidiæ ferulas crassas dederat, alteram glebas sublatas ejaculari jusserat. Hoc modo cùm instructi starent, iis pugnæ signum dabat. Ibi quidem hi glebas ejaculabantur, et de iis aliqui tum loricas tum scuta feriebant, alii femur etiam tibiásque. Ubi verò cominùs pugnam conserebant, *tum* illi qui ferulas gestabant aliorum quidem femora, manus aliorum, nonullorum etiam feriebant suras; et eorum qui ad glebas *tollendas* se deorsum inclinâssent cervices et dorsa feriebant. Tandem *adversarios* in fugam conversos persequebantur ii qui ferulas gestabant, *illos* multo cum risu lusúque cædentes. Verùm et alteri vicissim sumptis ipsi quoque ferulis, eodem illos modo tractârunt, qui glebas jaculabantur. Cyrus autem hæc admiratus, tum *nempè* præfecti cohortis solers inventum, tum militum obedientiam, quod simul exercerentur, simul seipsos exhilararent, atque etiam quòd illi, qui Persarum armaturam imitati essent, vin-

[a] Καὶ ἔστιν οἳ] Sic rectè dedit Leunclavius. Vulgò legitur, ἔσθ' οἳ, nullo ut videtur, sensu commodo. At formæ loquendi istæ, ἔστιν ὅτε pro *aliquis*, ἔστιν οἳ, *aliqui*, et sic per cæteros casus, Græcis sunt elegantioribus familiares.

λεσέ τε ἐπὶ δεῖπνον αὐτὰς, καὶ ἐν τῇ σκηνῇ ἰδών τινας αὐτῶν ἐπιδεδεμένας, τὸν μέν τινα ἀνιωμένον, τὸν δὲ χεῖρα, ἤρώτα τί πάθοιεν. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι πληγεῖεν ταῖς βώλοις. Ὁ δὲ πάλιν ἐπηρώτα, πότερον ἐπεὶ ὁμοῦ ἐγένοντο, ἢ ὅτε πρόσω ἦσαν. Οἱ δ' ἔλεγον, ὅτε πρόσω ἦσαν. Ἐπεὶ δὲ ὁμοῦ ἐγένοντο, παιδιὰν ἔφασαν εἶναι καλλίστην οἱ ναρθηκοφόροι· οἱ δ' αὖ συγκεκομμένοι τοῖς νάρθηξιν ἀνέκραγον, ὅτι οὐ σφίσι γε δοκοίη παιδιὰν εἶναι τὸ ὁμόθεν παίεσθαι· ἅμα δ' ἐπεδείκνυσαν τῶν ναρθηκοφόρων τὰς πληγὰς καὶ ἐν χερσὶ καὶ ἐν τραχήλοις, ἔνιοι δὲ καὶ ἐν προσώποις. Καὶ τότε μὲν, ὥσπερ εἰκὸς, ἐγέλων ἐπ' ἀλλήλοις. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ μεστὸν ἦν τὸ [a] πεδίον πᾶν τῶν τότε μιμουμένων· καὶ ἀεὶ, ὁπότε μὴ ἄλλο τι σπουδαιότερον πράττοιεν, ταύτῃ τῇ παιδιᾷ ἐχρῶντο.

Ἄλλον δέ ποτε ἰδὼν ταξίαρχον ἄγοντα τὴν τάξιν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ [b] ἐπὶ τὸ ἄριστον ἐφ' ἑνός, καὶ ὁπότε δοκοίη αὐτῷ

cerent: his ergò delectatus, ad cœnam eos invitavit; cúmque in tabernaculo quosdam ipsorum videret, quorum aliî tibia, manus aliî obligata esset, quid ipsis accidisset rogabat. Illi se glebis ictos aiebant. Ille quærebat iterum, utrùm postquam congressi fuissent, an cùm procul essent. Respondebant illi, *tum id se perpessos* cùm procul essent: at postquam cominùs congressi fuissent, ludum fuisse pulcherrimum aiebant iis qui ferulas gestabant. Illi verò contrà qui ferulis erant concisi, non ludum sibi sanè videri clamabant cominùs feriri: simúlque plagas in manibus et cervicibus, atque etiam in facie nonnulli ostendebant, quas ab iis accepissent qui gestarent ferulas. Ac tum quidem, sicuti par erat, sese mutuò ridebant. Postridiè verò totus campus hominibus hos imitantibus plenus erat: sempérque *adeò*, cùm non aliud quidquam magìs serium tractarent, hoc ludo utebantur.

Alium verò aliquando videns cohortis præfectum ducentem cohortem à fluvio ad prandium singulis singulos sequentibus, et cùm tempus ipsi

a Πεδίον πᾶν τῶν] Vulgò legunt, *πεδίον ἀνθρώπων*, &c. Ultrò tamen Stephano accedo, qui *πᾶν τῶν* reponendum censuit. Leunclavium etiam aliósque interpretes à nobis stare invenio. Verba his Xenophontéis omninò simília conjunxit Homerus:

Τῶν δ' ἅπαν ἐπλήσθη πεδίον.

Il. υ'. v. 156.

b Ἐπὶ τὸ ἄριστον] In vulgatis ferè omnibus legitur, *ἐπὶ τὸ ἀριστεῖον*. Quam qui primi lectionem admiserunt, intelligi forsan hoc voluêre loco *παραγωγὴν* illam, quæ *ἐν εὐωνύμῳ* seu *εὐώνυμος* apud Tacticos appellatur. At rectè observavit Leunclavius non solere dici *ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν*, sed *ἐπ' ἀριστερὰ*, sicut *ἐπὶ δεξιὰ*, *ἐπὶ θάτερα*. MS. Bodl. exhibet *τὸ ἄριστον*, quod in *ἀριστερὸν* tandem malè mutatum fuisse arbitror, propter verba illa mox sequentia, *κατέκλινεν ἐπὶ τὸ δεῖπνον*. Quid enim? dici potuit: num eos jam *ἐπὶ τὸ ἄριστον* ducit cohortis præfectus, quos jubet paulò post *ἐπὶ τὸν δεῖπνον* discumbere? At nulla est ab his verbis posterioribus lectioni nostræ difficultas: nam apud

καιρὸς εἶναι, [a] παραγγέλλοντα τὸν ὕστερον λόχον παράγειν, καὶ τὸν τρίτον, καὶ τὸν τέταρτον, εἰς μέτωπον· ἐπεὶ δὲ ἐν μεσώπῳ οἱ λοχαγοὶ ἐγένοντο, παρηγγύησεν εἰς δύο ἄγειν τὸν λόχον· ἐκ τούτου δὴ παρῆγον οἱ δεκάδαρχοι εἰς μέτωπον· ὁπότε δὲ αὖ ἐδόκει αὐτῷ καιρὸς εἶναι, παρήγγειλεν [b] εἰς τέτταρας ἄγειν τὸν λόχον· ἕτω δὴ οἱ πεμπάδαρχοι αὖ παρῆγον, ὡς εἰς τέσσαρας ἴοι ὁ λόχος· ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τῇ θύρᾳ τῆς σκηνῆς ἐγένοντο, [c] παραγγείλας αὖ εἰς ἕνα ἰέναι, ἕτως εἰσῆγε τὸν πρῶτον λόχον, καὶ τὸν δεύτερον τότε κατ' οὐρὰν

esse videbatur, jubentem secundum manipulum promovere in frontem et *dein* tertium, et quartum: cùm autem in fronte jam manipulorum duces essent, mandabat in binos *explicatum* manipulum ducerent: deinde igitur decuriones in frontem promovebant: rursùs cùm opportunum ipsi visum esset, imperabat in quaternos *explicatum* manipulum ducerent: atque ità quinque virorum duces etiam procedebant, ut in quaternos manipulus *explicatus* iret: postquàm verò ad tabernaculi fores perventum esset, tum signo dato jubens ut rursùs singulatim incederent, manipulum primum introducebat, et alterum jubebat hunc à

auctores ἄριστον et δεῖπνον æquam sæpè potestatem obtinent; id quod testatum reliquerunt Eustathius et Athenæus; quorum hic, paucis de temporibus cibi sumendi prolatis, ità demum loquitur: Μήποτε δὲ συναγωμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δείπνῳ· ἐπὶ γὰρ τῆς πραϊνῆς πυτεροφῆς ἔφη,

Οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντ', ἀπὸ δ' αὐτοῦ
Ἐωρήσσοντο.—lib. i, p. 11.

Ubi interpres Athenæi (quod obiter notandum est) haud accuratè reddit *μήποτε aliquando:* addubitantis enim et rem quasi discutiendam proponentis vox est, quâ uti solent scholiastæ veteres, et ii qui locum auctoris alicujus exponunt, vertique debet, *videndum verò nè fortè*, subaudito sc. ὄρα. Eustathius autem ad Il. ζ', p. 1833, de vocibus ἄριστον, δεῖπνον et ὄψητον, quæ apud Æschylum simul occurrunt, hæc habet; εἰ δὲ μέμνηται ἀρίστου καὶ δείπνου καὶ ὄψου, ἀλλ' αὐτὰ δύο εἰσίν, οἷα συναγομούντων τοῦ δείπνου καὶ τῷ ἀρίστῳ· καὶ τῷ αὐτῷ, ποτὲ μὲν ἀρίστου, ποτὲ δὲ δείπνου, ὀνομαζομένου.

a Παραγγέλλοντα τὸν ὕστερον, &c.] Rectè notat Cl. Bos in *Observat. Miscel.* Interpretem locum hunc parum intellexisse, qui παραγγέλλοντα τὸν ὕστερον, &c. sic reddidit, *posteriorem manipulum, præterito tertio et quarto, in frontem procedere jubet.* Hæc enim non est mens auctoris, quòd Centurio ille juberet posteriorem tantùm manipulum in frontem procedere, sed omnes quatuor; nam alioqui fieri non posset, ut οἱ λοχαγοὶ ἐν μεσώπῳ essent, quatuor scilicet, ut mox sequitur. Quare τὸ παράγειν hîc non est *præterire*, vel *præteritis aliis procedere*, sed *promovere ab altitudine in longitudinem*, quod fit ad porrigendam frontem, ut docent Tactici: et ὕστερος hîc est *qui priorem sequitur*, idem quod δεύτερος: nam ut hîc λόχον ὕστερον, τρίτον, τέταρτον, ità mox δεύτερον τοῦτο, τρίτον, τέταρτον habet. Stephanus etiam δεύτερον, pro ὕστερον, laudat in margine: sed mutatione istâ non opus est.

b Εἰς τέτταρας ἄγειν] Deest in plerisque libris illud ἄγειν: quod tamen, à Stephano et Leunclavio admissum, omninò recipiendum putamus.

c Παραγγείλας αὖ, &c.] Libri alii dant παραγγείλας δύο εἰς ἕνα ἰόντων, εἰσῆγε, &c. alii,—δύο εἰς ἕνα ἰέναι τούτων, εἰσῆγε, &c. Placet Stephano, Leunclavio et Budæo, pro ἰόντων reponere ἰέναι. Stephanus etiam οὕτως, potiùs quam τούτων, ante εἰσῆγε locum posse habere existimat: et, tum eo, tum Leunclavio teste, Camerarius αὖ, non δύο, post παραγγείλας, in manu exaratis repperit. Locus omninò turbatus est; nec ulla ex his omnibus, quæ circumferuntur, lectionibus sensum exhibet idoneum. Iis itaque inter se collatis, et conjecturis Stephani et Leunclavii in auxilium vocatis, aliam scripturam ex prioribus illis concinnatam, damus; quæ et sensum haud incommodum præstat, ità huic loco satis convenire videatur, in quo plus vice simplici has ipsas particulas, αὖ et οὕτω, consimili modo adhibuit auctor.

ἕπεσθαι ἐκέλευε· ἢν τὸν τρίτον ἢ τὸν τέταρτον ὡσαύτως παραγγείλας, ἡγεῖτο εἴσω· οὕτω δὴ εἰσαγαγὼν καλέκλινεν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ὥσπερ εἰσεπορεύοντο· τοῦτον ὁ Κῦρος ἀγασθεὶς τῆς τε προθυμίας, καὶ τῆς διδασκαλίας, καὶ τῆς ἐπιμελείας, ἐκάλεσεν αὖ καὶ ταύτην τὴν τάξιν ἐπὶ τὸ δεῖπνον σὺν τῷ ταξιάρχῳ. Παρὼν δέ τις ἐπὶ τὸ δεῖπνον κεκλημένος ἄλλος ταξίαρχος, Τὴν σὴν ἐμὴν, ἔφη, ὦ Κῦρε, τάξιν οὐ καλεῖς εἰς τὴν σκηνήν; καὶ μὴν ὅταν γε παρῇ ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ταῦτα πάντα ποιεῖ· ἢ ὅταν τέλος ἡ σκηνὴ ἔχῃ, ἐξάγει μὲν ὁ οὐραγὸς τῷ τελευταίᾳ λόχᾳ τὸν λόχον, ὑσάτους ἔχων τοὺς πρώτους εἰς μάχην τεταγμένους· ἔπειτα δὲ ὁ οὐραγὸς τῷ ἑτέρᾳ λόχου ἐπὶ τούτοις, καὶ ὁ τρίτος καὶ ὁ τέταρτος ὡσαύτως· ὅπως ἢ ὅταν δέῃ ἀπάγειν ἀπὸ πολεμίων, ἐπίστωνται ὡς δεῖ ἀπιέναι. Ἐπειδὰν δὲ καταστῶμεν εἰς τὸν δρόμον, ἔνθα περιπατῶμεν, ὅταν μὲν πρὸς ἕω ἴωμεν, ἐγὼ ἡγοῦμαι, καὶ ὁ πρῶτος λόχος, πρῶτος, καὶ ὁ δεύτερος ὡς δεῖ, καὶ ὁ τρίτος καὶ ὁ τέταρτος, καὶ αἱ [a]τῶν λόχων δεκάδες καὶ πεμπάδες, ἕως ἂν παραγγέλλω ἐγώ· ὅταν δὲ, ἔφη, πρὸς ἑσπέραν ἴωμεν, ὁ οὐραγός τε καὶ οἱ τελευταῖοι πρῶτοι ἀφηγοῦνται. Ἐμοὶ μέντοι ὅμως πείθονται ὑστέρῳ ἰόντι, ἵνα

tergo sequi: et cùm tertio itidem quartóque præcepisset, ducebat intrò: atque ità cùm eos introduxisset, eodem jussit ordine discumbere, quo ingressi essent: hunc *ergo* Cyrus admiratus, et ob mansuetudinem, et disciplinam, et diligentiam, hanc quoque unà cum præfecto cohortem ad cœnam invitavit. Cùm autem alius quidam cohortis præfectus ad cœnam vocatus adesset, Meam verò, inquit, cohortem ad *tuum hoc* tabernaculum, Cyre, non invitas? atqui *illa* quoties ad cœnam venit, hæc omnia facit; et ubi finis convivio fiat, extremus ultimi manipuli ductor *suum* manipulum educit, qui *quidem* postremos habet primo ad pugnam loco dispositos: deindè post hos extremus alterius manipuli ductor, similique ratione et tertius et quartus; ut etiam quando necesse sit ab hostibus pedem referre, sciant, quo pacto recedere oporteat. Postquam verò in curriculo constitimus, ubi deambulamus, cùm quidem versùs ortum progredimur, ego præire soleo, et primus manipulus primum habet locum, et alter suum, et tertius et quartus, ac manipulorum decuriæ, et quiniones, donec ego jubeam: cùm verò versus occidentem progredimur, *tum* et extremi ductor agminis et *cum eo* postremi primo loco sunt in abitu duces. Ac nihilominùs parent mihi qui proficiscor ultimus, ut

a τῶν λόχων] Pro λοχαγῶν, quod libri quidam pessimè repræsentant, Stephanus et Leunclavius λόχων rectè posuêre, re ipsâ duce, assentientéque etiam MSto Bodleiano.

ἐθίζωνται ἢ ἕπεσθαι, καὶ ἀφηγεῖσθαι, ὁμοίως πειθόμενοι. Καὶ ὁ Κῦρος ἔφη, Ἦ καὶ ἀεὶ τοῦτο ποιεῖτε; Ὁποσάκις γε, ἔφη, ἢ δειπνοποιούμεθα, νὴ Δία. Καλῶ τοίνυν, ἔφη, ὑμᾶς, ἅμα μὲν ὅτι τὰς τάξεις μελεῖτε ἢ προσιόντες καὶ ἀπιόντες, ἅμα δὲ ὅτι καὶ ἡμέρας ἢ νυκτὸς, ἅμα δὲ ὅτι τά τε σώματα περιπατοῦντες ἀσκεῖτε, καὶ τὰς ψυχὰς [a]ὠφελεῖτε διδάσκοντες. Ἐπεὶ οὖν πάντα διπλᾶ ποιεῖτε, διπλῆν ὑμῖν δίκαιον καὶ τὴν εὐωχίαν παρέχειν. Μὰ Δί', ἔφη ὁ ταξίαρχος, μήτοιγε ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ· εἰ μὴ καὶ διπλᾶς τὰς γαστέρας ἡμῖν παρέξεις. Καὶ τότε μὲν δὴ οὕτω τὸ τέλος τῆς σκηνῆς ἐποιήσαντο. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Κῦρος ἐκάλεσε ταύτην τὴν τάξιν, ὥσπερ ἔφη, καὶ τῇ ἄλλῃ. Αἰσθανόμενοι δὲ ταῦτα καὶ οἱ ἄλλοι, τοιοιπὸν πάντες αὐτὰς ἐμιμοῦντο.

Ἐξέτασιν δὲ ποτὲ τῶ Κύρου πάντων ποιουμένω ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ σύνταξιν, ἦλθε παρὰ Κυαξάρου ἄγγελος, λέγων ὅτι Ἰνδῶν παρεῖη πρεσβεία· Κελεύει οὖν σε ἐλθεῖν ὡς τάχιστα. Φέρω δέ σοι, ἔφη ὁ ἄγγελος, καὶ στολὴν τὴν καλλίστην παρὰ Κυαξάρου· βούλεται γάρ σε ὡς εὐκοσμότατα καὶ λαμπρότατα προσελθεῖν, ὡς ὀψομένων τῶν Ἰνδῶν ὅπως ἂν προσίῃς. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος,

et sequi et præire pari cum obedientiâ consuescant. Et Cyrus inquit, Hoccine semper facitis? Profectò, respondit ille, quoties cœnam instruimus. Vos igitur, inquit, *ad cœnam* voco, partim quòd et in accedendo et in abeundo studiosè servatis ordines, partim quòd *illud* et interdiu et noctu *facitis*, partim quòd et corpora deambulando exercetis, et animos docendo meliores redditis. Quandoquidem igitur omnia duplicia facitis, æquum est vobis etiam duplex epulum præberi. Minimè profectò, ait cohortis *illius* præfectus, uno quidem die; nisi nobis duplices etiam ventres dabis. Ac tum quidem hoc pacto finem hujus convivii fecêre. Postridiè autem Cyrus illum ordinem, quemadmodùm dixerat, et sequenti die vocavit. Quæ cùm cæteri animadverterent, omnes deinceps eos imitabantur.

Cùm autem Cyrus aliquando *militem* universum in armis lustraret et instrueret, à Cyaxare venit nuntius, qui diceret ab Indis legatos adesse: Quapropter te quamprimùm *ad se* venire jubet *Cyaxares*. Quin et vestem, inquit nuntius, pulcherrimam à Cyaxare tibi fero: te enim quàm ornatissimè splendidissiméque advenire cupit: quippe quia Indi spectaturi sunt, quo cultu accedas. Hæc cùm audisset Cyrus,

a Ὠφελεῖτε] Stephanus primus verbum hoc à margine ad proprium suum locum revocavit: quam emendationem præcedentium verborum, περιπατοῦντες ἀσκεῖτε, structura postulat, firmátque MSti Bodl. auctoritas. Alii autem libri dant ὠφελεῖν.

παρήγγειλε τῷ πρώτῳ τεταγμένῳ ταξιάρχῳ εἰς μέτωπον στῆναι, ἐφ' ἑνὸς ἄγοντα τὴν τάξιν, ἐν δεξιᾷ ἔχοντα ἑαυτόν. καὶ τῷ δευτέρῳ ἐκέλευσε ταῦτα τοῦτον παραγγεῖλαι, καὶ διὰ πάντων οὕτω παραδιδόναι ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ πειθόμενοι ταχὺ μέντοι παρήγγελλον, ταχὺ δὲ τὰ παραγγελλόμενα ἐποίουν· ἐν ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ ἐγένετο τὸ μὲν μέτωπον [a] ἐπὶ διακοσίων τοσοῦτοι γὰρ ἦσαν οἱ ταξίαρχοι), τὸ δὲ βάθος ἐφ' ἑκατόν. Ἐπεὶ δὲ κατέστησαν, ἕπεσθαι ἐκέλευσεν ὡς ἂν αὐτὸς ἡγῆται· καὶ εὐθὺς τροχάζων ἡγεῖτο. Ἐπεὶ δὲ κατενόησε τὴν ἀγυιὰν, τὴν πρὸς τὸ βασίλειον φέρουσαν, στενοτέραν οὖσαν, ἢ ὡς ἐπὶ μετώτου πάντας ἰέναι. [b] παραγγείλας τὴν πρώτην χιλιοστὺν ἕπεσθαι κατὰ χώραν, τὴν δὲ δευτέραν κατ' οὐρὰν ταύτης ἀκολουθεῖν, καὶ διαπαντὸς οὕτως, αὐτὸς μὲν ἡγεῖτο οὐκ ἀναπαυόμενος, αἱ δὲ ἄλλαι χιλιοστύες κατ' οὐρὰν ἑκάστη τοῖς ἔμπροσθεν εἵποντο. Ἔπεμψε δὲ καὶ ὑπηρέτας δύο ἐπὶ στόμα τῆς ἀγυιᾶς

imperavit præfecto cohortis loco primo in acie constituto, ut in fronte consisteret, cohorte singulatim ductâ, latus ipse dextrum tenens: et jussit hunc eadem secundo imperare, et per omnes sic *imperata* tradi jussit. Illi dicto audientes et celeriter quidem *hæc* imperant, et celeriter imperata faciunt: brevíque tempore frons ad ducentos (tot enim erant cohortium præfecti), altitudo *agminis* ad centum habuit. Cùm jam *hoc ordine* constitissent, eos ità sequi jussit, ut ipse præcederet: et mox citato gradu præcedebat. At ubi viam, quæ ad regiam tendebat, arctiorem esse animadvertisset, quàm ut omnes in fronte progredi possent, jussis primis *in ordine* millenis militibus *ità se* sequi, ut collocati fuerant, alterísque hos à tergo sequi, et cæteris *deinceps* omnibus eodem servato ordine *procedere*, ipse sine intermissione præibat, aliique milleni milites *totidem* præcedentes à tergo subsequebantur. Ministros etiam duos ad viæ aditum misit,

a Ἐπὶ διακοσίων] Hanc scripturam omnes libri tuentur; pro eâ tamen τριακοσίων reponi debere contendit Leunclavius. Cùm enim, inquit, XXXCIↃ Persarum in exercitu Cyri fuerint, et hos omnes tunc lustratos instructósque fuisse paulò ante memoretur; necesse erit hîc, pro ἐπὶ διακοσίων, scribi ἐπὶ τριακοσίων: cùm centies ducenti sint XXCIↃ duntaxat, centies verò trecenti, XXXCIↃ, qui numerus integer hujus exercitûs erat. Sic ille. At nihil forsan impedit, quo minùs statuamus, Cyri hanc phalangem ex XXCIↃ constitisse, reliqua autem XCIↃ alarum locum obtinuisse.

b Παραγγείλας τὴν, &c.] Sic rescripsi, Gabrielium et Camerarium secutus: Vulgò erat, παραγγείλας τὴν πρώτην χιλιοστὺν ἕπεσθαι κατὰ χώραν, τὴν δευτέραν κατ' οὐρὰν ταύτης ἀκολουθεῖν ἔταξε, καὶ διαπαντὸς οὕτως αὐτὸς μὲν, &c. Ego verò illud ἔταξε, à librariis additum, delendum, et notam distinctionis post οὕτως ponendam puto: sic demum facilis loci sensus exoritur, qui anteà omninò erat impeditus. Stephanus quidem vulgatam lectionem depravatam esse vidit; ideòque particulam δὲ inter τὴν et δευτέραν inserendam curavit, et ad illud ἔταξε positâ suspectæ lectionis notâ, in margine scribit aliam dari hujus loci lectionem, quæ non agnoscit ἔταξε nec καὶ ante διαπαντὸς.

ὅπως εἴ τις ἀγνοίη, σημαίνοιεν τὸ δέον ποιεῖν. Ὡς δὲ ἀφίκοντο ἐπὶ τὰς Κυαξάρους θύρας, παρήγγειλε τῷ πρώτῳ ταξιάρχῳ τὴν τάξιν εἰς δώδεκα τάττειν βάθος, τοὺς δὲ δωδεκάρχας ἐν μετώπῳ καθίσάναι περὶ τὸ βασίλειον· καὶ τῷ δευτέρῳ ταυτὰ ἐκέλευσε παραγγεῖλαι, καὶ διαπαντὸς οὕτως. Οἱ μὲν δὴ ταῦτ' ἐποίουν· ὁ δ' εἰσήει πρὸς τὸν Κυαξάρην ἐν τῇ Περσικῇ στολῇ [a] ἠδέν τι ὑβρισμένῃ. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Κυαξάρης, τῷ μὲν τάχει ἥσθη, τῇ δὲ φαυλότητι τῆς στολῆς ἠχθέσθη, καὶ εἶπε, Τί τοῦτο, ὦ Κῦρε; οἷον πεποίηκας, οὕτω φανεὶς τοῖς Ἰνδοῖς; Ἐγὼ δ', ἔφη, ἐβουλόμην σε ὡς λαμπρότατον φανῆναι· καὶ γὰρ ἐμοὶ κόσμος ἂν ἦν τοῦτο, ἐμῆς ὄντα ἀδελφῆς υἱὸν, ὅτι μεγαλοπρεπέστατον φαίνεσθαι. Καὶ ὁ Κῦρος πρὸς ταῦτα εἶπε, Καὶ πολέρως ἂν, ὦ Κυαξάρη, μᾶλλόν σε ἐκόσμουν, εἴπερ πορφυρίδα ἐνδὺς, καὶ φέλλια λαβὼν, καὶ στρεπτὸν περιθέμενος, σχολῇ κελεύοντί σοι ὑπήκουόν σοι, ἢ νῦν, ὅτε σὺν τοσαύτῃ καὶ τοιαύτῃ δυνάμει ἅτως ὀξέως σοι ὑπακούω, διὰ τὸ σὲ τιμᾶν, ἱδρῶτι καὶ σπουδῇ καὶ αὐτὸς κεκοσμημένος, καὶ σὲ κοσμῶν, καὶ τοὺς ἄλλους

qui, quid facto opus esset, si quem fugeret, significarent. Cùm autem Cyaxaris ad portam pervenissent, præfecto primæ cohortis imperat, sic cohortem instrueret, ut ejus altitudo duodenos contineret, præfectos autem duodenûm militum propter regiam in fronte constitueret; atque eadem secundo jubet imperari, et sic deinceps omnibus. Atque hæc illi quidem faciebant: *Cyrus* autem ipse ad Cyaxarem veste *indutus* Persicâ ambitionem minimè indicanti ingressus est. Et Cyaxares eum cùm vidisset, celeritate quidem delectabatur, at vilitate vestis offensus erat, dixitque, Quid hoc, Cyre, est? cujusmodi rem facis, qui habitu tali in conspectum Indorum venis? Ego verò te quàm splendissimum conspici volebam: nam hoc mihi ornamento fuisset, *te*, meæ sororis filium, quàm magnificentissimè ornatum conspici. Et Cyrus ad hæc respondit, Utro te modo, Cyaxares, magìs ornâssem, si purpurâ indutus, adhibitis armillis, et torquatus, tibi mandanti lentè paruissem, an nunc *potiùs*, cùm tali tantóque *stipatus* exercitu, tam velociter, honoris tui causâ, tibi pareo, sudore et celeritate cùm ipse ornatus *adsum*, tum te orno, et cæteros *etiam*

a Οὐδέν τι ὑβρισμένην] Rectè notavit Cl. Lambertus Bos in *Observ. Miscel.* ἠβρισμένον eleganter dici id quod *ambitiosum est*, et *insolenter ornatum*. Sic apud Eurip. *Phœnis.* v. 1118, et seq.

——οὐ σημεῖ' ἔχων
Ὕβρισμά', ἀλλὰ σαφρόνως ἀσημ' ὅπλα.

Ubi scholiastes hæc: Οὐκ ἔχων—σημεῖα ὑπερήφανα ἢ μετ' ἀλαζονείας. Ælian. item *Var. Hist.* l. i, c. 31, ubi agit de lege Persarum, quando rex in Perside equitat, omnes, inquit, ei munera offerunt, agricolæ et opifices, sed ἠδέν τῶν ὑβρισμένων, οὐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν, i. e. *nihil eorum quæ ambitiosa, aut valdè pretiosa sunt*. Et à Xenophonte quidem ipso mox exponitur στολὴ ἠδέν τι ὑβρισμένη, per στολὴν φαύλην, *vilem stolam*, sive, per φαυλότητα τῆς στολῆς.

ἐπιδεικνύς σοι ὅτω πειθομένως; Κῦρος μὲν δὴ ταῦτα εἶπεν· ὁ δὲ Κυαξάρης νομίσας αὐτὸν ὀρθῶς λέγειν, ἐκέλευσεν ἄγειν τοὺς Ἰνδούς. Οἱ δ' Ἰνδοὶ εἰσελθόντες ἔλεξαν ὅτι πέμψειε σφᾶς ὁ Ἰνδῶν βασιλεύς, καὶ κελεύσειεν ἐρωτᾶν, ἐξ ὅτου ὁ πόλεμος εἴη Μήδοις τε καὶ τῷ Ἀσσυρίῳ· ἐπεὶ δὲ σφ' ἀκούσαιμεν, ἐκέλευσεν αὖ ἐλθόντας πρὸς τὸν Ἀσσύριον, καὶ ἐκείνου τὰ αὐτὰ ταῦτα πυθέσθαι· τέλος δ' αὖ ἀμφοτέροις ὑμῖν εἰπεῖν ὅτι ὁ Ἰνδῶν βασιλεύς, τὸ δίκαιον σκεψάμενος, φαίη μετὰ τοῦ ἀδικουμένου ἔσεσθαι. Πρὸς ταῦτα ὁ Κυαξάρης εἶπεν, Ἐμοῦ τοίνυν ἀκούετε, ὅτι οὐκ ἀδικοῦμεν τὸν Ἀσσύριον οὐδέν· ἐκείνου δ' ἐλθόντες πυνθάνεσθε, ὅ, τι λέγει. Παρὼν δὲ ὁ Κῦρος ἤρετο τὸν Κυαξάρην, Ἦ καὶ ἐγώ, ἔφη, εἴπω ὅ, τι γιγνώσκω; Καὶ ὁ Κυαξάρης ἐκέλευσεν. Ὑμεῖς μὲν τοίνυν, ἔφη, ἀπαγγείλατε τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ τάδε (εἰ μή τι ἄλλο δοκεῖ Κυαξάρει), ὅτι φαμὲν ἡμεῖς, εἴ τι φησὶν ὑφ' ἡμῶν ἀδικεῖσθαι ὁ Ἀσσύριος, αἱρήσεσθαι αὐτὸν τὸν τῶν Ἰνδῶν βασιλέα δικασήν. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσαντες ᾤχοντο. Ἐπειδὴ δὲ οἱ Ἰνδοὶ ἐξῆλθον, ὁ Κῦρος πρὸς τὸν Κυαξάρην ἤρχετο λόγου τοιοῦδε·

Ὦ Κυαξάρη, ἐγὼ μέντοι ἦλθον οὐδέν τοι πολλὰ ἔχων ἴδια χρήματα οἴκοθεν· ὁπόσα δ' ἦν, τούτων πάνυ ὀλίγα λοιπὰ ἔχω· ἀνήλωκα δὲ, ἔφη, εἰς τοὺς στρατιώτας· καὶ τοῦτο ἴσως

tibi tantoperè obsequentes exhibeo? Cyrus sanè hæc dixit: Cyaxares autem eum rectè dicere arbitratus, Indos introduci jussit. Indi verò ingressi se missos à rege Indorum aiebant, et jussos interrogare, quâ de re bellum inter Medos et Assyrium *susceptum* esset; ac te *quidem* postquam audîssemus, *nos* ad Assyrium quoque proficisci, et de his ipsis ab illo etiam percunctari jussit: tandem verò utrique vestrûm nuntiare, regem Indorum dicere, se juris *et æqui* ratione habitâ, staturum ab illo cui fieret injuria. Ad hæc respondit Cyaxares, Me igitur audite, nullâ nos omninò injuriâ Assyrium afficere: quid ipse dicat, profecti *ad eum* exquirite. Cyrus autem, qui aderat, Cyaxarem interrogavit, *et*, Num ipse etiam, inquit, dicam quod sentio? Et Cyaxares *eum loqui* jussit. Vos igitur, ait, Indorum regi hæc nuntiate (nisi quid aliud Cyaxari videatur), dicere nos, si quam à nobis *sibi* factam injuriam dicat Assyrius, ipsum nos Indorum regem judicem eligimus. His illi auditis abierunt. Cùm autem egressi essent Indi, Cyrus ad Cyaxarem hujusmodi sermone cœpit uti:

Equidem *ad te*, Cyaxares, veni, non multas *mecum* pecunias meas domo ferens; quæ autem *mihi* erant, earum exiguam admodùm summam reliquam habeo; quippe qui in milites, ait, *eas* expenderim: ac tu forsan

θαυμάζεις σὺ, πῶς ἀνήλωκα ἐγὼ, σὲ αὐτοὺς τρέφοντος; Εὖ ἴσθι, ἔφη, ὅτι οὐδὲν ἄλλο ποιῶν, ἢ τιμῶν καὶ χαριζόμενος, ὅταν τινὰ ἀγασθῶ τῶν στρατιωτῶν. Δοκεῖ γάρ μοι, ἔφη, πάντας μὲν, ὃς ἂν τις βούληται ἀγαθὸς συνεργὸς ποιεῖσθαι ὁ ποιοῦντος πράγματος, ἥδιον εἶναι εὖ τε λέγοντα καὶ εὖ ποιοῦντα παροξύνειν, μᾶλλον, ἢ λυποῦντα καὶ ἀναγκάζοντα· ὃς δὲ δὴ τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἔργων ποιήσασθαί τις βούλοιτο συνεργὸς προθύμως, τούτους παντάπασιν ἔμοιγε δοκεῖ ἀγαθοῖς θηρατέον εἶναι καὶ λόγοις καὶ ἔργοις. Φίλους γὰρ, οὐκ ἐχθροὺς, δεῖ εἶναι, τοὺς μέλλοντας ἀπροφασίστως συμμάχους ἔσεσθαι, καὶ μήτε ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τῷ ἄρχοντι φθονήσοντας, μήτε ἐν τοῖς κακοῖς προδώσοντας. Ταῦτ' οὖν ἐγὼ οὕτω προγινώσκων, χρημάτων δοκῶ προσδεῖσθαι. Πρὸς μὲν οὖ σὲ πάντα ὁρᾷν, ὃν αἰσθάνομαι δαπανῶντα πολλὰ, ἄτοπόν μοι δοκεῖ εἶναι· σκοπεῖν δ' ἀξιῶ κοινῇ καὶ σὲ καὶ ἐμὲ, ὅπως σὲ μὴ ἐπιλείψῃ χρήματα. Ἦν γὰρ σὺ ἄφθονα ἔχῃς, οἶδ' ὅτι καὶ ἐμοὶ εἴη λαμβάνειν ὁπότε δεοίμην, ἄλλως τε καὶ εἰ εἰς τοιοῦτόν τι λαμβάνοιμι, [a] ὃ μέλλει καὶ

miraris, quo pacto expenderim, eos cùm tu alas. *Verum* certò scias, inquit, me non aliter eas expendisse, quàm præmiis tribuendis et largiendo, quoties aliquem militum suspicerem. Nam mea hæc sententia est, inquit, omnes, quoscunque *sibi* quis fideles adjutores quâcunque in re gerendâ efficere velit, suavius esse benè tum dicendo tum faciendo potiùs *ad ejusmodi munus* excitare, quàm offendendo et cogendo: et quos quidem in rebus bellicis adjutores *sibi* alacres quispiam conciliare velit, eos omninò et dictis bonis et factis captandos arbitror. Amicos enim, non inimicos, oportet esse, qui sine excusatione *tergiversationéque* in bello socii futuri sint, nec in secundis imperatoris rebus invidi, nec in adversis futuri sint proditores. Hæc igitur ego cùm ità *apud animum* statuta habeam, pecuniis mihi pluribus opus esse puto. Cæterùm ad te in omnibus respicere, quem sumptus graves facere intelligo, mihi absurdum videtur; communiter autem tibi et mihi providendum arbitror, nè te pecuniæ deficiant. Nam tibi si abundè suppetant, scio mihi quoque facultatem fore accipiendi, cùm opus erit; præsertim si *eas* in ejusmodi quendam usum accipiam, in quem quod expensum fuerit

a Ὃ μέλλει καὶ, &c.] Sub his verbis mendum delitescere suspicatur Stephanus, et vel legendum εἰς ὃ, vel ὃ in οὗ, *ubi*, mutandum, putat. At leniori forsan ellipseos ope locum sartum tectum præstare licet. Apud auctores certè non desunt exempla præpositionis εἰς simili ferè modo ante suum casum subaudiendæ. Sic apud Thucyd. καὶ τῇ κρήνῃ, τῇ νῦν μὲν, τῶν τυράννων ὄντων σκευασάντων, Ἐννεάκρουνῳ καλουμένῃ· τὸ δὲ πάλαι φανερῶν τῶν πηγῶν οὐσῶν, Καλλιρρόῃ ὀνομασμένῃ, ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ, τὰ πλείστα ἄξια ἐχρῶντο, l. ii, p. 94, edit. Oxon. Schol. ad hæc verba, τὰ πλείστα ἄξια ἐχρῶντο, inquit, λείπει εἰς· ἢ ἦ, εἰς τὰ πλείστα, &c.

σοι δαπανηθὲν βέλτιον εἶναι. Ἔναγχος οὖν ποτέ σου μέμνημαι ἀκούσας, [a] ὡς ὁ Ἀρμένιος καταφρονοίη σε νῦν, ὅτι ἀκούει τὰς πολεμίας προσιόντας ἐφ' ἡμᾶς· καὶ ὅτε στράτευμα πέμποι, ὅτε τὸν δασμὸν, ὃν ἔδει, ἀπάγοι. Ποιεῖ γὰρ ταῦτα, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἐκεῖνος· ὥστε ἐγώ τε ἀπορῶ, πότερόν μοι κρεῖττον στρατεύεσθαι καὶ πειρᾶσθαι ἀνάγκην αὐτῷ προσθεῖναι, ἢ λυσιτελεῖ ἐάσαι ἐν τῷ παρόντι, μὴ καὶ τοῦτον πολέμιον πρὸς τοῖς ἄλλοις προσθώμεθα. Καὶ ὁ Κῦρος ἐπήρετο, [b] Αἱ δ' οἰκήσεις αὐτῷ πότερον ἐν ἐχυροῖς χωρίοις εἰσὶν, ἢ ἐν εὐεφόδοις; Καὶ ὁ Κυαξάρης εἶπεν, Αἱ μὲν οἰκήσεις γε πάνυ ἐν ἐχυροῖς· ἐγὼ γὰρ τοῦτο γε οὐκ ἠμέλησα· ὄρη μέντοι ἐστὶν, ἔνθα δύναιτ' ἂν ἀπελθὼν, ἐν τῷ παραχρῆμα ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι, τοῦ μήτ' αὐτός γε ὑποχείριος γενέσθαι, μηδὲ ὅσα

tibi etiam majus commodum adlaturum est. Nuper igitur audire de te memini, Armenium te nunc contemnere, qui hostes adversùm nos adventare audiat; ac neque copias mittere, neque tributum debitum adferre. Nimirum, inquit, facit hæc ille, Cyre: ut equidem dubius sim animi, utrum mihi melius sit bello *eum* adgredi, et ad cogendum vires *nostras* conferre, an expediat in præsens missum eum facere, nè hunc etiam hostem cæteris illis adjungamus. Et Cyrus interrogabat, Num verò domicilia ejus munitis in locis *sita* sunt, an iis quæ facilè adiri possint? Domicilia quidem *ejus*, respondit Cyaxares, non admodùm munitis in locis *sita sunt*; nam illam ego rem non neglexi: sunt tamen montes, in quos si se recipiat, statim *sic* tutus esse possit, ut nec ipse in potestatem alicujus redigi possit, nec quæcunque

a Ὡς ὁ Ἀρμένιος, &c.] Armenius nempè, cùm audîsset Assyriorum regem tot gentes (p. 45, suprà memoratas) ad arma contra Cyaxarem capienda concitâsse, ratus se jam felicem recuperandæ libertatis occasionem nactum esse, neque auxilium illi misit, neque tributum solvit; contra pacta conventa quæ, ab Astyage bello superatus, cum Medis hâc de re inierat. Accidit hæc Armenii defectio, ex Usserii sententiâ, anno M. 3447, Julianæ periodi 4157, ante æram Christianam 557, tertio autem regnantis Neriglissaris anno, qui Evilmerodacho in Assyriorum imperio successerat.

b Αἱ δ' οἰκήσεις αὐτῷ, &c.] Vulgò, αὐτῶν. Quæ utcunque ferri possit lectio, ei tamen hanc, quam damus, à Stephano meritò prælatam arbitror. Nam quæ præcedunt et mox sequuntur verba, ad ipsum Armeniæ regem, non populum ejus imperio subjectum, potissimùm spectant. Interpretes quoque veteres, Gabrielium volo et Philelphum, hanc nostram lectionem secutos video. Armeniæ autem, apud auctores, plures nominantur montes; et de his *Paryadres*, qui dicitur, propter aquas, sylvas, et præruptos vertices, tutissimum esse receptaculum. Et toti quidem regioni huic montes nomen dedisse videantur: Græcísque adeò fides haud habenda est, qui id eam ab *Armeno* quodam, Jasonis comite, traxisse finxerunt. Bochartum audio libentiùs, qui, in *Phaleg.* l. i, c. 3, putat הר־מני, quasi montem *Minni*, primogenium nomen esse; in quâ opinione firmatum se dicit, Jonathanis Chaldæi et Symmachi interpretationibus ejusdem loci, Amos iv, 3, ההרמונה והשלכתנה quem Jonathan ità exponit, טורי הרמיני מן, *ultra montes Harmini*, id est, *Armeniæ*: de Symmacho autem Theodoretus: ὁ δὲ Σύμμαχος τὸ Ἀρμανὰ Ἀρμενίαν ἠρμήνευσεν, *Symmachus vocem* ARMANA *Armeniam* interpretatus est. Hieronymus in locum: et *transferri in Armon, montes Armeniæ, qui Medis Persisque confines sunt.*

ἐνταῦθα δύναιτο ὑπεκκομίσασθαι, εἰ μή τις πολιορκοίη προσκαθήμενος, ὥσπερ ὁ ἐμὸς παὶὴρ ποτὲ ἐποίησεν. Ἐκ τούτου δὲ ὁ Κῦρος λέγει τάδε, Ἀλλ' εἰ θέλεις ἐμὲ πέμψαι, ἱππέας μοι προσθεὶς, ὁπόσοι δοκοῦσιν ἱκανοὶ εἶναι, οἶμαι ἂν, σὺν τοῖς θεοῖς, ποιῆσαι αὐτὸν καὶ τὸ στράτευμα πέμπειν, καὶ ἀποδοῦναι τὸν δασμόν σοι· ἔτι δὲ ἐλπίζω καὶ φίλον αὐτὸν μᾶλλον ἡμῖν ἔσεσθαι, ἢ νῦν ἐσι. Καὶ ὁ Κυαξάρης εἶπε, Καὶ ἐγὼ ἐλπίζω ἐκείνους ἐλθεῖν πρός σε μᾶλλον, ἢ πρὸς ἡμᾶς. Ἀκούω γὰρ καὶ συνθηρευτάς τινας τῶν παίδων αὐτοῦ σοι γενέσθαι, ὥσε ἴσως ἂν καὶ πάλιν ἔλθοιεν πρός σε· ὑποχειρίων δὲ γενομένων τινῶν αὐτῶν, πάντ' ἂν πραχθείη, ἢ ἡμεῖς βουλόμεθα. Οὐκοῦν δοκεῖ σοι, ἔφη ὁ Κῦρος, σύμφορον εἶναι, τὸ λεληθέναι ἡμᾶς ταῦτα βουλεύοντας; Μᾶλλόν γ' ἂν οὖν, ἔφη ὁ Κυαξάρης, καὶ ἔλθοι τις αὐτῶν εἰς χεῖρας, καὶ εἴ τις ὁρμῷτο ἐπ' αὐτούς, ἀπαρασκευαστότεροι ἂν λαμβάνοιντο. Ἄκουε τοίνυν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἤν τι σοὶ δόξω λέγειν. Ἐγὼ πολλάκις δὴ σὺν πᾶσι τοῖς μετ' ἐμοῦ Πέρσαις τεθήρακα ἀμφὶ τὰ ὅρια τῆς σῆς χώρας καὶ τῆς τῶν Ἀρμενίων, καὶ ἱππέας δὲ ἤδη τινὰς προσλαβὼν τῶν ἐνθένδε ἑταίρων ἀφικόμην. Τὰ μὲν τοίνυν ὅμοια ποιῶν, ἔφη ὁ Κυαξάρης, οὐκ ἂν ὑποπτεύοιο· εἰ δὲ πολὺ πλείων ἡ δύναμις

in illos clam subvehenda curaverit, nisi quis *eum* diutiùs ibidem hærendo obsideat, quemadmodùm pater meus olim fecit. Tum Cyrus hæc verba facit, Si autem mittere me voles, *tantâ* equitum manu mihi adjunctâ, quanta sufficere videatur, arbitror *me*, diis juvantibus, effecturum ut et copias mittat, et tributum tibi pendat; immò præter hæc spero confore ut nobis sit, quàm nunc est, amicior. Et Cyaxares inquit, Ego quoque spero illos ad te libentiùs accessuros, quàm ad nos. Nam quosdam ex ipsius liberis tecum *olim* venari solitos audio, iíque adeò fortassìs ad te rursùs accesserint: eorum verò quibusdam in potestatem *tuam* redactis, omnia confici ex animi nostri sententiâ possint. Nempè, inquit Cyrus, tibi conducere videtur, nostra hæc ut celentur consilia? Imò certè *hoc facto*, ait Cyaxares, et faciliùs ipsorum aliquis in potestatem *nostram* venerit, et si quis in eos impetum faciat, minùs paratos deprehenderit. Audi igitur, inquit Cyrus, si aliquid dicere tibi videbor. Ego quidem sæpè cum omnibus, qui mecum sunt, Persis, ad tuæ Armeniorumque regionis fines venatus sum, atque etiam aliquando quibusdam equitibus hinc è numero sociorum *nostrorum* adsumptis, *illuc* accessi. Ergo minimè suspectus fueris, ait Cyaxares, si his consimilia facias: sin autem majores copiæ conspiciantur, quàm qui-

Φαίνοιτο ἧς εἰώθεις ἔχων θηρᾶν, τοῦτο ἤδη, ὕποπτον ἂν γίγνοιτο. Ἀλλ' ἔσιν, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ πρόφασιν κατασκευάσαι καὶ ἐνθάδε οὐκ ἀπίθανον· καὶ ἤν τις ἐκεῖσε ἐξαγγείλῃ ὡς ἐγὼ βουλοίμην μεγάλην θήραν ποιῆσαι, καὶ ἱππέας, ἔφη, αἰτοίην ἄν σε ἐκ τῶ φανερῶ. Κάλλις', ἔφη, λέγεις, ὁ Κυαξάρης· ἐγὼ δέ σοι οὐκ ἐθελήσω διδόναι πλὴν μειρίους τινὰς, ὡς βουλόμενος πρὸς τὰ φρούρια ἐλθεῖν τὰ πρὸς τῇ Ἀσσυρίᾳ. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι, ἔφη, βούλομαι ἐλθὼν κατασκευάσαι αὐτὰ ὡς ἐχυρώτατα. Ὁπότε δὲ σὺ προεληλυθοίης σὺν ᾗ ἔχεις δυνάμει, ἢ θηρῴης, ἢ δὴ δύο ἡμέρας, πέμψαιμι ἄν σοι ἱκανοὺς ἱππέας ἢ πεζοὺς τῶν παρ' ἐμοὶ ἠθροισμένων, οὓς σὺ λαβὼν, εὐθὺς ἀνίοις· καὶ αὐτὸς δὲ ἔχων τὴν ἄλλην δύναμιν πειρῴμην μὴ πρόσω ὑμῶν εἶναι, ἵνα, εἴπερ καιρὸς εἴη, ἐπιφανείην.

Οὕτω δὴ ὁ μὲν Κυαξάρης εὐθέως πρὸς τὰ φρούρια ἤθροιζεν ἱππέας τε καὶ πεζούς, καὶ ἁμάξας δὲ σίτου προέπεμπε τὴν ἐπὶ τὰ φρούρια ὁδόν. Ὁ δὲ Κῦρος εὐθέως ἐθύετο ἐπὶ τῇ πορείᾳ, καὶ ἅμα [a] πέμπων ἤτει τὸν Κυαξάρην τῶν νεωτέρων ἱππέων.

bus uti ad venandum consuevisti, id demùm suspicioni locum dederit. At licet, inquit Cyrus, causam quandam ad persuadendum haud parum aptam et hîc prætexere ; et si quis famam istò deportet, velle me magnam venationem instituere, et *si* palam, ait, equites *ego* abs te petam. Optimè dicis, inquit Cyaxares : ego verò tibi non volam præter modicos quosdam dare, quasi qui ad castella Assyriæ finitima profecturus sim. Nam revera quidem, inquit, mihi in animo est *illò* proficisci, ut ea quàm munitissima reddam. Tu verò tuis cum copiis ubi progressus fueris, ac jam biduum venando consumpseris, mittam tibi quot suffecerint equites peditésque de iis qui apud me collecti sunt, quos ubi acceperis, statim pergas; ipse verò cum reliquis copiis, nè procul à vobis absim, enitar ; ut, sicubi opportunum fuerit, conspiciendum me præbeam.

Hoc igitur modo Cyaxares quidem statim et equites et pedites ad castella cogebat, atque etiam currus cum commeatu eâ, quæ ad castella *ducerent*, viâ præmittebat. Cyrus autem, profectionis causâ, confestim rem divinam faciebat, ac simul mittit qui à Cyaxare de equitibus *aliquos* peterent.

a Πέμπων ἤτει, &c.] Libri nonnulli exhibent—ἐπὶ τῶν νεωτέρων ἱππέων· In Aldinâ verò, Florent. et Stephani editionibus non occurrit ista præpositio. Muretus eam ante τὸν Κυαξάρην ponendam putat : atque hunc sanè locum obtinet in MSto Bodleiano. Mihi autem præpositio ad tuendam loci integritatem minimè necessaria videtur : quippe qui ellipticam exhibeat loquendi rationem, ab auctoribus subindè usurpatam. De usu verbi πέμπω, pro πέμπω πρίσζυν, πρίσζεις, vel aliquo simili simpliciter posito, lis nulla moveri potest. Unum tantùm hujusmodi exemplum proferam. in quo ἤτει, perindè atque in hoc loco, participium, à πέμπω formatum, statim subsequitur : πέμψας γὰρ ἤτει παρ' αὐτῶν νεανίας χιλίους. Plutarc. *Amator. Narrat.* p. 772, tom. ii. Porrò,

Ὁ δὲ, πάνυ πολλῶν βουλομένων ἕπεσθαι, ὀλίγοις ἔδωκεν αὐτῷ. Προεληλυθότος δ' ἤδη τοῦ Κυαξάρους σὺν δυνάμει καὶ πεζικῇ καὶ ἱππικῇ τὸν πρὸς τὰ φρούρια ὁδὸν, γίγνεται τῷ Κύρῳ τὰ ἱερὰ ἐπὶ τὸν Ἀρμένιον ἰέναι καλά· καὶ ὅτως ἐξάγει δὴ ὡς εἰς θήραν παρεσκευασμένος. Πορευομένῳ δὲ αὐτῷ εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ χωρίῳ ὑπανίσαται λαγώς· [a] ἀετὸς δ' ἐπιπτάμενος αἴσιος ὡς κατεῖδε τὸν λαγὼ φεύγοντα, ἐπιφερόμενος ἔπαισέ τε αὐτὸν, καὶ συναρπάσας ἐξῆρε, καὶ ἀπενεγκὼν ἐπὶ λόφον τινὰ ὀλίγον πρόσω, ἐχρῆτο τῇ ἄγρᾳ ὅ, τι ἤθελεν. Ἰδὼν δ' ἂν ὁ Κῦρος τὸ σημεῖον, ἥσθη τε καὶ προσεκύνησε Δία βασιλέα, καὶ εἶπε πρὸς τοὺς παρόντας, Ἡ μὲν θήρα καλὴ ἔσαι, ὦ ἄνδρες, ἢν θεὸς θέλῃ. Ὡς δὲ πρὸς τοῖς ὁρίοις ἐγένοντο, εὐθὺς, ὥσπερ εἰώθει, ἐθήρα· καὶ τὸ μὲν

Ille verò, licèt admodùm multi sequi vellent, non multos *tamen* ei concessit. Et Cyaxare jam cum copiis equitum peditumque viâ, quæ ad castella ducebat, progresso, Cyro sacra de suscipiendâ in Armenium expeditione auspicata fuerunt; itaque ergò *suos* educit, quasi se ad venandum parâsset. Et cùm jam iter faceret, mox primo in agro exsurgit lepus: et aquila dextrâ advolans, cùm leporem fugientem despexisset, irruens percussítque eum, correptúmque sustulit, et cùm proximum in collem deportâsset, pro libidine prædâ usa est. Cyrus hoc quidem signo viso, delectatúsque est, et Jovem regem adoravit, et ad eos qui aderant dixit, Hæc sanè nobis, viri, venatio prospera, volente Deo, futura est. Cùm autem ad fines perventum esset, statim, more suo, venabatur: ac

τινὰς, ante τῶν νεωλέων ἱππέων, per ellipsin deesse puto; adeò ut plenè in hunc modum diceretur,——ἦγε τὸν Κυαξάρην τινὰς τῶν νεωτέρων ἱππέων. Hanc loquendi formam jam paulò antè, et alibi sæpè, usurpavit Xenophon; ὁ ἱππέας δὲ ἤδη τινὰς προσλαβὼν τῶν ἐνθένδε ἑταίρων— et lib. v, Cyro et Gobryâ inter se conloquentibus,—ἵνα σὺ τούτων τινὰ αἰτήσωμαι.—Apud auctores autem τὶς pati solet ellipsin:

Οὕτω μὲν κάλλιστος Ἕλλας μακάρων ἀριθμεῖται.

Theocrit. Idyl. ιγ', v. 72, id est, τὶς vel εἷς μακάρων. Et hunc Hellenismum imitatum esse Horatium observant interpretes:

Fies nobilium tu quoque fontium,
Me dicente, &c. Od. xiii, lib. 3.

Hæc duo loca ab Hor. Vitringa in *Animadv. ad Commentar. Joannis Vorstii de Hebraïsmis Nov. Test.* adlata video. Hic enim *Philolog. Sacrâ*, p. 137, *in decimâ nonâ* Hebraïsmorum classe temerè reposuit locutionem istam:—ὃ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, &c. Mat. xxiii, 34, similésque alias, Luc. xi, 49, et xxi, 16, Johan. vi, 39, Rev. ii, 10, quas tamen omnes τινὰς solummodò subauditum postulare, atque adeò benè Græcas esse, constat.

a Ἀετὸς δ', &c.] Aquilam sanè veteres præsagam prosperi successûs alitem existimabant. Exempla plura collegit Alex. ab Alex. *Dier. Genial.* lib. v, tom. ii, p. 131. Undè Seneca, *Nat. Quæst.* lib. ii, 32. "Cur ergo, *inquit*, "Aquilæ hic honos datus est, ut mag- "narum rerum faceret auspicia?" Et ab Homero τελειότατος πετεηνῶν appellatur:

Ἀντίκα δ' αἰετὸν ἧκε, τελειότατον πετεηνῶν,
Νεβρὸν ἔχοντ' ὀνύχεσσι, &c.
Il. Υ', v. 247.

πλῆθος τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων [a]ὤγμευον αὐτῷ, ὡς ἐπιόντες τὰ θηρία ἐξανιςαῖεν· οἱ δὲ ἄριςοι καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς διέςησαν, καὶ τὰ ἀνιςάμενα ὑπεδέχοντο καὶ ἐδίωκον, καὶ ἦρχν πολλὰς μὲν σὺς, καὶ ἐλάφους, καὶ δορκάδας, καὶ ὄνους ἀγρίους· πολλοὶ γὰρ ἐν τούτοις τοῖς τόποις ὄνοι μὲν νῦν ἔτι γίγνονται. Ἐπεὶ δ' ἔληξαν τῆς θήρας, προσμίξας πρὸς τὰ ὅρια τῶν Ἀρμενίων ἐδειπνοποιήσατο· καὶ τῇ ὑςεραίᾳ αὖθις ἐθήρα, προσελθὼν πρὸς τὰ ὄρη, ὧν ὠρέγετο. Ἐπεὶ δ' αὖ ἔληξεν, ἐδειπνοποιεῖτο. Τὸ δὲ παρὰ Κυαξάρους στράτευμα ὡς ἤσθετο προσιὸν, ὑποπέμψας πρὸς

peditum quidem equitúmque vulgus ordine ante ipsum procedebant, ut adventu suo feras excitarent: præstantissimi verò quique tam peditum quàm equitum hinc indè constiterunt, excitatásque *feras* et exceperunt, et insecuti sunt, atque multos et apros, et cervos, et capreas, et asinos sylvestres ceperunt; sunt enim hâc etiam tempestate illis in locis multi asini. At venatione tandem intermissâ, propiùs ad Armeniorum fines delatus, cœnam instrui jussit: ac postridiè rursùm venari cœpit, eos ad montes progressus, quos adpetebat. Postquam autem rursùs *venandi* finem fecisset, cœnavit. Cùm verò exercitum à Cyaxare *missum* adventare sentiret, ad eos clam misit qui edi-

a Ὤγμευον αὐτῷ] Hujus verbi locum spurium aliud, ἄρμησεν, in editis ferè omnibus insedit. Leunclavius tandem dedit ὤγμενον αὐτῷ, quam lectionem ex Libro Budensi Camerarium adferre ait. At Æmilius Portus pro ὤγμενον illo, nihili planè verbo, scribendum ὄγμευον vidit: quo facto in pristinam tandem integritatem restitutus videtur hic locus. Dicitur autem ὀγμεύω propriè de messoribus, qui longâ serie, ordine procedentes, in arvis segetibúsque metunt. Hoc disertissimis verbis, hunc ipsum locum respiciens, testatur Suidas: Ὄγμευον, inquit, Ξενοφῶν ἐν Β', ἀντὶ τοῦ, ἐπορεύοντο, παρὰ τὸν ὄγμον, τὸν σημαίνοντα τὴν κατὰ τάξιν ὁδὸν τῶν θεριζόντων. Et Hesychius, Ὄγμος, ἡ ἐφεξῆς φυλεία· μεταφορικῶς δὲ, ἢ ὅταν πορεύονται ἐφ' ἕνα τεταγμένοι κατὰ σίχον ὄγμον λέγεσι· ὁ δὲ τῶν θεριζόντων σίχος, ὀγμεύειν λέγονται. Ità Phavorinus et Etymol. M. Eustathius verò, Ὄγμος, ὁ ἀροτριαθεὶς τόπος, ἢ ἀνοιγεὶς ἑλκυσμῷ ἀρότρου, &c. ad Il. λ', p. 131, et σ', p. 1161. Et Schol. in Theocr. Idyl. ι', v. ii, Ὄγμος, ἡ ἐπ' εὐθὺ τῆ ἀρότρω τομή. Sed et ipsum verbum ὀγμεύω eodem, quo Noster, sensu adhibuit Sophocles, Philoct. v. 164—5.

Νεο. Δῆλον ἔμοιγ', ὡς φορβῆς χρείᾳ,
Στίβον ὀγμεύει τόνδε, πίλας πε.

Ubi Schol. Ὄγμος, ἡ ἐπὶ σίχον φυλεία, ἢ ἡ τάξις, νῦν δὲ, ἀντὶ, τῆ, ἐφεξῆς πορεύεται. Agit hîc Sophocles quoque de venatione *Philoctetis*; quod ex iis liquet versibus, quos prioribus illis subjicit Tragicus:

Ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν
Λόγος ἐςὶ φύσιν, θηροβολοῦντα
Πτηνοῖς ἰοῖς, &c.

Prolixæ huic commentationi, quàm Porto in primis acceptam referimus, adjiciendus tandem est J. Pollucis locus, tom. i, p. 518, in quo de cervis capiendis agit: Ἁλίσκονται δὲ δικτύοις μὲν, εἴ τις ὀγμεύσας αὐτὰς συνελάσειε. Ubi Jungermannus ad ὀγμεύσας, statuit illud esse verbum Xenophontéum, atque eâ adeò gratiâ hunc ipsum Nostri locum adducit.—καὶ τῶν ἱππέων ὤγμευον αὐτῷ, ὡς, &c. Denique, ἄρμησεν illud, quod hactenùs obtinuit, in oris primò codicum vetustorum librarios quosdam adnotâsse puto, ut alterum illud, ὤγμευον, utpote difficilius, explicarent: quo factum, ut eliminatâ priscâ lectione, cujus significatio fugerat imperitos, in ejus locum glossema tandem subivit.

αὐτὰς, εἶπεν ἀπέχονλας αὐτῷ δειπνοποιεῖσθαι ὡς δύο [a] παρασάγλας· τοῦτο προϊδὼν ὡς συμβαλεῖται πρὸς τὸ λανθάνειν· ἐπεὶ δὲ δειπνήσειεν, [a] εἶπε τῷ ἄρχονλι αὐτῶν παρεῖναι πρὸς αὑτόν. Μετὰ τὸ δεῖπνον δὲ τὰς ταξιάρχας ἐκάλει· ἐπεὶ δὲ παρῆσαν, ἔλεξεν ὧδε·

" Ἀνδρὲς φίλοι, ὁ Ἀρμένιος πρόσθεν μὲν ἠ σύμμαχος ἦν, ἠ
" ὑπήκοος Κυαξάρει· νῦν δ', ὡς ἤσθελο τὰς πολεμίας ἐπιόνλας,
" καλαφρονεῖ, καὶ ἔτε στράτευμα πέμπει ἡμῖν, ἔτε τὸν δασμὸν
" ἀποδίδωσι· νῦν οὖν τοῦτον δεῖ θηράσαι, ἢν δυνώμεθα. Ὧδὲ
" μοι οὖν δοκεῖ, ἔφη, ποιεῖν· Σὺ μὲν, ὦ Χρυσάνλα, ἐπειδὰν
" ἀποκοιμηθῇς ὅσον μέτριον, [b] λαβὼν τοὺς ἡμίσεις Περσῶν τῶν
" σὺν ἡμῖν, ἴθι τὴν ὀρεινὴν, καὶ καλάλαβε τὰ ὄρη, εἰς ἃ φασιν
" αὐτὸν, ὅταν τινὰ φοβηθῇ, καλαφεύγειν. Ἡγεμόνας δέ σοι ἐγὼ

cerent, ut abs se ad duarum ferè parasangarum intervallum cœnarent; providebat enim futurum ut hoc *ipsum* ad fallendum *hostem* conduceret: postquam verò cœnâssent, ut ipsorum præfectus ad se veniret, præcepit. Cœna autem peracta, præfectos *ad se* vocabat; qui cùm advenissent, in hunc modum loquutus est:

" Armenius antehàc quidem, amici, Cyaxari et societate junctus
" fuit et *ejus* imperio subjectus: nunc verò spreto, postquam hos-
" tes *eum* invadere senserit, *Cyaxare*, neque copias nobis mittit,
" neque tributum illud *debitum* persolvit: itaque jam *nobis* venan-
" dus est, si *quidem* poterimus. Ac mihi sanè res in hunc mo-
" dum gerenda videtur: Tu, Chrysanta, postquam modicum som-
" num ceperis, dimidiâ Persarum qui sunt nobiscum sumptâ par-
" te, *viam* montanam ingreditor, et montes occupato, ad quos
" eum, cùm aliquem metuit, confugere aiunt. Duces ipse tibi

a Παρασάγλας] Notissimum ferè est vocabulum hoc, apud Persas mensuram viæ significare. Herodot. lib. ii, c. 6. Δύναλαι δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκονλα σάδια. Nec aliter, lib. v, c. 53. Strabo, lib. xi, tom. ii, p. 788. Τὸν δὲ παρασάγγην τὸν Περσικὸν, οἱ μὲν ἑξήκονλα σαδίων φασὶν, οἱ δὲ, τριάκονλα ἢ τετλαράκονλα. Auctor Etymologici: Παρασάγλαι, τριάκονλα σάδια παρὰ Πέρσαις, παρ' Αἰγυπλίοις δ' ἑξήκονλα. His adjiciendus est insignis quidam Agathiæ locus, Histor. lib. ii, p. 52, edit. Bon. Vulcanii, Ἔσι γὰρ ὁ παρασάγγης, ὡς μὲν Ἡροδότῳ δοκεῖ καὶ Ξενοφῶνλι, τριάκονλα σάδια, ὡς δὲ νῦν Ἴληες καὶ Πέρσαι φασὶν, ἐν ἑνὶ μόνῳ τῶν εἴκοσι πλείονα. Hodie, auctore Relando, Parasanga apud Persas continet tria milliaria, unumquodque milliare ter mille cubitos, quilibet cubitus triginta digitos, quilibet digitus latitudinem sex granorum hordei.

b Εἶπε] Camero in *Myroth. Evang.* ad Matt. iv, 3.—εἶπὲ ἵνα οἱ λίθοι, &c. putat, Hebraïca phrasi, εἰπεῖν poni pro *jubere, præcipere*. Gatakerus etiam, *De Stylo N. Inst.* cap. xxviii, censet ab Hebræis potiùs, quàm à Græcis, verbum hoc in *jubendi* sive *imperandi* significatu adhibitum, sumpsisse evangelistas; à quibus sæpissimè ità usurpatum est, Marc. v, 43, Luc. xix, 15, &c. At satis constat causam non fuisse, cur ità statuerent. Nam sæpè alibi, non hoc tantùm loco, apud Nostrum, aliósque purissimos scriptores Græcos, verbum illud *jubendi* seu *præcipiendi* vim obtinet.

c Λαζὼν] Vulgò, λάζ. Stephanus scribit λαζὼν, alioqui, inquit, ante ἴθι opus esset particulâ καὶ. Atqui hanc emendationem comprobat MS. Bodl. nec non Muretus ad locum.

" δώσω. Φασὶ μὲν οὖν καὶ δασέα ταῦτα τὰ ὄρη εἶναι, ὥς' ἐλ-
" πὶς ὑμᾶς μὴ ὀφθῆναι· ὅμως δὲ εἰ προπέμποις πρὸ τοῦ στρατεύ-
" ματος εὐζώνους ἄνδρας, λῃστῶν ἐοικότας καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὰς
" στολάς, ὅτοι ἄν σοι, εἴ τισιν ἐντυγχάνοιεν τῶν Ἀρμενίων, οὓς μὲν
" ἂν συλλαμβάνοντες αὐτῶν κωλύοιεν τῶν ἐξαγγελιῶν, οὓς δὲ μὴ
" δύναιντο λαμβάνειν, ἀποσοβοῦντες ἂν ἐμποδὼν γίγνοιντο τοῦ μὴ
" ὁρᾶν αὐτοὺς τὸ ὅλον στράτευμα, ἀλλ' ὡς περὶ κλοπῶν βου-
" λεύεσθαι. Καὶ σὺ μέν, ἔφη, ὅτω ποίει· ἐγὼ δὲ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ
" τοὺς ἡμίσεις μὲν τῶν πεζῶν ἕξων, ἅπαντας δὲ τοὺς ἱππέας, πο-
" ρεύσομαι διὰ τοῦ πεδίου εὐθὺς πρὸς τὰ βασίλεια. Καὶ ἢν μὲν
" ἀνθίστηται, δῆλον ὅτι μάχεσθαι δεήσει· ἢν δ' ἂν ὑποχωρῇ τοῦ
" πεδίου, δῆλον ὅτι [a]μεταθεῖν δεήσει· ἢν δ' εἰς τὰ ὄρη φεύγῃ,
" ἐνταῦθα δή, ἔφη, σὸν ἔργον μηδένα ἀφιέναι τῶν πρός σε ἀφικ-
" νουμένων. Νόμιζε δ' ὥσπερ ἐν θήρᾳ, ἡμᾶς μὲν τοὺς ἐπιζη-
" τοῦντας ἔσεσθαι, [b]σὲ δὲ τὸν ἐπὶ ταῖς ἄρκυσι. Μέμνησο οὖν ἐκεῖνο,
" ὅτι φθάνειν δεῖ πεφραγμένους τοὺς πόρους πρὶν κινεῖσθαι [c]τὰ

" dabo. Atque hos sanè montes etiam nemorosos esse perhibent,
" ut spes sit vos minimè conspectum iri: si tamen ante exercitum
" expeditos homines, qui et numero et vestimentis sint latronibus si-
" miles, præmiseris, *nimirum* hi, si quibus ex Armeniis occurrerint,
" eos partim comprehendendo impedire poterunt, nè quod indici-
" um faciant; partim quos comprehendere nequiverint, absterritos
" procul arcendo, nè totum exercitum videant, obstabunt; ideóque *de*
" *vobis* tanquam latrunculis consilium capient. Ac tu quidem ità
" facito: ego verò cum primâ luce peditum *alterâ* cum parte dimidiâ,
" et universis cum equitibus campestri itinere ad regiam rectâ pro-
" ficiscar. Et si quidem *se nobis* opposuerit, patet, pugnam neces-
" sariò conserendam esse; sin campo se subduxerit, cursu *nobis* per-
" sequendum esse constat: ad montes si *denique* fugerit, hîc scilicet,
" tui fuerit muneris eorum, qui ad te pervenient, neminem dimit-
" tere. Perindè scilicet atque in venatione *velim* existimes, nos qui-
" dem eos fore qui indagabunt, te autem illum qui sit ad plagas.
" Quamobrem memineris, obstruenda prius esse itinera, quàm feræ

a Μεταθεῖν δεήσει] Locutio metaphorica, à re venaticâ desumpta. Paulò suprà de *venando* Armenio, hîc de eodem *insequendo* loquitur. Frequentissimi usûs est hoc verbum apud scriptores *Cynegetici*. Nostrum in primis, et Arrianum: idque adeò inter ea, quæ rei venaticæ sunt propria, recenset J. Pollux, l. v, c. 1.

b Σὲ δὲ τὸν] Sic legendum videtur, non, ut vulgò, σὺ δὲ τῶν ἐπὶ, &c. nisi quis ellipticam locutionem esse statuerit, per τινὰ supplendam. Eam quam recipimus lectionem, in loci interpretatione, secutus est Leunclavius, et repræsentat etiam MS. Bodl. Noster autem per τὸν ἐπὶ ταῖς ἄρκυσι vult eum, quem in Κυνηγετ' ἀρκύωρον appellat.

c Τὰ θηρία] In vulgatis legitur, τὸν

" θηρία. Καὶ λεληθέναι δὲ δεῖ τοὺς ἐπὶ τούτοις τεταγμένους,
" εἰ μέλλουσι μὴ ἀποστρέφειν τὰ προσφερόμενα. Μὴ μέντοι,
" ἔφη, ὦ Χρυσάνθα, οὕτως αὖ ποίει, ὥσπερ ἐνίοτε διὰ τὴν φιλο-
" θηρίαν· πολλάκις γὰρ ὅλην τὴν νύκτα ἄϋπνος πραγματεύῃ·
" ἀλλὰ νῦν ἐάσαι χρὴ τοὺς ἄνδρας τὸ μέτριον ἀποκοιμηθῆναι,
" ὡς ἂν δύνωνται [a] ὑπνομαχεῖν. Μηδέ γε σύ, ὅτι οὐχ ἡγεμό-
" νας ἔχων ἀνθρώπους πλανᾷ ἀνὰ τὰ ὄρη, ἀλλ' ὅπη ἂν τὰ θη-
" ρία ὑφηγῆται, ταύτῃ μεταθεὶς, μήτοι καὶ νῦν οὕτω τὰ δύσ-
" βατα πορεύου, ἀλλὰ κέλευε σὺ τοὺς ἡγεμόνας, ἐὰν μὴ πάνυ
" πολὺ ἐλάσσων ἡ ὁδὸς ᾖ, τὴν ῥᾴστην ἡγεῖσθαι. Στρατιᾷ γὰρ
" ἡ ῥᾴστη ταχίστη. Μηδέ γε, ὅτι σὺ εἴθισαι τρέχειν ἀνὰ τὰ
" ὄρη, μήτοι δρόμῳ ἡγήσῃ, ἀλλ' ὡς ἂν δύνηταί σοι ὁ στρατὸς
" ἕπεσθαι, τῷ μέσῳ τῆς σπουδῆς ἡγοῦ. Ἀγαθὸν δὲ καὶ τῶν

" se loco moveant. Quin et occulti sint necesse est, quicunque
" ad ea collocati fuerint, si *quidem ad se* adcurrentes *feras* nolint aver-
" tere. Verùm, Chrysanta, inquit, ità jam nè feceris, quemadmo-
" dùm nonnunquam venandi studio *consuevisti:* nam insomnis totam
" sæpè noctem in hoc negotio exigis: at nunc militi modicè cubandi
" facultas est concedenda, ut somno *obrepienti* reluctari possint. Ne-
" que verò tu, quia montes pererras ducem *viæ*, nullum habens,
" sed quâcunque feræ præcesserint, hâc insequi soles, neque *tu*, *in-*
" *quam*, nunc etiam per loca penetratu difficilia sic iter feceris; sed
" impera ducibus, ut, nisi aliqua longè brevissima via fuerit, per
" facillimam ducant. Nam exercitui via facillima celerrima est.
" Néve *item*, quia tu montes cursu pervagari es adsuefactus, *jam*
" *quoque* curriculo præiveris, sed festinatione mediocri præito, ut
" sequi te possit exercitus. Commodum etiam fuerit, quosdam ex

θήραν. Quod editorum interpretumque neminem probâsse video. Hi verò cùm lectionem aliam, τὸν θῆρα, in margine invenerint, ad eam versiones quique suas conformârunt. Mihi quidem neque hæc neque illa placet lectio; ideóque aliam ex conjecturâ reposui, cui et res ipsa, et sequentia statim ista,—μὴ ἀποστρέφειν τὰ προσφερόμενα, et,——ὅπη ἂν τὰ θηρία ὑφηγῆται, omninò favere videantur.

a Ὑπνομαχεῖν] Rejiciendum hoc verbum, et in ejus locum ὕπνῳ τυχεῖν vel ὑπνολαχεῖν substituendum quidam autumârunt. MS. item Bodl. (nè quid dissimulem repræsentat, ὑπνῳ τυχεῖν, receptâ lectione, ὑπνομαχεῖν, in margine laudatâ. Editi ferè omnes dant ὑπνομαχεῖν. Sed, Leunclavius, parum sibi constans, versionem suam lectioni marginis, ὕπνῳ τυχεῖν, accommodavit: vertit enim, *nè somni sint expertes.* Vulgatæ verò lectioni sua non deest auctoritas. Phavorinus, ad ὑπνομαχεῖν, auctores adducit Xenophontem et Synesium: his additis, σὺ δὲ ἀνθίσασθαι ἢ ἀντιπράττειν τῷ ὕπνῳ λέγε, ἢ ὕπνου κρατεῖν. Suidas eosdem citat auctores, et Synesii etiam verba profert: ἐγὼ δὲ ὑπὸ μισοπυργίῳ τεταγμένος, ὑπνομαχῶ. Extant autem epist. 130, p. 464, edit. Morel. Nec aliter Thomas Magister, Ὑπνομαχεῖν, Ξενοφῶν ἢ Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ· ὑπὸ μισοπύργιον τεταγμένος ὑπνομαχῶ (lege, ὑπὸ μισοπυργίῳ τεταγμένος, &c.), σὺ δὲ ἀνθίσασθαι ἢ ἀντιπράττειν τῷ ὕπνῳ λέγε· ἢ ὕπνου κρατεῖν.

" δυναλωτάτων καὶ προθύμων ὑπομένοντας τινὰς ἐνίοτε παρακελεύ-
" εσθαι· ἐπειδὰν δὲ παρέλθῃ τὸ κέρας, παροξυντικὸν εἰς τὸ σπεύ-
" δειν, πάντας παρὰ τὰς βαδίζοντας τρέχοντας ὁρᾶσθαι."

Χρυσάντας μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσας, καὶ ἐπιγαυρωθεὶς τῇ ἐντολῇ Κύρου, λαβὼν τοὺς ἡγεμόνας, ἀπελθὼν, καὶ παραγγείλας ἃ ἔδει τοῖς σὺν αὐτῷ μέλλουσι πορεύεσθαι, ἀνεπαύετο. Ἐπεὶ δὲ ἀπεκοιμήθησαν ὅσον ἐδόκει μέτριον εἶναι, ἐπορεύετο ἐπὶ τὰ ὄρη. Κῦρος δὲ, ἐπεὶ ἡμέρα ἐγένετο, ἄγγελον προέπεμπε πρὸς τὸν Ἀρμένιον, προεἰπὼν αὐτῷ λέγειν ὧδε· Κῦρος, ὦ Ἀρμένιε, κελεύει σοῦτω ποιεῖν σε, ὅπως ὡς τάχιστα [a]ἔχων ἀπίης καὶ τὸν δασμὸν καὶ τὸ στράτευμα. Ἤν δ' ἐρωτᾷ ὅπου εἰμὶ, λέγε τἀληθῆ, ὅτι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις. Ἤν δ' ἐρωτᾷ εἰ καὶ αὐτὸς ἔρχομαι, λέγε κἀντεῦθα τἀληθῆ, ὅτι οὐκ οἶσθα. Ἤν δὲ ὁπόσοι ἐσμὲν πυνθάνηται, συμπέμπειν τινὰ κέλευε καὶ μαθεῖν. Τὸν μὲν δὴ ἄγγελον, ἐπιστείλας ταῦτα ἔπεμψε· νομίζων φιλικώτερον εἶναι οὕτως, ἢ μὴ προειπόντα πορεύεσθαι. Αὐτὸς δὲ συνταξάμενος ἦ ἄριστον καὶ πρὸς τὸ ἀνύειν τὴν ὁδὸν, καὶ πρὸς τὸ μάχεσθαι, εἴ τι δέοι,

" robustissimis et *in primis* alacribus interdum cohortandi causâ sub-
" sistere: ubi autem cornu processerit, incitamentum erit ad fes-
" tinandum, si præ *his* gradatim incedentibus, omnes *illi* currere
" videantur."

Ac Chrysantas quidem hæc cùm audîsset, ad elationem incenso Cyri mandatis animo, acceptis ducibus, abiit: et cùm iis, qui profecturi cum ipso erant, facienda imperâsset, quieti se dedit. Cúmque tantum somni cepissent, quantum ad mediocritatem satìs esse videbatur, ad montes perrexit. Cyrus autem, cùm dies illuxisset, nuntium ad Armenium præmisit, cui priùs indicârat, ut in hunc modum *hominem* adloqueretur: Cyrus, Armenie, sic agas imperat, ut quamprimùm *ad ipsum* cum tributo exercitúque venias. Quòd *si te* interrogat, ubi sim, vera dicito, *esse me nimirum* in finibus. Sin roget, an et ipse veniam, hîc quoque vera dicito, te *nempiè* nescire. Sin quot numero simus quærat, jube tecum aliquem mittat, ac *rem* cognoscat. Itaque nuntium Cyrus cum his mandatis misit; quòd existimaret hoc modo *se* humaniùs *facturum*, quàm si nihil prædicens pergeret. Ipse verò quàm optimè cum ad perficiendum iter, tum etiam ad pugnandum, si foret opus, instructis suis progredie-

a Ἔχων ἀπίῃς] Legitur etiam, notante Leunclavio, in libro Budensi, ἔχων εἴσῃς τὸν δασμόν. Nempè paulò infra hæc locutio occurrit,——συναμολόγησαι δασμὸν οἴσων. Hinc, opinor, illa Budensis Libri Lectio. Vulgata autem satìs sana, et minimè loco movenda videtur.

ἐπορεύετο. Προεῖπε δὲ τοῖς στρατιώταις μηδένα ἀδικεῖν· καὶ εἴ τις Ἀρμενίων τῷ ἐντυγχάνοι, θαρρεῖν τε παραγγέλλειν, καὶ [a] ἀγορὰν τὸν βουλόμενον ἄγειν, ὅπῃ ἂν ὦσιν, εἴ τις σιτία ἢ ποτὰ τυγχάνοι πωλεῖν βουλόμενος.

batur. Militibus autem edixit nè quenquam injuriâ adficerent: ac sî quis Armenium aliquem obvium haberet, et bono esse animo juberet, et ut is qui vellet, ad ea loca, quibus *ipsi* essent, res venales adveheret, si quis esculenta aut potulenta vendere cuperet.

a Καὶ ἀγορὰν, &c.] Est nimirum boni imperatoris omni cogitatione curáque in commeatum undique advehendum incumbere. Inter cætera adeò imperatoria officia hoc merito recenset Onosander, extremo cap. vi, p. 15. Φροντιζέτω δὲ περί τε ἀγορᾶς, ἢ τῆς τῶν ἐμπόρων, ἢ κατὰ γῆν, ἢ κατὰ θάλατταν, παραπομπῆς· ἵνα ἀκινδύνῳ τῇ παρουσίᾳ σφίσιν ἔτως ἀόκνως παρακομίζωσι τὸν εἰς τὰ ἐπιτήδεια φόρτον. Lege, σφίσιν οὔσης, ἀόκνως παρακομίζωσι τὸν, &c. Et rei tam necessariæ incuriam J. Cæsari vitio vertit Alexander M. referente Juliano, p. 323, Ed. Ezech. Spanh. Καὶ γὰρ ἐν ἐνδείᾳ γέγονας τῶν ἐπιτηδείων, (ἐστὶ δὲ οὐ μικρὸν, ὡς οἶδα, τοῦτο ἁμάρτημα, στρατηγοῦ) ἢ μάχῃ συμβαλὼν ἡττήθης.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ Γ.

Ὁ ΜΕΝ δὴ Κῦρος ἐν τούτοις ἦν· [a] ὁ δὲ Ἀρμένιος, ὡς ἤκουσε τοῦ ἀγγέλου τὰ παρὰ τοῦ Κύρου, ἐξεπλάγη, ἐννοήσας ὅτι ἀδικοίη καὶ τὸν δασμὸν λείπων, καὶ τὸ στράτευμα οὐ πέμπων. Καὶ τὸ μέγιστον ἐφοβεῖτο, ὅτι ὀφθήσεσθαι ἔμελλε τὰ βασίλεια οἰκοδομεῖν ἀρχόμενος, ὡς ἂν ἱκανὰ ἀπομάχεσθαι εἴη. Διὰ πάντα δὴ ταῦτα ὀκνῶν, ἅμα μὲν διέπεμπεν ἀθροίζων τὴν αὑτῷ δύναμιν, ἅμα δ' ἔπεμπεν εἰς τὰ ὄρη τὸν νεώτερον υἱὸν Σάβαριν, καὶ τὰς γυναῖκας, τήν τε ἑαυτῷ καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ, καὶ τὰς θυγατέρας· καὶ κόσμον δὲ καὶ κατασκευὴν τὴν πλείστου ἀξίαν συναπέπεμπε, προπομπὰς δὲ καὶ αὐτοῖς. Αὐτὸς δὲ ἅμα μὲν κατασκεψομένους ἔπεμπε τί πράττοι Κῦρος, ἅμα δὲ συνέτασσε τοὺς παραγινομένους τῶν Ἀρμενίων· καὶ ταχὺ παρῆσαν ἄλλοι, λέγοντες ὅτι [b] καὶ δὴ αὐτὸς ἔτος ὁμοῦ· ἐνταῦθα δὴ ὀκέτι ἔτλη εἰς χεῖρας ἐλ-

ET Cyrus quidem hæc agebat: Armenius autem, cùm de nuntio mandata Cyri audisset, perterritus est; quòd cum animo *suo* cogitaret se injustè facere, qui et tributum pendere desineret, et non mitteret exercitum. Maximè verò metuebat, quòd futurum erat ut manifestum fieret, se fecisse initium struendæ regiæ, quò ad propulsandos hostes illa sufficeret. Has sanè ob causas omnes trepidans, simul nonnullis in diversas partes dimissis copias suas cogebat, simul in montes minorem natu filium Sabarim, et suam atque filii uxorem, et filias mittebat; et cum his ornatum quoque apparatúmque maximi pretii mittebat, additis etiam qui deducerent. Ipse autem simul mittebat, qui specularentur quidnam *rerum* Cyrus ageret, simul Armenios, qui aderant, instruebat: cùm mox adessent alii, qui Cyrum ipsummet appropinquare dicerent: tum verò manum conserere non am-

a Ὁ δὲ Ἀρμένιος, &c.] Zonaras, scriptor ætate suâ clarus, ea omnia, quæ de Cyro hîc Armenióque sunt memorata, iisdem penè verbis, quibus Noster usus est, exposuit: Ὡς δὴ ἤκουσε ταῦτα ὁ Ἀρμένιος, ἐξεπλάγη· καὶ ἔπεμπε μὲν ἀθροίζων τὴν ἑαυτοῦ στρατιάν. ἔπεμπε δὲ καὶ τὰς γυναῖκας, τόν τε νεώτερον υἱὸν, καὶ τὰ, &c. Annal. tom. 1, lib. iii, p. 149, et seq. edit. Paris.

b Ὅτι καὶ δή] Pro καὶ δή, Muretus reponendum censet ἤδη. Nec temerè, opinor. Idem notat ὁμοῦ hîc poni ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Omninò rectè.

θεῖν, ἀλλ' ὑπεχώρει. Ὡς δὲ τοῦτο εἶδον αὐτὸν ποιήσαντα οἱ Ἀρμένιοι, διεδίδρασκον ἤδη ἕκαστος ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν, βουλόμενοι τὰ ὄντα ἐκποδὼν ποιεῖσθαι. Ὁ δὲ Κῦρος ὡς ἑώρα διαθεόντων καὶ ἐλαυνόντων, τὸ πεδίον μεσὸν, ὑποπέμπων ἔλεγεν ὅτι ἑνὶ πολέμιος εἴη τῶν μενόντων· εἰ δέ τινα φεύγοντα λήψοιτο, προηγόρευσεν ὅτι ὡς πολεμίῳ χρήσοιτο. Οὕτω δὴ οἱ μὲν πολλοὶ κατέμενον, ἦσαν δὲ οἳ ὑπεχώρουν σὺν τῷ βασιλεῖ. Ἐπεὶ δὲ οἱ σὺν ταῖς γυναιξὶ προϊόντες ἐνέπεσον εἰς τοὺς ἐν τῷ ὄρει, κραυγήν τε εὐθὺς ἐποίουν, καὶ φεύγοντες ἡλίσκοντο πολλοὶ αὐτῶν. Τέλος δὲ καὶ ὁ παῖς, καὶ αἱ γυναῖκες, καὶ αἱ θυγατέρες ἑάλωσαν, καὶ τὰ χρήματα ὅσα σὺν αὐτοῖς ἀγόμενα ἐτύγχανεν. Ὁ δὲ βασιλεὺς αὐτῶν ὡς ἤσθετο τὰ γιγνόμενα, ἀπορῶν ποι τράποιτο, ἐπὶ λόφον τινὰ καταφεύγει. Ὁ δὲ αὖ Κῦρος ταῦτα ἰδὼν, περιΐσταται τὸν λόφον τῷ παρόντι στρατεύματι, καὶ πρὸς Χρυσάνταν πέμψας ἐκέλευε φυλακὴν τοῦ ὄρους καταλιπόντα ἥκειν. Τὸ μὲν δὴ στράτευμα ἠθροίζετο τῷ Κύρῳ· ὁ δὲ πέμψας πρὸς τὸν Ἀρμένιον κήρυκα, ἤρετο ὧδε, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Ἀρμένιε, πότερα βούλει αὐτοῦ μένων τῷ λιμῷ καὶ τῇ δίψῃ μάχεσθαι, ἢ εἰς τὸ ἰσόπεδον καταβὰς ἡμῖν διαμάχεσθαι; Ἀπεκρίνατο ὁ Ἀρμένιος ὅτι οὐδετέροις βούλοιτο μάχεσθαι. Πάλιν ὁ Κῦρος πέμψας ἠρώτα, Τί οὖν κάθησαι αὐτόθι, καὶ οὐ καταβαίνεις; Ἀπορῶν,

pliùs ausus, se subducebat. Id cùm eum Armenii facere viderent, ad suas eorum quisque ædes diffugiunt, ut qui res *suas longiùs* submovere vellent. Cyrus autem cùm vidisset campum discurrentibus et abigentibus plenum, submisit qui dicerent, nemini eorum qui remanerent se futurum hostem; sin fugientem aliquem caperet, *eum* se pro hoste habiturum prædixit. Itaque complures remanebant, cùm nonnulli essent qui cum rege se subducerent. At verò qui cum mulieribus antecesserant, in eos cùm incidissent qui erant in monte, clamorem statim ediderunt, et dum in fugam se conjiciunt eorum complures capti sunt. Tandem et filius et uxores, et filiæ captæ sunt, iis cum opibus, quascunque secum vehebant. Rex autem eorum ubi quæ acciderent sentiret, quò se verteret ambigens, in collem quendam fugâ se recipit. Cyrus item hæc cùm vidisset, collem cum iis, quæ aderant, copiis circundat, mittitque ad Chrysantam, jubétque eum montis custodiâ relictâ venire. Et Cyro quidem collectus jam aderat exercitus: misso autem ad Armenium caduceatore, sic *eum* interrogabat, Dic mihi, ait, Armenie, utrum istic manens cum fame ac siti pugnare mavis, an in æquum campum descendere, ac nobiscum depugnare? Cum neutris pugnare se velle respondit Armenius. Cyrus iterum misit qui quærerent, Cur igitur istic desides, ac non descendis? Quia quid agendum sit, in-

ἔφη, ὅ, τι χρὴ ποιεῖν. Ἀλλ' ἀδὲν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀπορεῖν σε δεῖ· ἔξεσι γάρ σοι ἐπὶ δίκην καταβαίνειν. Τίς δ', ἔφη, ὁ δικάζων; Δηλονότι ᾧ ὁ Θεὸς ἔδωκε καὶ ἄνευ δίκης σοι χρήσασθαι ὅ,τι καὶ βέλοιο. Ἐνταῦθα δὴ ὁ Ἀρμένιος, γιγνώσκων τὴν ἀνάγκην καταβαίνει· καὶ ὁ Κῦρος λαβὼν εἰς τὸ μέσον κἀκεῖνον καὶ τὰ ἄλλα πάντα, περιεστρατοπεδεύσατο, [a]ὁμοῦ ἤδη πᾶσαν ἔχων τὴν δύναμιν.

Ἐν τούτῳ δὴ τῷ χρόνῳ ὁ πρεσβύτατος παῖς τοῦ Ἀρμενίου, Τιγράνης, ἐξ ἀποδημίας τινὸς προσήει, ὃς καὶ σύνθηρός ποτε ἐγεγένητο τῷ Κύρῳ· καὶ ὡς ἤκουσε τὰ γεγενημένα, εὐθὺς πορεύεται πρὸς τὸν Κῦρον, ἥπερ εἶχεν. Ὡς δὲ εἶδε πατέρα, καὶ μητέρα, καὶ [b]ἀδελφὰς, καὶ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα αἰχμαλώτους γεγενημένους, ἐδάκρυσεν, ὥσπερ εἰκός. Ὁ δὲ Κῦρος ἰδὼν αὐτὸν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐφιλοφρονήσατο αὐτῷ, εἶπε δ' ὅτι, Εἰς καιρὸν ἥκεις, ὅπως σὺ τῆς δίκης ἀκούσῃς παρὼν τῆς ἀμφὶ τῷ πατρός. Καὶ εὐθὺς συνεκάλει τοὺς ἡγεμόνας τούς τε τῶν Περσῶν καὶ τοὺς τῶν Μήδων· παρεκάλει δὲ καὶ εἴ τις Ἀρμενίων τῶν ἐνλίμων πάρῃν· καὶ τὰς γυναῖκας,

quit, ambigo. Sed enim, ait Cyrus, te neutiquam ambigere oportet: nam licet tibi ad agendam causam descendere. Quis autem, inquit, judex erit? Nimirum is cui Deus potestatem fecit de te pro arbitrio suo, indictâ etiam causâ, statuendi. Hîc Armenius, consideratâ necessitate, descendit: ac Cyrus et illo et cæteris omnibus in medium receptis, castra *iis* circundedit; cùm copias jam *secum* unà omnes haberet.

Hoc ipso tempore Tigranes, natu maximus Armenii filius, peregrè *rediens* adveniebat, quem Cyrus aliquando socium venationis habuerat: is cùm ea quæ acciderant audisset, statim ad Cyrum *ità* contendit, utì *tum* comparatus erat. Ubi verò patrem, et matrem, et sorores, et uxorem suam in hostium manus devenisse vidit, ut par erat, illacrymavit. Cyrus autem cum intuitus, comitate in ipsum aliâ nullâ est usus, quàm quòd diceret, Opportunè ades, ut judicium in patrem *tuum exercendum* præsens audias. Statímque duces tum Persarum tum Medorum convocavit; quin et Armenios arcessivit, si qui eorum dignitate præstantes aderant; et fœminas,

a Ὁμοῦ ἤδη] Sic emendandum curavimus, MStum Bodl. secuti. Vulgò erat, ὁμοῦ δή. Sed, hoc in genere sæpe à librariis peccatum est: ideóque probabilior Mureti conjectura, modò memorata, videtur. Hanc nostram emendationem à Stephano quoque comprobatam invenio.

b Καὶ ἀδελφὰς] Editi, quos vidi, omnes exhibent ἀδελφάς. Contrà quàm loci ratio postulat. Nam de uno tantùm filio, quem, absente Tigrane, apud se retinuerat Armenius, antea locutus est Noster. Philelphus autem et Gabrielius nostram hanc lectionem in iis, quibus usi sunt, libris invenerunt. Vertit enim uterque, *sorores*. Eandem MS. Bodl. et Zonaras, loco suprà dicto, confirmat: de Tigrane peregrè redeunte loquitur,——καὶ ἰδὼν τόν τε πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὰς ἀδελφὰς, καὶ τὴν, &c.

ἐν [a] ταῖς ἁρμαμάξαις παρούσας, οὐκ ἀπήλασεν, ἀλλ' εἴα ἀκούειν. Ὁπότε δὲ καλῶς εἶχεν, ἤρχετο τοῦ λόγου· καὶ, Ὦ Ἀρμένιε, ἔφη, πρῶτον μέν σοι συμβουλεύω, ἐν τῇ δίκῃ ταληθῆ λέγειν, ἵνα σοι ἔν γε ἀπῇ τὸ εὐμισητότατον· τὸ γὰρ ψευδόμενον φαίνεσθαι, εὖ ἴσθι ὅτι καὶ τοῦ συγγνώμης τινὸς τυγχάνειν ἐμποδὼν μάλιστα ἀνθρώποις γίγνεται. Ἔπειτα δὲ, ἔφη, συνίσασι μέν σοι καὶ αἱ παῖδες καὶ αἱ γυναῖκες αὗται πάντα ὅσα ἔπραξας, καὶ Ἀρμενίων οἱ παρόντες· ἢν δὲ αἰσθάνωνταί σε ἄλλα ἢ τὰ γιγνόμενα λέγοντα, νομιοῦσί σε καὶ αὐτὸν καταδικάζειν σαυτοῦ πάντα τὰ ἔσχατα παθεῖν, ἢν ἐγὼ τἀληθῆ πύθωμαι. Ἀλλ' ἐρώτα, ἔφη, ὦ Κῦρε, ὅ, τι βούλει, ὡς τἀληθῆ ἐροῦντος· τούτου ἕνεκα καὶ γενέσθω ὅ, τι βούλεται. Λέγε δή μοι, ἔφη, ἐπολέμησάς ποτε Ἀστυάγει τῷ τῆς ἐμῆς μητρὸς πατρὶ, καὶ τοῖς ἄλλοις Μήδοις; Ἐγωγ', ἔφη. Κληθεὶς δ' ὑπ' αὐτοῦ, συνωμολόγησας δασμὸν οἴσειν, ἢ συστρατεύεσθαι ὅπου ἐπαγγέλλοι, ἢ ἐρύματα μὴ ἕξειν; Ἦν ταῦτα. Νῦν ἔν δὲ τί ἔτε [b] τὸν δασμὸν

quæ in *harmamaxis* aderant, non repulit, sed *eis* audire permittebat. Cúmque opportunum illi visum esset, dicere orsus est; et, Primùm, ait, Armenie, auctor tibi sum, ut in hâc causæ cognitione vera dicas, quò unum illud saltem à te absit, quod odium maximum meretur: nam in mendacio deprehendi, certò scias maximo esse hominibus ad veniam aliquam consequendam impedimento. Prætereà, liberi *tui*, inquit, et hæ mulieres, et Armenii qui adsunt, omnium abs te actorum tibi sunt conscii: qui si te senserint alia dicere, quàm quæ facta sint, arbitrabuntur te etiam ipsum extrema tibimet supplicia patienda decernere, si veritatem ego rescivero. Tu verò, Cyre, inquit, quodcunque voles interrogato *me nempiè haud dubiè* vera dicturum; quidvis *tandem* eâ de causâ mihi evenerit. Dic mihi igitur, inquit, bellúmne aliquando cum matris meæ patre Astyage cæterísque Medis gessisti? Gessi equidem, ait. Victus autem ab ipso, nonne conditiones has accepisti, tributum te adlaturum, et unà cum ipso militaturum ubicunque denuntiâsset, munitionésque non habiturum? Ità prorsùs. Jam ergo quamobrem neque tri-

a Ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις] Lexicon Græco-Lat. vetus, Ἁρμάμαξα, *Carpentum*. Q. Curtius ipsum nomen retinet, lib. iii. c. 3. "Quindecim indè, quas *armamaxas* appellant, sequebantur." Mollis autem et ferè muliebris vehiculi genus fuisse constat; nam ubi, apud Nostrum, *harmamaxarum*, ibi et mulierum mentio fieri solet. Persis eas præcipuè in usu fuisse testatur Max. Tyr. Dissert. 34. non longè ab initio: Ἐὰν δὲ Σπαρτιάτης εἶναι λέγων καὶ Ἕλλην καὶ Δωριεὺς καὶ Ἡρακλείδης, θαυμάζης τάχα [illegible]—ἁρμάμαξαν Περσικὴν, Περσίζειν, &c. De *harmamaxâ* plura si velis, vide sis Schefferum, *De Re Vehiculari*, lib. ii, c. 17, p. 217.

b Τὸν δασμὸν] Quæ non ubique anxiè quærenda est articuli præpositivi emphasis, ea hoc loco minimè forsan importunè notanda est. De eo enim speciatim tributo sermo hic est, quod ab Armenio ad Cyaxarem ex pacto adlatum oportuit. Haud alia est hujus articuli emphasis apud Matt. viii, 4,—σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ, καὶ προσένεγκε τὸ δῶρον, ὃ, &c.

ἀπήγαγες, οὔτε στράτευμα ἔπεμψας, ἐτείχιζές τε τὰ ἐρύματα; Καὶ ὃς ἔφη, Ἐλευθερίας ἐπεθύμουν· καλὸν γάρ μοι δοκεῖ εἶναι καὶ αὐτὸν ἐλεύθερον εἶναι, καὶ παισὶν ἐλευθερίαν καταλιπεῖν. Καὶ γάρ ἐστιν, ἔφη ὁ Κῦρος, καλὸν μάχεσθαι, ὅπως μὴ πολέ τις δοῦλος μέλλοι γενήσεσθαι· ἢν δὲ δή ἢ πολέμῳ κρατηθείς, ἢ ᾗ ἄλλον τινὰ τρόπον ἁλωθείς, ἐπιχειρῶν τις φαίνηται τὰς δεσπότας ἀποστερεῖν ἑαυτῶν, τοῦτον σὺ, πρῶτος εἰπὲ, πότερον ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ καλὰ πράττοντα τιμᾷς, ἢ ὡς ἀδικοῦντα, ἢν λάβῃς, κολάζεις; Κολάζω, ἔφη· οὐ γὰρ ἐᾷς σὺ ψεύδεσθαι. Λέγε δὴ σαφῶς, ἔφη ὁ Κῦρος, ὧδε καθ' ἓν ἕκαστον· Ἢν ἄρχων τις τύχῃ, καὶ ἁμάρτῃ, πότερον ἐᾷς ἄρχειν, ἢ ἄλλον καθίστης ἀντ' αὐτοῦ; Ἄλλον καθίστημι, ἔφη. Τί δὲ, ἢν χρήματα πολλὰ ἔχῃ, ἐᾷς πλουτεῖν, ἢ πένητα ποιεῖς; Ἀφαιροῦμαι, ἔφη, ἃ ἂν ἔχων τυγχάνῃ. Ἢν δὲ καὶ πρὸς πολεμίους αὐτὸν γιγνώσκῃς ἀφιστάμενον, τί ποιεῖς; Καταικαίνω, ἔφη· τί γὰρ δεῖ, ἐλεγχθέντα ὅτι ψεύδομαι, ἀποθανεῖν, μᾶλλον, ἢ τἀληθῆ λέγοντα; Ἐνταῦθα δὴ ὁ μὲν παῖς αὐτοῦ ὡς ἤκουσε ταῦτα, [a] περιεσπάσατο τὴν τιάραν, καὶ τοὺς πέπλους

butum adtulisti, neque misisti exercitum, et munitiones extruere cœpisti? Et ille dixit, Libertatis eram cupidus: nam præclarum mihi visum est et *me* ipsum liberum esse, et libertatem liberis *meis* relinquere. Certè præclarum est, inquit Cyrus, pugnare, nè quis unquam servus fiat: at si quis vel bello victus, vel alio quodam modo in servitutem redactus, id moliri deprehendatur, ut dominorum se potestate eximat, hunc tu, primus mihi dicito, utrum ceu virum bonum et præclarè se gerentem honore afficias, an ut injustè agentem, *eum* si deprehenderis, plectas? Plecto, inquit: non enim concedis *mihi* ut mentiar. Responde mihi liquidò, ait Cyrus, singulatim in hunc modum: Si quis cum imperio sit, ac delinquat, utrum esse illum cum imperio pateris, an ejus in locum alium substituis? Alium, inquit, substituo. Quid verò, si magnas habeat opes, divitémne permittis esse, an ad paupertatem redigis? Eripio, inquit, *homini*, quæ possidet. Si ad hostes etiam eum deficere intelligas, quid facis? Occido, inquit: cur enim potiùs, mendacii convictus, moriar, quàm vera profatus? Ibi quidem Armenii filius, hæc ut audivit, detraxit tiaram *capiti*, vestésque

Ubi rectè Beza, *illud donum:* quippe Christus sanatum modò hominem jubet *illud speciatim* (non *aliquod*) donum sacerdoti offerre, quod ei lepræ purgati ex legis præscripto, Lev. xiv, 4, offerebant.

a Περιεσπάσατο τὴν; &c.] Orientis nimirum gentes, tristiùs cùm quid accideret, acriores, in hunc ferè modum, doloris animo concepti morsus indicare solebant. Moses, Nadabo, et Abihuo, morte repentinâ peremptis, tum ipsum Aharonem, tum filios ejus superstites monet, nè tiaras abjicerent, luctûs causâ, néve vestes lacerarent: Lev. x, 6. Adjici possint, Gen. xxxvii, 29, 34. Num. xiv, 6. Job. ii, 12. atque illa passim Vet. Test. loca. Idem de Persis

καὶ ἐρρήξαλο· αἱ δὲ γυναῖκες ἀναβοήσασαι ἐδρύπτοντο, ὡς οἰχομένου τοῦ παιδὸς, καὶ ἀπολωλότων πάντων σφῶν ἤδη. Καὶ ὁ Κῦρος σιωπῆσαι κελεύσας, πάλιν εἶπεν, Εἶεν· τὰ μὲν δὴ σὰ δίκαια ταῦτα, ὦ Ἀρμένιε· ἡμῖν δὲ τί συμβουλεύεις ἐκ τούτων ποιεῖν; Ὁ μὲν δὴ Ἀρμένιος ἐσιώπα, ἀπορῶν πότερα συμβουλεύοι τῷ Κύρῳ καλακαίνειν ἑαυτὸν, ἢ τἀναντία διδάσκοι, ὧν αὐτὸς ἔφη ποιεῖν. Ὁ δὲ παῖς αὐτοῦ Τιγράνης ἐπήρετο τὸν Κῦρον, Εἰπέ μοι, ὦ Κῦρε, ἔφη, ἐπεὶ ὁ παὴρ ἀπορεῖν ἔοικεν, ἢ συμβουλεύσω περὶ αὐτοῦ ἃ οἶμαί σοι βέλτιστα εἶναι; Καὶ ὁ Κῦρος, ἠσθημένος, ὅτε συνεθήρα αὐτῷ ὁ Τιγράνης, [a]σοφιστήν τινα αὐτῷ συνόντα καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ τοῦ Τιγράνου, πάνυ ἐπεθύμει αὐτοῦ ἀκοῦσαι, ὅ, τι ποτὲ ἐροίη· καὶ προθύμως ἐκέλευε λέγειν, ὅ, τι γινώσκοι.

discidit: fœminæ autem, ingenti sublato ejulatu *ora sua* dilaniabant, quasi jam periisset pater, et actum de omnibus ipsis esset. Et Cyrus, indicto silentio, rursùs inquit, Esto; tua quidem hæc sunt, Armenie, jura; nobis verò quid secundùm hæc faciendum consulis? Tacebat quidem Armenius, dubius animi, utrum sui necandi consilium Cyro daret, an contraria doceret iis, quæ se facturum fuisse dixerat. At filius ejus Tigranes Cyrum percunctatus, Dic mihi, Cyre, inquit, quando pater hærere videtur, an consilium mihi de eo dare liceat, tibi quod ex usu maximè futurum arbitrer? Et Cyrus, qui animadverterat, quo tempore Tigranes cum ipso venari solebat, sophistam quendam Tigrani familiarem eique magnæ admirationi fuisse, quid tandem dicturus esset audire percupiebat; atque adeò jubebat alacriter, quod sentiret, proferret.

sæpè alibi tradit Xenophon. Nec aliter Herodotus: Πέρσαι δ᾽ οἳ τὸν βασιλέα εἶδον ἀναπαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα καλείρεικόν τε ἢ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διαχρέωντο, lib. iii, c. 66. Et Q. Curtius, de Captivis Persicis: "Ingens circa eam "nobilium fœminarum turba constiterat, "laceratis crinibus abscissáque veste, "pristini, &c." lib. iii, c. 11.

a Σοφιστήν τινα] Plurium sanè auctorum testimonio constat, honorificum antiquis temporibus dignationísque plenum fuisse *Sophistæ* nomen: quo non ii tantùm potiti sunt, qui eximii in dicendo erant, sed etiam ex philosophis, qui facundè animi sensa exprimerent. Laërtius, p. 9, οἱ δὲ σοφοὶ, inquit, καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο. Et Plutarchus, tom. ii, p. 385. Λέγουσι γὰρ ἐκείνους τοὺς σοφοὺς, ὑπ᾽ ἐνίων δὲ σοφιστὰς προσαγορευθῆναι, αὐτοὺς μὲν εἶναι σοφοὺς, Χίλωνα καὶ Θαλῆν, καὶ Σόλωνα, &c. Quarum prior appellatio, ex Casauboni sententiâ, sapientiæ habitum inhærentem notat: posterior, munus docendi, quod olim functi sunt plerique sapientium. Imò, vox σοφιστὴς primò ità latè patebat, ut omnibus alicujus artis peritis tribueretur, teste Suidâ, qui eam exponit, πᾶς τεχνίτης. Sed aliò tandem translata est ad eos homines significandos, qui, auctore Cicerone, *Academ.* lib. ii, p. 134, edit. *Cantab.* aut ostentationis aut quæstûs causâ philosophati sunt. Cæterùm de variâ Σοφιστῶν notatione consulas Ger. Voss. *de Rhetor. Naturâ et Constit.* Oper. tom. iii, pag. 316, et seq. Philostratum de *Vitis Sophistarum*: et *Præfationem*, quam Æliani Var. Hist. à se editis, dedit Perizonius.

Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη ὁ Τιγράνης, εἰ μὲν ἄγασαι τοῦ παιδὸς ἢ ὅσα βεβούλευται, ἢ ὅσα [a]πέπραχε, πάνυ σοι συμβουλεύω τοῦτον μιμεῖσθαι· εἰ δὲ τοί σοι δοκεῖ πάντα ἡμαρτηκέναι, συμβουλεύω σοι αὐτὸν μὴ μιμεῖσθαι. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Κῦρος, τὰ δίκαια ποιῶν, ἥκιστ' ἂν τὸν ἁμαρτάνοντα μιμοίμην. Ἔστιν, ἔφη, ταῦτα. Κολαστέον ἄρ' ἂν εἴη, καλά γε τὸν σὸν λόγον, τὸν πατέρα· εἴπερ τὸν ἀδικοῦντα δίκαιον κολάζειν. Πότερα δ' ἡγῇ, ὦ Κῦρε, ἄμεινον εἶναι σὺν τῷ σῷ ἀγαθῷ τὰς τιμωρίας ποιεῖσθαι, ἢ σὺν τῇ σῇ ζημίᾳ; Ἐμαυτὸν ἄρα, ἔφη, οὕτω γ' ἂν τιμωροίμην. Ἀλλὰ σὺ μέντοι, ἔφη ὁ Τιγράνης, μεγάλα γ' ἂν ζημιοῖο, εἰ τοὺς σεαυτοῦ κατακαίνοις τότε, ὁπότε σοι πλείσου ἄξιοι εἶεν κεκτῆσθαι. Πῶς δ' ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, τότε πλείσου ἄξιοι γίγνοιντο ἄνθρωποι, ὁπότε ἀδικοῦντες ἁλίσκοιντο; Εἰ τότε, οἶμαι, σώφρονες γίγνοιντο. Δοκεῖ γάρ μοι, ὦ Κῦρε, οὕτως ἔχειν, ἄνευ μὲν σωφροσύνης οὐδ' ἄλλης ἀρετῆς οὐδὲν ὄφελος εἶναι· (τί γὰρ ἄν, ἔφη, χρήσαιτ' ἄν τις ἰσχυρῷ ἢ ἀνδρείῳ, μὴ σώφρονι, ἢ ἱππικῷ; τί δὲ, πλουσίῳ; τί δὲ, δυνάσῃ ἐν πόλει;) σὺν δὲ σωφροσύνῃ, καὶ φίλος πᾶς, χρήσιμος, καὶ θεράπων πᾶς, ἀγαθός. Τοῦτο οὖν, ἔφη, λέγεις, ὡς καὶ ὁ σὸς

Ego igitur, inquit Tigranes, si tu quæcunque pater vel deliberando instituit, vel patravit probas, omninò tibi sum auctor, ipsum ut imiteris: sin tibi videtur omnia peccâsse, hoc tibi do consilii, cum ne imiteris. Ergò miminè delinquentem imitabor, ait Cyrus, si quod justum est egero. Ità est, inquit *ille*. Erit igitur animadvertendum, ex tuâ quidem ratione, in patrem *tuum*; siquidem justum est in hominem injustè agentem animadvertere. Utrùm verò, Cyre, melius esse ducis tuo cum commodo pœnas *te* sumere, an tuo cum detrimento? Nimirum hoc pacto, subjecit *Cyrus*, supplicio me ipsum adfecero. Atqui tu magnam sanè jacturam facies, ait Tigranes, si tuos tum occidas, cùm tibi quantivis pretii fuerint, tua si sint in potestate. Verùm quì possint homines, inquit Cyrus, maximi tum esse pretii, cùm in improbis facinoribus fuerint deprehensi? Si tum, nimirum, sanæ fiant mentis. Nam mihi, Cyre, sic se res habere videtur, sine sanitate mentis nè *quidem cujusvis* alterius virtutis usum ullum esse: (quam enim ad rem, inquit, utatur aliquis *hominis* robusti vel fortis, vel equestris rei periti operâ, si non sit sanâ mente? quam ad rem, divitis? quam ad rem, hominis qui in civitate potentatum obtinet?) at si mentis adsit sanitas, et amicus omnis, utilis est, et omnis servus, bonus. Hoc igitur, inquit, dicis, etiam

a Πέπραχε, πάνυ] Sic optimè MS. Bodl. et Muretus. Vulgò, πέπραχε, τῶν πάνυ, &c. ubi τῶν illud omninò importunum videtur. In quibusdam libris legitur etiam—πέπραχε τοῦ δοκεῖν πάντα ἡμαρτηκέναι, πάνυ σοι—ex pessimâ eorum, ut opinor, depravatione, quæ mox sequuntur: εἰ δὲ τοι σοι δοκεῖ πάντα ἡμαρτηκέναι, συμβουλεύω, &c.

πατὴρ ἐν τῇδε τῇ μιᾷ ἡμέρᾳ ἐξ ἄφρονος σώφρων γεγένηται. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Πάθημα ἄρα σὺ λέγεις τῆς ψυχῆς εἶναι τὴν σωφροσύνην, ὥσπερ λύπην, οὐ μάθημα· οὐ γὰρ ἂν δήπου, εἴγε φρόνιμον δεῖ γενέσθαι τὸν μέλλοντα σώφρονα ἔσεσθαι, παραχρῆμα ἐξ ἄφρονος σώφρων ἄν τις γένοιτο. Τί δ', ἔφη, ὦ Κῦρε, οὔπω ἤσθου καὶ ἕνα ἄνδρα δι' ἀφροσύνης μὲν ἐπιχειροῦντα κρείττονι ἑαυτῷ μάχεσθαι, ἐπειδὰν δὲ ἡττηθῇ, εὐθὺς πεπαυμένον τῆς πρὸς τοῦτον ἀφροσύνης; Πάλιν δ', ἔφη, οὔπω ἑώρακας πόλιν ἀντιταττομένην πρὸς πόλιν ἑτέραν, ἥτις ἐπειδὰν ἡττηθῇ, παραχρῆμα ταύτῃ, ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι, πείθεσθαι θέλει; Ποίαν δ', ἔφη ὁ Κῦρος, ἢ σὺ τοῦ παιδὸς ἦσθα λέγων, ὅτως ἰσχυρίζῃ σεσωφρονίσθαι αὐτόν; Ἔν γ', νὴ Δί', ἑαυτῷ σύνοιδεν ἐλευθερίας μὲν ἐπιθυμήσας, δοῦλος δ' ὡς οὐδεπώποτε γενόμενος· ἃ δὲ ᾠήθη χρῆναι λαθεῖν, ἢ [a]φθάσαι, ἢ ἀποβιάσασθαι, οὐδὲν τούτων ἱκανὸς γενόμενος διαπράξασθαι. Σὲ δὲ οἶδεν, ἃ μὲν ἐβουλήθης ἐξαπατῆσαι αὐτὸν, ὅτως ἐξαπαλήσαντα, ὥσπερ ἄν τις τυφλὸς ἢ κωφὸς, ἢ μηδ' ὁτιοῦν φρονοῦντας ἐξαπατήσειεν· ἃ δὲ ᾠήθης λαθεῖν χρῆναι, οὕτω σὲ οἶδε λαθόντα, ὥσε ἃ ἐνόμιζεν ἑαυτῷ ἐχυρὰ χωρία ἀποκεῖσθαι,

patrem tuum hoc uno die de insano sanum factum esse hominem. Sanè quidem, ait. Ergò tu sanitatem affectionem esse animi dicis, sicut est ægritudo, non quiddam ex disciplinâ comparandum; nec enim sanè, si prudentem eum fieri oporteat, qui mente sanus sit homo futurus, subitò quis ex insano sanus evaserit. Quid autem, Cyre, inquit, nunquam adhuc animadvertisti hominem etiam unum ex insaniâ conantem pugnare cum alio se *viribus* præstantiori, cùm victus esset, mox insaniæ adversùs hunc suæ finem fecisse? Nondum item, ait, civitatem *unam* adversùs aliam se opponentem vidisti, quæ ubi victa fuerit, confestim huic *alteri* parere, quàm repugnare, mallet? Quam verò, Cyrus inquit, etiam patris *victi* cladem narrans, mentis eum ad sanitatem revocatum esse tantoperè adfirmes? Quòd sibi, profectò, conscius est, se libertatem adpetendo, ad eam servitutem redactum, in quâ nunquam antehac fuerit: atque etiam nihil eorum perficere potuisse, quæ habenda clam, vel occupanda, vel conficienda per vim existimârat. Te verò scit in iis, in quibus ipsum fallere volueris, ità fefellisse, utì quis cæcos, aut surdos, et nullius planè mentis homines fallat: quæ autem occultanda putâris, *ea* sic te scit occultâsse, ut quæ loca sibi reservata esse tutissima existimabat,

a Φθάσαι, ἢ, &c.] Sic rescripsi, Philelphum, Gabrielium et MStum Bodl. secutus. Alii libri dant φωράσαι, ἢ ἐπισιάσασθαι: quam lectionem veram ratus Leunclavius, ità locum reddit, *vel furtim agenda, vel*, &c. At φωρᾶν, non *furtim agere*, sed *furtum indagare, deprehendere, scrutari*, &c. significat.

ταῦτα εἰρηλὰς αὐτῷ ἔλαθες προκαλασκευάσας· τάχει δὲ τοσοῦτον περιεγένου αὐτοῦ, ὥσε [a] πρόσωθεν ἔφθασας ἐλθὼν σὺν πολλῷ στόλῳ, πρὶν τοῦτον τὴν παρ' ἑαυτῷ δύναμιν ἀθροίσασθαι. Ἔπειτα δοκεῖ σοι, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ ἡ τοιαύτη ἧτται σωφρονίζειν ἱκανὴ εἶναι ἀνθρώπους, [b] τὸ γνῶναι ἄλλους ἑαυτῶν βελτίονας ὄντας; Πολύ γε μᾶλλον, ἔφη ὁ Τιγράνης, ἢ ὅταν μάχῃ τις ἡττηθῇ. Ὁ μὲν γὰρ ἰσχύι κρατηθεὶς ἔσιν ὅτε ὠήθη τὸ σῶμα ἀσκήσας ἀναμαχεῖσθαι· καὶ πόλεις γε ἁλοῦσαι, συμμάχους προσλαβοῦσαι, οἴονται ἀναμαχέσασθαι ἄν· οὓς δ' ἂν βελτίους τινὲς ἑαυτῶν ἡγήσωνται, τούτοις πολλάκις ἢ ἄνευ ἀνάγκης ἐθέλουσι πείθεσθαι. Σὺ, ἔφη, ἔοικας οὐκ οἴεσθαι τοὺς ὑβρισὰς γιγνώσκειν τοὺς ἑαυτῶν σωφρονεστέρους· οὐδὲ τοὺς κλέπτας, τοὺς μὴ κλέπτοντας· οὐδὲ τοὺς ψευδομένους, τοὺς ἀληθῆ λέγοντας· οὐδὲ τοὺς ἀδικοῦντας, τοὺς τὰ δίκαια ποιοῦντας· ἦ οἶσθα, ἔφη, ὅτι καὶ νῦν ὁ σὸς παὶὴρ ἐψεύσατο, καὶ οὐκ ἐξημπέδωσε τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, εἰδὼς ὅτι ἡμεῖς οὐδ' ὁτιοῦν ὧν Ἀσυάγης

hæc ei tu septa priùs effeceris, quàm ipse persentisceret : celeritate verò tantùm eum superâsti, ut è longinquo magno cum exercitu priùs venires, quàm is copias sibi proximas cogeret. Videtúrne igitur tibi, inquit Cyrus, tales etiam clades, quòd nempè homines ipsos alios meliores *tandem* cognoscant, sufficere ad eos ad sanam mentem reducendos ? Multò sanè magìs, ait Tigranes, quàm cùm pugnâ quis superatus sit. Robore enim inferior interdum, rursùs exercito corpore, se pugnam instauraturum putat; et captæ quidem civitates, adscitis belli sociis, cladem acceptam resarciri posse existimant: quos verò aliqui seipsis præstantiores ducunt, iis sæpè nullâ etiam necessitate coacti parere volunt. Videris tu, subjecit *Cyrus*, non existimare homines petulantes *alios* se ipsis modestiores noscere ; vel fures, illos qui non furantur ; vel mendaces, eos qui vera dicunt ; vel injustos, eos qui justè agunt : an ignoras, inquit, nunc etiam patrem tuum *nos* fefellisse, neque pactis inter nos conventis stetisse, quamvis sciret nos nihil quicquam eorum, quæ Astyages

a Πρόσωθεν] Cùm πρόσθεν illud, quod vulgò legitur, ferri nequaquam poterat, Stephanus et Leunclavius πόρρωθεν reponendum monuerunt. Sed facilior est proniórque ea, quam MSto Bodl. repræsentatam exhibemus, emendatio: nec enim mirum est, si festinanti librario una litera nonnunquam excidat.

b Τὸ γνῶναι] Locus hic à librariis interpretibusque pessimè, ut opinor, acceptus est. In editis omnibus legitur τῷ γνῶναι, &c. quæ Cyri verba sic reddit Leunclavius. *At verò tibine videtur, inquit Cyrus, hominis ità victi clades sufficere ad efficiendum ut frugi sit, atque alios se potiores agnoscat?* Eodem ferè recidunt aliorum versiones, à loci utique sententiâ pariter alienæ. Nos igitur, conjecturâ freti, reposuimus τὸ γνῶναι, quâ tandem ratione tum structura constat, tum idoneus ille, quem in versione damus, sensus exoritur. Hanc nostram emendationem atque interpretationem firmant satìs tuentúrque verba ista Tigranis suam, paulò post, sententiam explicantis: Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ τοῦτο λέγω, ὡς τὸ γνῶναι μόνον τοὺς βελτίονας σωφρονίζει, ἄνευ, &c.

συνέθεο παραβαίνομεν; Ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ τοῦτο λέγω, ὡς τὸ γνῶναι μόνον τοὺς βελτίονας, σωφρονίζει, ἄνευ τοῦ δίκην διδόναι ὑπὸ τῶν βελτιόνων, ὥσπερ ὁ ἐμὸς νῦν πατὴρ δίδωσιν. Ἀλλ', ἔφη ὁ Κῦρος, ὅ γε σὸς πατὴρ πέπονθε μὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἔπω κακόν· φοβεῖται μέν τοι, εὖ οἶδ', ὅτι μὴ πάντα τὰ ἔσχατα πάθῃ. [a] Οἴει οὖν τι, ἔφη ὁ Τιγράνης, μᾶλλον καταδουλοῦσθαι ἀνθρώπους τῷ ἰσχυρῷ φόβῳ; Οὐκ οἶσθ' ὅτι οἱ μὲν, τῷ ἰσχυροτάτῳ κολάσμασι νομιζομένῳ, σιδήρῳ παιόμενοι, ὅμως ἐθέλουσι, καὶ πάλιν μάχεσθαι τοῖς αὐτοῖς; οὓς δ' ἂν σφόδρα φοβηθῶσιν ἄνθρωποι, τούτοις οὐδὲ παραμυθουμένοις, ἀντιβλέπειν δύνανται; Λέγεις σὺ, ἔφη, ὡς ὁ φόβος τοῦ ἔργῳ κακοῦσθαι μᾶλλον κολάζει τοὺς ἀνθρώπους; Καὶ σύ γε, ἔφη, οἶσθα ὅτι ἀληθῆ λέγω· ἐπίσασαι γὰρ ὅτι οἱ μὲν φοβούμενοι μὴ φύγωσι παιδίδα, καὶ οἱ μέλλοντες μάχεσθαι, δεδιότες μὴ ἡττηθῶσιν, ἀθύμως διάγουσι· καὶ οἱ πλέοντες, μὴ ναυαγήσωσι, καὶ οἱ δουλείαν ἢ δεσμὸν φοβούμενοι, ἕτοι μὲν ἔτε σίτου, ἔθ' ὕπνου δύνανται τυγχάνειν διὰ τὸν φόβον· οἱ δὲ ἤδη μὲν φυγάδες, ἤδη δ' ἡττημένοι, ἤδη δὲ δουλεύοντες, ἔστιν ὅτε δύνανται μᾶλλον τῶν εὐδαιμόνων

pepigisset, violâsse? At enim nec ipse id dico, solum hoc homines ad sanam mentem reducere, quòd *se* meliores nôrint, nisi melioribus etiam pœnas dent, quemadmodùm dat nunc pater meus. At tuus certè pater, inquit Cyrus, nihil prorsùs mali adhuc est perpessus: metuit verò, sat scio, nè ultima quæque patiatur. Ergò tu quidquam esse existimas, inquit Tigranes, quòd homines magìs ad servilem animi demissionem dejiciat, quàm vehemens metus? Num ignoras, eos qui ferro cæduntur, quod castigationis genus gravissimum existimatur, tamen adversùs eosdem pugnare velle? at quos admodùm metuunt homines, eos nè quidem consolamina dicentes verba intueri sustinent? Dicis *ergò*, inquit, metum graviùs cruciare homines, quàm si reipsâ malo mactentur? Ac tu quidem nôsti, inquit, vera me dicere: scis enim eos qui metuunt nè patriâ exulent, et qui pugnaturi timent nè vincantur, in anxietate versari; itidem qui inter navigandum *metuunt*, nè naufragium faciant, et qui servitutem ac vincula timent, isti quidem nec cibum nec somnum præ metu capere possunt: at qui jam sunt exules, jam victi, jam servi, nonnunquam *etiam* magìs quàm fortunati homines

a Οἴει οὖν τι, &c.] Leunclavius, pro οἴει οὖν——μᾶλλον καταδουλοῦσθαι ἀνθρώπους, rectiùs scribi arbitratur, οἴει οὖν τινι μᾶλλον καταδουλοῦσθαι, &c. *Nam verbum*, inquit, καταδουλοῦσθαι *hîc* παθητικὸν *est procul dubio.* Sed, omni planè vitio locum vacare puto: nam alibi sæpè καταδουλοῦμαι vim habet activam: Plutarch. in *Demetr.* p. 902. Τότε μέντοι καὶ σημεῖα μοχθηρὰ κατεδουλοῦτο τὴν γνώμην αὐτῶν. Plura exempla suppeditabit Budæus.

ἐσθίειν τὲ καὶ καθεύδειν. Ἔτι δὲ φανερώτερον καὶ ἐν τοῖσδε, οἷον φόρημα ὁ φόβος· ἔνιοι γὰρ φοβούμενοι μὴ ληφθέντες ἀποθάνωσι, προαποθνήσκουσιν ὑπὸ τοῦ φόβου· οἱ μὲν, ἑαυτοὺς ἐμπίπλαντες· οἱ δὲ, ἀπάγχόμενοι· οἱ δὲ, ἀποσφαττόμενοι· [a] οὕτω πάντων τῶν δεινῶν ὁ φόβος μάλιστα καταπλήττει τὰς ψυχάς. Τὸν δ' ἐμὸν πατέρα, ἔφη, νῦν πῶς δοκεῖς διακεῖσθαι τὴν ψυχὴν, ὃς οὐ μόνον περὶ ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ περὶ ἐμοὶ, καὶ περὶ γυναικὸς, καὶ περὶ πάντων τῶν τέκνων δουλείας φοβεῖται; Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἀλλὰ νῦν μὲν ἔμοιγε οὐδὲν ἄπιστον οὕτω τοῦτον διακεῖσθαι· δοκεῖ μέντοι μοι τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι, καὶ εὐτυχοῦντα ἐξυβρίσαι, καὶ πταίσαντα ταχὺ πτῆξαι· καὶ ἀνεθέντα, πάλιν αὖ μέγα φρονῆσαι, καὶ πάλιν αὖ πράγματα παρασχεῖν. Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὦ Κῦρε, ἔχει μὲν προφάσεις τὰ ἡμέτερα ἁμαρτήματα, ὥστε ἀπιστεῖν ἡμῖν· ἔξεστι δέ σοι καὶ φρούρια ἐντειχίζειν, καὶ τὰ ἐχυρὰ καταλέχειν, καὶ ἄλλο ὅ, τι ἂν βούλῃ πιστὸν λαμβάνειν. Καὶ μέντοι, ἔφη, ἡμᾶς μὲν ἔξεις οὐδέν τι τούτοις μέγα λυπουμένους· μεμνησόμεθα γὰρ ὅτι ἡμεῖς αὐτῶν αἴτιοί ἐσμεν. Εἰ δέ τινι τῶν ἀναμαρτήτων παραδιδοὺς τὴν ἀρχὴν, ἀπιστῶν αὐτὸς φανείης, ὅρα μὴ ἅμα τὲ εὖ ποιήσῃς, καὶ ἅμα

edere et dormire possunt. Manifestius est etiam in his, quale onus sit metus: quippe nonnulli metuentes nè capti interficiantur, præ metu priùs moriuntur; alii quidem, sese *alicundè* præcipitando; alii, strangulando; alii, jugulando: *usque* adeò metus inter omnes res terribiles maximè animos percellit. Ac quo nunc, ait, animo patrem meum esse affectum putas, qui non solùm suâ, sed meâ etiam, et uxoris, et omnium liberorum causâ servitutem metuit? Et Cyrus, Mihi quidem, inquit, nequaquam incredibile *videtur*, eum nunc sic *animo* affectum esse: verùm ejusdem esse hominis arbitror, et secundis rebus insolescere, et adversis subitò consternari; et, si veniâ donatus *in antiquum statum restituatur*, rursùs insolenter se effere, denuóque negotium facessere. Enimverò, Cyre, inquit, delicta nostra adferunt illa quidem causas, quamobrem fides nobis non haberetur: at verò tibi licet castella circumvallare, et loca munita *occupata* tenere, atque aliud quodcunque voles fidei pignus capere. Et nos sanè, inquit, ii erga te erimus, qui hæc non graviter admodùm ferant: nam recordaturi sumus, horum nos auctores existere. Quòd si ex iis alicui tradito imperio, qui nihil in te deliquerint, fidem ipse non habere videberis, cave nè simul et beneficium præstes, simúlque

a Οὕτω πάντων, &c.] Vim timoris ingentem ἐμφαλικολάτῳ Pindarus expressit epitheto:

——οὐδέ μιν
Πεσὲ φόβος ἀνδροδάμας
Ἔτανυσεν ἀλκὰν φρενῶν.
Nem. γ'. v. 66, et seq.

οὐ φίλον νομίσωσί σε. Εἰ δ' αὖ φυλαττόμενος τὸ ἀπέχθάνεσθαι, μὴ ἐπιθῇς αὐτοῖς ζυγὰ τοῦ μὴ ὑβρίσαι, ὅρα μὴ ἐκείνους αὖ δεήσῃ σε σωφρονίζειν ἔτι μᾶλλον ἢ ἡμᾶς νῦν ἐδέησεν. Ἀλλὰ ναὶ μὰ τοὺς θεούς, ἔφη, τοιούτοις μὲν ἔγωγε ὑπηρέταις, οὓς εἰδείην ἀνάγκῃ ὑπηρετοῦντας, ἀηδῶς ἄν μοι δοκῶ χρῆσθαι· οὓς δὲ γιγνώσκειν δοκοίην ὅτι εὐνοίᾳ τῇ ἐμῇ τὸ δέον συλλαμβάνοιεν, τούτους ἄν μοι δοκῶ καὶ ἀμαρτάνοντας ῥᾷον φέρειν, ἢ τοὺς μισοῦντας μὲν, ἔκπλεω δὲ πάντα ἀνάγκῃ διαπονουμένους. Καὶ ὁ Τιγράνης πρὸς ταῦτα, Φιλίαν δ', ἔφη, παρὰ τίνων ἂν ποτε λάβοις τοσαύτην, ὅσην σοι παρ' ἡμῶν ἔξεσι κτήσασθαι νῦν; Παρ' ἐκείνων οἶμαι, ἔφη, παρὰ τῶν μηδεπώποτε οὕτω πολεμίων γεγενημένων· εἰ ἐθέλοιμι εὐεργετεῖν αὐτοὺς, ὥσπερ σὺ κελεύεις με νῦν εὐεργετεῖν ὑμᾶς. Ἦ καὶ δύναιο ἄν, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἐν τῷ παρόντι εὑρεῖν νῦν ὅτῳ ἂν χαρίσαιο ὅσαπερ τῷ ἐμῷ πατρί; Αὐτίκα, ἔφη, ἤν τινα ἐᾷς ζῆν τῶν σὲ μηδὲν ἠδικηκότων, τίνα σοι τούτου χάριν οἴει αὐτὸν εἶσεσθαι; τί δὲ; ἂν αὐτῷ τέκνα καὶ γυναῖκα μὴ ἀφαιρῇ, τίς σε τούτου ἕνεκα φιλήσει μᾶλλον ἢ ὁ νομίζων προσήκειν ἑαυτῷ ἀφαιρεθῆναι; τὴν δ' Ἀρμενίων βασιλείαν εἰ μὴ ἔξει, οἶσθά τινα λυπή-

te minimè amicum ducant. Rursùs si, dum cavebis nè odio premaris, juga ipsis non imposueris, quò minùs se insolenter gerant, vide nè illi magìs etiam quàm nos modo, tibi sint ad mentem sanam revocandi. At ego me profectò, inquit *Cyrus*, ejusmodi ministris, quos sciam necessitate *coactos suas mihi* præstare operas, minùs libenter usurum arbitror : quos autem animadvertere viderer, ex benevolentiâ et mei amore, in id quod facto sit opus *mecum* simul incumbere, hos ego delinquentes etiam laturum me faciliùs existimo, quàm eos qui *me* quidem oderint, cumulatè tamen omnia *sua munera* coacti explere studeant. Ad hæc Tigranes, A quibus autem, inquit, amorem tantum unquam consequêris, quantum modò tibi licet à nobis adipisci ? Ab illis arbitror, ait *Cyrus*, qui *nimirum* nunquam ità hostili fuerint *in me* animo ; si velim eos beneficio adficere, quemadmodùm tu jam, ut in vos beneficium conferam, hortaris. Num, Cyre, possis, inquit, ut in quam hoc tempore reperire, cui tanta gratificari queas, quanta meo patri? Primum, inquit, si de iis aliquem vivere sinas, qui nullâ te affecerint injuriâ, quam eum existimas tibi hâc de re gratiam habiturum ? quid item ? si liberos ipsi et uxorem non adimas, quis eo te nomine magìs diliget, quàm qui jure sibi *suos* eripi potuisse putat? an verò ullum nôsti cui gravius, quàm nobis, futurum sit, *se* Armeniorum regnum

μενον μᾶλλον ἢ ἡμᾶς; οὐκοῦν [a] ἡ τοῦτο, ἔφη, δῆλον, ὅτι ὁ μάλιστα λυπούμενος εἰ μὴ βασιλεὺς εἴη, οὗτος καὶ λαβὼν τὴν ἀρχὴν, μεγίστην ἂν σοι χάριν εἰδείη. Εἰ δέ τι σοι, ἔφη, μέλει καὶ τοῦ ὡς ἥκιστα τεταραγμένα τάδε καταλιπεῖν ὅταν ἀπίῃς, σκόπει, ἔφη, πότερον ἂν οἴει ἠρεμεστέρως ἔχειν τὰ ἐνθάδε, καινῆς γενομένης ἀρχῆς, ἢ τῆς εἰωθυίας καταμενούσης· εἰ δέ τι σοι μέλει καὶ τοῦ ὡς πλείστην στρατιὰν ἐξάγειν, τίνα ἂν οἴει μᾶλλον ἐξελάσαι ταύτην ὀρθῶς τοῦ πολλάκις αὐτῇ κεχρημένου; εἰ δὲ καὶ χρημάτων δεήσῃ, τίνας ἂν ταῦτα νομίζεις ἐκπορίσαι κρεῖττον τοῦ καὶ εἰδότος καὶ ἔχοντος πάντα τὰ ὄντα; Ὦ ἀγαθὲ, ἔφη, Κῦρε, φύλαξαι μὴ ἡμᾶς ἀποβαλὼν, σαυτὸν ζημιώσῃς πλείω ἢ ὁ πατὴρ ἠδυνήθη σε βλάψαι. Ὁ μὲν τοιαῦτα ἔλεγεν·

Ὁ δὲ Κῦρος ἀκούων ὑπερήδετο, ὅτι ἐνόμιζε περαίνεσθαι πάντα αὐτῷ, ὅσαπερ ὑπέσχετο Κυαξάρει πράξειν· ἐμέμνητο γὰρ εἰπὼν ὅτι καὶ φίλον οἴοιτο μᾶλλον αὐτὸν ἢ πρόσθεν ποιήσειν· Ἐκ τούτου δὴ τὸν Ἀρμένιον ἐρωτᾷ, Ἦν δὲ δὴ ταῦτα πείθωμαι ὑμῖν, λέγε μοι σὺ, ἔφη, ὦ Ἀρμένιε, πόσην μοι στρατιὰν συμπέμψεις, πόσα δὲ

non obtinere? quapropter etiam hoc, ait, perspicuum est, eum qui molestissimè laturus sit se regem non esse, maximam tibi gratiam habiturum, si imperium *à te* impetraverit. Quòd si etiam tibi curæ est, inquit, ut has res quàm minimè turbatas, ubi discesseris, relinquas, re deliberatâ, inquit, utrum *tandem* existimas tranquilliora hîc loci futura omnia, novato imperio, an usitato remanente: quòd si etiam tibi curæ est, ut exercitum amplissimum educas, quem existimas hujus delectum rectiùs habiturum, quàm qui eo sæpiùs est usus? si pecuniâ quoque tibi sit opus, quos meliùs confecturos hanc putas, quàm qui & novit et habet quicquid facultatum *his in locis* est? Cyre, inquit, optimè, cave nè nobis amissis, majori teipsum detrimento adficias, quàm quo adficere te pater hic *meus* potuisset. Hujusmodi *quædam* proferebat *Tigranes:*

Cyrus autem hæc audiens mirificè delectabatur, quòd arbitraretur omnia sibi confecta *jam* esse, quæ Cyaxari facturum se pepigerat: nam dixisse meminerat, existimare se futurum ut *Armenius* amicior ipsis, quàm anteà *fuisset*, operâ suâ redderetur. Itaque deinceps Armenium ipsum percontatus est, Si vobis, inquit, in his morem gessero, dic mihi, Armenie, quantum missurus es exercitum mecum,

a Καὶ τοῦτο, &c.] Ex emendatione Stephani, veteris libri auctoritate munitâ, omninò sic legendum arbitror. Vulgò erat,—καὶ τοῦτου, ἔφη, δηλονότι, &c. quam lectionem apertè mendosam Leunclavius ut emendaret, in margine præpositionem ἐκ huic genitivo præfixit; simul etiam δῆλον ὅτι scribens.

χρήματα συμβαλῇ εἰς τὸν πόλεμον; Πρὸς ταῦτα δὴ λέγει ὁ Ἀρμένιος, Οὐδὲν, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἔχω ἁπλούστερον εἰπεῖν, οὐδὲ δικαιότερον, ἢ δεῖξαι μὲν ἐμὲ πᾶσαν τὴν δύναμιν τὴν οὖσαν, σὲ δὲ ἰδόντα, ὅσην μὲν ἂν σοι δοκῇ στρατιὰν ἄγειν, τὴν δὲ καταλιπεῖν, τῆς χώρας φυλακήν. Ὡσαύτως δὲ περὶ χρημάτων, δηλῶσαι μὲν ἐμὲ δίκαιόν σοι πάντα τὰ ὄντα· σὲ δὲ τούτων αὐτῶν γνόντα ὁπόσα τε ἂν βούλῃ φέρεσθαι, καὶ ὁπόσα ἂν βούλῃ καταλιπεῖν. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἴθι, δεῖξόν μοι ὁπόση σοι δύναμίς ἐστι, λέξον δὲ καὶ πόσα χρήματα. Ἐνταῦθα δὴ λέγει ὁ Ἀρμένιος, Ἱππεῖς μὲν τοίνυν τῶν Ἀρμενίων εἰσὶν εἰς ὀκτακισχιλίους, πεζοὶ δὲ εἰς τετταράς μυριάδας· χρήματα δ', ἔφη, σὺν τοῖς θησαυροῖς, οἷς ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ἔστιν, εἰς ἀργύριον λογισθέντα, τάλαντα πλείω τῶν τρισχιλίων. Καὶ ὁ Κῦρος, [a]οὐκ ἐμέλλησεν, ἀλλ' εἶπε, Τῆς μὲν τοίνυν στρατιᾶς, ἐπεί σοι, ἔφη, οἱ ὅμοροι Χαλδαῖοι πολεμοῦσι, τοὺς ἡμίσεις μοι σύμπεμπε· τῶν δὲ χρημάτων, ἀντὶ μὲν τῶν πεντήκοντα ταλάντων, ὧν ἔφερες δασμὸν, διπλασίονα Κυαξάρει ἀπόδος, ὅτι ἔλιπες τὴν φοράν· ἐμοὶ δ', ἔφη, ἄλλα ἑκατὸν δάνεισον· ἐγὼ δέ σοι ὑπισχνοῦμαι, ἂν θεὸς εὖ διδῷ, ἀνθ' ὧν ἂν ἐμοὶ δανείσῃς, ἢ ἄλλα πλείονος ἀξία εὐεργετήσειν, ἢ τὰ χρήματα

quantúmque pecuniæ ad hoc bellum conferes? Ad hæc respondens Armenius, Nihil, Cyre, ait, simplicius nec æquius quod dicam habeo, quàm ut copias *mihi* quæ adsunt omnes ostendam, eásque *adeò* ubi tu videris, exercitum quantum tibi visum fuerit abducas, illum autem relinquas, qui regioni nostræ præsidio sit. Itidem de pecuniis æquum est ut quas habeam tibi declarem; tu autem, summâ earum cognitâ, ex iis quantum velis auferas, quantum velis relinquas. Et Cyrus, Age verò, inquit, ostendito quantæ tibi sint copiæ, quantúmque pecuniæ habeas dicito. Hîc Armenius, Equites ergò, inquit, Armeniorum ferè sunt octies mille, pedites quadragies mille: pecuniæ verò summa, inquit, cum thesauris, quos reliquit pater, est, ad argentum redacta, tribus talentorum millibus major. Et Cyrus, nihil cunctatus, dixit, De exercitu igitur, quandoquidem, inquit, Chaldæi finitimi bellum tibi faciunt, partem dimidiam mihi adjungendam mittito: de pecuniâ verò, pro talentis quinquaginta, quæ tributi nomine pendebas, duplum Cyaxari solvito, *propterea* quòd solutionem neglexeris: mihi autem, ait, mutuò centum altera dato: et pro iis quæ mihi mutuò dederis, ego tibi polliceor, vel alia me, Deo benè juvante, beneficia pluris æstimanda *in te* collaturum, vel ipsam pecuniam

a Οὐκ ἐμέλλησεν] Vulgò, ἠμέλησεν, inepte. Stephanus et Leunclavius de repondendo ἐμέλλησεν consentiunt; quibus tum res ipsa, tum MS. Bodl. adstipulatur.

ἀπαριθμήσειν, ἢν δύνωμαι· ἢν δὲ μὴ δύνωμαι, ἀδύναλος ἂν φανοίμην, οἶμαι, ἄδικος δ' ὢν ἂν δικαίως κρινοίμην. Καὶ ὁ Ἀρμένιος, Πρὸς τῶν θεῶν, ἔφη, ὦ Κῦρε, μὴ ὕτω λέγε· εἰ δὲ μή, οὐ θαῤῥοῦντά με ἕξεις· ἀλλὰ νόμιζε, ἔφη, ἃ ἂν καλαλίπῃς, μηδὲν ἧττον σὰ εἶναι ὧν ἂν ἔχων ἀπίῃς. Εἶεν, ἔφη ὁ Κῦρος· ὥσε δὲ τὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν, πόσα ἄν μοι χρήμαλα δῴης; Ὁπόσα ἂν δυναίμην, ἔφη. Τί δὲ ὥσε τὼς παῖδας; [a]Καὶ ἀντὶ τούτων, ἔφη, ὁπόσα ἂν δυναίμην. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Κῦρος, ταῦτα μὲν ἤδη διπλάσια τῶν ὄντων. Σὺ δὲ, ἔφη, ὦ Τιγράνη, λέξον μοι ὁπόσα ἂν πρίαιο, ὥσε τὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν. (Ὁ δὲ ἐτύγχανε νεόγαμός τε ὢν, καὶ ὑπερφιλῶν τὴν γυναῖκα.) Ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ Κῦρε, κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην, ὥσε μήποτε λαλρεῦσαι ταύτην. Σὺ μὲν τοίνυν, ἔφη, ἀπάγε τὴν σήν· ἐδὲ γὰρ εἰλῆφθαι ἔγωγε αἰχμάλωτον ταύτην νομίζω, σῶ γε μὴ πώποτε φυγόντος ἡμᾶς. Καὶ σὺ δὲ, ὦ Ἀρμένιε, ἀπάγε τήν τε γυναῖκα καὶ τὼς παῖδας, [b]μηδὲν αὐτῶν καλαθεὶς· ἵνα εἰδῶσιν ὅτι ἐλεύθεροι

dinumeraturum, si quidem potero: sin autem non potero, præstandæ nimirum *pecuniæ* impar esse videar, injustus haud *certè* jure existimari possim. Et Armenius, Obsecro te profectò, Cyre, inquit, ut nè sic loquaris; alioquin, ero tibi fidenti minùs animo; sed *velim* existimes, ait, quascunque reliqueris *pecunias*, nihilo minùs tuas esse atque illæ sint quas hinc tecum auferas. Esto, inquit Cyrus: verùm ut uxorem recipias, quantum mihi pecuniæ dederis? Quantum mihi fuerit *dandi* facultas, inquit. Quid, ut liberos? Pro his etiam, ait, quantum mihi fuerit *dandi* facultas. Ergò jam hæ duplo ampliores fuerint iis quas tu possides. Tu verò, Tigranes, inquit, dic mihi quanti redimeres, ut uxorem tibi recipere liceret. (Is autem novus tunc fortè maritus erat, uxorémque summo amore complectebatur.) Equidem, Cyre, inquit, vel animæ pretio meæ redemerim, nè unquam hæc servitutem serviat. Tu igitur, inquit *Cyrus*, tuam abducito: neque enim eam ego sanè in captivitatem venisse arbitror, quando tu quidem nunquam eos deseruisti. Tu quoque, Armenie, tàm uxorem quàm liberos abducito, nullo pro iis pretio soluto; ut se

a Καὶ ἀντὶ τούτων] Ante vocem τούτων in vulgatis ferè omnibus deest præpositio. Stephanus et Leunclavius vel ὑπὲρ vel ἀντὶ addendum putant. Eorum conjecturas secutus, ἀντὶ in textum recepi: quæ emendatio sententiæ necessaria videtur; nisi quis ellipsin præpositionis hoc loco statuere malit, ut concisior sit promptiórque loquendi ratio.

b Μηδὲν αὐτῶν, &c.] Stephanus et Leunclavius de præfigendâ huic genitivo præpositione aliquâ, ἀντὶ scil. vel ὑπὲρ, consentiunt: sicut et paulò suprà, ἀντὶ genitivo τούτων iidem præponendam monuerunt. Sed vulgatam lectionem tueri potest ellipsis præpositionis, Atticis familiaris. Demosthenes eodem genitivo cum eodem verbo usus est, Ἐν τῷ κ' Νεαίρας—καλατίθησιν αὐτῆς τὰς εἴκοσι μνᾶς τῷ τε Εὐκράτη καὶ τῷ Τιμαγορίδη ἐπ'

πρός σε ἀπέρχονται. Καὶ νῦν μὲν, ἔφη, δειπνεῖτε παρ' ἡμῖν· δειπνήσαντες δὲ ἀπελαύνετε ὅπῃ ὑμῖν θυμός. Οὕτω δὴ καλέμειναν.

Διασκηνούντων δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον, ἐπήρετο ὁ Κῦρος, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Τιγράνη, πῇ δὴ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀνὴρ, ὃς συνεθήρα ἡμῖν· καὶ σύ μοι μάλα ἐδόκεις θαυμάζειν αὐτόν. Οὐ γὰρ, ἔφη, ἀπέκτεινεν αὐτὸν οὑτοσὶ ὁ ἐμὸς πατήρ; Τί λαβὼν ἀδικοῦντα; Διαφθείρειν αὐτὸν ἔφη ἐμέ. Καίτοι, ὦ Κῦρε, οὕτω καλὸς κἀγαθὸς ἦν ἐκεῖνος, ὡς καὶ ὅτε ἀποθνήσκειν ἔμελλε, προσκαλέσας με εἶπε, Μή τι σὺ, ὦ Τιγράνη, ἔφη, ὅτι ἀποκλείει μὲ, χαλεπήνῃς τῷ παιρί· οὐ γὰρ κακονοίᾳ τινὶ τῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἀγνοίᾳ· ὁπόσα δὲ ἀγνοίᾳ ἄνθρωποι ἐξαμαρτάνυσι, πάντα ἀκούσια ταῦτ' ἔγωγε νομίζω. Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἐπὶ τύτοις εἶπε, Φεῦ τῦ ἀνδρός. Ὁ δὲ Ἀρμένιος ἔλεξεν ὅτως, Ὦ Κῦρε, ἀλλ' οἱ ταῖς ἑαυτῶν γυναιξὶ λαμβάνοντες συνόντας ἀλλοτρίυς ἄνδρας, οὐ τῦτο αἰτιώμενοι αὐτὰς κολακεύυσιν, ὡς [a] ἀφρονεστέρας ποιοῦντας τὰς γυναῖκας·

liberos ad te venire sciant. Ac nunc quidem, inquit, apud nos cœnate; sumptâ verò cœnâ, quò animo vestro libitum erit, discedite. Atque ità manserunt.

Cùm autem à cœnâ in tabernaculo versarentur, interrogans Cyrus, Dic mihi, Tigranes, inquit, ubi tandem est vir ille, qui nobiscum venari solebat: tu quidem mihi videbaris eum plurimùm admirari. Annon, ait, pater hic meus eum occidit? In quo deprehensum facinore malo? Dicebat me ab ipso corrumpi. At verò, Cyre, adeò præclarus honestúsque erat, ut *tum* etiam cùm moriturus erat, arcessito mihi diceret, Nè tu patri, Tigranes, inquit, quidquam succensueris, quòd me morte multaverit: non enim hoc ex malevolentiâ, sed ignorantiâ, facit: quæcunque verò per ignorantiam peccant homines, ea omnia præter voluntatem *committi* equidem arbitror. Ac Cyrus hîc ait, Hem qualem virum, *indignâ morte peremptum!* Armenius autem in hunc modum loquutus est, Nec illi, Cyre, qui viros alios cum uxoribus suis familiariùs versantes deprehendunt, ob hanc culpam eos interficiunt, quòd minùs modestas reddant uxores suas:

ἀκουσίᾳ, p. 865, *edit. Wolf. Francof.* Alia exempla huic similia è Budæo prolata videas.

a Ἀφρονεστέρας, &c.] Non uno modo legi exponíque solent hæc verba. Leunclavius veram hanc esse scripturam, ὡς σωφρονεστέρας ποιοῦντας τὰς γυναῖκας, et germanam hanc sententiam, *quòd magis intelligentes reddant uxores suas*, existimat. Ego verò Stephano et Porto libentiùs adsentior, qui Xenophontem scripsisse putant ἀφρονεστέρας, id est, interprete Porto, *dementiores*, ac proindè *immodestiores*, et *in Venerem*, legitimis maritis contemptis, *procliviores*. Hanc suam conjecturam Portus Euripidis auctoritate confirmat, qui τὴν Ἀφροδίτην, ἀπὸ τῆς ἀφροσύνης, i. e. *à dementiâ*, nomen deductum habuisse canit. Sic enim ille, ἐν Τρωάσι, v. 989, et seq.

Τὰ μῶρα γὰρ πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς·
Καὶ τῶνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἔχει σθένος.

ἀλλὰ νομίζοντες ἀφαιρεῖσθαι αὐτὰς τὴν πρὸς ἑαυτὰς φιλίαν, διὰ τοῦτο ὡς πολεμίοις αὐτοῖς χρῶνται. Καὶ ἐγὼ [a] ἐκείνῳ, ἔφη, ἐφθόνησα, ὅτι μοι ἐδόκει τὸν ἐμὸν υἱὸν ποιεῖν αὐτὸν μᾶλλον θαυμάζειν ἢ ἐμέ. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἀλλὰ ναὶ μὰ τὰς θεάς, ἔφη, ὦ Ἀρμένιε, ἀνθρώπινά μοι δοκεῖς ἁμαρτεῖν· ἀλλὰ σύ, ὦ Τιγράνη, συγγίνωσκε τῷ παιδί. Τότε μὲν δὴ τοιαῦτα διαλεχθέντες καὶ φιλοφρονηθέντες, ὥσπερ εἰκὸς, ἐκ συναλλαγῆς, ἀναβάντες ἐπὶ τὰς ἁρμαμάξας σὺν ταῖς γυναιξὶν, ἀπήλαυνον εὐφραινόμενοι.

Ἐπεὶ δ' ἦλθον οἴκαδε, ἔλεγον τῇ Κύρᾳ ὁ μέν τις τὴν σοφίαν, ὁ δὲ τὴν καρτερίαν, ὁ δὲ τὴν πραότητα, ὁ δέ τις καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος. Ἔνθα δὴ ὁ Τιγράνης ἐπήρετο τὴν γυναῖκα,

sed quòd existiment amorem eos sibi debitum præripere, idcircò pro hostibus illos habent. *Itidem* et ipse illi *homini* invidi, quòd facere mihi videretur, ut filius meus ipsum magìs quàm me admiraretur. Et Cyrus subjicit, Profectò, Armenie, inquit, humanitùs quid delinquisse videris: túque *adeò*, Tigranes, ignoscito patri. Et hujusmodi quidem cùm hoc in tempore inter se disseruissent et amanter, ut par erat, à reconciliatione, *se mutuò* complexi essent, harmamaxis unà cum uxoribus conscensis, læti *undè venerant* redibant.

Cùm autem domum venissent, Cyri alius sapientiam, fortitudinem alius, alius mansuetudinem, atque etiam non nemo pulchritudinem ac majestatem commemorabat. Ibi sanè Tigranes uxorem interrogabat,

Quam vocis Ἀφροδίτη notationem respiciens Phurnutus—ἢ ὡς Εὐριπίδης, inquit, ὑπονοεῖ, διὰ τὸ τοὺς ἀτιμωμένους αὐτῆς ἄφρονας εἶναι. p. 197, *Edit. Amstel.* Propter imprudentiam autem, et propter magnam vocum affinitatem, quæ inter ὡς σωφρονιστέας, et ὡς ἀφρονιστέας intercedit, typographus hîc videtur errâsse. Quòd autem Venus ad immodestum vitæ genus, ad dementiam, ac insaniam homines adigat, cùm alii multi pluribus hoc testantur, tum et Sophocles in *Antigone*, p. 96, *Edit. Oxon.* ubi de invictâ Amoris vi Chorum verba facientem introducit, et inter cætera, hæc quoque dicit:

—ὁ δ' ἔχων, (τὸν ἔρωτα) μεμηνεν.
Σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους.
Φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ.

Scholia, ad locum:—Οἱ γὰρ σώφρονες καὶ δίκαιοι, οἱ μὲν ὑπὸ κάλλους γυναικῶν, οἱ δὲ ὑπὸ χρημάτων ἐπιθυμίας, τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἠρνήσαντο.

—ἄμαχος γὰρ ἐμ-
παίζει θεὸς Ἀφροδίτα.—v. 801, et seq. Sensus autem horum Xenophontis verborum, ex mente Porti, hic erit: "Quemadmodùm qui viros alios cum suis uxoribus intra domesticos parietes nimiùm familiariter agentes, et colloquentes deprehendunt, eos interficiunt, non quòd eos adulteros esse putent, neque quòd suas uxores ab illis jam corruptas, et constupratas arbitrentur, aut ad amorem venereum incitatas; quòd in mulieres pudicas, et sanâ mente præditas minimè cadit; sed quòd hâc nimiâ consuetudinis et colloquiorum familiaritate debitum legitimis maritis amorem minui, et ab illis ad alios transferri suspicentur, illos pro hostibus habent: sic etiam ego, qui animadvertebam filium meum, istius hominis disciplinâ, præceptísque sic affectum, ut suum præceptorem, magìs quàm me parentem, suspiceret, ac admiraretur, invidiæ stimulis actus, justóque dolore percitus, hunc interfeci."

a Ἐκείνῳ] In libris vulgatis, ἐκεῖνο. Sed, omninò anteferenda videtur hæc nostra lectio; quam MS. Bodl. repræsentat, et interpretes omnes sequuntur.

Καὶ σοι, ἔφη, ὦ Ἀρμενία, καλὸς ἐδόκει ὁ Κῦρος εἶναι; Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη, οὐκ ἐκεῖνον ἐθεώμην. Ἀλλὰ τίνα μήν; ἔφη ὁ Τιγράνης. Τὸν εἰπόντα, νὴ Δία, ὡς τῆς αὑτοῦ ψυχῆς ἂν πρίαιτο, ὥστε μὴ με δουλεύειν. Τότε μὲν δή, ὥσπερ εἰκὸς, ἐκ τοιούτων ἀνεπαύοντο σὺν ἀλλήλοις.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ Ἀρμένιος Κύρῳ μὲν καὶ τῇ στρατιᾷ πάσῃ ξένια ἔπεμπε· προεῖπε δὲ τοῖς ἑαυτοῦ, ὃς δεήσοι στρατεύεσθαι, εἰς τρίτην ἡμέραν παρεῖναι· τὰ δὲ χρήματα ὧν εἶπεν ὁ Κῦρος διπλάσια ἀπηρίθμησεν. Ὁ δὲ Κῦρος, ὅσα εἶπε λαβὼν, τὰ ἄλλα ἔπεμψεν· ἤρετο δὲ πότερος ἕσαι ὁ τὸ στράτευμα ἄγων, ὁ παῖς, ἢ αὐτός. Εἰπέτην δὲ ἅμα, ὁ μὲν παλὴρ ὅτως, Ὁπότερον ἂν σὺ κελεύῃς· ὁ δὲ παῖς ὅτως, Ἐγὼ μὲν οὐκ ἀπολείψομαί σου, ὦ Κῦρε, οὐδ' ἂν σκευοφόρον με δέῃ σοι συνακολουθεῖν. Καὶ ὁ Κῦρος ἐπιγελάσας εἶπε, Καὶ ἐπὶ πόσῳ ἂν ἐθέλοις, ἔφη, τὴν γυναῖκά σου ἀκοῦσαι, ὅτι σκευοφορεῖς; Ἀλλ' οὐδὲν, ἔφη, ἀκούειν δεήσει αὐτήν· ἄξω γάρ· ὥστε ὁρᾶν ἐξέσται αὐτῇ ὅ,τι ἂν ἐγὼ πράττω. Ὥρα ἂν, ἔφη, συσκευάζεσθαι ὑμῖν εἴη. [a]Νόμιζε, ἔφη, συνεσκευασμένους παρέσεσθαι ὅ,τι ἂν ὁ παλὴρ δῷ. Τότε μὲν δὴ ξενισθέντες οἱ στρατιῶται ἐκοιμήθησαν.

Num et tibi, Armenia, pulcher esse visus est Cyrus? Profectò, ait, illum non adspectabam. At quem verò? inquit Tigranes. Eum, profectò, qui dicebat animæ suæ pretio se redempturum, nè servitutem ego servirem. Ac tum quidem, ut par erat, rebus hujusmodi transactis quieti unà se dederunt.

Postridiè verò Armenius Cyro universóque exercitui munera tanquam hospitibus misit; ac suis edixit, quibus in militiam eundum erat, ut tertium ad diem adessent: et pecuniam quam poposcerat Cyrus duplicatam dinumeravit. Cyrus autem, acceptâ quam poposcerat summâ, reliquam remisit, simulque interrogavit, uter exercitum ducturus esset, filius, an ipse. Simul autem respondit uterque, pater quidem in hunc modum, Utrumcunque tu jusseris: filius verò sic, Equidem abs te, Cyre, non abero, non si etiam comitari te calonis instar sarcinarii me oporteat. Et Cyrus risu hîc sublato, Et quanti velles, inquit, ut uxor *tua* sarcinas te gestare audiret? At non opus erit ut audiat, inquit: ducam enim *illam mecum*; adeò ut ipsa videre poterit quidquid egero. *Verùm* jam, ait, tempus fuerit, ut collectis vasis ad iter vos accingatis. Existimes *velim*, inquit, nos collectis paratísque iis, quæcunque pater dederit, adfuturos. At tum quidem milites more hospitum excepti quieti se dederunt.

a Νόμιζε] Vulgò, *νομίζω*. Sed, quam damus, lectionem præstat MS. Bodl. et in textum meritò recepit Stephanus.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ λαβὼν ὁ Κῦρος τὸν Τιγράνην, καὶ τῶν Μήδων ἱππέων τοὺς κρατίστους, καὶ τῶν ἑαυτοῦ φίλων ὁπόσους καιρὸς ἐδόκει εἶναι, περιελαύνων τὴν χώραν κατεθεᾶτο, σκοπῶν οὗ τειχισθείη φρούριον. Καὶ ἐπ' ἄκρον τι ἐλθὼν, ἐπηρώτα τὸν Τιγράνην, ποῖα ἂν εἴη τῶν ὀρέων ὁπόθεν [a] οἱ Χαλδαῖοι καταθέοντες ληΐζονται. Καὶ ὁ Τιγράνης ἐδείκνυεν. Ὁ δὲ πάλιν ἤρετο, Νῦν δὲ ταῦτα τὰ ὄρη ἔρημά ἐστιν; Οὐ μὰ Δί', ἔφη, ἀλλ' ἀεὶ σκοποί εἰσιν ἐκείνων, οἳ σημαίνουσι τοῖς ἄλλοις ὅ, τι ἂν ὁρῶσι. Τί οὖν, ἔφη, ποιοῦσιν, ἐπὰν αἴσθωνται; Βοηθοῦσιν, ἔφη, ἐπὶ τὰ ἄκρα, ὡς ἂν ἕκαστος δύνηται. Ταῦτα μὲν δὴ ὁ Κῦρος ἠκηκόει· σκοπῶν δὲ κατενόει πολλὴν τῆς χώρας τοῖς Ἀρμενίοις ἔρημον καὶ ἀργὸν οὖσαν διὰ τὸν πόλεμον. Καὶ τότε μὲν ἀπῆλθον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ δειπνή-

Postridiè Cyrus, sumpto *secum* Tigrane, ac Medorum equitum præstantissimis, déque suis amicis quot commodum *ei* visum esset, regionem obequitans circumspectabat, quo loco castellum muniendum esset considerans. Cúmque ad jugum quoddam venisset, Tigranem interrogabat, quinam illi montes essent, undè Chaldæi decurrentes prædas agerent. Monstrat eos Tigranes. Rursum interrogabat, Hi montes súntne nunc deserti? Minimè verò, inquit, sed eorum speculatores *ibi* semper adsunt, qui cæteris significant quicquid viderint. Quid ergò faciunt, inquit, cùm *aliquid* senserint? Ad juga, inquit, defensionis causâ, pro suis quisque viribus, adcurrunt. Et hæc quidem Cyrus ubi audîsset, lustrando *omnia* animadvertebat magnam regionis partem Armeniis propter bellum desertam et incultam esse. Et tum quidem ad exercitum reverterunt, et cùm cœ-

a Οἱ Χαλδαῖοι] Qui vulgares de situ populorum Orientalium opiniones sequuntur, Chaldæorum sedes non nisi in Babyloniâ quærunt. Atque adeò mirum non est, si gravissimi erroris insimulandum putent Xenophontem, qui eos Armeniis finitimos statuerit. Is verò minimè lapsus est; sed istius hîc populi situm accuratè describit, qui et *Chalybum* nomine antiquitùs venire solebat. Hujus rei testis fide dignissimus est Strabo: qui patriâ Amasenus erit, et proindè horum locorum sitûs nominúmque apprimè gnarus: Τῆς δὲ Τραπηζοῦντος ὑπέρκεινται, καὶ τῆς Φαρνακίας, Τιβάρηνοί τε καὶ Χαλδαῖοι καὶ Σάννοι——καὶ ἡ μίκρα Ἀρμενία. p. 285, tom. ii, et paginâ sequente, Οἱ δὲ νῦν Χαλδαῖοι Χάλυβες τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο——Καὶ γὰρ, eodem auctore, ὁ χρόνος ῥέων εἴωθεν τὰς τῶν ἐθνῶν κλήσεις μετασχηματίζειν. Huic omninò suffragatur Eustathius ad Dionys. v. 768. —ὥσπερ αὖ πάλιν εἰ τοιοῦτοι Χάλυβες ἐκ τῆς κλήσεως, φασὶ, ταύτης εἰς Χαλδαίους μετέπεσαν, κατά τινα λέξεως παραφθορὰν, ἢ παραποίησιν· ἀφ' ὧν καὶ τόπος Χαλδία ἐλέγετο· χώρα δὲ Ἀρμενίας ἡ Χαλδία, ἧς μέχρις ἡ Ποντικὴ βασιλεία, τοὺς δὲ ἐκεῖσε Χάλδους λέγεσθαι ἐπικρατεῖ ἡ συνήθεια δισυλάβως, οὐ Χαλδαίους. Χαλδαῖοι γὰρ τρισυλάβως, οἵ ποτε μὲν Κηφῆνες——Χαλδαῖοι κληθέντες ἀπό τινος Χαλδαίου——καὶ τοὺς συναχθέντας καλέσαι ἀφ' ἑαυτοῦ Χαλδαίους, λέγονται μέντοι παρά τινων καὶ οἱ περὶ Χαλκίδα (legendum, fortè, Κολχίδα) Χάλδοι, Χαλδαῖοι, τρισσυλλάβως, κατὰ Δικαίαρχον. Et Constantinus Porphryrogen,—τὸ δὲ καλούμενον θέμα Χαλδία, καὶ ἡ μετρόπολις λεγομένη Τραπεζοὺς, Ἑλλήνων εἰσὶν ἀποικίαι——ἔλαβε δὲ τὴν προσωνυμίαν τοῦ καλεῖσθαι Χαλδία, ἐκ τῆς τῶν Περσῶν προσηγορίας, καὶ τῆς αὐτῶν ἀρχαιογόνου πατρίδος Χαλδίας, ὅθεν καὶ Χαλδαῖοι προσονομάζονται. De *Themat.* lib. i, p. 12, *Edit. Par.* Consulas etiam Stephanum Byzant. ad vocem Χαλδαῖοι, et Holstenii notas in locum.

σαντες ἐκοιμήθησαν. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ αὐτός τε ὁ Τιγράνης παρῆν συνεσκευασμένος· καὶ εἰς τετρακισχιλίους ἱππεῖς συνελέγοντο αὐτῷ, καὶ τοξόται εἰς τοὺς μυρίους, καὶ πελτασταὶ ἄλλοι τοσοῦτοι. Ὁ δὲ Κῦρος, ἐν ᾧ συνελέγοντο, ἐθύετο· ἐπεὶ δὲ καλὰ ἦν τὰ ἱερὰ αὐτῷ, συνεκάλεσε τούς τε τῶν Περσῶν ἡγεμόνας, καὶ τοὺς τῶν Μήδων. Ἐπεὶ δὲ ὁμοῦ ἦσαν, ἔλεξε τοιάδε.

" Ἄνδρες φίλοι, ἔστι μὲν τὰ ὄρη ταῦτα, ἃ ὁρῶμεν, Χαλ-
" δαίων· εἰ δὲ ταῦτα καταλάβοιμεν, καὶ ἐπ' ἄκρου γένοιτο τὸ
" ἡμέτερον φρούριον, σωφρονεῖν ἀνάγκη ἂν εἴη πρὸς ἡμᾶς καὶ
" ἀμφοτέροις, τοῖς τε Ἀρμενίοις καὶ τοῖς Χαλδαίοις. Τὰ μὲν
" ἕν ἱερὰ καλὰ ἡμῖν· ἀνθρωπίνη δὲ προθυμίᾳ εἰς τὸ πραχθῆναι
" ταῦτα ἀδὲν ἂν μέγα σύμμαχον ἂν γένοιτο, ὡς τάχος. Ἢν γὰρ
" φθάσωμεν πρὶν τοὺς πολεμίους συλλεγῆναι ἀναβάντες, ἢ παν-
" τάπασιν ἀμαχεὶ λάβοιμεν ἂν τὸ ἄκρον, ἢ ὀλίγοις τε καὶ
" ἀσθενέσι χρησαίμεθα ἂν πολεμίοις. Τῶν ἕν πόνων οὐδεὶς
" ῥᾴων, οὐδὲ ἀκινδυνώτερος, ἔφη, ἐστὶ τοῦ νῦν καρτερῆσαι σπεύ-
" δοντας. Ἴτε ἕν ἐπὶ τὰ ὅπλα. Καὶ ὑμεῖς μὲν, ὦ Μῆδοι, ἐν
" ἀριστερᾷ ἡμῶν πορεύεσθε· ὑμεῖς δὲ, ὦ Ἀρμένιοι, οἱ μὲν ἡμίσεις
" ἐν δεξιᾷ, οἱ δὲ ἡμίσεις ἔμπροσθεν ἡμῶν ἡγεῖσθε· ὑμεῖς δὲ, ὦ
" ἱππεῖς, ὄπισθεν ἕπεσθε, διακελευόμενοι καὶ ὠθοῦντες ἄνω ἡμᾶς·

nâssent quieti se dederunt. Postridiè Tigranes ipse paratis rebus suis aderat ; atque equitum ei quatuor millia cogebantur, cum decies mille sagittariis, totidémque peltastis. Cyrus autem, dum *eæ copiæ* cogerentur, hostias mactabat : cúmque sacra ei secunda evenissent, tum Persarum, tum Medorum convocavit duces. Et cùm unà *omnes* adessent, hujusmodi verba fecit :

" Hi montes, amici, quos adspicimus, Chaldæorum sunt ; eos autem
" si occupaverimus, et castellum in vertice nostrum fuerit, necesse erit
" utrique, tàm Armenii quàm Chaldæi, erga nos modestè, *ut officii ratio*
" *postulat*, se gerant. Et sacra quidem nobis *evenêre* læta ; humanæ verò
" ad hæc perficienda alacritati nihil æquè magno adjumento fuerit, at-
" que celeritas. Nam si montes prius, quàm hostes se colligant, adscen-
" derimus, vel omninò verticem sine *ullo* prælio capiemus, vel cum
" paucis invalidísque hostibus res nobis erit. Nullus ergò labor faci-
" lior, inquit, magísve fuerit periculi expers, quàm si nunc in accele-
" rando tolerantes erimus. Ite igitur ad arma. Et vos quidem, Medi,
" à sinistrâ incedite ; vos autem, Armenii, cum parte dimidiâ dextram
" *tenete*, cum *alterâ* parte dimidiâ duces nobis itineris estote ; vos equi-
" tes, à tergo sequimini, ut nos cohortemini sursúmque protrudatis :

"ἢν δέ τις μαλακύνηται, μὴ ἐπιλείπετε." Ταῦτ' εἰπὼν ὁ Κῦρος, ἡγεῖτο, [a]ὀρθίους ποιησάμενος τοὺς λόχους. Οἱ δὲ Χαλδαῖοι, ὡς ἔγνωσαν τὴν ὁρμὴν ἄνω οὖσαν, εὐθὺς ἐσήμαινόν τε τοῖς ἑαυτῶν, καὶ συνεβόων ἀλλήλοις, καὶ συνηθροίζοντο. Ὁ δὲ Κῦρος παρηγγύα, [b]Ἄνδρες Πέρσαι, ἡμῖν σημαίνουσι σπεύδειν. Ἢν γὰρ φθάσωμεν ἄνω γενόμενοι, ῥᾳδίως τὰ τῶν πολεμίων δυνήσεσθαι.

Εἶχον δὲ οἱ Χαλδαῖοι γέρρα τε καὶ πάλτα δύο· καὶ πολεμικώτατοι δὲ λέγονται εἶναι τῶν περὶ ἐκείνην τὴν χώραν εἶναι· καὶ μισθῷ στρατεύονται ὁπόταν τίς αὐτῶν δέηται, διὰ τὸ πολεμικώτατοι ἅμα πένητες εἶναι· ἅμα γὰρ ἡ χώρα αὐτοῖς ὀρεινή τέ ἐστι, καὶ ὀλίγη ἡ τὰ χρήματα ἔχουσα. Ὡς δὲ μᾶλλον ἐπλησίαζον οἱ ἀμφὶ τὸν Κῦρον τῶν ἄκρων, ὁ Τιγράνης σὺν τῷ Κύρῳ πορευόμενος εἶπεν, Ὦ Κῦρε, ἆρ' οἶσθ', ἔφη, ὅτι αὐτὸς ἡμᾶς αὐτίκα μάλα δεήσει μάχεσθαι; ὡς οἵ γε Ἀρμένιοι οὐ μὴ δέξωνται τοὺς πολεμίους. Καὶ ὁ Κῦρος [b]εἰπὼν ὅτι εἰδείη τοῦτο, παρηγγύησε τοῖς Πέρσαις παρασκευά-

"quòd si quis remissiorem se præbeat, *hoc ut se modo gerat* nè permit-"tite." Hæc cùm Cyrus dixisset, præibat, exercitu ità instructo ut manipuli recti fierent. Chaldæi verò, postquam sursum tendi cum impetu animadverterunt, et suis statim signa dant, et mutuis clamoribus se convocando colliguntur. Cyrus autem *suos ità* cohortabatur: *Hi*, Persæ, nobis signum dant ut properemus. Nam si priores illuc adscenderimus, nihil hostium conatus efficere poterunt.

Gestabant autem Chaldæi scuta et palta duo; iidemque bellicosissimi ferunter esse inter ejus regionis incolas: mercede etiam militant, cùm ipsorum operâ quis eget, propterea quòd et bellicosissimi sint et pauperes: quippe regio eis montuosa, et cujus exigua pars opulenta est. Cùm autem Cyri milites propiùs ad juga montium accederent, Tigranes, qui unà cum Cyro ibat, An nôsti, Cyre, ait, mox pugnandum nobis ipsis esse? nam Armenii quidem certè hostes *irruentes* sustinere non poterunt. Et Cyrus id se non ignorare respondens, edixit Persis ut se pa-

a Ὀρθίους, &c.] De agmine recto audiendus est Ælianus: Καθόλου δὲ παρεμπεσεῖν λέγεται πρᾶγμα (lege τάγμα, Arcerio licèt illa magìs arrideat lectio) ὁ ἂν τὸ μῆκος ἔχει πλεῖον τῦ βάθους· ὀρθιον δέ, ὁ ἂν τῦ μήκους τὸ βάθος. *Tactic.* c. xxix, p. 51, *Ed. Acer.* necnon Arrianus: ὅλως τε παρὰ μικεῖς μὲν τάγμα ὀνομάζεσθαι, ὅ, τι, περ ἂν τὸ μῆκος ἔχῃ ἐπιπλεῖον τῦ βάθους· ὀρθιον δὲ, ὅ, τι περ ἂν τὸ βάθος τῦ μήκους. *Tact.* p. 63, *Ed. Schoff.*

b Εἰπὼν ὅτι, &c.] Vulgò εἶπεν ὅτι ἤδη τοῦτο παρηγγύησε, &c. Muretus legit, ὁτιὴ διὰ τοῦτο. Mihi autem lectio, quæ in margine latuerat hactenus, cæteris anteferenda visa est, εἰπὼν ὅτι εἰδείη τοῦτο, εὐθὺς παρηγγύησε, &c. nisi quòd εὐθὺς illud prætermittendum duxerim. Hanc sanè lectionem interpretes secuti sunt; eámque præstat MS. Bodl.

ζεσθαι, ὡς αὐτίκα δεῆσον ἐπιδιώκειν, ἐπειδὰν, ὑπάγωσι τὰς πολεμίας ὑποφεύγοντες οἱ Ἀρμένιοι, ὥς ἐγγὺς ἡμῖν γενέσθαι. Οὕτω δὴ ἡγοῦντο μὲν οἱ Ἀρμένιοι· τῶν δὲ Χαλδαίων οἱ παρόντες, ὡς ἐπλησίαζον οἱ Ἀρμένιοι, ταχὺ [a] ἀλαλάξαντες ἔθεον, ὥσπερ εἰώθασιν, ἐπ' αὐτούς· οἱ δὲ Ἀρμένιοι, ὥσπερ εἰώθεσαν, οὐκ ἐδέχοντο. Ὡς δὲ διώκοντες οἱ Χαλδαῖοι εἶδον ἐναντίους μαχαιροφόρους ἰεμένους ἄνω, οἱ μέν τινες αὐτοῖς πελάσαντες ταχὺ ἀπέθνησκον, οἱ δ' ἔφευγον, οἱ δέ τινες καὶ ἐάλωσαν αὐτῶν. Ταχὺ δὲ [b] εἶχε τὰ ἄκρα· ἐπεὶ δὲ τὰ ἄκρα εἶχον οἱ ἀμφὶ τὸν Κῦρον, καθεώρων τὲ τῶν Χαλδαίων τὰς οἰκήσεις, καὶ ἠσθάνοντο φεύγοντας αὐτὰς ἐκ τῶν ἐγγὺς οἰκήσεων. Ὁ δὲ Κῦρος, ὡς πάντες οἱ στρατιῶται ὁμοῦ ἐγένοντο, ἀριστοποιῆσαι παρήγγειλεν. Ἐπεὶ δὲ ἠρίστησαν, καταμαθὼν ἔνθα σκοπαὶ ἦσαν αἱ τῶν Χαλδαίων ἐρυμνόν τε ὂν καὶ ἔνυδρον,

rarent, utpotè quibus mox insequendum esset, posteaquam Armenii suffugientes paulatim hostes, ut prope nos essent, deducerent. Atque ità præcedebant quidem Armenii; de Chaldæis autem qui aderant, ubi propiùs Armenii accessissent, celeriter clamore sublato, more suo, cursu in eos feruntur: Armenii verò, more *itidem* suo, *impetum illorum* non excipiebant. Ubi verò, Chaldæi, qui *hos* persequebantur, viderunt homines gladiis instructos adversùs se sursum tendere, nonnulli cùm ad eos propiùs accesserint statim interfecti sunt, alii in fugam se conjecêre, nonnulli etiam eorum capti sunt. Statim autem juga montium occupata sunt; cúmque juga ea Cyri milites occupata tenerent, et Chaldæorum domicilia despiciebant, et eos ex proximis domiciliis aufugere animadvertebant. Cyrus autem, cùm milites omnes convenissent, ut pranderent edixit. Pransi verò cùm essent, ipséque animadvertisset locum esse munitum et aquis irriguum, ubi speculæ Chaldæorum erant,

a Ἀλαλάξαντες] Omnium ferè nationum moris erat, ut à clamore pugnam auspicarentur, "Neque frustrà, *auctore* "*Cæsare*, antiquitùs institutum est, ut "signa undique concinerent, clamorémque universi tollerent: quibus rebus "et hostes terreri, et suos incitari existimaverunt." De *Bello Civil.* lib. iii, De populo Romano sic Polybius:—τότε δὲ καὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον καλὰ τὰ παρ' αὐτοῖς ἔθη συνεφώνησε τοῖς ὅπλοις· ἅμα συναλαλάξαντες, ὁρμήσαντες ἐπὶ τοὺς πολεμίους, lib. i, p. 35, *edit. Casaub.* De Macedonibus Arriani testimonium exstat: Ὁ δὲ καὶ ἀλαλάξαι ἐκέλευσε τοὺς Μακεδόνας, καὶ, &c. De *Exped. Alex.* lib. i, p. 14, *edit. Gronov.* De Parthis Plutarchus in Crasso: Ὡς δ' ἐγγύς, ἐγένοντο, καὶ σημεῖον, ἤρθη παρὰ τῷ στρατηγοῦ, πρῶτον μὲν ἐπίμπλατο φοβητῆς βαρείας ἅμα βρόμου φρικώδους τὸ πεδίον. Πάρθοι γὲ οὐ κέρασιν, &c. t. i, p. 557. Et omnibus ferè populis, qui à Græcis *Barbarorum* nomine dicti sunt, immanem illum inconditúmque ante pugnam clamorem alii tribuunt historici.

b Εἶχε] Hanc lectionem, tum MSti Bodl. tum editorum quorundam marginibus anteà adscriptam, vulgatæ illi, εἶχον, præferendam censeo. Interpretes quidem eam ferè expresserunt omnes; idémque verbum, in formâ etiam passivâ, eidem nomini conjunctum mox adhibet Xenophon πρὶν μὲν οὖν ἔχεσθαι τὰ ἄκρα, &c.

εὐθὺς ἐτείχιζε Φρύριον· καὶ τὸν Τιγράνην ἐκέλευσε πέμπειν ἐπὶ τὸν πατέρα, καὶ κελεύειν παραγενέσθαι ἔχοντα ὁπόσοι εἶεν τέκτονές τε καὶ λιθοδόμοι. Ἐπὶ μὲν δὴ τὸν Ἀρμένιον ᾤχετο ἄγγελος· ὁ δὲ Κῦρος τοῖς παροῦσιν ἐτείχιζεν.

Ἐν δὲ τούτῳ προσάγουσι τῷ Κύρῳ τοὺς αἰχμαλώτους δεδεμένους, τοὺς δέ τινας καὶ τετρωμένους. Ὡς δὲ εἶδεν, εὐθὺς λύειν μὲν ἐκέλευσε τοὺς δεδεμένους, τοὺς δὲ τετρωμένους, ἰατροὺς καλέσας, θεραπεύειν ἐκέλευσεν. Ἔπειτα ἔλεξε τοῖς Χαλδαίοις, ὅτι ἂν ἥκοι ἅτε ἀπολέσαι ἐπιθυμῶν ἐκείνους, ἅτε πολεμεῖν δεόμενος, ἀλλ' εἰρήνην ποιῆσαι βουλόμενος Ἀρμενίοις καὶ Χαλδαίοις. Πρὶν μὲν οὖν ἔχεσθαι τὰ ἄκρα, οἶδ' ὅτι ἡδὲν ἐδεῖσθε εἰρήνης· τὰ μὲν γὰρ ὑμέτερα ἀσφαλῶς εἶχε, τὰ δὲ τῶν Ἀρμενίων ἤγετε ἢ ἐφέρετε· νῦν δ' ὁρᾶτε δὴ ἐν οἵῳ ἐσέ. Ἐγὼ οὖν ἀφίημι ὑμᾶς οἰκαδε τοὺς εἰλημμένους, καὶ δίδωμι ὑμῖν, σὺν τοῖς ἄλλοις Χαλδαίοις βουλεύσασθαι, εἴτε βούλεσθε πολεμεῖν ἡμῖν, εἴτε φίλοι εἶναι. Κἂν μὲν πόλεμον αἱρῆσθε, μηκέτι ἥκετε δεῦρο ἄνευ ὅπλων, εἰ σωφρονεῖτε· ἢν δὲ εἰρήνης δοκῆτε δεῖσθαι, ἄνευ ὅπλων ἥκετε· ὡς δὲ καλῶς ἕξει τὰ ὑμέτερα, ἢν φίλοι γένησθε, ἐμοὶ μελήσει. Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ Χαλδαῖοι, πολλὰ μὲν ἐπαινέσαντες, πολλὰ δὲ δεξιωσάμενοι τὸν Κῦρον, ᾤχοντο οἴκαδε.

statim *ibi* castellum extruere cœpit: Tigranémque jubet ad patrem mittere, eíque ut statim adesset præcipere, et fabros lignarios ac structuræ lapideæ peritos, quotquot haberet, secum adduceret. Et nuntius quidem ad Armenium profectus est: Cyrus autem cum iis qui aderant structuræ intentus erat.

Intereà verò captivi ad Cyrum vincti adducuntur, et nonnulli etiam vulnerati. *Hos* ut vidit, statim vinctos solvi jussit, et vulneratos, arcessitis medicis, curari præcepit. Deindè Chaldæos *in hunc modum* adlocutus est, non se venisse, quòd illos perditos cuperet, vel bello sibi esset opus, sed quòd inter Armenios Chaldæósque pacem facere vellet. Priùs certè quidem quàm *à nobis hæc* juga tenerentur, scio vos pacem minimè expetivisse: nam vestræ res in tuto positæ erant, et Armeniorum facultates agere et ferre solebatis: nunc verò quo sitis loco perspicitis. Itaque vos ego, qui capti estis, domum dimitto, vobísque potestatem cæteris cum Chaldæis deliberandi facio, bellúmne nobiscum gerere velitis, an amicitiam jungere. Bellum quidem si elegeritis, nè sine armis huc ampliùs venite, si sapitis: sin pacis egere vos statueritis, inermes accedite: ut verò benè res vestræ se habeant, si amici fueritis, mihi curæ erit. Hæc Chaldæi cùm audîssent, multis laudibus Cyrum prosecuti, multúmque dextram ejus amplexi, domum discesserunt.

Ὁ δὲ Ἀρμένιος ὡς ἤκουσε τήν τε κλῆσιν τοῦ Κύρου, καὶ τὴν πρᾶξιν, λαβὼν τοὺς τέκτονας καὶ τἆλλα, ὅσων ᾤετο δεῖν, ἦκε πρὸς τὸν Κῦρον ὡς ἐδύνατο τάχιστα. Ἐπεὶ δὲ εἶδε τὸν Κῦρον, ἔλεξεν, Ὦ Κύρε, ὡς ὀλίγα δυνάμενοι προορᾶν ἄνθρωποι περὶ τοῦ μέλλοντος, πολλὰ ἐπιχειροῦμεν πράττειν. Νῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ ἐλευθερίαν μὲν μηχανᾶσθαι ἐπιχειρήσας, δοῦλος, ὡς οὐδεπώποτε, ἐγενόμην· ἐπεὶ δ' ἐάλωμεν, σαφῶς ἀπολωλέναι νομίσαντες, νῦν ἀναφαινόμεθα σεσωσμένοι, ὡς οὐδεπώποτε. Οἱ γὰρ οὐδεπώποτε ἐπαύοντο πολλὰ κακὰ ἡμᾶς ποιοῦντες, νῦν ὁρῶ τούτους ἔχοντας ὥσπερ ἐγὼ ηὐχόμην. Καὶ τοῦτο ἐπίσω, ἔφη, ὦ Κῦρε, ὅτι ἐγὼ, ὥστε ἀπελάσαι Χαλδαίους ἀπὸ τούτων τῶν ἄκρων, πολλαπλάσια ἂν ἔδωκα χρήματα, ὧν σὺ νῦν ἔχεις παρ' ἐμοῦ· καὶ ἃ ὑπισχνοῦ ποιήσειν ἀγαθὰ ἡμᾶς, ὅτ' ἐλάμβανες τὰ χρήματα, ἀποτετέλεσταί σοι ἤδη· ὥστε καὶ προσοφείλοντές σοι ἄλλας χάριτας ἀναπεφήναμεν, ἃς ἡμεῖς γε, εἰ μὴ κακοὶ ἐσμὲν, αἰσχυνοίμεθ' ἂν σοι μὴ ἀποδιδόναι· ᾧ καὶ ἀποδιδόντες, οὐδὲν ἄξιον οὐδ' ἴσον πρὸς εὐεργέτην καταλαμβανόμενα τοσοῦτον ποιοῦντες. Ὁ μὲν Ἀρμένιος ταῦτ' ἔλεξεν·

Οἱ δὲ Χαλδαῖοι ἦκον, δεόμενοι τοῦ Κύρου εἰρήνην σφίσι ποιῆσαι.

Armenius autem, ut à Cyro se arcessi, quásque res ille gereret, audisset, adsumptis fabris rebúsque aliis, quibuscunque *illi* opus futurum putabat, quàm poterat celerrimè ad Cyrum contendit. Et Cyrum ubi vidit, O Cyre, inquit, quàm paucos futurorum eventus *nos* homines prospicere valentes multa peragendà suscipimus! Nam et ego nunc libertatem comparare adgressus, in majorem, quàm antehàc unquam, servitutem incidi: postquam verò capti sumus, certò nos periisse rati, majorem nunc, quàm hactenus unquam, incolumitatem nos adeptos esse manifestum est. Qui enim nunquam multis nos damnis adficere desinebant, hos eo jam in statu esse video, quo ego *hactenus* optabam. Atque hoc scias *velim*, Cyre, inquit, multò me majorem daturum fuisse pecuniam, quàm tu nunc à me acceperis, ut jugis hisce Chaldæi depellerentur: jamque *adeò* cumulatè præstitisti, quæ nobis te beneficia præstaturum pollicebare, cùm pecuniam illam acciperes: itaque præterea debere nos alias etiam tibi gratias manifestum est, quas sanè nos, nisi improbi simus, pudeat tibi non referre: cui licèt referamus, *tamen* nè sic quidem pro merito quidquam nos facere erga virum *plura* qui in nos contulit beneficia comperiemur. Hæc quidem dixit Armenius:

Chaldæi verò venientes, orabant Cyrum ut pacem cum ipsis faceret.

Καὶ ὁ Κῦρος ἐπήρετο αὐτούς, Ἄλλου τοῦ, ἔφη, ὦ Χαλδαῖοι, ἢ τούτου γε ἕνεκα, εἰρήνης νῦν ἐπιθυμεῖτε, ὅτι νομίζετε ἀσφαλέστερον δύνασθαι ζῆν, εἰρήνης γινομένης, ἢ πολεμοῦντες; [a] ἐπεὶ ἡμεῖς τ' ἄκρα ἔχομεν. Ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι. Καὶ ὅς, Τί οὖν, ἔφη, εἰ καὶ ἄλλα ὑμῖν ἀγαθὰ προσγένοιτο διὰ τὴν εἰρήνην; Ἔτι ἄν, ἔφασαν, μᾶλλον εὐφραινοίμεθα. Ἄλλο τι οὖν, ἔφη, ἢ [b] διὰ τὸ γῆς σπανίζειν ἀγαθῆς, νῦν πένητες νομίζετ' εἶναι; Συνέφασαν καὶ τοῦτο. Τί οὖν; ἔφη ὁ Κῦρος, βούλοισθ' ἂν ἀποδεδυκότες ὅσα περ [c] οἱ ἄλλοι Ἀρμένιοι, ἐξεῖναι ὑμῖν τῆς Ἀρμενίας γῆς ἐργάζεσθαι

Et eos interrogabat Cyrus, Ecquâ de causâ, Chaldæi, aliâ nunc pacem cupitis, nisi quòd existimetis tutiùs *vos*, pace factâ, quàm si bellum geratis, degere posse? quandoquidem nos juga tenemus. Adsensi sunt Chaldæi. Et ille, Quid igitur, inquit, si et alia vobis ex pace accedant commoda? Majori adhuc, aiunt illi, gaudio adficiemur. Quid ergò aliud, inquit, causæ esse arbitremini cur pauperes sitis, nisi quòd fertilis soli penuriâ laboretis? Hoc quoque *illi* adsensi sunt. Quid ergò? inquit Cyrus, velletísne vobis pendentibus ea quæ cæteri Armenii pendunt, liceret tantum agri Armenii colere,

a Ἐπεὶ ἡμεῖς τ' ἄκρα, &c.] Vulgò ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ταῦτ' ἐλέγομεν. Τἄλλα ἔχομεν, ἔφασαν, &c. Absurdè quidem, ut mihi videtur, tum scripturæ ratione tum distinctionis. Ista certè, τἄλλα ἔχομεν, ad Chaldæos nequaquam referri possunt; cùm ex iis, quæ mox subjungit Cyrus, satis liquet, Chaldæos nullam aliam ob causam, nisi ut securiùs degerent, petiisse pacem. Subjicit enim ille, "At "quid si *aliæ* sint causæ, quamobrem "pacem peteretis? Quid si, pace factâ, "non securiores tantùm ab hostibus, sed "et ditiores futuri sitis?" Quare, illud τἄλλα rejiciendum est, et integrum Chaldæorum responsum verbo isto, ἔφασαν, adsensum denotante, absolvi putandum. Simili modo ejus compositum mox adhibetur, Συνέφασαν ᾗ τοῦτο, et paulò post, ipsa iterata sunt verba: Ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι. Leunclavius quidem vulgatam lectionem corruptam esse vidit, locúmque adeò hoc modo restituendum censuit: ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ταῦτα λέγομεν οἵ τ' ἄκρα ἔχομεν, ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι. Et hæc in versione verba expressit. At quo sensu idoneo, ipse quidem hariolari nequeo. Huic certè conjecturæ, vulgatæque etiam lectioni ea omninò anteferenda videtur, quam Camerarium ex libro Budensi sumpsisse testatur Leunclavius, quámque adeò reponendam curavimus. Sensum enim fundit, huc qui optimè quadrat. Cyrus utique suprà paulò de Chaldæis dixerat: Πρὶν μὲν ἦν ἔχεσθαι τἀλλότρια, οἶδ' ὅτι οὐδὲν ἐδεῖσθε εἰρήνης· τὰ μὲν γὰρ ὑμέτερα ἀσφαλῶς εἶχε.——Aptè igitur eos pacem tandem petentes interrogat, annon hostium metu id facerent; cùm jam ipsis prærepta erant juga illa, quibus se tueri solebant. MS. etiam Bodl. lectionis nostræ servat vestigia, qui dat, ἐπεὶ ἡμεῖς τἄλλα ἔχομεν, &c. neque enim ista habet, ταῦτ' ἐλέγομεν, sed hæc τάδε λέγομεν, inter lineas tantùm, manu non nimìs sagaci scripta, repræsentat.

b Διὰ τὸ γῆς, &c.] Similis etiam agrorum, quos Chaldæi Chalybésque olim coluêre, sterilitas, eandem utriusque populi, nunc hoc nunc illud sortiti nomen, regionem fuisse nonnihil probationis exhibet. Quæ enim de Chaldæis hîc atque alibi dicit Xenophon, ea ferè de Chalybum regione alii tradunt auctores:

—μέλαι δὲ σμυξερώταλοι ἀνδρῶν
Τρηχείην Χάλυβες ᾗ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν
Ἐργατίναι——

Andron. Rhod. *Argonaut.* lib. ii, v. 374, et seq.

Τοῖς δ' ἔπι, ᾗ Χάλυβες συφελὴν ᾗ ἀπανέα γαῖαν
Ναίουσιν.——Dionys. v. 768.

c Οἱ ἄλλοι, &c.] Vocem ἄλλοι suspectam habuêre Stephanus et Leunclavius. Locus certè eam minimè postulat, nesciúntque MS. Bodl. et edit. Aldina.

ὁπόσην ἂν βάλησθε; Ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι, Εἰ πιστεύοιμεν μὴ ἀδικήσεσθαι. Τί δὲ σὺ, ἔφη, ὦ Ἀρμένιε; βάλοιο ἂν τὴν νῦν ἀργὸν ὖσαν γῆν ἐνεργὸν γενέσθαι, εἰ μέλλοιεν τὰ νομιζόμενα παρὰ σοὶ ἀποτελεῖν οἱ ἐργαζόμενοι; Ἔφη ὁ Ἀρμένιος, πολλῷ ἂν τοῦτο πρίασθαι· πολὺ γὰρ ἂν αὐξάνεσθαι τὴν πρόσοδον. Τί δ' ὑμεῖς, ἔφη, ὦ Χαλδαῖοι; ἐπεὶ ὄρη ἀίσθα ἔχετε, ἐθέλοιτ' ἂν ἐᾶν νέμειν ταῦτα τοῖς Ἀρμενίοις, εἰ ὑμῖν μέλλοιεν οἱ νέμοντες τὰ δίκαια ἀποτελεῖν; Ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι· πολλὰ γὰρ ἂν ὠφελεῖσθαι, ἀδὲν πονοῦντας. Σὺ δὲ, ἔφη, ὦ Ἀρμένιε, ἐθέλοις ἂν ταῖς τούτων νομαῖς χρῆσθαι, εἰ μέλλοις, μικρὰ ὠφελῶν Χαλδαίους, πολὺ πλείω ὠφεληθήσεσθαι; Καὶ σφόδρα ἄν, ἔφη, [a]εἴπερ οἰοίμην ἀσφαλῶς νέμειν. Οὐκοῦν, ἔφη, ἀσφαλῶς ἂν νέμοιτε, εἰ τὰ ἄκρα ἔχοιτε σύμμαχα; Ἔφη ὁ Ἀρμένιος. Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφασαν οἱ Χαλδαῖοι, οὐκ ἂν ἡμεῖς ἀσφαλῶς ἐργαζοίμεθα μὴ ὅτι τὴν τούτων, ἀλλ' οὐδ' ἂν τὴν ἡμετέραν, εἰ ὅτοι τὰ ἄκρα ἔχοιεν. Εἰ δ' ὑμῖν ἂν, ἔφη, τὰ ἄκρα σύμμαχα εἴη; Οὕτως ἂν, ἔφασαν, ἡμῖν καλῶς ἔχοι. Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ἀρμένιος, οὐκ ἂν ἡμῖν νῦν καλῶς ἔχοι, εἰ ὅτοι παραλήψονται πάλιν τὰ ἄκρα, ἄλλως τε ἢ τειχισμένα.

quantum vobis *ipsis* liberet? Si crederemus, aiebant Chaldæi, nullam nobis injuriam illatum iri. Quid tu verò, Armenie? vellésne solum id quod nunc incultum est, cultum reddi, si cultores id, quod apud te in more positum est, penderent? Magno *se* hoc redempturum, ait Armenius: quòd *eâ ratione* reditus longè *sibi* futurus esset auctior. Quid autem vos, inquit, Chaldæi: cùm montes fertiles habeatis, an velletis Armeniis permittere ut iis pro pascuis uterentur, si vobis ii, pascuis qui utentur istis, quòd æquum esset, penderent? Adsentiebantur Chaldæi: magnas quippe *se hâc ratione* capturos utilitates, sine ullo *suo* labore *dicebant*. At tu, inquit, Armenie, vellésne pascuis horum uti, si pro parvo Chaldæis adlato commodo, multò majores ipse utilitates ceperis? Et admodùm *quidem*, ait, si putarem fore, ut pascuis tutò frui liceret. Nempè, ait, tutò *his* fruemini pascuis, si vestrum sit quicquid adjumenti ab his jugis peti possit? Adsentiebatur Armenius. At nos profectò, inquiunt Chaldæi, nequaquam tutò non modò istorum, sed nè nostrum quidem *agrum* culturi sumus, si juga *montium* isti teneant. *Quid* verò si vobis, inquit, auxilio sint ista juga? *Nimirum* ità, respondent illi, benè nobiscum ageretur. Sed profectò, ait Armenius, non benè nobiscum ageretur, si juga *montium* hi reciperent, præsertim *castello jam* muróque munita.

a Εἴπερ, &c.] Sic restitui, Stephanum secutus. Vulgò legitur, *si οἰοίμην ἀσφαλὶς νέμειν*. MS. Bodl. etiam dat *ἀσφαλῶς*, quod et Muretus recipiendum monuit.

Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Οὕτωσὶ τοίνυν ἐγὼ ποιήσω, ἔφη· ὑδελέροις ὑμῶν τὰ ἄκρα παραδώσω, ἀλλὰ ἡμεῖς φυλάξομεν αὐτά· κἂν ἀδικῶσιν ὑμῶν ὁπόλεροιδν, σὺν τοῖς ἀδικκμένοις ἐσόμεθα ἡμεῖς.

Ὡς δ' ἤκουσαν ταῦτα ἀμφότερροι, ἐπήνεσαν, καὶ [a]ἔλεγον ὅτι ἕτως ἂν εἴη μόνως εἰρήνη βεβαία. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἔδοσαν καὶ ἔλαβον πάντες τὰ πιστά· καὶ ἐλευθέρκς μὲν· ἀμφοτέρκς ἀπ' ἀλλήλων εἶναι συνετίθενλο, [b]ἐπιγαμίας δ' εἶναι, καὶ ἐπεργασίας, καὶ ἐπινομίας· καὶ συμμαχίαν δὲ κοινὴν, εἴ τις ἀδικοίη ὁπόλερκσδν. Οὕτω μὲν τότε διεπράχθη· καὶ νῦν δὲ ἔτι ἕτω διαμένκσιν αἱ τότε γενόμεναι συνθῆκαι Χαλδαίοις καὶ τῷ τὴν Ἀρμενίαν ἔχονλι. Ἐπεὶ δὲ αἱ συνθῆκαι ἐγένονλο, εὐθὺς συνελείχιζόν τε ἀμφότεροι προθύμως ὡς κοινὸν φρούριον, καὶ τὰ ἐπιτήδεια συνεισῆγον. Ἐπεὶ δὲ ἑσπέρα προσήει, συνδείπνκς ἔλαβεν ἀμφοτέρκς πρὸς ἑαυτὸν, ὡς φίλκς ἤδη. Συνδειπνούντων δὲ εἶπέ τις τῶν Χαλδαίων ὅτι τοῖς μὲν

Et Cyrus, Ego igitur sic faciam, inquit; neutris vestrûm hæc juga tradam, sed nos ea custodiemus: ac si vestrûm alterutri auctores injuriæ fuerint, à læsis nos stabimus.

Hæc cùm utrique audîssent, collaudârunt, solâque hâc ratione pacem firmam fore dixerunt. Atque his conditionibus fidem dabant accipiebántque omnes; atque *inter se* constituebant, ut per utrosque utrisque sua constaret libertas, ut connubia, cultus agrorum, et pastiones utrisque communes essent; ut communibus etiam copiis sese juvarent, si quis alterutros læderet. Ad hunc modum res tunc confectæ sunt: atque hâc etiam tempestate, pacta hæc inter Chaldæos et eum qui Armeniam tenet id temporis inita, sic manent. Postquam pactiones hæ factæ sunt, statim utrique castellum, quasi quod esset commune, conjunctis alacriter operis exstruunt, et unà res *in id* necessarias important. Adpetente autem vesperà, *Cyrus* utrosque, velut jam amicos, in cœnæ apud se societatem adsumpsit. Iis autem unà cœnantibus, quidam ex Chaldæis inquit, cæteris quidam suæ gentis om-

a Καὶ ἔλεγον ὅτι] In plerisque editis ὅτι non comparet. Illud autem non temerè est à nobis admissum, cùm et à Stephano sit expressum, et à MSto Bodl. repræsentatum.

b Ἐπιγαμίας δ' εἶναι, &c.] Vox ἐπιγαμία *jus illud matrimonii contrahendi* significat, quo gentes, inter quas odia jam sublata sunt, fœdera tandem firmare, et vitæ officiorumque omnium societatem stabilire solebant. Nec aliud ferè apud Herodotum sonat ista γάμων ἐπαλλαγὴ inter Lydos Medósque pacta: οἱ δὲ Λυδοί τε καὶ οἱ Μῆδοι——τῆς μάχης τε ἐπαύσαντο, καὶ μᾶλλόν τι ἔσπευσαν καὶ ἀμφότεροι εἰρήνην ἑωυτοῖσι γενέσθαι· οἱ δὲ συμβιβάσαντες αὐτοὺς, ἦσαν οἵδε, Συέννεσίς τε ὁ Κίλιξ, καὶ Λαβύνητος ὁ Βαβυλώνιος· οὗτοί σφι καὶ τὸ ὅρκιον οἱ σπεύσαντες γενέσθαι ἦσαν, καὶ γάμων ἐπαλλαγὴν ἐποίησαν—— Ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν. lib. i, c. 74. Huc faciunt etiam oratoris Græci verba, ἐν τῷ Βυζαντίων ψηφίσματι· Δεδόχθω τῷ Δάμῳ τῷ Βυζαντίων καὶ Περινθίων, Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, κλάσιν γῆς, &c. de *Coronâ*, p. 487, *Edit. Wolf. Francof.*

ἄλλοις σφῶν πᾶσιν εὐκτὰ ταῦτα εἴη· εἰσὶ δὲ τινὲς τῶν Χαλδαίων, οἳ ληϊζόμενοι ζῶσι, καὶ οὔθ' ἁν ἐπίσαιντο ἐργάζεσθαι, οὔθ' ἂν δύναιντο, εἰθισμένοι ἀπὸ πολέμου βιοτεύειν· ἀεὶ γὰρ ἐληΐζονται καὶ ἐμισθοφόρουν, καὶ πολλάκις μὲν [a]παρὰ τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ (καὶ γὰρ, ἔφασαν, πολύχρυσος ὁ ἀνήρ), πολλάκις δὲ καὶ παρ' Ἀσυάγει. Καὶ ὁ Κῦρος ἔφη, Τί οὖν οὐ καὶ νῦν παρ' ἐμοὶ μισθοφορεῖτε; Ἐγὼ γὰρ δώσω ὅσον τις καὶ ἄλλος πλεῖσον δήπου ἔδωκε. Συνέφασάν οἱ, καὶ πολλοὺς γε ἕσεσθαι ἔλεγον τοὺς ἐθελήσοντας. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω συνωμολογεῖτο.

Ὁ δὲ Κῦρος ὡς ἤκουσεν ὅτι πρὸς τὸν Ἰνδὸν πολλάκις οἱ Χαλδαῖοι ἐπορεύοντο, ἀναμνησθεὶς ὅτι ἦλθον παρ' αὐτοῦ [b]κατασκεψόμενοι εἰς Μήδους τὰ αὐτῶν πράγματα, καὶ ὤχοντο πρὸς τοὺς πολεμίους, ὅπως αὖ καὶ τὰ ἐκείνων κατίδωσιν, ἐβούλετο μαθεῖν τὸν Ἰνδὸν τὰ αὐτῷ πεπραγμένα. Ἤρξατο δ' ἐν λόγοις τοιῷδε· Ὦ Ἀρμένιε, ἔφη, καὶ ὑμεῖς οἱ Χαλδαῖοι, εἴπατέ μοι, εἴ τινα ἐγὼ τῶν ἐμῶν ἀποστέλλοιμι πρὸς τὸν Ἰνδὸν, συμπέμψαιτ' ἄν μοι τῶν ὑμετέρων, οἵτινες αὐτῷ τήν τε ὁδὸν ἡγοῖντο ἄν, καὶ συμ-

nibus optabilia hæc accidere *facta* ; verùm quidam, *ait*, sunt Chaldæi, qui rapto vivunt, ac terræ neque nôrint colendæ rationem, neque *adhibere* possint, quippe qui victum bello quærere consueti sunt : semper enim latrocinari solent et stipendia mereri, sæpè quidem apud Indorum regem (is etenim, aiebant, auro abundat), sæpéque etiam apud Assyrium. Et Cyrus inquit, Cur igitur non etiam hoc tempore apud me stipendia faciunt? nam ego *tantum iis* dabo, quantum aliquis alius unquam dedit. Adsensi sunt ei, multósque fore dixerunt, qui *hoc facere* vellent. Et de his quidem *inter eos* ità conveniebat.

Cyrus autem cùm audisset Chaldæos ad Indum sæpè proficisci, recordatus ab hoc venisse *quosdam* ad Medos, qui, quid rerum apud ipsos gereretur, explorarent, eosdémque *deindè* ad hostes etiam abiisse, ut illorum quoque res perspicerent, Indum edoctum volebat ea quæ à se gesta fuissent. Itaque hujusmodi sermonem suscepit : Dicite mihi, Armenie, vósque Chaldæi, inquit, si quem ego meorum ad Indum mitterem, vestrûmne aliquos unà mitteretis, qui et itineris duces ipsi, et ad-

a Παρὰ τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ (καὶ γὰρ, ἔφασαν, &c.] Duæ fuêre nationes, quibus Indorum pariter nomen tribuêre veteres. Harum una, in Indiâ Orientali propriè dictâ, inter Gangem quæ ferè jacet Indúmque amnes ; altera, in Æthiopiâ, sedem nacta est. Neque hæc neque illa Indorum natio est, de quâ hîc agit Xenophon ; cujus historiæ ratio postulat, ut Indos etiam non longè ab Armeniâ Chaldæorúmque seu Chalybum regione distantes investigemus.

b Κατασκεψόμενοι] Rectè hanc scripturam in locum vulgatæ istius, κατασκευάμενοι, substituit Stephanus. Huic Leunclavius etiam accedit, qui κατασκεψόμενοι margine adscripsit. Frequens autem est hujusmodi error.

πράττοιεν ὥστε γενέσθαι ἡμῖν παρὰ τῷ Ἰνδῷ ἃ ἐγὼ βούλομαι; ἐγὼ γὰρ χρήματα μὲν προσγενέσθαι ἔτι ἂν βουλοίμην ἡμῖν, ὅπως ἔχω καὶ μισθὸν ἀφθόνως διδόναι οἷς ἂν δέῃ, [a]καὶ τιμᾶν καὶ δωρεῖσθαι τῶν στρατευομένων τὰς ἀξίας· τούτων μὲν δὴ ἕνεκα βούλομαι ὡς ἀφθονώτατα χρήματα ἔχειν. Δεῖσθαι δὲ [b]τούτων νομίζων, τῶν μὲν ὑμετέρων ἥδύ μοι φείδεσθαι (φίλους γὰρ ὑμᾶς ἤδη νομίζω)· παρὰ δὲ τῷ Ἰνδῷ ἡδέως ἂν λάβοιμι, εἰ διδοίη. Ὁ δ' ἄγγελος, ᾧ κελεύω ὑμᾶς ἡγεμόνας δοῦναι καὶ συμπράκτορας γενέσθαι, ἐλθὼν ἐκεῖσε, λέξει ὧδε, Ἔπεμψέ με Κῦρος, ὦ Ἰνδέ, πρός σε· φησὶ δὲ προσδεῖσθαι χρημάτων, προσδεχόμενος καὶ ἄλλην στρατιὰν οἴκοθεν ἐκ Περσῶν (καὶ γὰρ προσδέχομαι, ἔφη)· ἢν δ' αὐτῷ πέμψῃς ὁπόσα σοι προχωρεῖ, φησίν, ἢν Θεὸς ἀγαθὸν τέλος διδῷ αὐτῷ, πειράσεσθαι ποιῆσαι, ὥστέ σε νομίζειν καλῶς βεβουλεῦσθαι χαρισάμενον αὐτῷ. Ταῦτα μὲν ὁ παρ' ἐμοῦ λέξει· τοῖς δὲ παρ' ὑμῶν ὑμεῖς αὖ ἐπισέλλετε ὅ,τι ὑμῖν δοκεῖ συμφέρον εἶναι. Καὶ ἢν

jumento essent in iis ab Indo impetrandis, quæ ipse cupio? nam ego quidem accedere nobis adhuc aliquid pecuniæ velim, ut iis, quibus opus est, stipendia abundè numerare possim, et milites, qui meriti fuerint, honore muneribúsque cohonestare: his quidem de causis quàm maximam pecuniæ mihi copiam esse volo. Quamvìs autem eis *mihi* opus esse statuam, mihi tamen omninò libet vestris parcere (nam vos jam in numero amicorum pono); at ab Indo, si daret, libenter acciperem. Itaque nuntius, cui duces vos ut detis atque adjumento sitis hortor, cùm eò venerit, in hunc modum loquetur, Cyrus ad te me misit, Inde; qui pecuniâ sibi opus esse dicit, quòd à Persis alium etiam domo exercitum expectet (omninò enim expecto, inquit): quapropter si tantum ei miseris pecuniæ, quantum commodè pro felici rerum tuarum successu poteris, ait se, si bonum *rerum* exitum Deus ipsi dederit, studiosè operam daturum, ut existimes, benè *te rebus tuis* consuluisse, qui sis ipsi gratificatus. Hæc qui à me mittetur nuntius dicet: quos autem vos unà mittetis, iis ipsi, quicquid vobis ex usu fore videtur, imperate. Et *pecuniam*

a Καὶ τιμᾶν καὶ δωρεῖσθαι, &c.] Apud Persas moris erat antiqui, eorum omnium beneficia, qui fortiter quid ac præclarè gesserant, aut de republicâ benè meriti erant, prolixè cumulatéque remunerari. Κάρια γὰρ, teste Herodoto, ἐν τοῖσι Πέρσῃσι αἱ ἀγαθεργίαι ἐς τὸ πρόσω μεγάθεος τιμέονται. l. iii, c. 154. Militaribus etiam præmiis eos, qui se strenuos præbuerant, donabant Persarum reges: μετὰ δὲ τὴν μάχην, δῶρα κάλλιστα μὲν ἐξέπεμψε τῷ μέγιστα τῷ Ἀρταγέρξῃ παιδί, τῷ, &c. Plutarch. in Artaxerxe, tom. i, p. 1017.

b Τούτων νομίζων, &c.] In editis quibusdam legitur, δεῖσθαι δὲ τούτων νομίζω τῶν μὲν, &c. Sed meritò Stephanus lectionem, quam in margine reperierat,——νομίζων τῶν, &c. illâ alterâ meliorem censuit, atque adeò in textum recepit. Hanc Leunclavius etiam in versione suâ secutus est, et repræsentat MS. Bodl. Familiaris sanè Xenophonti est hujusmodi sermonis ἀνακολουθία, quam temerè quidam in sacris libris damnârunt: Apoc. ii, 26, et alibi sæpè.

μὲν λάβωμεν, ἔφη, παρ' αὐτοῦ, ἀφθονωτέροις χρησόμεθα· ἢν δὲ μὴ λάβωμεν, εἰσόμεθα ὅτι οὐδεμίαν αὐτῷ χάριν ὀφείλομεν, ἀλλ' ἐξέσαι ἡμῖν, ἐκείνῳ ἕνεκα, πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον πάντα τίθεσθαι. Ταῦτ' εἶπεν ὁ Κῦρος, νομίζων τὰς ἰόντας Ἀρμενίων τε καὶ Χαλδαίων τοιαῦτα λέξειν περὶ αὐτοῦ, οἷα αὐτὸς ἐπεθύμει πάντας ἀνθρώπους τε λέγειν τε ἀκούειν περὶ αὐτοῦ. Καὶ τότε μὲν δὴ, ὁπότε καλῶς εἶχε, διαλύσαντες τὴν σκηνὴν, ἀνεπαύοντο.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὅ, τε Κῦρος ἔπεμπε τὸν ἄγγελον, ἐπιστείλας ὅσαπερ ἔφη, καὶ ὁ Ἀρμένιος καὶ οἱ Χαλδαῖοι συνέπεμπον ὃς ἱκανωτάτους ἐνόμιζον εἶναι καὶ συμπρᾶξαι καὶ εἰπεῖν περὶ Κύρου τὰ προσήκοντα. Ἐκ δὲ τούτου ὁ Κῦρος ἐπιτελέσας τὸ φρούριον καὶ φύλαξιν ἱκανοῖς καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις πᾶσι, καὶ ἄρχοντα αὐτῶν καταλιπὼν Μῆδον, ὃν ᾤετο Κυαξάρει ἂν μάλιστα χαρίσασθαι, ἀπῆει συλλαβὼν [a] τὸ ἕτερον στράτευμα ὅσον τε ἦλθεν ἔχων, καὶ ὃ παρ' Ἀρμενίων προσέλαβε, καὶ τοὺς παρὰ Χαλδαίων, εἰς τετρακισχιλίους, οἳ ᾤοντο καὶ συμπάντων τῶν ἄλλων κρείττονες εἶναι.

Ὡς δὲ κατέβη εἰς τὴν οἰκουμένην, οὐδεὶς ἔμεινεν ἔνδον Ἀρ-

quidem, inquit, ab eo si acceperimus, major nobis *illius* copia fuerit; sin minùs, sciemus nullam nos ei gratiam debere, sed, quod ad eum attinet, licebit nobis omnia è re nostrâ constituere. Hæc Cyrus aiebat, cùm *quidem* existimaret, Armenios Chaldæósque, qui illuc proficiscerentur, talia de se dicturos, qualia omnes ipse homines et de se dicere cupiebat et audire. Ac tum quidem, ubi visum fuisset opportunum, soluto convivio, quieti se dederunt.

Postridiè Cyrus hunc nuntium mittebat, cùm ea omnia, quorum meminerat, mandata ipsi dedisset; et Armenius ac Chaldæi *de suis* mittebant *eos*, quos et ad conficiendum hoc negotium maximè idoneos arbitrabantur, et ad prædicandum ea de Cyro quæ conveniret. Secundùm hæc, Cyrus, cùm et militibus præsidiariis, quot satìs essent, *in eo constitutis*, et rebus omnibus necessariis, castellum absolvisset, Medúmque eorum præfectum reliquisset, quem quòd præficeret, rem Cyaxari maximè gratam facturum se existimabat, discessit, sumptis secum et copiis, quas adduxerat, et iis, quas ab Armeniis acceperat; et iis, quas Chaldæi miserant, hominum ad quatuor millia, qui vel reliquis omnibus præstantiores se arbitrabantur.

Ubi autem in regionis loca culta descendisset, Armeniorum nemo se

a Τὸ ἕτερον] Editio Ald. et MS. Bodl. illud ἕτερον non agnoscunt. Stephano quoque et Leunclavio minùs placet istud vocabulum: mihi quidem tollendum videtur, utpotè quod commodè hîc stare nequeat.

μενίων, οὔτε ἀνὴρ, οὔτε γυνὴ, ἀλλὰ πάντες ὑπήντων, ἡδόμενοι τῇ εἰρήνῃ, [a] καὶ φέροντες καὶ ἄγοντες εἴ τι ἕκαστος ἄξιον εἶχε. Καὶ ὁ Ἀρμένιος τούτοις ἐκ ἤχθετο, ἅτως ἂν νομίζων καὶ τὸν Κῦρον μᾶλλον ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ. Τέλος δ' οὖν ὑπήντησε καὶ ἡ γυνὴ τῷ Ἀρμενίῳ, τὰς θυγατέρας ἔχουσα, καὶ τὸν νεώτερον υἱόν· καὶ σὺν ἄλλοις δώροις καὶ τὸ χρυσίον ἐκόμιζεν, ὃ πρότερον οὐκ ἤθελε λαβεῖν ὁ Κῦρος. Καὶ ὁ Κῦρος ἰδὼν, εἶπεν, Ὑμεῖς ἐμὲ οὐ ποιήσετε μισθοῦ περιιόντα εὐεργετεῖν· ἀλλὰ σὺ, ὦ γύναι, ἔχουσα ταῦτα τὰ χρήματα ἆ φέρεις, ἄπιθι, καὶ τῷ Ἀρμενίῳ μηκέτι δὸς αὐτὰ καλορύξαι· ἔκπεμψον δὲ τὸν σὸν υἱὸν ὡς κάλλιστα ἀπ' αὐτῶν καλασκευάσασα ἐπὶ τὴν στρατείαν· ἀπὸ δὲ τῶν λοιπῶν κτῶ καὶ σαυτῇ, καὶ τῷ ἀνδρὶ, καὶ ταῖς θυγατράσι, καὶ τοῖς υἱοῖς, ὅ, τι κεκλημένοι καὶ κεκοσμημένοι κάλλιον καὶ ἥδιον τὸν αἰῶνα διάξετε· εἰς δὲ τὴν γῆν, ἔφη, ἀρκείτω τὰ σώματα, ὅταν ἕκαστος τελευτήσῃ, καλακρύπτειν. Ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν παρήλαυνεν· ὁ δὲ Ἀρμένιος συμπροὔπεμπε, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι, ἀνακαλοῦντες τὸν [b] εὐεργέτην, τὸν ἄνδρα τὸν ἀγαθόν. Καὶ ταῦτ' ἐποίουν, ἕως

domi continuit, nec vir, nec fœmina, sed obviam processerunt omnes, de pace læti, *secum* ferentes adducentésque quicquid alicujus pretii quilibet haberet. Atque his Armenius minimè offendebatur, quòd Cyrum magìs hoc modo delectatum iri *delato* ab omnibus honore putaret. Tandem et uxor Armenii occurrit, filias ac minorem natu filium secum ducens: ac præter alia munera illud aurum quoque adferebat, quod Cyrus antea accipere noluerat. Hoc Cyrus ubi vidisset, Vos non effecturi estis, inquit, ut mercedis causâ hinc inde proficiscendo benè mercar; verùm tu, mulier, abi, istas quas adfers pecunias retine, nec eas posthac Armenio defodiendas dederis: sed filium tuum *potiùs* his à te quàm pulcherrimè exornatum in militiam mittito: de reliquis autem et marito, et filiabus, et filiis id comparato, quod consecuti quóque ornati elegantiùs atque jucundiùs vitam traducatis: ubi verò quisque defunctus erit, satìs esto, corpora sub terrâ condere. Hæc cùm dixisset progressus est: Armenius autem, cæteríque homines universi *eum* unà deducebant, altâ voce appellantes *plurimorum* beneficiorem auctorem, virum illum bonum. Idque *assiduè* faciebant, donec

a Καὶ φέροντες καὶ, &c.] De muneribus quæ regi Persarum ii, quorum fines transiret, offerre solebant, vide sis Æliani *Var. Histor.* lib. i, c. 31. Notandum est MStum Bodl. exhibere—καὶ ἄγοντες ὅ, τι ἕκαστος, &c. Vel hæc, vel illa, quam damus, lectio stare potest.

b Τὸν εὐεργέτην, τὸν, &c.] Elegantiam simul et emphasin orationi conciliat articuli hæc iteratio; cujus etiam apud

ἐκ τῆς χώρας ἐξέπεμψαν. Συνἀπέστειλε δὲ αὐτῷ ὁ Ἀρμένιος καὶ στρατιὰν πλείονα, ὡς εἰρήνης οἴκοι οὔσης. Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος ἀπῄει κεχρηματισμένος, οὐχ ἃ ἔλαβε μόνον χρήματα, ἀλλὰ πολὺ πλείονα τούτων ἑτοιμασάμενος διὰ τὸν τρόπον, ὥστε λαμβάνειν ὁπότε δέοιτο. Καὶ τότε μὲν ἐστρατοπεδεύσαντο ἐν τοῖς μεθορίοις. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸ μὲν στράτευμα καὶ τὰ χρήματα ἔπεμψε πρὸς Κυαξάρην, (ὁ δὲ πλησίον ἦν, ὥσπερ ἔφησεν·) αὐτὸς δὲ σὺν Τιγράνῃ καὶ Περσῶν τοῖς ἀρίστοις ἐθήρα ὅπῃ ἐπιτυγχάνοιεν θηρίοις, καὶ εὐφραίνετο. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς Μήδους, [a] τὰ χρήματα ἔδωκε τοῖς ἑαυτῷ ταξιάρχοις, ὅσα ἐδόκει ἑκάστῳ ἱκανὰ εἶναι, ὅπως καὶ ἐκεῖνοι ἔχοιεν τιμᾶν εἴ τινας [b] ἄγαιντο τῶν ὑφ' ἑαυτούς· ἐνόμιζε γὰρ, εἰ ἕκαστος τὸ μέρος ἀξιέπαινον ποιήσειε, τὸ ὅλον αὐτῷ καλῶς ἔχειν. Καὶ αὐτὸς δὲ, εἴτι που καλὸν ἴδοι εἰς τὴν στρατιὰν, τοῦτο κλῶμενος [c] ἐδωρεῖτο τοῖς ἀξιωτάτοις· νομίζων, ὅ, τι καλὸν κἀγαθὸν ἔχοι τὸ στράτευμα, τούτοις ἅπασιν αὐτὸς κεκοσμῆσθαι. Ἡνίκα

extra regionem *suam* deduxissent. Armenius verò majorem etiam exercitum ei adjunxit, quippe qui domi pacem haberet. Atque ità Cyrus abiit, non iis solùm, quas acceperat, pecuniis locupletatus, sed patefactâ *amabili* morum facilitate ad multò his majores viâ, adeò ut *eas*, quoties esset opus, sumere posset. Ac tum quidem in finibus castra metati sunt. Postridiè copias pecuniásque ad Cyaxarem misit (is autem propè aberat, quemadmodùm dixerat); ipse cum Tigrane ac Persarum optimatibus venabatur ubicunque in feras incidissent, atque *ità* se oblectabat. In Medorum verò regionem cùm pervenisset, suis cohortium præfectis pecunias dedit, quantum *scilicet earum* cuique satìs esse arbitrabatur, ut illi etiam haberent unde suos honoris ergo ornarent, si quos admirarentur: existimabat enim, si quisque partem *exercitûs sibi mandatam* laude dignam redderet, fore ut totus *exercitus* egregiè comparatus esset. Ipse quoque, si quid uspiam videret quod exercitui posset esse ornamento, id ubi comparasset, dignissimis *quibusque* donabat: quippe qui putaret, quidquid pulchri præclaríque haberet exercitus, id omne sibi ornamento esse. Quando

sacros scriptores exempla reperiuntur: Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Joh. vi, 69.—ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης, ἐν τοῖς οὐρανοῖς—Heb. viii, 1.

a Τὰ χρήματα] Stephano placet τῶν χρημάτων, eandémque scripturam dat MS. Bodl. Sed cùm vulgata lectio se non malè habeat, locum suum, me volente, teneat.

b Ἄγαιντο] Vulgò ἀγοιντο, quod cùm convenientem huic loco significationem habere nequeat, meritò Stephanus, exemplaris vetusti auctoritate nixus, in ejus locum ἄγαιντο substituit: quam scripturam sequuntur interpretes et res ipsa flagitat.

c Ἐδωρεῖτο] Stephanus legit, διεδωρεῖτο. At receptæ lectioni MS. Bodl. et plerique editi sunt dant nomina: cáque sana quidem et sincera prorsùs videtur. Alteri autem illi, à Stephano admissæ, viam, ut opinor, stravit hoc, quod mox sequitur, compositum, διδίδα.

δὲ αὐτοῖς διεδίδα ὧν ἔλαβεν, ἔλεξεν ὧδέ πως εἰς τὸ μέσον τῶν ταξιαρχῶν, καὶ λοχαγῶν, καὶ πάντων ὃς ἐτίμα·

" Ἄνδρες φίλοι, δοκεῖ ἡμῖν εὐφροσύνη τις νῦν παρεῖναι, καὶ " ὅτι εὐπορία τις προσγεγένηται, καὶ ὅτι ἔχομεν ἀφ' ὧν τιμᾶν " ἔξομεν οὓς ἂν βουλώμεθα, καὶ τιμᾶσθαι ὡς ἂν ἕκαστος ἄξιος ᾖ. " Πάντως δὴ ἀναμιμνησκώμεθα τὰ ποῖα ἆθλα ἔργα τούτων τῶν " ἀγαθῶν ἐστιν αἴτια· σποπτέμενοι γὰρ εὑρήσετε, τό, τε ἀγρυπνῆ- " σαι, ὅπα ἔδει, καὶ τὸ πονῆσαι, καὶ τὸ σπεῦσαι, καὶ τὸ μὴ εἶξαι " τοῖς πολεμίοις. Οὕτως οὖν χρὴ καὶ τοιοῦτον ἄνδρας ἀγαθοὺς " εἶναι, γιγνώσκοντας ὅτι τὰς μεγάλας ἡδονὰς καὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ " μεγάλα ἡ πειθὼ, καὶ ἡ καρτερία, καὶ οἱ ἐν τῷ καιρῷ πόνοι καὶ " κίνδυνοι παρέχονται."

Καλανοῶν δὲ ὁ Κῦρος ὡς εὖ μὲν αὐτῷ εἶχον τὰ σώματα οἱ στρατιῶται πρὸς τὸ δύνασθαι στρατιωτικοὺς πόνους φέρειν, εὖ δὲ τὰς ψυχὰς, πρὸς τὸ καταφρονεῖν τῶν πολεμίων, ἐπισήμονες δὲ ἦσαν τὰ προσήκοντα τῇ ἑαυτῶν ἕκαστος ὁπλίσει, καὶ πρὸς τὸ πείθεσθαι δὲ τοῖς ἄρχουσιν ἑώρα πάντας εὖ παρεσκευασμένους· ἐκ τούτων ἂν ἐπεθύμει τι ἤδη τῶν πρὸς τοὺς πολεμίους πράττειν· γιγνώσκων ὅτι ἐν τῷ μέλλειν,

autem ea quæ acceperat iis distribuebat, in hunc ferè modum inter cohortium præfectos, et manipulorum duces, et omnes illos, qui apud ipsum erant in honore, locutus est:

" Lætitia quædam, amici, hoc tempore nobis adesse videtur, tum " quòd rerum *omnium* copia quædam *nobis* accesserit, tum quòd " habeamus, unde eos quos velimus honore afficere poterimus, et " eum quisque quo dignus fuerit honorem consequatur. Omninò " autem memoriâ nobis retinendum est, cujusmodi studia sunt ho- " rum *nobis* commodorum causæ: nam si cum animis vestris con- " sideratis, hæc *vos*, et vigilando, cùm opus erat, et laborando, et " accelerando, et nihil hosti cedendo, *consequutos* reperietis. Qua- " propter deinceps quoque viri fortes sitis oportet, statuatísque obedi- " entiam, et tolerantiam, et laborum, ubi possit occasio, periculo- " rúmque patientiam, magnas voluptates, et commoda ingentia ad- " ferre."

Cùm autem Cyrus animadverterit, milites et corporibus ad labores militares perferendos valere, et animis esse ad contemnendum hostem præparatos, peritos etiam eorum esse, quæ abs quoque armaturæ suæ ratio postularet, ac præterea omnes ad parendum præfectis *suis* paratos esse videret: his utique de causis jam aliquid eorum gerere cupiebat, quæ adversùs hostes suscipi solent: quippe qui intelligeret

πολλάκις τοῖς ἄρχουσι καὶ τῆς καλῆς παρασκευῆς ἀλλοιῶταί τι ἔτι δ' ὁρῶν ὅτι φιλοτίμως ἔχοντες ἐν οἷς ἀνηγωνίζοντο πολλοὶ καὶ ἐπιφθόνως εἶχον πρὸς ἀλλήλους τῶν στρατιωτῶν, καὶ τῶνδε ἕνεκα ἐξάγειν αὐτὸς ἐβούλετο εἰς τὴν πολεμίαν ὡς τάχιστα· εἰδὼς ὅτι οἱ κοινοὶ κίνδυνοι φιλοφρόνως ποιοῦσιν ἔχειν τοὺς συμμάχους πρὸς ἀλλήλους, καὶ οὐκέτι ἐν τούτῳ οὔτε τοῖς ἐν ὅπλοις κοσμουμένοις φθονοῦσιν, οὔτε τοῖς δόξης ἐφιεμένοις, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐπαινοῦσι καὶ ἀσπάζονται οἱ τοιοῦτοι τοὺς ὁμοίους· νομίζοντες συνεργοὺς αὐτοὺς τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ εἶναι. Οὕτω δὴ πρῶτον μὲν ἐξώπλισε τὴν στρατιάν, καὶ κατέταξεν ὡς ἐδύνατο κάλλιστά τε καὶ ἄριστα· ἔπειτα δὲ συνεκάλεσε μυριάρχους, καὶ χιλιάρχους, καὶ ταξιάρχους, καὶ λοχαγούς· οὗτοι γὰρ ἀπολελυμένοι ἦσαν τοῦ καταλέγεσθαι ἐν τοῖς τακτικοῖς ἀριθμοῖς· καὶ ὁπότε δέοι ἢ ὑπακούειν τῷ στρατηγῷ ἢ παραγγέλλειν τί, οὐδ' ὡς οὐδὲν ἄναρχον καταλείπετο, ἀλλὰ δωδεκαδάρχοις καὶ ἐξαδάρχοις πάντα τὰ καταλειπόμενα διεκοσμεῖτο. Ἐπεὶ δὲ συνῆλθον οἱ [a] ἐπικαίριοι, παράγων αὐτοὺς, ἐπεδείκνυέ τε αὐτοῖς τὰ κα-

in cunctationibus sæpè ducibus usu venire ut apparatus etiam præclari aliquâ ex parte immutati *labefactique* essent : et cùm prætereà videret, complures milites, quorum summa comparebat ambitio in iis de quibus erant inter ipsos certamina, sibi etiam mutuò invidere, et hisce de causis quàm primùm eos in hosticum educere volebat ; quippe qui sciret pericula communia efficere ut commilitones mutuâ se benevolentiâ complectantur, quique *adeò* non ampliùs, in eo rerum statu, vel iis quibus ornatissima sunt arma, vel iis qui gloriæ cupidi sunt invident, sed potiùs qui tales sint et collaudant et amanter complectuntur sibi similes, quòd *nimirum* eos secum unà communi utilitati inservire existiment. Primùm igitur exercitum penitùs armavit, quámque poterat pulcherrimè et optimè instruxit : deindè duces decem millium, et tribunos, et cohortium præfectos, et manipulorum ductores convocavit ; nam hi nullâ erant necessitate adstricti ut in ordinum militarium numeris recensiti essent : cúmque vel imperatori parendum sit, vel denuntiandum aliquid, nè sic quidem pars ulla rectoris expers relinquebatur, sed reliquæ omnes copiæ per duodenûm et senûm militum præfectos aptè instruebantur. Postquàm verò convenissent ii, quorum præsentiam res ipsa postulabat, eis *præter aciem* deductis et quæ præclarè se

a Οἱ ἐπικαίριοι] Vox hæc sic in margine MSti Bodl. est exposita ; Οἱ ἐπὶ τῶν καιρῶν τὰς παρατάξεις καλαζιζόμενοι. At mihi quidem videtur non munus aliquod militare respicere ; sed illos omnes denotare, secundùm Æmil. Porti interpretationem, *quorum præsentiam res postularet : quique adeò parati essent ad aliquid opportunè peragendum.* In sequentibus quidem sæpiùs occurrit, atque hoc ferè modo ubique debet intelligi.

λῶς ἔχοντα, καὶ ἐδίδασκεν ᾗ ἕκαστον ἰσχυρὸν ἦν τῶν συμμαχικῶν. Ἐπεὶ δὲ καὶκεῖνος ἐποίησεν ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ ἤδη ποιεῖν τι, εἶπεν αὐτοῖς νῦν μὲν ἀπιέναι ἐπὶ τὰς τάξεις καὶ διδάσκειν ἕκαστον τοὺς ἑαυτοῦ ἅπερ αὐτὸς ἐκεῖνος, καὶ πειρᾶσθαι αὐτοὺς ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖν πᾶσι τοῦ στρατεύεσθαι, ὅπως εὐθυμότατα πάντες ἐξορμῶντ᾽ αι, πρωὶ δὲ παρεῖναι ἐπὶ τὰς Κυαξάρους θύρας. Τότε μὲν δὴ ἀπιόντες ταῦτ᾽ ἐποίουν· τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ παρῆσαν οἱ ἐπικαίριοι ἐπὶ τὰς θύρας. Σὺν τούτοις οὖν ὁ Κῦρος εἰσελθὼν πρὸς τὸν Κυαξάρην, ἤρξατο λόγου τοιοῦδε.

" Οἶδα μέν, ἔφη, ὦ Κυαξάρη, ὅτι ἃ μέλλω λέγειν, σοὶ πά-
" λαι δοκεῖ ἥδιον ἢ ἡμῖν· ἀλλ᾽ ἴσως αἰσχύνῃ λέγειν ταῦτα,
" μὴ δοκῇς, ἀχθόμενος ὅτι τρέφεις ἡμᾶς, ἐξόδου μεμνῆσθαι.
" Ἐπεὶ οὖν σὺ σιωπᾷς, ἐγὼ λέξω ὑπὲρ σοῦ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν. Ἡμῖν
" γὰρ δοκεῖ πᾶσιν, ἐπείπερ παρεσκευάσμεθα, μὴ ἐπειδὰν ἐμ-
" βάλλωσιν οἱ πολέμιοι εἰς τὴν σὴν χώραν, τότε μάχεσθαι, μηδ᾽
" ἐν τῇ φιλίᾳ καθημένους ἡμᾶς ὑπομένειν, ἀλλ᾽ ἰέναι ὡς τά-
" χιστα εἰς τὴν πολεμίαν. Νῦν μὲν γὰρ ἐν τῇ σῇ χώρᾳ ὄντες,
" πολλὰ τῶν σῶν σινόμεθα ἄκοντες· ἢν δ᾽ εἰς τὴν πολεμίαν ἴω-
" μεν, τὰ ἐκείνων κακῶς ποιήσομεν ἡδόμενοι. Ἔπειτα νῦν μὲν
" σὺ ἡμᾶς τρέφεις, πολλὰ δαπανῶν· ἢν δ᾽ ἐκστρατευώμεθα,

haberent ostendebat, et quâ parte valida essent auxilia singula docebat. Cúmque illos etiam gerendi jam aliquid cupidos reddidisset, eos ad præsens quidem ad ordines redire jussit, et suos quemque *milites* edocere, quæ illos ipse *modò docuerat*, omnibúsque militiæ cupiditatem injicere conari, ut alacri maximè animo egrederentur omnes, ac manè Cyaxaris ad portas adesse. Et tunc quidem abeuntes ità fecerunt: postridiè autem primâ luce ii, quibus opportunè rerum agendarum cura committi possit, ad portum aderant. Itaque cum iis ingressus ad Cyaxarem Cyrus, hujusmodi orationem exorsus est:

" Scio quidem ea, Cyaxares, quæ dicturus sum, jampridem tibi
" non minùs quàm nobis videri: sed fortassis hæc te proferre pudet,
" nè videaris *ideò* mentionem profectionis facere, quòd graviter feras
" te nos alere. Quando tu igitur taces, ego tam tuo quàm nostro
" nomine rem exponam. Nobis nimirum omnibus videtur, cùm pa-
" rati simus, non tunc *demum* pugnandum esse, cùm hostes in regio-
" nem tuam irrumpant, neque *illos* nobis in amicorum agro sedenti-
" bus expectandos esse, sed in hosticum quàm primùm eundum esse.
" Cùm enim in tuâ nunc simus regione, multis rebus tuis detrimentum
" inferimus inviti; at si hostilem in agrum proficiscamur, rebus illorum
" cum voluptate incommodabimus. Prætereà tu nunc quidem, magno
" tuo sumptu, nos alis: sin autem *tuos extra fines* exercitum educamus,

" θρεψόμεθα ἐκ τῆς πολεμίας. Ἔτι δὲ εἰ μὲν μείζων τις ἡμῖν
" κίνδυνος ἔμελλεν εἶναι ἐκεῖ ἢ ἐνθάδε, ἴσως τὸ ἀσφαλέσταλον ἦν ἂν
" αἱρεῖσθαι. Νῦν δὲ ἴσοι μὲν ἐκεῖνοι ἔσονται, [a]ἐάν τε ἐνθάδε ὑπο-
" μένωμεν, ἐάν τε εἰς τὴν ἐκείνων ἰόντες ὑπαντῶμεν αὐτοῖς· ἴσοι
" δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχούμεθα, ἥν τε ἐνθάδε ἐπιόντας αὐτοὺς δεχώ-
" μεθα, ἥν τε ἐπ' ἐκείνους ἰόντες τὴν μάχην συνάπτωμεν. Πο-
" λὺ μέντοι ἡμεῖς βελτίοσι καὶ ἐρρωμενεστέραις ταῖς ψυχαῖς τῶν
" στρατιωτῶν χρησόμεθα, ἢν ἴωμεν ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς, καὶ μὴ
" ἀκοντες δοκῶμεν ὁρᾶν τοὺς πολεμίους· πολὺ δὲ κἀκεῖνοι μᾶλλον
" ἡμᾶς φοβηθήσονται, ὅταν ἀκούσωσιν ὅτι οὐχ ὡς φοβούμενοι
" πήσσομεν αὐτοὺς οἴκοι καθήμενοι, ἀλλ' ἐπεὶ αἰσθανόμεθα
" προσιόντας, ἀπαντῶμέν τε αὐτοῖς, ἵν' ὡς τάχιστα συμμίξωμεν,
" καὶ οὐκ ἀναμένομεν ἕως ἂν ἡ ἡμετέρα χώρα κακῶται, ἀλλὰ
" φθάνοντες ἤδη δῃοῦμεν τὴν ἐκείνων γῆν. Καίτοι, ἔφη, εἴ τι
" ἐκείνους μὲν φοβερωτέρους ποιήσομεν, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς θαῤῥαλεω-
" τέρους, πολὺ τοῦτο ἡμῖν ἐγὼ πλεονέκτημα νομίζω· καὶ τὸν κίν-
" δυνον οὕτως ἡμῖν μὲν ἐλάττω λογίζομαι, τοῖς δὲ πολεμίοις
" μείζω, πολὺ ἂν μᾶλλον. Καὶ ὁ πατὴρ αἰεὶ λέγει, καὶ σὺ

" ex hostili agro victus nobis erit. Jam verò si majus aliquod nobis
" istic periculum, quàm hîc, immineret, fortassis id, quod tutissimum,
" eligendum esset. Nunc autem et illi futuri sunt iidem, sive *adeò* hîc
" *eos* expectemus, seu in illorum regionem progressi obviam eis eamus;
" et nos iidem pugnam inituri sumus, sive hîc eos cùm nosmet invase-
" rint excipiamus, seu adversùs eos profecti pugnam conseramus. Ve-
" rùm nos militum animos alacriores multò et firmiores experiemur, si
" adversùs eos qui infenso veniunt animo contendamus, et in conspectum
" hostium non inviti venire videamur: illi itidem multò nos magìs me-
" tuent, cùm nos audient non ut formidolosos eorum metu percelli ac
" domi desidere, sed adventu *hostium* comperto, iis occurrere ut quàm
" celerrimè pugnam conseramus, et non opperiri dum regio nostra in-
" festetur, sed terram eorum antevertendo jam populari. Atqui si illos,
" inquit, aliquantùm formidolosiores, et nos ipsos audentiores reddide-
" rimus, magnam id ego nobis *singularemque* commoditatem *adlaturum*
" existimo; atque hoc equidem modo nobis minus, hostibus plus periculi
" multò magìs *futurum* statuo. Pater quoque *meus* semper dicit, et tu

a Ἐάν τε ἐνθάδε, &c.] Ità ex MSto Bodl. locum hanc restituimus. In vulgatis legitur, ἐάν τε ἐνθάδε ἐπιόντες αὐτοῖς μαχώμεθα, ἐάν τε εἰς ἐκείνην ἰόντες ὑπαντῶμεν αὐτοῖς· ἴσοι δὲ ἡμεῖς ὄντες μαχοῦμεθα, ἥν τε ἐνθάδε ἐρχομένους αὐτοὺς, &c. Eam autem, quam damus, lectionem, laudat Stephanus, exprimítque in vertendo loco Leunclavius.

" φῄς, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὡς αἱ μάχαι κρίνονται " μᾶλλον ταῖς ψυχαῖς ἢ ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις. Ὁ μὲν δὴ οὕτως εἶπε· Κυαξάρης δὲ ἀπεκρίνατο,

Ἀλλ' ὅπως μέν, ὦ Κῦρε, καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι, ἐγὼ ἄχθομαι τρέφων ὑμᾶς, μηδ' ὑπονοεῖτε· τό γε μέντοι ἰέναι εἰς τὴν πολεμίαν, ἤδη καὶ ἐμοὶ βέλτιον εἶναι δοκεῖ πρὸς πάντα. Ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη ὁ Κῦρος, ὁμογνωμονοῦμεν, συσκευαζώμεθα, καὶ ἢν τὰ τῶν θεῶν ἡμῖν θαττον συγκαλαινῇ, ἐξίωμεν ὡς τάχιστα. Ἐκ τούτου τοῖς μὲν στρατιώταις εἰπὼν συσκευάζεσθαι ὁ Κῦρος, ἔθυε, πρῶτον μὲν Διὶ βασιλεῖ, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς· καὶ ᾐτεῖτο ἵλεως καὶ εὐμενεῖς ὄντας, ἡγεμόνας γίνεσθαι τῇ στρατιᾷ, καὶ παρασάτας ἀγαθοὺς, καὶ συμμάχους, καὶ συμβούλους τῶν ἀγαθῶν. Συμπαρεκάλει δὲ καὶ ἥρωας γῆς Μηδίας οἰκήτορας καὶ κηδεμόνας. Ἐπεὶ δ' ἐκαλλιέρησέ τε καὶ ἀθρόον ἦν αὐτῷ τὸ στράτευμα πρὸς τοῖς ὁρίοις, τότε δὴ οἰωνοῖς χρησάμενος αἰσίοις, [a] ἐνέβαλεν εἰς τὴν πολεμίαν. Ἐπεὶ δὲ τάχιστα διέβη τὰ ὅρια, ἐκεῖ αὖ καὶ Γῆν ἱλάσκετο χοαῖς, καὶ θεοὺς θυσίαις, καὶ ἥρωας Ἀσσυρίας οἰκήτορας εὐμενίζετο. Ταῦτα δὴ ποιήσας, αὖθις Διὶ πατρῴῳ ἔθυε, καὶ εἴ τις ἄλλος θεῶν ἐφαίνετο, οὐδενὸς ἠμέλει.

" ais, cæteríque *adeò* omnes consentiunt, de præliis judicium fieri po-
" tiùs ex animis quàm corporum viribus." Ille quidem hanc orationem habuit: Cyaxares autem respondit,

Tu verò, Cyre, cæteríque *vos* Persæ, vos alere mihi grave esse nè suspicemini quidem: sed in hostilem tamen agrum ut progrediamur jam mihi quoque ad omnia melius esse videtur. Quando igitur, ait Cyrus, in eâdem sumus sententiâ, vasa colligamus, et si res divinæ nobis confestim adnuerint, quàm primùm egrediamur. Secundùm hæc cùm militibus edixisset Cyrus ut vasa colligerent, rem sacram Jovi primùm regi, deindè diis cæteris etiam fecit: petebat etiam ut propitii benigníque *essent*, et exercitui duces boníque adjutores et socii in re gerendâ, atque utilium consultores *sibi* adessent. Quin etiam heroas Medorum terræ incolas et curatores simul invocabat. Cùm autem sacra secunda fecisset, et simul omnis ad fines adesset exercitus, tum sanè bonis usus avibus hostile solum invasit. Et cùm primùm fines transiisset, illic rursùs Tellurem etiam libationibus *sibi* propitiam reddidit, et deos atque heroas Assyriæ incolas sacrificiis placavit. His peractis, rursùm Jovi patrio rem divinam fecit, nec, si quis alius se deorum offerret, ullum neglexit.

a Ἐνέβαλεν εἰς, &c.] In expeditionem hanc exercitum eduxerunt Cyrus et Cyaxares, Anno M. secundùm Usserium, 3418. Periodi Julianæ, 4158. ante æram Christianam 556.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα καλῶς εἶχεν, εὐθὺς τοὺς μὲν πεζοὺς προαγαγόντες οὐ πολλὴν ὁδὸν, ἐστραϊοπεδεύσαντο· τοῖς δ' ἵπποις καταδρομὴν ποιήσαντες, περιεβάλοντο πολλὴν καὶ παντοίαν λείαν. Καὶ τολοιπὸν δὲ μεταστρατοπεδευόμενοι, καὶ ἔχοντες ἄφθονα τὰ ἐπιτήδεια, καὶ δῃοῦντες τὴν χώραν, ἀνέμενον τοὺς πολεμίους. Ἡνίκα δὲ προσιόντες ἐλέγοντο οὐκέτι δέχ' ἡμερῶν ἀπέχειν ὁδὸν, τότε δὴ ὁ Κῦρος λέγει, Ὦ Κυαξάρη, ὥρα δὴ ἀπαντᾷν, καὶ μήτε τοῖς πολεμίοις δοκεῖν, μήτε τοῖς ἡμετέροις, φοβουμένους μὴ ἀντιπροσιέναι· ἀλλὰ δῆλοι ὦμεν ὅτι οὐκ ἄκοντες μαχούμεθα. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα συνέδοξε τῷ Κυαξάρει, οὕτω δὴ ἀεὶ συντεταγμένοι προῄεσαν τοσοῦτον καθ' ἡμέραν, ὅσον ἐδόκει αὐτοῖς καλῶς ἔχειν. Καὶ δεῖπνον μὲν ἀεὶ κατὰ φῶς ἐποιοῦντο, πυρὰ δὲ νύκτωρ οὐκ ἔκαιον ἐν τῷ στρατοπέδῳ· ἔμπροσθεν μέντοι τοῦ στρατοπέδου ἔκαιον, ὅπως ὁρῷεν μὲν εἴ τινες νυκτὸς προσίοιεν, διὰ τὸ πῦρ, μὴ ὁρῷντο δὲ ὑπὸ τῶν προσιόντων. Πολλάκις δὲ καὶ ὄπισθεν τοῦ στρατοπέδου ἐπυρπόλουν, ἀπάτης ἕνεκα τῶν πολεμίων· ὥστ' ἔστιν ὅτε καὶ κατάσκοποι ἐνέπιπτον εἰς τὰς προφυλακὰς αὐτῶν, διὰ τὸ ὄπισθεν τὰ πυρὰ εἶναι, ἔτι πόῤῥω τοῦ στρατοπέδου οἰόμενοι εἶναι.

Οἱ μὲν οὖν Ἀσσύριοι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς, ἐπειδὴ ἐγγὺς ἀλλήλων

Postquàm verò hæc rectè erant constituta, statim peditibus itinere non longo promotis, castra metati sunt: equitatu verò incursione factâ, prædam ingentem ac variam comparârunt. Et deinceps etiam castra moventes, et rebus necessariis abundantes, et regionem vastantes, hostes expectabant. Cùm verò adventare, nec jam amplius decem dierum itinere abesse dicerentur, ut Cyrus utique ait, Jam tempus est, Cyaxares, ut occurramus, nec *committamus ut* vel hostibus, vel nostris metu præpediti videamur, quò minùs adversùs ipsos progrediamur; sed palam declaremus, nos non invitè prælium inituros. Hæc cùm Cyaxari quoque placerent, ità demum semper instructi tantum quotidie procedebant, quantum ipsis commodum videbatur. Et cœnam quidem semper luce sumebant, noctu verò ignes in castris non accendebant: veruntamen ante castra accendebant, ut ignis adjumento cernerent quidem, si qui noctu accederent, ipsi autem ab accedentibus non cernerentur. Sæpenumerò etiam post castra, hostium fallendorum causâ, ignes accendebant; adeò ut nonnunquam speculatores in primas ipsorum excubias inciderent, rati se procul adhuc à castris abesse, propterea quòd ignes post castra *excitati* essent.

Et Assyrii quidem cum iis quos secum habebant, cùm *jam* exercitus

τὰ στρατεύματα ἐγίγνετο, τάφρον περιεβάλλοντο· ὅπερ καὶ νῦν ἔτι ποιοῦσιν οἱ βάρβαροι [a]βασιλεῖς, ὁπόταν στρατοπεδεύωνται (τάφρον περιβάλλονται εὐπετῶς διὰ τὴν πολυχειρίαν)· ἴσασι γὰρ ὅτι ἱππικὸν στράτευμα ἐν νυκτὶ ταραχῶδές ἐστι καὶ δύσχρηστον, ἄλλως τε καὶ βάρβαρον. [a]Πεποδισμένους γὰρ ἔχουσι τοὺς ἵππους ἐπὶ ταῖς φάτναις· καὶ εἴ τις ἐπ' αὐτοὺς ἴοι, ἔργον μὲν νυκτὸς λῦσαι ἵππους, ἔργον δὲ χαλινῶσαι, ἔργον δ' ἐπισάξαι, ἔργον δ' ἐπιθωρακίσασθαι· ἀναβάντας δ' ἐφ' ἵππων ἐλάσαι διὰ τῶν στρατοπέδου παντάπασιν ἀδύνατον. Τούτων δὴ ἕνεκα πάντων καὶ οἱ ἄλλοι καὶ ἐκεῖνοι τὰ ἐρύματα περιβάλλονται· καὶ ἅμα αὐτοῖς δοκεῖ, τὸ ἐν ἐχυρῷ εἶναι, καὶ ἐξουσίαν παρέχειν ὅταν βούλωνται μὴ μάχεσθαι. Τοιαῦτα μὲν δὴ ποιοῦντες ἐγγὺς ἀλλήλων ἐγίγνοντο. Ἐπεὶ δὲ προσιόντες ἀπεῖχον [c]ὅσον παρασάγγην, οἱ μὲν Ἀσσύριοι οὕτως ἐστρατοπεδεύοντο ὥσπερ εἴρηται, ἐν περιτεταφρευμένῳ μὲν,

propè ad se invicem accessissent, fossâ se cingebant; quod barbari reges hodiéque faciunt, castra quoties metantur (fossâ *autem* se facillimè ob manuum multitudinem circundant): nôrunt enim copias equestres noctu esse turbulentas difficilémque earum esse usum, præsertim si barbaræ sint. Nam equos habent ad præsepia pedibus alligatos: et si quis *adeò* eos invadat, operosum est noctu equos solvere, frænare operosum, operosum insternere, operosum induere loricas: et ubi *tandem* equos conscenderint fieri prorsùs nequit ut *equites iis* per castra vehantur. His omnibus de causis cùm alii *barbari* tum illi munimentis se circundant: simul etiam existimant, si in locis sint munitis, se quoque potestatem habere prælii, cùm velint, non committendi. Et hæc quidem dum agerent, alter alteri adpropinquare cœpit. Cúmque *jam* utroque *ad alterum* accedente parasangæ ferè intervallo inter se distarent, Assyrii ità, utì dictum est, castra ponebant, loco quidem fossâ

a Βασιλεῖς, ὁπόταν, &c.] In loci hujus distinctione Stephanum sequendum duxi: nisi quod verba ista, τάφρον περιβάλλονται εὐπέλως διὰ τὴν πολυχειρίαν, notis parentheseos cingere mallem. His additis, facilis exsurgit loci sententia, quæ impedita ferè et dubia est, secundùm vulgares has interpungendi rationes, οἱ βάρβαροι βασιλεῖς ὁπόταν στρατοπεδεύωνται, &c. et,——βάρβαροι βασιλεῖς ὁπόταν, &c.

b Πεποδισμένους γὰρ, &c.] De Barbarorum equis eadem ferè Noster, ἀναβ. lib. iii, p. 184, *edit. Steph.* tradit, οἵ τε γὰρ ἵπποι αὐτοῖς δέδενται, ἢ ὡς ἐπίπολὺ πεποδισμένοι εἰσί, τῷ μὴ φεύγειν ἕνεκα, εἰ λυθείησαν· ἐάν τε τὶς θέρους γίγνηται, δεῖ ἐπισάξαι τὸν ἵππον Πέρσῃ ἀνδρὶ, ἢ χαλινῶσαι δεῖ, ἢ θωρακισθέντα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸν ἵππον. Notandum autem est, Xenophontem, loco citato, *equitem* loricâ munitum descripsisse, qui tamen eandem armaturam ipsi *equo* hîc tribuit. "Equos enim "pariter equitésque Persarum serie la- "minarum graves fuisse." Curtius, l. iii, c. 11, ait. Idem, l. iv, c. 9. "Equitibus "equísque tegumenta erant ex ferreis "laminis serie inter se connexis." Vide sis Suidam ad vocem Θώραξ.

c Ὅσον παρασάγγην] De hâc viæ mensurâ vide quæ jam notavimus, l. ii, p. 124.

καλαφανεῖ δέ· ὁ δὲ Κῦρος, ὡς ἐδύναλο ἐν ἀφανεσάτῳ, κώμας τὲ καὶ γεωλόφυς ἐπίπροσθεν ποιησάμενος· νομίζων πάνλα [a]τὰ πολεμικὰ, ἐξαίφνης ὁρώμενα, φοβερώτερα τοῖς ἐναντίοις εἶναι. Καὶ ἐκείνην μὲν τὴν νύκλα, ὥσπερ ἔπρεπε, προφυλακὰς ποιησάμενοι ἑκάτεροι ἐκοιμήθησαν.

Τῇ δ' ὑσεραίᾳ οἱ μὲν Ἀσσύριος καὶ ὁ Κροῖσος καὶ οἱ ἄλλοι ἡγεμόνες ἀνέπαυον τὰ σραλεύμαλα ἐν τῷ ἐχυρῷ· Κῦρος δὲ καὶ Κυαξάρης συνλαξάμενοι περιέμενον, ὡς, εἰ προσίοιεν οἱ πολέμιοι, μαχούμενοι. Ὡς δὲ δῆλον ἐγένελο ὅτι οὐκ ἐξίοιεν οἱ πολέμιοι ἐκ τοῦ ἐρύμαλος, οὐδὲ μάχην ποιήσοινλο ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ μὲν Κυαξάρης καλέσας τὸν Κῦρον καὶ πάνλας τοὺς ἐπικαιρίους, ἔλεξε τοιάδε. Δοκεῖ μοι, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ὥσπερ τυγχάνομεν συνλεταγμένοι, ἕτως ἰέναι πρὸς τὸ τῶν ἀνδρῶν ἔρυμα, καὶ δηλοῦν ὅτι θέλομεν μάχεσθαι. Οὕτω γὰρ, ἔφη, ἐπειδὰν μὴ ἀνλεπεξίωσιν ἐκεῖνοι, οἱ μὲν ἡμέτεροι μᾶλλον [b]θαῤῥήσουσιν ἐν ἅπασιν· οἱ πολέμιοι δὲ τὴν τόλμαν ἰδόντες ἡμῶν, μᾶλλον φοβηθήσονλαι. Τούτῳ μὲν δὴ

ductâ munito, sed aperto: Cyrus autem, *loco*, quantum *sanè* poterat, ab adspectu remotissimo, *sua faciebat castra*, et vicis et tumulis à fronte objectis ; in bellis omnia, existimans, subitò conspecta, adversariis esse formidabiliora. Et illâ quidem nocte, quemadmodùm par erat, utrique constitutis *ante castra* excubiis quieti se dederunt.

Postridiè Assyrius et Crœsus, ducésque cæteri copias intra munitiones quiescere jusserunt: Cyrus autem et Cyaxares instructis suis, tanquam pugnaturi, si hostes accederent, expectabant. Cùm autem *jam* pateret, hostes extra munitionem non prodituros, neque manum illo *quidem* die conserturos, Cyaxares arcessito Cyro et omnibus quos adesse oporteret, in hanc ferè sententiam loquutus est: Nobis, viri, inquit, existimo sic, utì nunc instructi sumus, ad horum munitiones procedendum esse, ac declarandum nos pugnandi cupidos esse. Hoc enim modo, ait, ubi contra nos illi non prodierint, nostri audentiores se in omnibus præbebunt; et hostes, audaciâ nostrâ perspectâ, magìs *sibi* metuent. Et huic

a Τὰ πολεμικὰ] Hanc lectionem exhibent edit. Ald. et Argentor.; quæ à MSto etiam Bodl. firmata est. Leunclavius autem, Stephanus, aliíque malè dant πολέμια, et illam alteram, quam recepimus, vocem margini adscripserunt.

b Θαῤῥήσουσιν ἐν ἅπασιν] Editi ferè omnes dant, θαῤῥήσουσιν ἂν ἐπίασιν, quæ nullum sanè sensum pariunt: in marginibus iidem exhibent, θαῤῥήσαιλις ἐπίασιν (quam lectionem Leunclavius, Gabrielius, aliíque interpretes expressisse videntur) et, θαῤῥήσουσιν ἐν ἅπασιν, quam exemplar, quo usus est Philelphus, præstitit (reddit enim, *tum nostri omnibus in rebus audentiores futuri sunt*), et tantùm non repræsentat MS. Bodl. in quo scribitur θαῤῥήσουσιν ἂν ἅπασιν. Et hanc quidem scripturam, mutatâ solum particulâ ἂν in præpositionem ἐν, cæteris præferendam duximus. Huic etiam favet liber *Argentor.* impressus, qui dat θαῤῥήσουσιν ἂν ἐπὶ πᾶσιν.

ἅτως ἐδόκει. Ὁ δὲ Κῦρος ἔφη, Μηδαμῶς πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Κυαξάρη, οὕτω ποιήσωμεν. Εἰ γὰρ ἤδη ἐκφανέντες πορευσόμεθα ᾗ σὺ κελεύεις, νῦν τε προσιόντας ἡμᾶς οἱ πολέμιοι θεάσονται ἀδεῶς φοβούμενοι, εἰδότες ὅτι ἐν ἀσφαλεῖ εἰσὶ τοῦ μηδὲν παθεῖν· ἐπειδάν τε μηδὲν ποιήσαντες ἀπίωμεν, πάλιν καθορῶντες ἡμῶν τὸ πλῆθος πολὺ ἐνδεέστερον τοῦ ἑαυτῶν, [a]καταφρονήσουσι, καὶ αὔριον ἐξίασι πολὺ ἐρρωμενεστέραις ταῖς γνώμαις. Νῦν δ', ἔφη, εἰδότες μὲν ὅτι πάρεσμεν, οὐχ ὁρῶντες δὲ ἡμᾶς, εὖ τοῦτο ἐπίσω, οὐ καταφρονοῦσιν, ἀλλὰ φροντίζουσι τί ποτε τοῦτ' ἐστὶ, καὶ διαλεγόμενοι περὶ ἡμῶν, ἐγὼ οἶδ' ὅτι οὐδὲν παύονται. Ὅταν δ' ἐξίωσι, τότε δεῖ αὐτοῖς ἅμα φανερούς τε ἡμᾶς γενέσθαι καὶ ἰέναι εὐθὺς ὁμόσε, εἰληφότας αὐτοὺς ἔνθα πάλαι ἐβουλόμεθα. Λέξαντος δὲ οὕτω Κύρου, συνέδοξε καὶ ταῦτα Κυαξάρει καὶ τοῖς ἄλλοις. Καὶ τότε μὲν δειπνοποιησάμενοι, καὶ φυλακὰς καταστησάμενοι, καὶ πυρὰ πολλὰ πρὸ τῶν φυλακῶν καύσαντες, ἐκοιμήθησαν. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωῒ Κῦρος μὲν [b]ἐστεφανωμένος ἦθε, παρήγγειλε δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις

quidem ità visum erat. At verò Cyrus, Nè per deos, Cyaxares, ità faciamus, inquit. Nam si in conspectum jam *illorum*, quod tu *nos* hortaris, prodierimus, et in hoc tempore nos accedentes sine ullo metu spectabunt hostes, qui in tuto se esse sciant, ut accidere quid ipsis adversi nequeat ; et *deindè*, cùm nullâ re gestâ recedemus, rursùs *ii* copias nostras suis multò inferiores numero conspicientes, *eas* contemnent, crastinóque die animis multò firmioribus prodibunt. Nunc autem cùm nos adesse sciant, neque tamen videant, hoc certò scias, non contemptui habent, sed quid tandem hoc sibi velit solicitè cogitant, atque *etiam*, sat scio inter se colloqui de nobis non desinunt. Ubi verò prodierint, tum *demum* et exhibeamus nos conspiciendos eis, et continuò concurramus oportet, deprehensis iis illic ubi jamdudum cupiebamus. In hunc modum Cyrus cùm loquutus esset, Cyaxaris hæc aliorúmque adsensu erant approbata. Et tunc quidem cœnari, constitutis excubiis, et multis ante has excitatis ignibus, quieti se dederunt. Postridiè autem mane Cyrus coronatus rem sacram faciebat, et cæteris etiam *Persis*, qui dicti sunt

a Καταφρονήσουσι, ἢ αὔριον ἐξίασι] A futuro ad præsens tempus transire solent auctores, ad *certitudinem celeritatémque* eventûs indicandam, et rem futuram ob oculos quasi jam ponendam. Hujusmodi temporis enallage apud sacros scriptores crebrò reperitur: Matt. xvii, 11. Ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον, &c. Joh. i, 15. Ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, &c. et, xx, 17. Ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, &c.

b Ἐστεφανωμένος ἦθε] Coronam, eámque præcipuè myrteam, sumpsisse Persas sacrificia facturos testatur etiam Herodotus, lib. i, c. 132. Τῶνδε ἀς ἑκάστῳ θύειν θέλει, ἐς χάρην καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος, καλέει τὸν θεὸν, ἐστεφανωμένος τὴν τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα.

ὁμοτίμοις ἐσεφανωμένοις πρὸς τὰ ἱερὰ παρεῖναι. Ἐπεὶ δὲ τέλος εἶχεν ἡ θυσία, συγκαλέσας αὐτοὺς, ἔλεξεν·

" Ἄνδρες, οἱ μὲν θεοὶ, ὡς [a] οἵ τε μάντεις φασὶ, καὶ ἐμοὶ συν-
" δοκεῖ, μάχην τ' ἔσεσθαι προαγγέλλουσι, καὶ νίκην διδόασι, καὶ
" σωτηρίαν προϋπισχνοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν μὲν πα-
" ραινῶν ὁποίους τινὰς χρὴ εἶναι ἐν τῷ τοιῷδε, αἰσχυνοίμην ἄν·
" οἶδα γὰρ ὑμᾶς ταῦτα ἐπίσης ἐμοὶ ἐπισαμένους, καὶ ταῦτὰ μεμε-
" λετηκότας τε καὶ ἀκηκοότας καὶ ἀκόντας διὰ τέλους, ἅπερ ἐγὼ,
" ὥστε καὶ ἄλλους εἰκότως ἂν διδάσκοιτε τάδε. Εἰ δὲ μὴ τυγχάνετε
" καὶ ἀνενοηκότες, ἀκούσατε. [b] Οὓς γὰρ νεωστὶ συμμάχους τε ἔχομεν
" καὶ πειρώμεθα ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίους ποιεῖν, τούτους δεῖ ὑμᾶς ὑπο-
" μιμνήσκειν ἐφ' οἷς τε ἐτρεφόμεθα ὑπὸ Κυαξάρους, ἅ τε ἠσκή-
" μεν, ἐφ' ἅ τε αὐτοὺς παρακεκλήκαμεν, ὥστε ἅσμενοι ἀνταγώ-
" νισαὶ ἡμῖν ἔφασαν ἔσεσθαι. Καὶ τοῦτο δὲ αὐτοὺς ὑπομιμνήσκετε,
" ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα δείξει ὧν ἄξιος ἕκαστός ἐστιν. Ὧν γὰρ ἂν

ὑμέτιμοι, coronati sacris adessent, edixit. Peracto autem sacrificio, convocatis illis, *hanc* orationem habuit :

" Dii quidem, viri, quemadmodùm et aruspices aiunt, et mihi quo-
" que videtur, prælium fore prænuntiant, et victoriam largiuntur, et
" incolumitatem à sacris *captis præsagiis* pollicentur. Me verò pude-
" at vos commonefacere *velle*, quales vos in hujusmodi rerum statu
" esse oporteat: nam vos hæc æquè tenere novi ac meipsum, eadém-
" que, quæ ipse, studiosè *vos* curâsse, audisse, atque *adhuc* etiam adsiduè
" audire, ut vel alios jure hæc docere possitis. Si tamen *hæc* nondum
" perspexistis, *me* audite. Ii nempè, quos paulò ante et socios *nobis*
" adscivimus, et nobis ipsis similes efficere conamur, vobis admonendi
" sunt, quem ad finem nos aluerit Cyaxares, quæ nostræ fuerint exer-
" citationes, ad quæ *demum* eos ità cohortati simus, ut libenti se animo
" nobis æmulos fore dixerint. Hoc quoque eos admonete, hunc ipsum
" diem declaraturum esse, quibus quisque præmiis dignus sit. Nam quas

a Οἵ τε μάντεις] *Magos vult*, qui apud Persas, teste Strabone, p. 1106, t. ii, ut μάντεις apud Græcos aliásque gentes, ob vaticinandi artem in honore erant. Huic suffragatur Herodotus, qui, loco modò citato, dicit, ἄνευ γὰρ δὴ μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι. Ælianus etiam, inter cæteras quas magi calluerunt artes, vaticinationem recenset, *Var. Histor.* lib. ii, c. 17. Ἡ τῶν ἐν Πέρσαις μάγων σοφία, τά τε ἄλλα οἶδεν, καὶ οὖν καὶ μαντεύεσθαι.

b Οὓς γὰρ] Particula γὰρ non *reddendæ causæ*, utì plerumque, hoc in loco inservit; sed *declarandi* aut *explanandi* vim habet. Ab eâ simili planè modò narrationem orditur evangelista Matt. i, 18. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, &c. In cujus loci interpretationem sic ingreditur Maldonatus: *noster interpres non legit* γὰρ *causalem particulam, nec ego legendam arbitror, quòd sensum non juvet, et impediat.* Nolem hæc dixisse interpretem, cæteroqui doctum et laude dignum. Si totum comma cum hoc loco Xenophontéo conferas, eandem, in fallor, harum vocularum δὴ et γὰρ significationem, eandémque adeò orationis structuram, utrobique invenies. Confer. etiam Act. xix, 35.

" ἄνθρωποι ὀψιμαθεῖς γένωνται, οὐδὲν θαυμαστὸν εἰ τινες αὐτῶν καὶ
" τοῦ ὑπομνήσοντος δέονται· ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ καὶ ἐξ ὑποβολῆς
" δύνωντο ἄνδρες ἀγαθοὶ εἶναι. Καὶ ταῦτα μέντοι πράττοντες,
" ἅμα καὶ ὑμῶν αὐτῶν πεῖραν λήψεσθε. Ὁ μὲν γὰρ δυνάμενος
" ἐν τῷ τοιῷδε καὶ ἄλλους βελτίους ποιεῖν, εἰκότως ἂν ἤδη καὶ ἑαυτῷ
" συνειδείη τελείως ἀγαθὸς ἀνὴρ ὤν· ὁ δὲ τὴν τούτων ὑπόμνησιν
" [a]αὐτὸς μόνος ἔχων, καὶ τοῦτο ἀγαπῶν, εἰκότως ἂν ἡμιτελῆ
" αὑτὸν νομίζοι. Τούτου δ' ἕνεκεν οὐκ ἐγώ, ἔφη, αὐτοῖς λέγω,
" ἀλλὰ ὑμᾶς κελεύω λέγειν, ἵνα καὶ [b]ἀρέσκειν ὑμῖν πειρῶνται·
" ὑμεῖς γὰρ καὶ πλησιάζετε αὐτοῖς, ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ μέρει. Εὖ δ'
" ἐπίστασθε, ἔφη, ἕως ἂν θαρρῆτε τούτοις ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπιδεικνύντες,
" καὶ τούτους καὶ ἄλλους πολλοὺς οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ θαρρεῖν διδάξετε."
Τέλος εἶπεν ἀπιόντας ἀριστᾶν ἐστεφανωμένους, καὶ σπονδὰς ποιησαμένους
ἥκειν εἰς τὰς τάξεις αὐτοῖς στεφάνοις. Ἐπεὶ δ' οὗτοι ἀπῆλθον,
αὖθις τοὺς οὐραγοὺς προσεκάλεσε, καὶ τούτοις αὖ τοιάδε ἔλεξεν·

" Ἄνδρες Πέρσαι, ὑμεῖς καὶ τῶν ὁμοτίμων γεγόνατε, καὶ
" ἐπιλελεγμένοι ἐστέ, οἳ δοκεῖτε τὰ μὲν ἄλλα τοῖς κρατίστοις

" res serò discunt homines, in iis minimè mirum est quosdam admo-
" nitore egere : sed boni consulendum est, si vel *aliorum* monitu viri
" fortes esse possint. Atque hæc quidem dum agetis, simul de vobis
" etiam periculum facietis. Nam qui alios in hujusmodi rerum arti-
" culo fortiores reddere possit, is sibi quoque procul dubio jam con-
" scius fuerit, virum se perfectè bonum esse : qui verò hæc sibi soli
" suggerere potest, atque hoc sibi satìs esse ducit, *is* meritò se ex dimi-
" diâ *tantùm* parte perfectum existimet. Eam autem ob rem ego *qui-*
" *dem hæc* ipsis non expono, sed vobis exponenda mando, ut *nimirum*
" se vobis quoque probare studeant : vos enim estis eis proximi, suæ
" *nempè* quisque parti. Fore etiam sciatis *velim*, ait, ut, quamdiu vos-
" met fiduciæ plenos eis ostenderitis, cùm hos tum multos alios non
" verbo, sed re ipsâ fidenti esse animo doceatis." Tandem edixit, co-
ronati pransum irent, peractísque libationibus cum ipsis coronis ad or-
dines venirent. Hi autem cùm abiissent, agminis extremi duces advo-
cavit, et his vicissim hujusmodi verba fecit:

" Vos, Persæ, et in eorum, qui ὁμότιμοι appellantur, ordinem cooptati,
" et delecti *quidem* estis, qui in rebus quidem cæteris præstantissi-

a Αὐτὸς μόνος, &c.] Muretus legendum putat, αὐτὸς μόνος ἔχων, καὶ τούτῳ ἀγαπῶν. Sed non est; cur receptam lectionem deseramus, à quâ stant libri editi et MS. Bodl.

b Ἀρέσκειν] Miles is dicitur ἀρέσκειν, qui in munere militari fungendo diligentiam suam peritiámque ità probat, ut ducis sibi benevolentiam conciliet. Sic apostolus etiam, 2 Tim. ii, 4. de milite hoc verbo utitur;—ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ.

"ὅμοιοι εἶναι, τῇ δ' ἡλικίᾳ φρονιμώτεροι. Καὶ τοίνυν χώ-
"ραν ἔχετε οὐδὲν ἧττον ἔντιμον τῶν προσιόντων· ὑμεῖς γὰρ ὄπισθεν
"ὄντες τοὺς τ' ἀγαθοὺς ἂν, ἐφορῶντες καὶ ἐπικελεύοντες αὐτοῖς, ἔτι
"κρείττους [a] ποιοῖτε· εἴτε τις μαλακίζοιτο, ἢ τοῦτον ὁρῶντες οὐκ ἂν
"ἐπιτρέποιτε αὐτῷ. Συμφέρει δ' ὑμῖν, εἴπερ τῷ καὶ ἄλλῳ, τὸ
"νικᾶν, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὸ βάρος [b] τῆς στολῆς. Ἂν
"δ' ἄρα ὑμᾶς ἢ οἱ ἔμπροσθεν ἀνακαλοῦντες ἔπεσθαι παρεγ-
"γυῶσιν, ὑπακούετε αὐτοῖς· καὶ ὅπως μηδ' ἐν τούτῳ αὐτῶν
"ἡττηθήσεσθε ἀντιπαρακελευόμενοι αὐτοῖς, θᾶττον [c] ἡγεῖσθαι ἐπὶ
"τοὺς πολεμίους. Καὶ ἀπιόντες, ἔφη, ἀριστήσαντες καὶ ὑμεῖς, ἦκετε

"mis pares videmini, et per ætatem etiam prudentiores. Itaque lo-
"cum non minùs honestum, quam ipsi præfecti, tenetis: nam cùm
"in extremo sitis agmine, viros fortes intuendo eósque cohortando,
"fortiores etiam efficiatis; et si quis remissior fuerit, hunc itidem
"observando, *ignaviæ indulgere* eum non sinetis. Vobis autem, si
"cuiquam alii, expedit, victoriâ potiri, tum ob ætatem, tum ob ar-
"maturæ pondus. Itaque si ii qui primum in acie locum tenent
"vos inclamando ad sequendum hortati fuerint, ipsis *velim* obtem-
"peretis: et *videte* nè hâc in parte eis sitis inferiores, *nimirum* in eis
"vicissim adhortandis, ut majori cum celeritate adversùs hostes præ-
"eundo ducant. *Nunc* abite, inquit, et pransi cùm eritis, ad ordines

a Ποιοῖτε] Sic rescripsi Stephanum secutus et MStum Bodl. Distinctionem quoque minorum posuit ante ἐφορῶντες, ut particula ἂν ad verbum suum ποιοῖτε faciliùs referatur, eadémque clariùs hîc adpareat structura, ac in sequentibus his,—οὐκ ἂν ἐπιτρέποιτε αὐτῷ. Vulgò autem est, ἔτι κρείττους ποιεῖτε.

b Τῆς στολῆς] Στολὴ, hoc in loco, non de *vestibus*, aut *vestium genere* (ut ferè alibi), sed de toto *ornatu et cultu corporis*, etiam eo, qui unicè in *armis* consistit, adhibetur. Et hæc quidem significatio, fontem si respexeris à quo στολὴ cadit, jure ei tribuenda est. Sic enim Phavorinus, Στολὴ, ἀπὸ τῦ στέλλω. Moschopulus autem στέλλω exponit, κοσμῶ. Et στέλλεσθαι peculiariter de *armorum ornatu* usurpat *Dionys. Halic.* t. i, p. 296.—κἀφη ἐσταλμένες ὁπλίσει, et, p. 337, dicit, Castorem et Pollucem Romæ in foro conspectos fuisse στολισμοὺς ἐνδεδυκότας στολάς. His adjicienda est Æliani auctoritas, *Hist. Var.* lib. iii, c. 14. Ξενοφῶντι ἔμελε τῶν ἄλλων ἀπαιδαίων, καὶ οὖν καὶ ὅπλα καλὰ ἔχειν. Νικᾶτε γάρ, ἔλεγε, τοὺς πολεμίους τὴν καλλίστην στολὴν ἀμύτητον· καὶ ἀποθνήσκοντα ἐν τῇ μάχῃ κεῖσθαι καλῶς ἐν καλῇ τῇ παναπλίᾳ· ubi στολὴ, haud dubiè, *armaturam* seu *ornatum militarem* notat, cùm in sequentibus de armis tantùm agitur. Consule ipsum auctorem et quæ Cl. Perizonius ad verba adlata notavit.

c Ἡγεῖσθαι] Scripturam hanc vulgatâ illâ, ἡγεῖσθε, potiorem rectè judicant Stephanus, Leunclavius et Camerarius. Interpretes tamen ἡττηθήσεσθε ab illo participio, ἀντιπαρακελευόμενοι, separant, perinde hunc locum reddentes ac si ἀντιπαρακελεύεσθε legeretur. Ego verò Stephano libentiùs adsentior qui illud cum verbo ἡττηθήσεσθε cohærere putat, perinde ac si diceretur, ὅπως μὴ ἐν τούτῳ ἡττηθήσεσθε, τῷ ἀντιπαρακελεύεσθαι αὐτοῖς θᾶττον ἡγεῖσθαι; et eam hîc cum ὅπως dicit esse ellipsin, cujus antea mentio facta est lib. i, p. 33. Cæterùm præceptum hoc paulò post servatum videmus: cùm enim dixerat, παρεκάλουν ἀλλήλους ἕπεσθαι, subjungit, οἱ δ' ὄπισθεν, αὐτῶν ἀκούσαντες, ἀντιπαρεκελεύοντο τοῖς πρώτοις ἡγεῖσθαι ἐρρωμένως.

" σὺν τοῖς ἄλλοις ἐσεφανωμένοι εἰς τὰς τάξεις." Οἱ μὲν δὴ ἀμφὶ Κῦρον ἐν τούτοις ἦσαν· οἱ δ' Ἀσσύριοι [a] ἤδη ἠρισηκότες ἐξήεσάν τε θρασέως, καὶ παρελάθοντο ἐρρωμένως. Παρέταξε δὲ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς, ἐφ' ἅρματος παρελαύνων, καὶ τοιάδε παρεκελεύετο·

" Ἄνδρες Ἀσσύριοι, νῦν δεῖ ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι. Νῦν γὰρ " περὶ ψυχῶν τῶν ὑμετέρων ὁ ἀγὼν, καὶ περὶ γῆς ἐν ᾗ ἔφυτε, καὶ " περὶ οἴκων ἐν οἷς ἐτράφητε, καὶ περὶ γυναικῶν δὲ καὶ τέκνων, καὶ " περὶ πάντων ὧν [b] κέκτησθε ἀγαθῶν. Νικήσαντες μὲν γὰρ, " ἁπάντων τούτων ὑμεῖς, ὥσπερ πρόσθεν, κύριοι ἔσεσθε· εἰ δ' " ἡττηθήσεσθε, εὖ ἴσθ' ὅτι παραδώσετε ταῦτα πάντα τοῖς πολε- " μίοις· [c] ἄ τε οὖν νίκης ἐρῶντες, μένοντες μάχεσθε. [d] Μωρὸν " γὰρ, τὸ κρατεῖν βουλομένους, τὰ τυφλὰ τῷ σώματος καὶ ἄοπλα " καὶ ἄχειρα ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας.

" unà cum aliis coronati accedite." Et in his quidem rebus Cyri milites occupati erant: Assyrii autem, jam pransi quoque, audacter *è castris* prodibant, et acie instructâ præsentibus animis stabant. Instruebat autem eos rex ipse, curru vectus, et verbis hujusmodi cohortabatur:

" Nunc *vos*, Assyrii, viros esse fortes oportet. Jam enim de vitâ " vestrâ certamen *vobis propositum* est, et de solo in quo estis orti, et " de domiciliis in quibus educati, et de uxoribus etiam liberisque, et " de bonis quæ possidetis universis. Nam si victoriâ potiti fueritis " horum omnium domini vos, ut anteâ, futuri estis: sin victi fueritis, " certò vos scire volo hostibus isthæc omnia vos tradituros esse: " itaque tanquam victoriæ cupidi, constanter pugnam sustinete. " Quippe stultum est, eos qui superiores esse velint, cæcas corporis " partes et armis ac manibus destitutas per fugam hostibus obvertere.

a Καὶ δὴ, &c.] Muretus hîc quoque, ut alibi sæpè, δὴ pro ἤδη vitiosè legi existimat. Non malè.

b Κέκλησθε] Leunclavius contextui inseruit πέπασθε, rejecto ad marginem κέκλησθε, quod illius glossam putat, imperitiâ librarii loco non debito positam. Stephanus quoque πέπασθε non improbat; cùm id à Xenophonte, cui familiaria satìs sunt verba poëtica, non uno loco, apud *Exped.* usurpatum esse constet. Sed, cùm editi omnes et MS. Bodl. Leunclavii conjecturæ adversentur, à vulgatâ lectione haud satìs causæ est cur recedamus.

c Ἅ τε] Sic edidit Leunclavius; nec aliter Stephanus legendum conjicit. Editio autem Eton. dat εἴ τε οὖν. Ald. οἵοι τε οὖν. Flor. εἴτε οὖν, Non ità commodè.

d Μωρὸν γὰρ, &c.] Locum hunc plus vice simplici imitatum esse Sallustium jam olim annotârunt eruditi. *Bel. Cat.* c. 61. " Nam, in fugâ salutem sperare, " cùm arma, queîs corpus tegitur, ab " hostibus averteris, ea verò dementia " est." Et *Jugur.* c. 115, edit. Cant. " —nec, quenquam decere, qui manus " armaverit, ab inermis pedibus auxili- " um petere, in maximo metu nudum " et cæcum corpus ad hostes vertere." Sic ferè Ulyssem compellat Diomedes, Il. Υ. v. 94, et seq.

Πῇ φεύγεις, μετὰ νῶτα βαλὼν, κακὸς ὥς, ἐν ὁμίλῳ;
Μήτις τοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξᾳ.

" Μωρὸς δὲ καὶ εἴ τις ζῆν βουλόμενος φεύγειν ἐπιχειροίη· εἰδὼς " ὅτι [a] οἱ μὲν νικῶντες σώζονται, οἱ δὲ φεύγοντες ἀποθνήσκουσι " μᾶλλον τῶν μενόντων. Μωρὸς δὲ καὶ εἴ τις χρημάτων ἐπιθυμῶν, " ἧτταν προσίεται. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὅτι οἱ μὲν νικῶντες τά τε " ἑαυτῶν σώζουσι, καὶ [b] τὰ τῶν ἡττωμένων προσλαμβάνουσιν· οἱ δ' " ἡττώμενοι ἅμα ἑαυτούς τε καὶ τὰ ἑαυτῶν πάντα ἀποβάλλουσιν;" Ὁ μὲν δὴ Ἀσσύριος ἐν τούτοις ἦν·

Ὁ δὲ Κυαξάρης πέμπων πρὸς τὸν Κῦρον ἔλεγεν, ὅτι ἤδη καιρὸς εἴη ἄγειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους· εἰ γὰρ νῦν, ἔφη, ἔτι ὀλίγοι εἰσιν οἱ ἔξω τοῦ ἐρύματος, ἐν ᾧ ἂν προσίωμεν, πολλοὶ ἔσονται· μὴ οὖν ἀναμένωμεν ἕως ἂν πλείους ἡμῶν γένωνται, ἀλλ' ἴωμεν ἕως ἔτι οἰόμεθα εὐπετῶς αὐτῶν κρατῆσαι ἄν. Ὁ δ' αὖ Κῦρος ἀπεκρίνατο, Ὦ Κυαξάρη, εἰ μὴ ὑπὲρ ἥμισυ αὐτῶν ἔσονται οἱ ἡττηθέντες, εὖ ἴσθι ὅτι ἡμᾶς μὲν ἐροῦσι, φοβουμένους τὸ πλῆθος, τοῖς ὀλίγοις ἐπιχειρῆσαι· αὐτοὶ δὲ οὐ νομίσουσιν ἡττῆσθαι· [c] ἀλλ' ἄλλης σοι μάχης

" Stultus item, quicunque vitæ cupidus in fugam se convertat; cùm " sciat victores quidem servari incolumes, fugientes autem citiùs inter- " ire quàm resistentes. Est et is stultus qui opum cupidus, vinci se pa- " titur. Nam quis ignorat, victores et suas res conservare, et illorum " prætereà quos vicerint fortunis potiri; cùm victi et seipsos et omnia " sua simul amittant? Et hæc quidem agebat Assyrius:

Cyaxares autem ad Cyrum mittebat, qui diceret, in hostes ducendi jam tempus esse: nam si pauci, ait, adhuc illi sunt qui extra munitiones *progressi* sunt, *tamen* intereà dum *ad eos* accedemus, multi erunt: ne expectemus igitur donec *ipsi* plures nobis sint, sed eamus dum adhuc facilè superiores eis nos futuros arbitramur. Cyrus contrà respondebat, Certò te scire velim, Cyaxares, nisi ex iis plus dimidia pars victa fuerint, dicturos esse, nos multitudinem metuentes paucos *è suis* adgressos esse: ipsíque adeò se minimè victos existimabunt; sed aliud tibi prælium subeundum

a Οἱ μὲν νικῶντες, &c.] Xenophontem ad illud Homericum allusisse putat Æmil. Portus, Il. ε', v. 531.

Αἰδομένων τ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πεφανται.

Eodem sensu, nec aliis penè verbis, Noster, ἀναβ. γ'. p. 180, *edit. Steph.* ὅστις τε ζῆν ἐπιθυμεῖ, πειρασθω νικᾶν, τῶν μὲν γὰρ νικώντων, τὸ κατακαίνειν· τῶν δὲ ἡττωμένων, το ἀποθνήσκειν ἐστί. Καὶ εἴ τις γε χρημάτων ἐπιθυμεῖ, κρατεῖν πειράσθω· των γὰρ νικώντων ἐστὶ καὶ τὰ ἑαυτῶν σῶζειν, καὶ τὰ τῶν ἡττωμένων λαμβάνειν.

b Τὰ τῶν ἡττωμένων] Leunclavius et Stephanus dant τὰ τῶν πολεμίων ἡττωμένων. Notam tamen suspectæ vocis πολεμίων illi infixerunt. Eam autem planè nesciunt libri Ald. et Eton. et MS. Bodl. et rectè quidem abesse vel ipsa modò ex ἀναβ. lib. iii, adlata verba docent,—καὶ τὰ τῶν ἡττωμένων λαμβανειν.

c Ἀλλ' ἄλλης, &c.] Plerique editi in margine exhibent, ἄλλης οὖν συμμαχίας δεήσειεν, perperam, utì opinor. Si vulgata lectio sit movenda, omninò paruerim MSto Bodl. qui dat, ἄλλης οὖν μάχης δεήσειεν.

δεήσειεν, ἢ ἂν ἄμεινον ἴσως βεβούλευσαιντο ἢ νῦν βεβούλευνται, παραδόντες ἑαυτοὺς ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥσθ' ὁπόσοις ἂν βουλώμεθα αὐτῶν μάχεσθαι. Οἱ μὲν δὴ ἄγγελοι ταῦτα ἀκούσαντες ᾤχοντο.

Ἐν τούτῳ δ' ἦλθε Χρυσάντας τε ὁ Πέρσης καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ὁμοτίμων, αὐτομόλους ἄγοντες. Καὶ ὁ Κῦρος, ὡς εἰκὸς, ἠρώτα τοὺς αὐτομόλους τὰ ἐκ τῶν πολεμίων. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι ἐξίοιέν τε ἤδη σὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ παραλάβοι αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἔξω ὤν, καὶ παρακελεύοιτο μὲν δὴ τοῖς ἀεὶ [a]ἔξω οὖσι πολλά τε καὶ ἰσχυρὰ, ὡς ἔφασαν λέγειν τοὺς ἀκούοντας. Ἐνταῦθα εἶπεν ὁ Χρυσάντας, Τί δ', ἔφη, ὦ Κῦρε, εἰ [b]καὶ σὺ συγκαλέσας, ἕως ἔτι ἔξεσι παρακελεύσαιο, εἰ ἄρα καὶ σὺ ἀμείνους ποιήσαις τοὺς στρατιώτας; Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ὦ Χρυσάντα, μηδέν σε λυπούντων αἱ τοῦ Ἀσσυρίου παρακελεύσεις· οὐδεμία γὰρ οὕτως ἔσται καλὴ παραίνεσις, ἥ τις τοὺς μὴ ὄντας ἀγαθοὺς, αὐθημερὸν ἀκούσαντας ἀγαθοὺς ποιήσει· οὐκ ἂν οὖν τοξότας γε, εἰ μὴ ἔμπροσθεν τοῦτο μεμελετηκότες εἶεν· οὐδ' ἀκοντισὰς, οὐδὲ μὴν ἱππέας γε· οὐδὲ μὴν τά γε σώματα ἱκανοὺς πονεῖν, ἢν μὴ πρόσθεν ἠσκηκότες ὦσι. Καὶ ὁ Χρυσάντας εἶπεν,

erit, in quo meliùs fortasse *sibi* consuluerint, quàm hoc tempore consuluêre, quo seipsos nobis offerunt velut è penu promendos, ut cum quanto velimus eorum numero pugnemus. Et nuntii quidem his auditis discesserunt.

Intereà Chrysantas Persa venit, et alii nonnulli ex eorum qui ὁμότιμοι appellantur ordine, qui *secum* transfugas ducebant. Et Cyrus, ut par erat, transfugas *quid* de rebus hostium *adferrent* interrogabat. Illi verò dicebant, armatos jam *è castris* prodire, regémque *ipsum* extra castra *quoque* progressum eos instruere, et cohortatione copiosâ vehementíque ad eos uti, quotquot sine intermissione prodirent, utì *quidem* eos qui audissent *illum* adfirmare aiebant. Ibi tum Chrysantas. Quid verò, Cyre, inquit, si et tu, convocatis militibus, eos dum licet cohorteris? si fortè et tu reddas *eos* animosiores. Respondit Cyrus, Nè tibi omninò molestæ sint Assyrii adhortationes istæ Chrysanta: nam admonitio nulla tam præclara futura est, quæ *homines* minimè fortes eodem, quo *eam* audiverint, die fortes sit effectura; non sagittarios certè, nisi eam artem priùs exercuerint; non jaculatores, nec equites; innò nè id quidem efficiet, ut corporibus ad labores perferendos valeant, nisi *se* priùs exercuerint. Et Chrysantas,

a Ἔξω οὖσι] Leunclavius probâsse videtur ἰᾶσι, quod margini adscripsit. Stephanus vulgatam lectionem minimè solicitandam putat: eaque mihi satis sana videtur.

b Καὶ σὺ συγκαλέσας, &c.] Sic edidit Stephanus: libri autem alii habent συγκαλέσα, ἕως ἔτι ἔξεσθι παρακελεύσαι, εἰ, &c. At concinnior videtur recepta lectio.

Ἀλλ' ἀρκεῖ τοι, ὦ Κῦρε, ἐὰν τὰς ψυχὰς αὐτῶν παρακελευσάμενος ἀμείνους ποιήσῃς. Ἦ καὶ δύναιτ' ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἷς [a] λόγος ῥηθεὶς αὐθημερὸν αἰδῆ μὲν ἐμπλῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουσάντων, ἢ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κωλῦσαι, προτρέψαι δὲ ὡς χρὴ, ἐπαίνῳ μὲν ἕνεκα, πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑποδύεσθαι, λαβεῖν δ' ἐν ταῖς γνώμαις βεβαίως τοῦτο, ὡς αἱρετώτερόν ἐστι μαχομένους ἀποθνήσκειν μᾶλλον, ἢ φεύγοντας σωθῆναι; Ἆρ' οὖν, ἔφη, εἰ μέλλουσι τοιαῦται διάνοιαι [b] ἐγγενήσεσθαι ἀνθρώποις καὶ ἔμμονοι ἔσεσθαι, πρῶτον μὲν νόμους ὑπάρξαι δεῖ τοιούτους, δι' ὧν τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἔντιμος καὶ ἐλευθέριος ὁ βίος παρασκευασθήσεται, τοῖς δὲ κακοῖς ταπεινός τε καὶ ἀλγεινὸς καὶ ἀβίωτος ὁ αἰὼν ἐπανακείσεται; Ἔπειτα διδασκάλους, οἶμαι, δεῖ καὶ ἄρχοντας ἐπὶ τούτοις γενέσθαι, οἵτινες δείξουσί τε ὀρθῶς καὶ διδάξουσι καὶ ἐθίσουσι ταῦτα δρᾶν, ἕως ἂν ἐγγένηται αὐτοῖς τοὺς μὲν ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς εὐδαιμονεστάτους τῷ ὄντι νομίζειν, τοὺς δὲ κακοὺς καὶ δυσκλεεῖς, ἀθλιωτάτους πάντων ἡγεῖσθαι. Οὕτω γὰρ [c] δεῖ διατεθῆναι τοὺς μέλλοντας τῷ ἀπὸ τῶν

Atqui satìs est, Cyre, inquit, si eorum animos cohortando meliores reddideris. Num queat, ait Cyrus, una oratio pronunciata, eodem die, pudore audientium animos implere, vel à rebus turpibus arcere, et eos monendo adducere, ut laudis gratiâ, laborem omnem, omne periculum subeundem statuant, ac mentibus *suis* infixum hoc habeant, optabilius *nimirum* esse pugnando mori, quàm fugiendo salutem adipisci. Nonne, si hujusmodi cogitationes, inquit, hominum animis inseri et in iis insidere debeant, leges primùm sint tales oportet, ut earum beneficio viris quidem fortibus honesta et liberalis vita paretur, ignavis verò et plena doloris et minimè vitalis vita præparata immineat? Deinde præceptores, ut arbitror, et magistros eis qui præsint, accedere oportet, qui *exemplo* rectè monstrent doceántque *quæ sint agenda*, hísce *eos* agendis adsuefaciant, donec insitum hoc ipsis fuerit, ut viros *nempè* fortes et laudatos reapse felicissimos existiment, ignavos et infames omnium miserrimos ducant. Sic enim animati esse debent, quotquot disciplinam metu

a Εἷς λόγος, &c.] Adi sis Catilinæ orationem, *Compertum ego habeo*, &c. apud *Sallust.* loco suprà paulò memorato.

b Ἐγγενήσεσθαι] Vulgò, ἐγγραφήσεσθαι: pro quo Leunclavius reposuit in ipso textu ἐγγενήσεσθαι. Rectè quidem: nam paulò post ait Xenophon,—ἵνα ἂν ἐγγένηται αὐτοῖς. Hujus autem ἐγγενήσεσθαι scholion est illud ἐγγραφήσεσθαι *per educationem indi*, quod itidem in margine reperiri solet; et pro quo tandem librarii ἐγγραφήσεσθαι scripserunt, et in ipsum contextum retulerunt. Stephanus etiam receptam à nobis lectionem laudat in margine.

c Δεῖ διατεθῆναι] In plerisque editis deest illud δεῖ. *Eton.* et *Argentor.* dant διατεθῆναι χρὴ, atque ità scribendum censuit Budæus. Stephanus autem voculam δεῖ ante διατεθῆναι in vetere quodam libro inventam fuisse ait: eámque adeò in textum admisit. Hunc sequendum duximus, cujus emendationem et probat Leunclavius et scripturæ ratio firma-

πολεμίων φόβῳ τὴν μάθησιν κρείττονα παρέξεσθαι. Εἰ δέ τοι ἰόντων εἰς μάχην σὺν ὅπλοις, ἐν ᾧ πολλοὶ καὶ τῶν παλαιῶν μαθημάτων ἐξίσανται, ἐν τούτῳ δυνήσεταί τις ἀποῤῥαψῳδήσας παραχρῆμα ἄνδρας πολεμικοὺς ποιῆσαι, πάντων ἂν ῥᾷστον εἴη καὶ μαθεῖν καὶ διδάξαι τὴν μεγίστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀρετήν. Ἐπειδὴ ἔγωγ', ἔφη, οὐδ' ἂν τούτοις ἐπίστευον ἐμμόνοις ἔσεσθαι, οὓς νῦν ἔχοντες [a] παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἠσχύμεν, εἰ μὴ καὶ ὑμᾶς ἑώρων παρόντας, οἳ καὶ παράδειγμα αὐτοῖς ἔσεσθε, οἵους χρὴ εἶναι, καὶ ὑποβάλλειν δυνήσεσθε ἤν τι ἐπιλανθάνωνται. Τοὺς δ' ἀπαιδεύτους πάντάπασιν ἀρετῆς θαυμάζοιμ' ἄν, ἔφη, ὦ Χρυσάντα, εἴ τι πλέον ἂν ὠφελήσειε λόγος καλῶς ῥηθεὶς εἰς ἀνδραγαθίαν, ἢ τοὺς ἀπαιδεύτους μουσικῆς ᾠδὴ καλῶς ᾀσθὲν εἰς μουσικήν. Οἱ μὲν τοιαῦτα διελέγοντο·

Ὁ δὲ Κυαξάρης πάλιν πέμπων ἔλεγεν, ὅτι ἐξαμαρτάνοι διατρίβων, καὶ οὐκ ἄγων ὡς τάχιστα ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Καὶ ὁ Κῦρος ἀπεκρίνατο δὴ τότε τοῖς ἀγγέλοις, Ἀλλ' εὖ μὲν ἴσω, ἔφη, ὅτι οὔπω εἰσὶν ἔξω ὅσους ἔδει· καὶ ταῦτα ἀπαγγέλλετε αὐτῷ ἐν ἅπασιν· ὅμως δὲ ἐπεὶ ἐκείνῳ δοκεῖ, ἄξω ἤδη. Ταῦτα εἰπὼν,

hostili potiorem præstaturi sunt. Quòd si quis *militibus* armatis ad pugnam prodeuntibus, quo tempore multi etiam eorum quæ olim didicerant obliviscuntur, tum *demum* verba fundendo possit homines extemplò bellicosos efficere, res *sanè* omnium facillima fuerit, eam virtutem et discere et docere, quæ inter homines maxima est. Nam ego certè, inquit, nè hos quidem, quos jam ducimus et apud nosmetipsos *olim in belli studio* exercuimus, firmos futuros esse polliceri mihi ausim, nisi vos etiam præsentes intuerer, qui exemplo eis eritis, quales esse oporteat, et suggerere poteritis, si quid obliti fuerint. Eis verò, qui ad virtutem omninò instituti non sunt, mirum mihi *sanè* videatur, Chrysanta, si quid plus oratio præclarè habita ad fortitudinem profuerit, quàm musicæ imperitis benè cantatum carmen ad musicam *percipiendam*. Hujusmodi quidem illi inter se sermones habebant:

Cyaxares autem denuò per nuntios significat, *Cyrum* perperam facere qui tempus tereret, et non quàm primùm in hostes duceret. Tum verò Cyrus nuntiis respondit, Sciat planè Cyaxares, inquit, nondum tot hostes, quot oporteat, castris egressos esse: atque hoc coram omnibus ei renuntiate: quando tamen illi *sic* videtur, *copias* jam ducturus sum. Hæc lo-

re videtur: nam, propter literarum similitudinem, facilè fieri potuit, ut illud δεῖ à librariis ante διαλεθῆναι omitteretur.

a Παρ' ἡμῖν αὐτοῖς] Vulgò, ἡμῖν αὐτές. Nos autem MStum Bodl. sequendum duximus. Atque ità sanè legit Stephanus, et in margine scribit Leunclavius.

καὶ προσευξάμενος τοῖς θεοῖς, ἐξῆγε τὸ στράτευμα. Ὡς δ' ἤρξατο ἄγειν ἔτι θᾶττον, ὁ μὲν ἡγεῖτο, οἱ δ' εἵποντο, εὐτάκτως μὲν, διὰ τὸ ἐπίστασθαί τε καὶ μεμελετηκέναι ἐν τάξει πορεύεσθαι· ἐρρωμένως δὲ, διὰ τὸ φιλονείκως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους, καὶ διὰ τὸ τὰ σώματα ἐκπεπονῆσθαι, καὶ διὰ τὸ πάντας ἄρχοντας τοὺς πρωτοστάτας εἶναι· ἡδέως δὲ, διὰ τὸ φρονίμως ἔχειν· ἠπίσαντο γὰρ, καὶ ἐκ πολλοῦ ἤδεσαν ἐμεμαθηκέναι, ἀσφαλέστατον εἶναι καὶ ῥᾷστον τὸ ὁμόσε ἰέναι τοῖς πολεμίοις, ἄλλως τε καὶ τοξόταις, καὶ ἀκοντισταῖς, καὶ ἱππεῦσιν.

Ἕως δ' ἔτι βελῶν ἔξω ἦσαν, παρηγγύα ὁ Κῦρος [a] σύνθημα, ΖΕΥΣ ΣΥΜΜΑΧΟΣ ΚΑΙ ΗΓΕΜΩΝ. Ἐπεὶ δὲ πάλιν ἦκε τὸ σύνθημα ἀνταποδιδόμενον, ἐξῆρχεν αὖ [b] Διοσκούραις

quutus, ad deos precatus, exercitum produxit. Cúmque celeriùs etiam ducere cœpisset, præibat ipse, milites sequebantur, servatis *illi* quidem ordinibus, quòd et tenerent et studiosè rationem ordines in progrediendo servandi exercuerint; et præsentibus animis, quòd alii alios æmularentur, quòd corpora *eorum* laboribus adsuefacta *et firmata* essent, quódque præfecti essent omnes qui primi in acie stabant; et libenter *denique*, quòd prudentiâ valerent: sciebant enim, et jampridem didicerant, tutissimum esse facillimúmque cominùs hostes invadere, præsertim qui sagittarii sint, et jaculatores, et equites.

Cúmque adhuc extra *ictum* telorum essent, Cyrus *hanc* tesseram *militibus dari* jussit, JUPITER AUXILIARIS ET DUX. Cùm autem tessera vicissim reddita ad Cyrum rediisset, ibi verò pæana Διοσκούρων

a Σύνθημα, ΖΕΥΣ] Συνθήματα, Græcis sunt historicis propriè σύμβολα φωνικὰ, seu *signa vocalia*, quæ sc. humanâ voce pronunciantur; et præfectis primùm inferioribus ab ipso imperatore propter confusionem evitandam data, ad totum deinde exercitum per successionem perveniebant. Erant plerumque fausti voces ominis, aut numinum quorundam nomina, à quibus felicem inceptorum exitum expectabat imperator. Tessera à Cæsare data erat *felicitas*, teste Hirtio, de *Bel. Afric.* c. 58. Cyrus hoc in loco adhibet Δία σύμμαχον καὶ ἡγεμόνα, et, lib. vii, Δία σωτῆρα καὶ ἡγεμόνα. Cæsar, ad Pharsalum, Ἀφροδίτην νικηφόρον. Pompeius, Ἡρακλῆς ἀνίκητος. Auctore *Appiano*, de Bell. Civil. lib. ii, p. 475, *edit. Steph.* Vide sis *Veget.* lib. iii, c. 5, et *Servium* ad Æneid. lib. vii, v. 637.

b Διοσκούρους] *Dioscouros* inter Numina Persica haud temerè recensuit Xenoph. Eos autem magi, teste Hesychio, Δύας appellabant. Hujus verba primùm, ut in omnibus, quas vidi, editionibus leguntur, proponam; deinde, mendum scripturæ tollere conabor. Sic, igitur, Vir linguæ Græcæ peritissimus, Δεύας, τοὺς ἀνάκτας θεοὺς μάγοι: nec aliter Phavorinus. Legendum puto, τοὺς ἀνακοὺς (vel ἄνακας) θεοὺς, μάγοι: nam utroque modo nominari solent *Dioscuri*. Testes sint viri summi, Bochartus, *Georg. Sacr.* p. 365. Montfauconus *Supplem. Antiq.* tom. i, lib. v, c. 4. Davisius, ad *Cicer.* de *Nat. Deor.* lib. iii, c. 21, et nè plures memorem, Hesychius ipse, Ἄνακοι οἱ Διόσκουροι, et, Ἄνακας, τοὺς Διοσκόρους. Restituta in hunc modum Hesychii scripturâ, satis constabit, quid sibi velint verba ex eo prolata: Δεύας enim, si terminationem excipias Græcam ας, est vox planè Persica, significans *duo*, *gemini*. Vide eruditis. Castel. Lex. Persic. Et simili prorsùs modò Dioscuri apud Græcos Δίδυμοι appellantur: sic enim Aratus:

παιᾶνα τὸν νομιζόμενον· οἱ δὲ θεοσεβῶς πάντες συνεπήχησαν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· ἐν τῷ τοιούτῳ γὰρ δὴ οἱ δεισιδαίμονες ἧττον τοὺς ἀνθρώπους φοβοῦνται. Ἐπεὶ δ' ὁ παιὰν ἐγένετο, ἅμα πορευόμενοι οἱ ὁμότιμοι φαιδροὶ, καὶ πεπαιδευμένοι, περιορῶντες ἀλλήλους, ὀνομάζοντες [a]παρασάτας, ἐπισάτας, λέγοντες πολὺ τὸ, Ἄγετ' ἄνδρες φίλοι, Ἄγετ' ἄνδρες ἀγαθοὶ, παρεκάλουν ἀλλήλους ἕπεσθαι. Οἱ δ' ὄπισθεν, αὐτῶν ἀκούσαντες, ἀντιπαρεκελεύοντο τοῖς πρώτοις ἡγεῖσθαι ἐῤῥωμένως. Ἦν δὲ μεσὸν τὸ στράτευμα τῷ Κύρῳ προθυμίας, φιλοτιμίας, ῥώμης, θάρσους, παρακελευσμοῦ, σωφροσύνης, πειθοῦς· ὅπερ οἶμαι δεινότατον τοῖς ὑπεναντίοις. Τῶν δ' Ἀσσυρίων οἱ μὲν [b]ἀπὸ τῶν ἁρμάτων προμαχοῦντες, ὡς ἐγγὺς ἤδη προσεμίγνυτο τὸ Περσικὸν πλῆθος, ἀνέβαινον ἐπὶ τὰ ἅρματα, καὶ ἀνεχώρουν πρὸς τὸ ἑαυτῶν πλῆθος· οἱ δὲ τοξόται, καὶ

in laudem decantari solitum exorsus est, et *milites* universi religiosè magnâ voce unà canebant: nam in hujusmodi rerum statu, qui religiosi sunt, minùs homines metuunt. Pæane absoluto, ὁμότιμοι qui vocantur unà pergentes, vultu hilari, et *rite tanquam* instituti, oculis in se mutuò conversis, eos qui juxta se, quíque post se erant nominatim compellantes, *atque* hæc iterantes verba, Heus viri cari, Heus viri fortes, ad sequendum mutuò se adhortabantur. Eos autem cùm audîssent, qui ponè sequebantur, vicissim primos ut præsentibus animis præirent hortabantur. Atque *adeò totus* Cyri exercitus alacritatis, gloriæ cupiditatis, roboris, fiduciæ, cohortationis, prudentiæ, obedientiæ plenus erat: quod maximè equidem adversariis terribile puto. Apud Assyrios autem ii, qui de curribus ante aciem primi pugnare solebant, cùm jam propiùs accessit agmen Persicum, currus conscenderunt, et ad copias suas recesserunt: sagittarii verò, et ja-

Κρατὶ δὲ οἱ δίδυμοι· μίσσῃ δ' ὑπὸ καρκίνος ἐσί·

ut apud Latinos, *gemini:*

Et natos geminos invises sub caput Arcti.

Cicero. Idem in *Fragmentis Poëm.*

Et gemini clarum jactantes lucibus ignem.

Meritò autem ii Δίδυμοι appellantur, cùm is, secundùm Etymol. M. propriè δίδυμος sit, ὁ μεθ' ἑτέρου τεχθεὶς ἐκ μιᾶς συλλήψεως· vel, ὁ σὺν ἑτέρῳ ἐξελθὼν τῆς μητρός.

a Παρασάτας, &c.] De his consule Indicem *Vocabul. Militar.*

b Ἀπὸ τῶν ἁρμάτων] Sic restituendum hunc lòcum censuerunt Stephanus et Leunclavius, cùm anteà legeretur οἱ μὲν ἀπὸ τῶν ἑρυμάτων προμαχοῦντες. Planè mendosè. Nam qui de castrorum munitionibus propugnarent, in hoc quidem conflictu, nulli erant. Itaque sana omninò videtur, quam damus, scriptura, ut intelligantur ii, qui, pro more Gentium Orientalium, de curribus in primâ acie pugnabant, quò copias hostiles curruum suorum impetu disjicerent. Camerarius quidem, teste Leunclavio, sic reddidit, ut eum ἁρμάτων reperisse suis in libris, non ἑρυμάτων, pateat. Stephanus eandem vocem in vetere quodam inveniri ait: MS. certè Bodl. eam clarè repræsentat in margine, licèt in textu det ῥυμάτων, quod ratione spiritûs propiùs ad receptam lectionem, quàm vulgatum illud ἑρυμάτων, accedit.

ἀπονῖσαι, καὶ σφενδονῆται αὐτῶν ἀφίεσαν τὰ βέλη πολλῷ πρὶν ἐξικνεῖσθαι. Ὡς δ' ἐπιόνῖες οἱ Πέρσαι ἐπέβησαν τῶν ἀφιεμένων βελῶν, ἐφθέγξατο δὴ ὁ Κῦρος· Ἄνδρες ἄριστοι, ἤδη θᾶττόν τις ἰὼν ἐπιδεικνύτω ἑαυτὸν καὶ παρεγυάτω. Οἱ μὲν δὴ παρεδίδοσαν τᾶτο· ὑπὸ δὲ προθυμίας τὴ μένος τὴ τᾶ σπεύδειν συμμίξαι, δρόμῳ τινὲς ἤρξαντο· συνεφείπετο δὲ καὶ πᾶσα ἡ φάλαγξ δρόμῳ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κῦρος ἐπιλαθόμενος τᾶ βάδην, δρόμῳ ἡγεῖτο· καὶ ἅμα ἐφθέγγετο, Τίς [a]ἐφέπεται; Τίς ἀγαθός; Τίς πρῶτος ἄνδρα καλλαβεῖ; Οἱ δὲ ἀκόσαντες, τὸ αὐτὸ τᾶτο ἐφθέγγοντο· καὶ διὰ πάντων δὴ, ὥσπερ παραγγύα, ἅτως ἐχώρει· Τίς ἕψεται; Τίς ἀγαθός; Οἱ μὲν δὴ Πέρσαι ἅτως ἔχοντες ὁμόσε ἐφέροντο· οἱ γεμὴν πολέμιοι ἀκέτι ἐδύναντο μένειν, ἀλλὰ σφαφέντες ἔφευγον εἰς τὸ ἔρυμα. Οἱ δ' αὖ Πέρσαι καλὰ τὰς εἰσόδᾶς ἑπόμενοι, ὠθεμένων αὐτῶν, πολλὰς [b]ἀπέκλεισαν· τὰς δ' εἰς τὰς τάφρᾶς ἐμπίπτοντας ἐπεισπηδῶντες, ἐφό-

culatores, et funditores tela sua multò prius emisêre quàm *ad hostem* pervenire possent. Ubi autem Persæ inruentes *jam* tela conculcarunt, tum Cyrus *ità* loquutus est: Jam, viri fortissimi, celeriùs *vestrûm* aliquis procedens sui det specimen, et *aliis idem* significet. Et alii idem hoc *aliis* tradiderunt; præ alacritate autem et ardore animi et manum conserendi studio, currere quidam cœperunt: atque adeò tota simul phalanx *eos* curriculò secuta est. Ipse Cyrus etiam gradatim incedere oblitus, cursu præibat: et simul clamabat, Quis sequitur? Quis vir fortis? Quis primus virum prosternet? Quod illi cùm audîssent, hoc ipsum proferebant; adeóque per universos, ut *ipse* cohortari inceperat, ità *vox hæc* dicta erat; Quis sequetur? Quis fortis? Hoc igitur Persæ cum impetu in congressum ferebantur: hostes verò non ampliùs subsistere poterant, sed terga vertentes ad munitionem fugâ se recipiebant. Persæ contrà ad *ipsos castrorum* aditus insequuti, dum illi protrudendo premerent, multos occiderunt, et in eos: qui in fossam delaberentur, insilien-

a Τίς ἐφέπεται] Hanc lectionem retinent omnes editi; quorum tamen ad margines ἕψεται apponi solet; atque ità quidem dat MS. Bodl. Sequentia mox ista, Τίς ἕψεται; Τίς, &c. marginis huic et MSti lectionem ortum dedisse videntur: sed, idoneam causam non video, cur idem *tempus* in utroque loco necessariò sit servandum. Budæus quidem bis posuit ἐφέπεται, ut posteriora hæc— οὕτως ἐχόντων Τίς ἐφέπεται; Τίς, &c. prioribus illis Cyri verbis responderent. At satis placet recepta lectio.

b Ἀπέκλεισαν] Leunclavius verbo κατεστρώννυσαν, in margine reperto, potiùs quàm ἀπέκλεισαν, Xenophontem usum arbitratur. Sed, cùm à vulgatâ lectione stent editi simul et MS. Bodl. eam minimè rejiciendam censuimus. Opinor equidem librarios κατεστρώννυσαν illud, à Leunclavio tanto opere laudatum, ex Zonaræ *Annal.* hausisse, qui cladem hanc Assyriorum his verbis describit: Καὶ οἱ Πέρσαι αὐτοῖς ἐφεπόμενοι, ὠθεμένων αὐτῶν, πολλοὺς κατεστρώννυσαν, τοὺς, &c. Tom. I, lib. iii, p. 150, *edit. Par.*

νευον, ἄνδρας ὁμοῦ καὶ ἵππους· ἔνια γὰρ τῶν ἁρμάτων εἰς τὰς τάφρους ἠναγκάσθη φεύγοντα συνεισπεσεῖν. Καὶ οἱ τῶν Μήδων δὲ ἱππεῖς, ὁρῶντες ταῦτα, ἤλαυνον εἰς τοὺς ἵππους τῶν πολεμίων· οἱ δ' ἐνέκλιναν καὶ τούτους. Ἔνθα δὴ καὶ ἵππων διωγμὸς ἦν καὶ ἀνδρῶν, καὶ φόνος ἐξ ἀμφοτέρων. Οἱ δ' ἐντὸς τοῦ ἐρύματος τῶν Ἀσσυρίων ἑστηκότες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τῆς τάφρου, τοξεύειν μὲν καὶ ἀκοντίζειν εἰς τοὺς ἀποκτεινομένους ἅτε ἐφρόνουν, ἅτ' ἐδύναντο, διά τε τὰ δεινὰ ὁράματα, καὶ διὰ τὸν φόβον. Τάχα δὲ καὶ καταμαθόντες τῶν Περσῶν τινὰς διακεκοφότας πρὸς τὰς εἰσόδους τοῦ ἐρύματος, ἐτράποντο καὶ ἀπὸ τῶν κεφαλῶν ἔφευγον. Ἰδοῦσαι δὲ αἱ γυναῖκες τῶν Ἀσσυρίων καὶ τῶν συμμάχων φυγὴν ἤδη καὶ ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ἀνέκραγον, καὶ ἔθεον ἐκπεπληγμέναι, αἱ μὲν καὶ τὰ τέκνα ἔχουσαι, αἱ δὲ καὶ νεώτεραι [a] καταῤῥηγνύμεναι τοὺς πέπλους, καὶ δρυπτόμεναι, καὶ ἱκετεύουσαι [b] πάντας ὅτῳ ἐντυγχάνοιεν, μὴ φεύγειν καταλιπόντας αὐτάς, ἀλλ' ἀμῦναι καὶ τέκνοις καὶ ἑαυταῖς καὶ σφίσιν αὐτοῖς. Ἔνθα δὴ καὶ αὐτοὶ οἱ βασιλεῖς σὺν τοῖς πιστοτάτοις στάντες ἐπὶ τὰς εἰσόδους, καὶ ἀναβάντες ἐπὶ τὰς κεφαλὰς,

tes, viros simul et equos interfecerunt: nam currus quidam in fugâ coacti sunt in fossas decidere. Hæc cùm Medorum etiam cernerent equites, in hostium equitatum inruebant: at hi eorum quoque impetum declinabant. Ibi verò et equorum et hominum persecutio, et cædes utrorumque evenit. Assyrii autem qui intra munitionem supra caput fossæ constiterant, de sagittis et jaculis in eos emittendis, qui *suos* occidebant, nec cogitabant, nec *ità quidem facere* poterant, cùm ob terribilia *ista* spectacula, tum propter metum. Cúmque mox etiam animadvertissent quosdam Persas ad munitionis aditus perrupisse, terga vertebant et à partibus *fossarum* editioribus diffugiebant. Ubi verò et Assyriorum et sociorum uxores viderunt etiam in castris jam fugam fieri, clamorem tollebant, discurrebántque *hinc inde* consternatæ, aliæ liberos habentes, juvenili ætate aliæ, vestes discindentes, ora dilaniantes, obsecrantésque eos quibuscunque occurrerunt, nè se fugiendo desererent, sed et liberos, et ipsas *uxores*, et seipsos tuerentur. Atque hîc *demum* reges ipsi qui cum fidissimis ad *castrorum* aditus constiterunt, conscensis eminentioribus locis,

a Καταῤῥηγνύμεναι, &c.] De Orientalibus vestes in summo mœrore scindentibus vide quæ suprà adtulimus, p. 134.

b Πάντας ὅτῳ] Sic libri constanter omnes. Stephanus tamen πάντα laudat, utpote quod se judice meliùs cum ὅτῳ conveniret. Mirum est sic putâsse eum, quem certè non fugerat, structuræ hujus non pauca apud Nostrum reperiri exempla, lib. vii,—καὶ πάντα πειρωμένους ποιεῖν, ὅ, τι φοῖτο αὐτῷ χαριεῖσθαι, ubi plurali πάντα singularis ὅ, τι subjungitur. Similiter apud Homerum:

——αἵ ῥά τε πάντας
Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅ, τις σφέας εἰσαφίκηται.—Odys. μ'. v. 39, et seq.

καὶ αὐτοὶ ἐμάχοντο, καὶ τοῖς ἄλλοις παρεκελεύοντο. Ὡς δ' ἔγνω ὁ Κῦρος τὸ γιγνόμενον, δείσας μὴ εἰ καὶ βιάσαιντο εἴσω, ὀλίγοι ὄντες ὑπὸ πολλῶν σφαλεῖέν τι, παρεγγύησεν ἐπὶ πόδα ἀνάγειν ἔξω βελῶν, καὶ πείθεσθαι. Ἔνθα δὴ ἔγνω τις ἂν τὰς ὁμοτίμους καὶ πεπαιδευμένους ὡς δεῖ· ταχὺ μὲν γὰρ αὐτοὶ ἐπείθοντο, ταχὺ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις παρήγγελλον. Ὡς δ' ἔξω βελῶν ἐγένοντο, ἔσησαν κατὰ χώραν πολλῷ μᾶλλον χορεῦ, ἀκριβῶς εἰδότες ὅπου ἕδει [a] ἕκαστον γενέσθαι.

et pugnabant ipsi, et alios cohortando excitabant. Cyrus autem ubi quid ageretur animadvertit, veritus nè si etiam intrò vi perrumperent, pauci cùm essent à multis detrimenti aliquid caperent, extra telorum ictus pedem referrent, dictóque audientes essent, edixit. Ibi tum agnovisset aliquis *Persas*, qui ὁμότιμοι appellantur, etiam *ità* institutos, ut oporteret; nam et ipsi celeriter parebant, et aliis *idem* celeriter denuntiabant. Cúmque *jam* extra telorum ictus essent, suo *eorum quisque* loco constiterunt aptiùs multò, quàm *soleat canentium saltantiúmque* cœtus, quòd accuratè nôrint quo quemque loco stare oporteret.

a Ἕκαστον, &c.] Stephanus edidit—— ἕδει ἕκαστον αὐτῷ γενέσθαι. Vitiosè autem αὐτῷ pro αὐτῶν, opinor, dederunt operæ. In MSto Bodl. non comparet hoc pronomen: et Leunclavius id in margine tantùm repræsentat: nec aliter ferè cæteri editi. Ipse Stephanus ad id notam, quæ mendum indicet, adposuit: atque adeò minimè recipiendum putavimus.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ Δ΄.

ΜΕΙΝΑΣ δὲ ὁ Κῦρος μέτριον χρόνον αὐτοῦ σὺν τῷ στρατεύματι, ἢ δηλώσας ὅτι ἕτοιμοί εἰσι μάχεσθαι, εἴ τις ἐξέρχοιτο, ὡς ἁδεὶς ἐξήει, ἀπήγαγεν ὅσον ἐδόκει καλῶς ἔχειν, ἢ καταστρατοπεδεύσατο· φυλακάς τε καταστησάμενος, ἢ σκοποὺς προπέμψας, σὰς εἰς τὸ μέσον συνεκάλεσε τοὺς ἑαυτοῦ στρατιώτας, καὶ ἔλεξε τοιάδε· "Ἄνδρες "Πέρσαι, πρῶτον μὲν τοὺς θεοὺς ἐγώ τε ἐπαινῶ ὅσον δύναμαι, ἢ "ὑμεῖς πάντες, οἶμαι· νίκης τε γὰρ τετυχήκαμεν καὶ σωτηρίας. "Τούτων μὲν ὧν χρὴ χαριστήρια, ὧν ἂν ἔχωμεν, τοῖς θεοῖς ἀποτε- "λεῖν. Ἐγὼ δὲ σύμπαντας μὲν ὑμᾶς ἤδη ἐπαινῶ (τὸ γὰρ γεγεννη- "μένον ἔργον σύμπασιν ὑμῖν καλὸν ἀποτετέλεσται)· ὧν δ' ἕκαστος "ἄξιος, ἐπειδὰν παρ' ὧν προσήκει πύθωμαι, τότε τὴν ἀξίαν "ἑκάστῳ ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ πειράσομαι ἀποδιδόναι. Τὸν δ' ἐμοὶ "ἐγγύτατα ταξίαρχον Χρυσάνταν οὐδὲν παρ' ἄλλων δέομαι "πυνθάνεσθαι, ἀλλ' αὐτὸς οἶδα οἷος ἦν· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα,

CYRUS, ubi paulisper istic cum exercitu constitisset, ac *suos* paratos esse declarâsset ad pugnandum, si quis *castris* egredi vellet, exeunte nemine, *suos* eò, quò commodum *ipsi* visum est, abduxit, et castra metatus est: cúmque locâsset excubias, et speculatores præmisisset, in medio stans suos convocavit milites, et hujusmodi orationem habuit: " Primùm equidem, Persæ, deos laudibus quàm possum maximis " veneror, atque vos omnes *pariter eos*, ut arbitror, *veneramini:* quip- " pe qui et victoriâ potiti sumus et salute. Et ob hæc quidem diis gra- " tias, quibuscunque rebus possumus, persolvere *nos* oportet. Vos " autem equidem omnes jam collaudo (nam quæ *jam* gesta res est, cum " vestrûm *ea* omnium decore confecta est): verùm ubi ex iis à quibus " par est sciscitatus fuero, quibus quisque se dignum præbuit, tunc de- " bitum cuique honorem conabor et verbis et ipsâ re retribuere. De " Chrysanta verò cohortis præfecto mihi proximo percontari alios non " necesse habeo, cùm ipse nôrim qualem se præbuit: nam alia quidem,

" ὅσαπερ οἶμαι καὶ ὑμεῖς πάντες, ἐποίει· ἐπεὶ δ' ἐγὼ παρηγ-
" γύησα ἐπανάγειν, καλέσας ὀνομαστὶ αὐτὸν, ἀνατεταμένος ἔτος
" τὴν μάχαιραν, ὡς παίσων πολέμιον, ὑπήκουσέ τε μου εὐθὺς,
" καὶ ἀφεὶς ὃ ἔμελλε ποιεῖν, τὸ κελευόμενον ἔπραττεν· αὐτός
" τε γὰρ ἐπανήγαγε, καὶ τοῖς ἄλλοις μάλα ἐπισπερχῶς πα-
" ρηγγύα· ὥς' ἔφθασεν ἔξω βελῶν τὴν τάξιν ποιήσας πρὶν
" τοὺς πολεμίους κατανοῆσαί τε ὅτι ἀναχωροῖμεν καὶ τόξα ἐν-
" τείνασθαι, ἢ τὰ παλτὰ ἐπαφεῖναι· ὥς' αὐτός τε ἀβλαβὴς,
" καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ἄνδρας ἀβλαβεῖς διὰ τὸ πείθεσθαι παρέ-
" χεται. Ἄλλους δ', ἔφη, ὁρῶ τετρωμένους, περὶ ὧν ἐγὼ
" σκεψάμενος ἐν ὁποίῳ χρόνῳ ἐτρώθησαν, τότε τὴν γνώμην περὶ
" αὐτῶν ἀποφανοῦμαι. Χρυσάνταν δὲ, καὶ ἐργάτην τῶν πο-
" λεμικῶν, καὶ φρόνιμον, καὶ ἄρχεσθαι ἱκανὸν καὶ ἄρχειν,
" χιλιαρχίᾳ μὲν ἤδη τιμῶ· ὅταν δὲ καὶ ἄλλο τι ἀγαθὸν ὁ
" Θεὸς δῷ, ἔστε τότε ἐπιλήσομαι αὐτοῦ. Καὶ πάντας δὲ ὑμᾶς
" βούλομαι, ἔφη, ὑπομνῆσαι· ἃ γὰρ νῦν εἴδετε ἐν τῇ μάχῃ τῇδε,
" ταῦτα ἐνθυμούμενοι μήποτε παύσησθε, ἵνα παρ' ὑμῖν αὐτοῖς
" αἰεὶ χρίνηται, πότερον ἡ ἀρετὴ μᾶλλον ἢ ἡ φυγὴ σώζει τὰς
" ψυχὰς, καὶ πότερον οἱ μάχεσθαι θέλοντες, ῥᾷον ἀπαλλάττου-
" σιν ἢ οἱ οὐκ ἐθέλοντες, καὶ ποίαν τινὰ ἡδονὴν τὸ νικᾶν παρέχει·

" quæcunque vos etiam omnes *fecisse* arbitror, præstitit: et cùm
" ego pedem referre jussi, compellato nominatim ipso, etsi gladium
" sustulerat ille, et percussurus hostem, statim *tamen* mihi paruit,
" eóque omisso quod facturus erat, ut jusseram fecit: nam et ipse
" *suos* abduxit, et aliis *idem faciendum* studiosè admodùm significavit:
" adeò ut priùs extra teli jactum cohortem collocaret, quàm hostes
" animadverterent, nos pedem referre, quámque arcus tenderent, et
" palta in nos ejacularentur: *unde fit* ut et ipse illæsus sit, et milites
" suos per obedientiam incolumes præstet. Alios autem *quosdam*,
" inquit, vulneratos video, de quibus, ubi consideravero quo tempore
" vulnera acceperint, tum *demum* sententiam *meam* aperiam. Chry-
" santam verò, et in rebus bellicis strenuum, et prudentem, et ad acci-
" piendum imperium et imperandum idoneum, in præsentiâ quidem
" honore tribunatûs adficio; et cùm Deus aliquid etiam aliud boni
" largietur, nè tunc quidem ejus obliviscar. Quin vos etiam univer-
" sos, ait, admonitos volo: nam quæ modò in hâc pugnâ vidistis, ea
" vobis in animis vestris nunquam non cogitanda sunt, ut ipsi semper
" statuatis, utrùm virtus an fuga vitam magìs conservet, et utrùm ii
" qui pugnare volunt, faciliùs se *pugnæ* discrimine defunctos præstent,
" an illi qui *pugnare* nolunt, et cujusmodi voluptatem adferat victoria:

" ταῦτα γὰρ νῦν ἄριστα κρίναιτ' ἂν, πειράν τε αὐτῶν ἔχοντες, ἢ " ἄρτι γεγενημένα τῷ πράγματος. Καὶ ταῦτα μὲν, ἔφη, αἰεὶ διανοούμενοι, βελτίους ἂν εἴητε· νῦν δὲ, ὡς ἢ θεοφιλεῖς, ἢ ἀγαθοὶ, ἢ " σώφρονες ἄνδρες, δειπνοποιεῖσθε, ἢ σπονδὰς τοῖς θεοῖς ποιεῖσθε, " ἢ παιᾶνα ἐξάρχετε, ἢ ἅμα τὸ παραγγελλόμενον προνοεῖτε."

Εἰπὼν ταῦτα, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον ἦλασε· καὶ πρὸς Κυαξάρην ἐλθὼν, καὶ συνησθεὶς ἐκείνῳ κοινῇ, ὡς εἰκὸς, καὶ ἰδὼν τἀκεῖ καὶ ἐρόμενος εἴ τι δέοιτο, ἀπήλαυνεν εἰς τὸ ἑαυτῷ στράτευμα. Καὶ οἱ μὲν δὴ ἀμφὶ Κῦρον δειπνοποιησάμενοι, καὶ φυλακὰς καλασησάμενοι ὡς ἔδει, ἐκοιμήθησαν. Οἱ δὲ Ἀσσύριοι, [a] ἅτε τεθνηκότος τοῦ ἄρχοντος, καὶ σχεδὸν σὺν αὐτῷ τῶν βελτίστων, ἠθύμουν μὲν πάντες, πολλοὶ δὲ καὶ ἀπεδίδρασκον αὐτῶν τῆς νυκτὸς ἐκ τοῦ στρατοπέδου. Ὁρῶντες δὲ ταῦτα ὅ, τε Κροῖσος καὶ οἱ ἄλλοι σύμμαχοι [b] αὐτῶν, ἠθύμουν· πάντα μὲν γὰρ ἦν χαλεπά· ἀθυμίαν δὲ πᾶσι πλείστην παρεῖχεν ὅτι τὸ ἡγούμενον φῦλον τῆς στρατιᾶς διεφθάρθαι ἐδόκει ταῖς γνώμαις· οὕτω δὴ ἐκλείπουσι τὸ στρατόπεδον, καὶ

" de his enim optimè jam statuere possitis, cùm et periculum vosmet " ipsi feceritis, et res *ipsa* recens gesta sit. Atque hæc si usque animo " versetis, ait, meliores evasuri estis: nunc, ut deo cari, et fortes, et " prudentes viri, cœnam instruite, diis libate, pæana præcinite, simul " *ut fiat* id quod denuntiatum est providete."

Hæc cùm dixisset, equo conscenso provectus est; atque ubi ad Cyaxarem venisset, et cum eo communem *ex gratulatione mutuâ*, ceu par erat, voluptatem cepisset, quæque gererentur ibi vidisset, ac num aliquâ ipsi re opus esset rogâsset, suum ad exercitum revectus est. Et Cyri quidem milites posteaquam cœnati essent, et excubias locâssent, utì conveniebat, quieti se dederunt. Assyrii verò, quorum nimirum et princeps, et cum eo ferè fortissimus quisque occubuerat, universi animis concidebant, multi etiam eorum ex castris noctu diffugiebant. Hæc autem cùm Crœsus cæteríque eorum socii viderint, animis deficiebant: nam erant omnia quidem dira: maximum verò mœrorem omnibus præbebat, quod ea natio, quæ in exercitu principatum teneret, penè alienatâ esse mente videbatur: itaque castra deserunt, et

a Ἅτε τεθνηκότος τοῦ ἄρχοντος, ἢ, &c.] Scil. *Neriglissorus*, qui jam quatuor annos regnaverat. Similem autem Persarum stragem Curtius eâ, quâ solet, elegantiâ describit, lib. iii, c. 11. " Circa " currum Darii jacebant nobilissimi du- " ces, ante oculos regis egregiâ morte " defuncti omnes, &c." Cladem verò Assyriorum, et Crœsi fœderatorúmque fugam verbis penè Xenophontéis exposuit Zonaras, tom. i, l. iii, p. 160, et seq.

b Αὐτῶν, ἠθύμουν] Editi plerique dant αὐτῶν πάντες ἠθύμουν. Sed, MS. Bodl. edit. *Ald.* et *Argentor.* et Philelphus illud πάντες non agnoscunt: ideóque nec ipsi admisimus; Stephanus quidem et Leunclavius ad id olim, tanquam importunè immissum, notam apposuerunt.

ἀπέρχονται νυκτός. Ὡς δ' ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ἔρημον ἀνδρῶν ἐφάνη τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον, εὐθὺς διαβιβάζει ὁ Κῦρος τοὺς Πέρσας πρώτους· καταλέλειπτο δὲ ὑπὸ τῶν πολεμίων πολλὰ μὲν πρόβατα, πολλοὶ δὲ βόες, πολλαὶ δὲ ἅμαξαι πολλῶν ἀγαθῶν μεσταί· ἐκ δὲ τούτου διέβαινον ἤδη καὶ οἱ ἀμφὶ Κυαξάρην Μῆδοι πάντες, καὶ ἠριστοποιοῦντο ἐνταῦθα. Ἐπεὶ δὲ ἠρίστησαν, συνεκάλεσεν ὁ Κῦρος τοὺς ἑαυτοῦ ταξιάρχους, καὶ ἔλεξε τοιαῦτα· Οἷά μοι δοκοῦμεν καὶ ὅσα ἀγαθὰ, ὦ ἄνδρες, ἀφεῖναι, θεῶν ἡμῖν ταῦτα διδόντων. Νῦν γὰρ ὅτι μὲν οἱ πολέμιοι φοβούμενοι ἡμᾶς ἀποδεδράκασιν, αὐτοὶ ὁρᾶτε· οἵτινες δὲ ἐν ἐρύματι ὄντες ἐκλιπόντες τοῦτο φεύγουσι, πῶς τούτους οἴεται ἄν τις μεῖναι ἰδόντας ἡμᾶς ἐν τῷ ἰσοπέδῳ; Οἵτινες δὲ ἄπειροι ἡμῶν ὄντες οὐχ ὑπέμειναν, [a] πῶς νῦν γ' ἂν ὑπομείνοιεν, ἐπεὶ ἥττηνται, καὶ πολλὰ κακὰ ὑφ' ἡμῶν πεπόνθασιν; Ὧν δὲ [b] οἱ βέλτιστοι ἀπολώλασι, πῶς οἱ [c] φαυλότεροι ἐκεί-

noctu discedunt. Ubi verò illuxisset, et castra hostium à militibus vacua cernerentur, mox Cyrus Persas primos *eò* traducit: ab hostibus autem multæ oves, bovésque multi, multa etiam bonis multis referta plaustra relicta erant: deindè Medi quoque qui erant cnm Cyaxare jam *in ea* transierunt omnes, ibíque prandium parârunt. Cùm autem pransi essent, Cyrus suos cohortium præfectos convocavit, et in hunc modum loquutus est: Qualia, viri, quantáque bona, divinitùs nobis oblata, dimittere videmur? Jam enim videtis ipsi, metu nostrî permotos hostes in fugam se conjecisse: qui autem munitionibus, in quibus erant, desertis fugam capiunt, hos quonam modo possit existimare quisquam substituros, ubi nos in planitie viderint? Qui *nos item* minimè sustinuerunt, cùm nec dum experti nos essent, quo pacto nunc sustinebunt, cùm et victi, et multis à nobis incommodis adfecti sunt? Et quorum fortissimi *quique* occiderunt, quomodo illorum vilis-

a Πῶς νῦν, &c.] Infelici quippe prælio militum terreri animos, cùm multiplex historicorum testimonium, tum præcipuè finis orationis Phormionéæ docet: Ἀναμιμνήσκω δ' αὖ ὑμᾶς, ὅτι νενικήκατε αὐτῶν τοὺς πολλοὺς· ἠσημένων δὲ ἀνδρῶν οὐκ ἐθέλουσιν αἱ γνῶμαι πρὸς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους ὅμοια, εἶναι. Thucyd. lib. ii, p. 138, *edit. Oxon.*

b Οἱ βέλτιστοι ἀπολώλασι] Pro lugubri scilicet eo belli eventu, quem bini his versibus expressêre tragici:

——πολέμος οὐδέν' ἄνδρ' ἑκὼν
Αἴρει πονηρὸν, ἀλλὰ τοὺς χρηστοὺς ἀεὶ.

Sophoc. in Philoct. p. 401, *edit. H. Steph.* 4to.

Φιλεῖ τοι πόλεμος, οὐ πάντ' εὐτυχεῖν·
Ἐσθλῶν δὲ χαίρει πτώμασιν νεανίσκων.

Euripides, citante Stobæo.

c Φαυλότεροι] Superlativi gradûs vicem hîc supplet comparativus, ut apud Matt. xi, 11,—ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ, τῶν οὐρανῶν, &c. et, xviii, 1. Τίς ἄρα μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν: et 1 Cor. xiii, 13. Me quidem minimè fugit, πονηρότατοι, in hoc loco Xenophontéo, et φαυλότατοι à Leunclavio aliísque laudari. Sed, lectionem à nobis receptam non temerè solicitandam putamus, cùm eam MS. Bodl. et editi melioris notæ omnes præstent, et eandem *graduum* permutationem alio reperiamus. Dictis fidem faciat poëta Teius:

νων μάχεσθαι ἂν ἡμῖν ἐθέλοιεν; Καὶ τις εἶπε, Τί οὖν οὐ διώκομεν ὡς τάχιστα, καταδήλων γε οὕτω τῶν ἀγαθῶν ὄντων; Καὶ ὃς εἶπεν, Ὅτι ἵππων προσδεόμεθα· οἱ μὲν γὰρ κράτιστοι τῶν πολεμίων, οὓς μάλιστα καιρὸς ἦν ἢ λαβεῖν ἢ ἀποκτεῖναι, οὗτοι ἐφ' ἵππων [a] νέονται· οὓς ἡμεῖς τρέπεσθαι μὲν σὺν θεοῖς ἱκανοὶ, διώκοντες δὲ αἱρεῖν οὐχ ἱκανοί. Τί οὖν, ἔφασαν, οὐκ ἐλθὼν Κυαξάρει ταῦτα λέγεις; Καὶ ὃς εἶπε, Συνέπεσθε τοίνυν μοι πάντες, ὡς εἰδῇ ὅτι πᾶσιν ὑμῖν ταῦτα δοκεῖ. Ἐκ τούτου εἵποντό τε πάντες, καὶ ἔλεγον οἷα ἐπιτήδεια ἐδόκουν εἶναι ὑπὲρ ὧν ἐδέοντο.

Καὶ ὁ Κυαξάρης ἅμα μὲν, ὅτι ἐκεῖνοι ἤρχοντο τοῦ λόγου, ὥσπερ ὑπεφθόνει· ἅμα δ' ἴσως καλῶς ἐδόκει ἔχειν αὐτῷ μὴ πάλιν κινδυνεύειν (καὶ γὰρ αὐτός τε περὶ εὐθυμίαν ἐτύγχανεν ὢν, καὶ τῶν ἄλλων Μήδων ἑώρα πολλοὺς τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦντας)· εἶπε δ' οὖν ὧδε, "Αλλ', ὦ Κῦρε, ὅτι μὲν μάλιστα ἀνθρώπων "μελετᾶτε ὑμεῖς οἱ Πέρσαι πρὸς μηδεμίαν ἡδονὴν ἀπλήστως δια-"κεῖσθαι, καὶ ὁρῶν καὶ ἀκούων οἶδα· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τῆς μεγίστης ἡδο-

simi nobiscum pugnare velint? Et *hic* quidam, Cur igitur non quàm celerrimè, inquit, *eos* persequimur, cùm *tanta* nobis bona manifestè adeò offerantur? Respondit ille, Quoniam equis adhuc nobis opus est: hostium enim qui præstantissimi sunt, quos nobis commodum maximè esset vel capere vel occidere, *domum* equis vecti redeunt: quos deorum ope nos in fugam quidem vertere potuimus, at nos *sumus* ad eos persequendo capiendos idonei. Cur igitur, inquiunt, non Cyaxarem accedis, atque hæc ipsi exponis? Et ille, Vos ergò, ait, omnes unà me sequimini, ut omnibus nobis hæc placere videat. Tum verò universi *Cyrum* sequebantur, et quæ viderentur ad rem, quam postulabant, adcommodata dicebant.

Et Cyaxares, partim quòd illi *hâc de re* sermonem primi injecissent *iis* quasi subinvidebat; partim, rectè se fortasse facturum existimabat, si rursùm periculum non adiret (nam et ipse hilaritati se tunc dedebat, et de cæteris Medis complures hoc ipsum facere videbat): itaque in hunc modum respondit, "Enimverô, Cyre, vos Persas *omnium* hominum max-"imè id operam dare, ut insatiabili nullius voluptatis cupiditate tenea-"mini et oculis et auditu compertum habui: mihi verò multò magìs ex-

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,
Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι·
Χαλεπώτερον δὲ πάντων
Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα.—Ode 46.

Et de hâc quidam *graduum* mutatione lectores etiam monent grammatici.

a Νέονται] Vulgò, ἐφ' ἵππων ἔσονται. Nos Leunclavii Stephaníque fidem secuti sumus, qui, ἔσονται illo ad marginem rejecto, reposuerunt ἐφ' ἵππων νέονται, sicut, Leunclavio auctore, in vetustis libris legitur. Atque hoc verbo ποιητικωτέρῳ usum esse Xenophontem, mirabitur nemo, ut rectè observat Leunclavius, qui ejus lectioni familiariter adsueverit. In primis enim Homerica, de quorum numero etiam hoc est, ab eo usurpari solent.

" νῆς πολὺ, μᾶλλον συμφέρειν ἐγκρατῆ εἶναι. Μείζω δὲ ἡδονὴν
" τί παρέχει ἀνθρώποις εὐτυχίας, ἢ νῦν ἡμῖν παραγεγένηται;
" [a]Ἣν μὲν τοίνυν, ἐπεὶ εὐτυχοῦμεν, σωφρόνως διαφυλάττωμεν αὐ-
" τὴν, ἴσως δυναίμεθ' ἂν ἀκινδύνως εὐδαιμονοῦντες γηρᾶν· εἰ δ'
" ἁπλήσως χρώμενοι ταύτῃ, ἄλλην ἢ ἄλλην πειρασόμεθα διώκειν,
" ὁρᾶτε μὴ πάθωμεν ἅπερ πολλοὺς μὲν λέγουσιν ἐν θαλάττῃ πε-
" πονθέναι, διὰ τὸ εὐτυχεῖν οὐκ ἐθέλοντας παύεσθαι πλέοντας ἕως
" ἂν ἀπόλωνται· πολλοὺς δὲ νίκης τυχόντας, ἑτέρας ἐφιεμένους, ἢ
" τὴν πρόσθεν ἀποβαλεῖν. Καὶ γὰρ εἰ μὲν οἱ πολέμιοι ἥττους
" ὄντες ἡμῶν ἔφευγον, ἴσως ἂν καὶ διώκειν τοὺς ἥττους ἀσφαλῶς
" εἶχε· νῦν δὲ καλανόησον πόσῳ αὐτῶν μέρει πάντες μαχεσάμενοι
" νενικήκαμεν· οἱ δ' ἄλλοι ἄμαχοι εἰσίν· ὃς εἰ μὲν μὴ ἀναγ-
" κάσοιμεν μάχεσθαι, ἀγνοοῦντες καὶ ἡμᾶς ἢ ἑαυτοὺς, δι' ἀμα-
" θίαν καὶ μαλακίαν ἀπίασιν· εἰ δὲ γνώσονται ὅτι ἢ ἀπιόντες
" οὐδὲν ἧττον κινδυνεύουσιν ἢ μένοντες, [a]ὅπως μὴ ἀναγκάσωμεν
" αὐτοὺς, καὶ εἰ μὴ βούλονται, ἀγαθοὺς γενέσθαι. Ἴσθι γὰρ
" ὅτι οὐ σὺ μᾶλλον τὰς ἐκείνων γυναῖκας ἢ παῖδας ἐπιθυμεῖς
" λαβεῖν, ἢ ἐκεῖνοι σῶσαι. Ἐννόει δ' ὅτι, καὶ [b]αἱ σύες ἐπει-

" pedire videtur, maximâ continentur frui voluptate. Quid autem
" voluptatem hominibus majorem adfert, quàm prospera fortuna, quæ
" *quidem* hoc tempore nobis obtigit? Si ergò, cùm prosperâ utamur
" fortunâ, prudenter eam conservemus, in vitâ fortassè beatâ sine
" periculis senescere possimus: sin hâc minimè satiati, aliam ex aliâ
" persequi conabimur, videte, nè idem nobis accidat, quod accidisse
" multis in mari dicitur, ut, propterea quòd bonâ usi sint fortunâ,
" finem navigandi facere nollent, donec *naufragio* interirent; itidem-
" que multis, qui victoriam adepti, dum alteram expeterent, prio-
" rem etiam amiserunt. Nam si hostes, pauciores cùm nobis essent,
" in fugam se dederunt, fortassè et persequi pauciores tutum esset:
" nunc verò consideres *velim*, cum quantulâ ipsorum parte *nos* omnes
" congressi vicerimus; cæteri autem pugnâ abstinebant: quos si ut
" pugnent non cogemus, et nostrûm et sui ipsorum ignari, propter
" imperitiam et animi mollitiem discedent: sin animadvertent, nihilo se
" minùs in periculo fore, si abeant, quàm si resistant, *vide*, nè cogamus
" eos ut etiam præter animi sententiam fortiter se gerant. Nam scire
" debes, non magìs illorum uxores ac liberos capiendi te cupidum
" esse, quàm illi servandi sint *cupidi*. Etiam sues cogita, posteaquam

a Ὅπως μὴ, &c.] Ellipticam hanc locutionem jam supra p. 25, attigimus.

b Αἱ σύες, &c.] De his ità Noster in Κυνηγ. Τὰ δὲ νεογνὰ (forsan, νεογενῆ, aut νεογνα) αὐτῶν ὅταν ἁλίσκηται, καλεπὸς πάντα πάσχει. Οὔτε γὰρ μονοῦνται ἕως ἂν

" δὰν ὀφθῶσι, φεύγουσι καὶ πολλαὶ οὖσαι σὺν τοῖς τέκνοις· " ἐπειδὰν δέ τις αὐτῶν θηρᾷ τι τῶν τέκνων, οὐκέτι φεύγει, " οὐδ' ἢν μία τύχῃ οὖσα, ἀλλ' ἴεται ἐπὶ τὸν λαμβάνειν πει- " ρώμενον. Καὶ νῦν μὲν ἐπικατακλείσαντες ἑαυτοὺς εἰς ἔρυμα, " παρέσχον ἡμῖν ταμιεύεσθαι, ὥστε ὁπόσοις ἐβουλόμεθα αὐτῶν " μάχεσθαι· εἰ δ' ἐν εὐρυχωρίᾳ πρόσιμεν αὐτοῖς, ϗ μαθήσονται, " χωρὶς γενόμενοι, οἱ μὲν κατὰ πρόσωπον ἡμῖν, ὥσπερ νῦν, ἐναν- " τιοῦσθαι, οἱ δ' ἐκ πλαγίου, ϗ ἄλλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου πλαγίου, οἱ δὲ " ϗ ὄπισθεν· ὅρα μὴ πολλῶν ἑκάστῳ ἡμῶν ϗ ὀφθαλμῶν ϗ χειρῶν " δεήσοι. Πρὸς δ' ἔτι, ἔφη, οὐ βουλοίμην ἂν ἔγωγε νῦν ὁρῶν Μήδους " εὐθυμουμένους, ἐξαναστήσας ἀναγκάζειν κινδυνεύσοντας ἰέναι."

Καὶ ὁ Κῦρος ὑπολαβὼν εἶπεν, Ἀλλὰ μηδένα σύ γε ἀναγκάσῃς, ἀλλὰ τοὺς ἐθέλοντάς μοι ἕπεσθαι δός· ϗ ἴσως ἄν σοι καὶ τῶν σῶν φίλων τούτων ἑκάστῳ ἥκοιμεν ἄγοντες ἐφ' οἷς πάντες εὐθυμήσεσθε. Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ἡμεῖς γε τῶν πολεμίων οὐ διωξόμεθα· (πῶς γὰρ ἂν καὶ καταλάβοιμεν;) ἢν δέ τι ἢ ἀπεσχισμένον τοῦ στρατεύματος λάβωμεν, ἤ τι ὑπολειπόμενον, ἥξομεν πρός σε ἄγοντες. Ἐννόει δ', ἔφη, ὅτι ϗ ἡμεῖς, ἐπειδὴ σὺ ἐδίου, ἤλθο-

" conspectæ sunt, cum prole *suâ* fugere, tametsi multæ numero sint: " cùm verò quis de pullis earum venetur aliquem, non *jam* ampliùs, " nè si una quidem sit, fugit, sed eum qui capere conatur invadit. " Nunc quidem cùm sese in munitionem incluserint, potestatem nobis " fecêre velut è penu quodam promendi et pugnandi cum tanto eorum " numero, quanto nobis visum esset: at si latâ in planitie ad ipsos " accedemus, divisísque copiis discent, partim nobis à fronte, quem- " admodùm modò *accidit*, obsistere, partim ab latere uno, partim ab " altero, partim etiam à tergo; vide, nè cuique nostrûm multis et " oculis et manibus futurum sit opus. Prætereà nolim equidem, inquit, " cùm Medos nunc hilaritati indulgere videam, *eos* surgere jussos ad " periculosum iter cogere."

Et Cyrus respondens, Neminem verò coëgeris, inquit: sed illos da *tantùm*, qui me libentes sequentur: et fortassis ità redibimus, ut tibi et amicis hisce tuis singulis adferamus ea, quæ grata omnibus futura sunt. Copias enim hostium *confertim* omnes nos certè non persequemur; (nam quo pacto eas adsequi possimus?) verùm si quid vel avulsum ab exercitu nacti erimus, vel à tergo relictum, *id* ad te redeuntes adducemus. Cogita verò, inquit, nos etiam, quoniam tu rogabas, longo venisse iti-

μακρὰ (forsan, νεαρὰ) ᾖ· ὅταν τε αἱ κύνες εἴρωσιν, ἢ προΐδη τι, ταχὺ εἰς τὴν ὕλην ἀφανίζεται. Ἕπενταί τε ἐπιτοπολὺ ὧν ἂν ὦσιν ἄμφω χαλεποὶ ὄντες τότε, ϗ μᾶλλον μαχόμενοι ὑπὲρ ἐκείνων ἢ ὑπὲρ αὐτῶν. *Edit. Steph.* p. 581.

μεν, σοὶ χαριζόμενοι, μακρὰν ὁδὸν· ἢ σὺ ἂν ἡμῖν δίκαιος εἰ ἀντιχαρίζεσθαι, ἵνα ἢ ἔχοντές τι οἴκαδε ἀφικώμεθα, ἢ μὴ εἰς τὸν σὸν θησαυρὸν πάντες ὁρῶμεν. Ἐνταῦθα δὴ ἔλεξεν ὁ Κυαξάρης, Ἀλλ' εἴγε μέντοι ἐθέλων τις ἕποιτο, ἢ χάριν ἔγωγέ σοι εἰδείην ἄν. Σύμπεμψον τοίνυν μοι τῶν ἀξιοπίστων τούτων τινὰ, ὃς ἐρεῖ ἃ ἂν σὺ ἐπιτείλῃς. Λαβὼν δὴ ἴθι, ἔφη, ὁντινα ἐθέλῃς τούτων. Ἔνθα δὴ ἐτύγχανεν [a]ὁ φήσας ποτὲ συγγενὴς αὐτῷ εἶναι, ἢ φιληθεὶς, παρών. Εὐθὺς ἦν ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἀρκεῖ, ἔφη, ἐμοιγε οὗτοσί. Καὶ ἧττος τοίνυν, ἔφη, σοὶ ἑπέσθω· Καὶ λέγε σὺ, ἔφη, τὸν θέλοντα ἰέναι μεθ' ἡμῶν. Οὕτω δὴ λαβὼν τὸν ἄνδρα ἐξῆει. Ἐπεὶ δ' ἐξῆλθεν, εὐθὺς ὁ Κῦρος εἶπε, Νῦν δὲ σὺ δηλώσεις εἰ ἀληθῆ ἔλεγες, [b]ὅτε ἔφης ἥδεσθαί με θεώμενος. [c]Οὐκοῦν ἀπολείψομαί σε, ἔφη ὁ Μῆδος, εἰ τοῦτο λέγεις. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Οὐκοῦν ἢ ἄλλοις προθύμως λέξεις; Κἀκεῖνος ἐπομόσας, Νὴ τὸν Δί', ἔφη, [d]ἕως ἄν γε ποιήσω ἢ σὲ ἡδέως ἐμὲ θεᾶσθαι. Τότε δὴ ἐκπεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Κυαξάρους, τά τε ἄλλα προθύμως ἀπήγγελε τοῖς Μήδοις, ἢ προσεῖπεν ὅτι αὐτός γε οὐκ ἀπολείψοιτο ἀνδρὸς ἀρίστου καὶ καλλίστου, καὶ, τὸ μέγιστον, ἀπὸ θεῶν γεγονότος.

nere, tibi utì rem gratam faceremus: itaque te vicissim nobis gratificari æquum est, ut et *ipsi* aliquo cum emolumento domum redeamus, et omnes ad thesaurum tuum non respiciamus. Hìc Cyaxares, At verò, si quis, inquit, libens te sequatur, equidem tibi gratiam quoque habiturus sim. Mitte igitur mecum quendam de *tuis* hisce fide dignis, qui tu quæ jusseris exponat. Age verò, inquit, quemcunque horum volueris accipe. Ibi fortè *Medus* ille aderat, qui aliquando cognatum se Cyri dixerat, et osculum *ab eo* tulerat. Subjiciens itaque mox Cyrus, Sufficit, inquit, hic mihi quidem. Et is ergò te sequatur, ait: Túque adeò dicito, ait, ut eat cum Cyro qui volet. Atque ità recepto *Cyrus* ad se homine exivit. Cúmque egressus esset, statim dixit Cyrus, Jam sanè tu declarabis verúmne sis loquutus, cùm te diceres voluptatem ex adspectu mei capere. Nequaquam verò à te discedam, inquit Medus, si hoc *quidem* dicis. Et Cyrus, Ergóne cæteris, ait, *hæc* prompto animo expones? Ille interposito jurejurando, Profectò, inquit, donec efficiam, ut etiam tu me libenter adspicias. Tum demùm missus à Cyaxare, cùm alia Medis prompto animo denuntiavit, tum etiam addidit, se sanè à viro præstantissimo et pulcherrimo, atque *etiam*, quod maximum esset, à diis oriundo, abesse nolle.

a Ὁ φήσας ποτὲ συγγενὴς, &c.] Vide lib. i, p. 42.

b Ὅτε] Vulgò, ὅτι. Nos autem lectionem dedimus, quam Stephanus et Leunclavius restituerunt, et MS. Bodl. repræsentat.

c Οὐκοῦν] Scripturam hanc exhibet MS. Bodl. quam Stephanus etiam et Leunclavius receperunt. Vulgata illa, οὐκ οὖν, mendosa est.

d Ἕως ἄν γε] Sic editi ferè omnes et MS. Bodl. à quibus immeritò discessisse videtur Leunclavius, qui rescripsit ἕως τι γ' ἄν, &c.

Πράττοντος δὲ ταῦτα τῷ Κύρου, θείως πως ἀφικνῶνται ἀπὸ Ὑρκανίων ἄγγελοι. [a] Οἱ δὲ Ὑρκάνιοι ὅμοροι μὲν τῶν Ἀσσυρίων εἰσὶν, ἔθνος δ' οὐ πολύ· διὸ καὶ ὑπήκοοι τῶν Ἀσσυρίων ἦσαν· ἔφιπποι δὲ καὶ τότε ἐδόκουν εἶναι, καὶ νῦν ἔτι δοκοῦσι· διὸ καὶ ἐχρῶντο αὐτοῖς οἱ Ἀσσύριοι, ὥσπερ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι [b] τοῖς Σκιρίταις· ἧδὲν φειδόμενοι αὐτῶν ὅτ' ἐν πόνοις, ὅτ' ἐν κινδύνοις. Καὶ δὴ καὶ τότε ὀπισθοφυλακεῖν αὐτοὺς ἐκέλευον ὡς χιλίους ὄντας ἱππέας, ἵνα εἴ τι ὄπισ-

Dum hæc à Cyro geruntur, divinitùs quodammodò *accidit ut* ab Hyrcaniis nuntii venirent. Sunt autem Assyriis finitimi Hyrcanii, natio non *illa quidem* magna: quocirca etiam imperio Assyriorum subjecti erant: equites verò *idonei* et tunc habebantur, et adhuc habentur: idcircò utebantur operâ ipsorum Assyrii, quemadmodùm Lacedæmonii Sciritarum; nec in laboribus, nec in periculis eis parcentes. Et quidem eo ipso tempore jusserant eos, qui erant equites circiter mille numero, extremum tueri agmen, ut si quid à tergo

a Οἱ δὲ Ὑρκάνιοι, &c.] At, secundùm Ptolemæum, Strabonem, aliósque tam veteres quàm recentiores geographos, tota ferè Media inter Hyrcaniam jacet et Assyriam.

b Τοῖς Σκιρίταις] Hesychius, Σκειρίτης, (scribe, Σκιρίτης) λόχος οὕτω καλούμενος, ὁ πρωτινδυνεύων. Σκιρίτας autem Scirum incoluisse, Arcadum coloniam, epitome Stephani Byzant. prodidit. Et λόχον Σκιρίτην Lacedæmonii πρωτινδυνεύοντα habuerunt, primo in periculis constitutum loco, quemadmodùm Hesychius ait, addens disertè, λόχον illum fuisse Ἀρκαδικόν. De hâc autem cohorte sic *Diodor. Sic.* lib. xv, p. 353. Ὁ δὲ Σκιρίτης καλούμενος λόχος παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις οὐ συντάττεται μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἰδίαν ἔχων σύστασιν, μετὰ τὸν βασιλέως ἵππον, ἠ παρέπονται τοῖς αἰεὶ θυσιαζομένοις μέρεσι. Hujus etiam meminit Noster, Λακεδαιμ. πολιτ. p. 401. Adisis J. Meursii *Lect. Attic.* l. i, c. 16. Minimè verò prætermittenda est lectio, quàm Philelphus exhibet: qui pro *Sciritis* habet *Hilotis*. Hunc meritò quidem reprehendit Leunclavius, non tantùm quòd novam lectionem confinxisse videatur, sed quòd res ipsa *Hilotas* respuat. Εἵλωτας planè servos fuisse plures testantur auctores. Harpocration, Εἵλωτες, οἱ μὴ γόνῳ δοῦλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οἱ πρῶτοι χειρωθέντες τῶν Ἑλος τὴν πόλιν οἰκούντων. Pausanias in *Lacon.* p. 201, *ed. Silburg.* Ἐπὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ἕλος ἦν, οὗ δὴ ἡ Ὁμηρος ἐμνημόνευσεν ἐν καταλόγῳ Λακεδαιμονίων. Οἵ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον, Ἕλος τ' ἔφαλον πολίεσσον. Il. β'. v. 584. Καὶ πρῶτοί γε ἐγένοντο (istius nempè urbis incolæ) Λακεδαιμονίων δοῦλοι τῷ κοινῷ, ἡ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι, καθάπερ γε ἦσαν. Τὸ δὲ εἰκῆ ἐπικτηθὲν ὕστερον Δωριεῦσι, Μεσσηνίους ὄντας, ὀνομασθῆναι ἡ τότε ἐξενίκησαν Εἵλωτας. Adversum autem Homericum, quem adducit Pausanias, Eustathius hæc: Εἵλωτες συνελθόντες τοῖς Μεσσηνίοις, ἦν ὅτε ἡ πράγματα παρασχόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις, εἶτα ὑπεξάγησαν ὡσεὶ ἡ δοῦλοι ἡ ἐξ αὐτῶν τὸ ὄνομα τῶν Εἱλώτων εἰς δεικτὴν ἁπλῶς μελετήφθη κλῆσιν. J. Pollux sanè adfirmat Εἵλωτας *servos* non fuisse, sed μεταξὺ ἐλευθέρων ἡ δούλων, l. iii, c. 8, ideóque inauspicatò hunc testem advocavit Leunclavius, cùm statuerat Εἵλωτας *prorsus servos* esse. Sed Pollux certè falsus est: nam, testimoniis jam adlatis plura nè adjungerem, tam dura crudelísque erat eorum servitus, ut in proverbium quasi abiret. Unde est, quòd Isocrates in *Panathenaïco*, p. 374, *edit. Wolf.* de Lacedæmoniis ità loquitur: Οὓς μὲν ἐλευθεροῦσιν ὁμολογοῦσιν, καλεῖσθαι κάλλιον ἢ τοὺς Εἵλωτας. Consulas quoque *Athen.* l. xiv, c. 21, et Scholiast. ad Thucyd. lib. i, p. 56. Satìs igitur liquet, *servos* omninò fuisse *Hilotas;* quorum à conditione cùm longè aberant Hyrcanii, meliùs hos cùm *Sciritis* confert Xenophon, equites præsertim cum equitibus. Miror ìtaque, doctum quendam Gallum, spretâ librorum optimorum et sanè, quos vidi, omnium auctoritate, Philelphum sibi sumpsisse ducem, atque adeò in dissertatione, non ità pridem publici juris factâ, Εἱλώτων, tanquam populi à Xenophonte hoc in loco memorati, mentionem fecisse.

θεν δεινὸν [a]εἴη, ἐκεῖνοι πρὸ ἑαυτῶν τοῦτ' ἔχοιεν. Οἱ δὲ Ὑρκάνιοι, ἅτε μέλλοντες ὕστατοι πορεύεσθαι, καὶ τὰς ἁμάξας τὰς ἑαυτῶν καὶ [b]τοὺς οἰκέτας ὑστάτους εἶχον. Στρατεύονται [c] γὰρ δὴ οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔχοντες οἱ πολλοὶ μεθ' ὧνπερ καὶ οἰκοῦσι· καὶ τότε δὴ ἐστρατεύοντο οἱ Ὑρκάνιοι ὕστως. Ἐννοηθέντες δὲ οἷά τε πάσχουσιν ὑπὸ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ὅτι νῦν τεθναίη μὲν ὁ ἄρχων αὐτῶν, ἠτιμένοι δ' εἶεν, φόβος δὲ πολὺς εἴη ἐν τῷ στρατεύματι, οἵ τε σύμμαχοι αὐτῶν ὡς ἀθύμως ἔχοιεν καὶ ἀπολείποιεν· ταῦτα ἐνθυμουμένοις ἔδοξεν αὐτοῖς νῦν καλὸν εἶναι ἀποσῆναι, εἰ θέλοιεν οἱ ἀμφὶ Κῦρον συνεπιθέσθαι. Καὶ πέμπουσιν ἀγγέλους πρὸς Κῦρον· ἀπὸ γὰρ τῆς μάχης τὸ τούτου ὄνομα μέγιστον ἠύξετο· Οἱ δὲ πεμφθέντες λέγουσι Κύρῳ ὅτι μισοῖεν τοὺς Ἀσσυρίους δικαίως,

periculum instaret, id illi ante se subirent. Hyrcanii autem, utpote qui ultimo loco iter facturi erant, etiam currus suos et domesticos ultimos habebant. Nam pleræque nationes Asiaticæ expeditionem suscipientes familiam secum unà ducunt; et in hâc quidem expeditione Hyrcanii morem hunc servabant. Cúmque ad animos eis accidisset, cujusmodi incommodis ab Assyriis afficerentur, et horum principem mortem occubuisse, victos ipsos esse, magnum metum invasisse exercitum, socios animum abjecisse defecisséque; hæc cùm secum ipsi cogitarent, visum est opportunè defectionem hoc tempore fieri posse, si *cum ipsis* Cyri exercitus *hostes* unà adoriri vellet. Atque *adeò* nuntios ad Cyrum mittunt; hujus enim nomini à prælio maxima celebritas accesserat. Qui autem missi erant, exponunt Cyro, jure se Assyrios odisse, ac si

a Εἴη] Sic Stephanus rectè edidit; prout etiam dat MS. Bodl. Vulgò, ἴοι.

b Τοὺς οἰκέτας] Vocabulum hoc plerumque pro *famulo* seu *servo domestico* capitur: idque adeò poëticè pro *domesticis* in genere, seu *totâ familiâ* poni testatur J. Pollux, lib. iii, c. 8. Οἱ μέντοι ποιηταὶ, ἢ τοὺς ἄλλως οἰκείους, οἰκέτας ὀνόμαζον. Hanc quidem significationem hîc, et alibi apud Nostrum, obtinet: nam statim subjicit, nationes Asiaticas secum domesticos in expeditionem sumere, μεθ' ὧν οἰκῶσι, i. e. *familiam:* non enim servi soli μεθ' ἡμῶν οἰκῶσι. Sed, hæc vocis οἰκέτης potestas ad stylum poëticum ab aliis referri non solet. Hesychius, Οἰκέται, οἱ κατὰ τὸν οἶκον πάντες: nec aliter Phavorinus. Thomas Magister, Οἰκέται, οὐ μόνον οἱ δοῦλοι, ἀλλὰ ἢ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ, γυνὴ ἢ τέκνα. Suidas,—οὐ μόνον οἱ θεραπόντες, ἀλλὰ ἢ πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν. Qui verba etiam Aristophanis in exemplum subjecit:

Οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν, ἀλλ', &c.

Νεφ. v. 5.

c Στρατεύονται γὰρ, &c.] Hoc autem ideò, facere consueverant, quòd se, dum res sibi carissimæ adessent, animosiores fore, atque adeò pro earum tutelâ fortiùs acriúsque dimicaturos, putarent. Darius milites suos adloquens, "Conjuges quoque, *inquit*, et liberi sequuntur "hanc aciem: parata hostibus præda, "nisi pro carissimis pignoribus corpora "opponimus." *Curt.* lib. iv, c. 14. Similiter *Max. Tyr.* Ἀλλὰ Πέρσαις μὲν αἱ παλλακίδες ἕπονται, ἵνα μάχωνται καλῶς ὑπὲρ τῶν φιλτάτων. Dissert. xiv, p. 152, *edit. Cant.* Et de iisdem *Herodot.*—χρυσόν τε πολλὸν καὶ ἀργυρον ἔχοντες ἐνέπιπτον· ἁρμαμάξας τε ἅμα ἄγοντο, ἐν δὴ, παλλακὰς καὶ θεραπηίην πολλὴν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένην. lib. vii, c. 83.

νῦν τε εἰ [a] βούλοιντο ἰέναι ἐπ' αὐτὰς, ἢ σφίσι σύμμαχοι ὑπάρξειαν ἢ ἡγήσαιντο· ἅμα δὲ πρὸς τούτοις διηγοῦντο τὰ τῶν πολεμίων ὡς ἔχοι, οἷα δὴ ἐπαίρειν βουλόμενοι ὡς μάλιστα στρατεύεσθαι αὐτόν. Καὶ ὁ Κῦρος ἐπήρετο αὐτὰς, Καὶ δοκεῖτε ἄν, ἔφη, ἡμᾶς ἔτι καταλαβεῖν αὐτοὺς, πρὶν ἐν τοῖς ἐρύμασιν εἶναι; ἡμεῖς μὲν γὰρ, ἔφη, μάλα συμφορὰν τοῦτο ἡγοῦμεθα εἶναι, ὅτι ἔλαθον ἡμᾶς ἀποδράντες. Ταῦτα δὲ ἔλεγε βουλόμενος αὐτοὺς ὡς μέγιστον φρονεῖν ἐπὶ σφίσιν. Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο, ὅτι [b] καὶ αὔριον ἔωθεν, εἰ εὖ ζῶνοι πορεύοιντο, καταλήψοιντο· ὑπὸ γὰρ τοῦ ὄχλου καὶ τῶν ἁμαξῶν σχολῇ πορεύεσθαι αὐτούς· καὶ ἅμα, ἔφασαν, ἅτε τὴν προλεραίαν νύκτα ἀγρυπνήσαντες, νῦν μικρὸν πορευθέντες

hoc tempore eos adgredi vellent, se quoque socios et duces ipsis itineris futuros: simul commemorabant etiam quo loco res hostium essent, utpote qui eum quàm maximè ad expeditionem *hanc* suscipiendam excitare cupiebant. Et Cyrus eos interrogans, An existimatis, inquit, nos adhuc eos adsequuturos, priusquam intra munitiones se recipiant? nam hoc *ipsum* nos magni infortunii loco ducimus, quod clam nobis aufugerint. Hæc verò dicebat, quòd eos magnificentissimè de se sentire vellet. Illi autem responderunt, postridiè etiam manè fieri posse, si expediti pergerent, ut *eos* adsequerentur: præ turbâ enim et plaustris eos lentè iter facere: ac præterea, inquiunt, quippe quòd nocte superiore vigilâssent, jam paululùm progressi castra me-

a Εἰ *βούλοιντο ἰέναι*, &c.] Sic editi ferè omnes: cùm tamen margines exhibere soleant *βούλοιντο ἰέναι ἐπ' αὐτοὺς, ἢ σφεῖς σύμμαχοι ὑπάρχοιεν ἢ ἡγήσοιντο*, hanc lectionem sibi sequendam duxit Leunclavius. At ea, quam recepimus, nec minùs commoda est, et meliùs iis respondere videtur, quæ modò præcesserant, *εἰ θέλοιεν οἱ ἀμφὶ Κῦρον συνεπιθέσθαι*: nec non iis, quæ mox sequuntur,——*αὔριον ἔωθεν, εἰ εὖζωνοι πορεύοιντο*. MS. autem Bodl. dat *εἰ βούλοιντο ἰέναι ἐπ' αὐτοῦς, ἢ σφεῖς σύμμαχοι ὑπάρξοιεν ἢ ἡγήσαιντο*.

b Καὶ *αὔριον ἔωθεν, εἰ*, &c.] Malè hæc verba à Leunclavio accepta sunt, qui ea sic distinxit, *ὅτι ἢ αὔριον, ἔωθεν εἰ εὖζωνοι πορεύοιντο*, &c. et reddidit, *etiam postridiè posse, si statim à diluculo expediti pergerent*, &c. At *ἔωθεν* illud ab *αὔριον* minimè sejungendum est; nec ad *πορεύοιντο*, sed ad *καταλήψοιντο*, unà cum *αὔριον* referendum est. Ex sequentibus enim liquet, Cyrum non expectâsse, dum postera dies illucesceret, sed, milites ut primùm corpora cibo curaverunt, iter ingressum esse: Ἐπειδὴ δ' ἐδείπνησαν, ἐξῆγε τὸ στράτευμα, ἔτι φωτὸς ὄντος, &c. Et paulò infrà reperimus eum (prout hîc futurum dicunt Hyrcanii) hostes postridiè manè opprimentem et in fugam vertentem: *τῶν δὲ πολεμίων, ἐπεὶ σαφὲς ἐγένετο, οἱ μὲν ἐθαύμαζον*, &c. Verùm alia etiam subest causa, cur interpunctionem et versionem Leunclavii rejiciamus. Nam Hyrcanios certè non fugerat, in Persicis esse moribus, ante ortum solem exercitum non movere: iique adeò nequaquam Cyrum, ut cum suis *statim à diluculo* (prout ἔωθεν vertit Leunclavius) procederet, monere vellent. Hanc autem consuetudinem Persicam respexit Q. Curtius, l. iii, c. 2. *Orto sole ad noctem agmina, sicut descripta erant, intravêre vallum*, et, cap. 3, disertis verbis exprimit: *Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere.* Idem docuit ante Curtium Herodotus, lib. vii, c. 54.—τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἀνέμενον τὸν ἥλιον, ἐθέλοντες ἐδέεσθαι ἀνίσχοντα, θυμίημασί τε παντοίοισι ἐπὶ τῶν γεφυρέων καταγίζοντες, καὶ μυρσίνησι στορνύντες τὴν ὁδόν· ὡς δ' ἐπανέτελλε ὁ ἥλιος, &c.

ἐςρατοπεδεύκασι. Καὶ ὁ Κῦρος ἔφη, Ἔχετε οὖν ὧν λέγετε πιςόν τι, ἡμᾶς [a] διδάσκον, ὡς ἀληθεύετε; Ὁμήρους γ', ἔφασαν, ἐθέλομεν ἐλάσαντες αὐτίκα τῆς νυκτὸς ἀγαγεῖν· μόνον καὶ σὺ ἡμῖν θεῶν τε πιςὰ ποίησον, [b] καὶ δεξιὰν δὸς, ἵνα φέρωμεν καὶ τοῖς ἄλλοις ταῦτα, ἅπερ ἂν αὐτοὶ λάβωμεν παρὰ σοῦ. Ἐκ τούτου τὰ πιςὰ δίδωσιν αὐτοῖς, [c] ἦ μὴν, ἐὰν ἐμπεδῶσιν ἃ λέγουσιν, ὡς φίλοις καὶ πιςοῖς [d] χρήσεσθαι αὐτοῖς, ὡς μήτε Περσῶν μήτε Μήδων μεῖον ἔχειν παρ' αὐτῷ. Καὶ νῦν δ' ἔτι ἰδεῖν ἐςιν Ὑρκανίους καὶ πιςευομένους καὶ ἀρχὰς ἔχοντας, ὥσπερ καὶ Περσῶν καὶ Μήδων οἳ ἂν δοκῶσιν ἄξιοι εἶναι.

Ἐπειδὴ δ' ἐδείπνησαν, ἐξῆγε τὸ ςράτευμα ἔτι φωτὸς ὄντος, καὶ τοὺς Ὑρκανίους περιμένειν ἐκέλευσεν, ἵνα ἅμα ἴοιεν. Οἱ μὲν

tati sunt. Et Cyrus inquit, Ergóne pignus quo fidem dictis faciatis aliquod habetis, quod nos doceat, vera vos dicere? Obsides, inquiunt, actutum *hinc* profecti nocte adducere volumus: tu modò quoque diis testibus *tuam* nobis adstringe fidem, et dextram da, ut ea ad alios etiam adferamus, quæ abs te acceperimus. Secundùm hæc fidem iis dat, omninò se, ea si præstent quæ pollicentur, illos et amicorum et fidorum *hominum* loco habiturum, ut deteriori apud se conditione non essent, quàm vel Persæ vel Medi. Atque hâc etiam tempestate videre est, et fidem Hyrcaniis haberi et eosdem magistratus gerere, quemadmodùm qui de natione Persarum et Medorum *iisdem* digni videntur esse.

Cyrus, posteaquam cœnatum esset, copias eduxit, cùm adhuc luceret, jussitque Hyrcanios opperiri, ut unà proficiscerentur. Ac Persæ

a Ἡμᾶς διδάσκον] Vulgò, ἡμᾶς διδάσκειν, ὡς, &c. Nos fidem editionis Etonensis secuti sumus: et eam, quam damus, lectionem Stephanus etiam vulgatæ illi præferendam putat.

b Καὶ δεξιὰν δὸς] Dextrâ nempe alteri aut præsenti aut per internuntium datâ, fidem obstringere solebant Persarum reges; eratque hoc apud eos sanctissimum fidei pignus. Diod. Sic. lib. xvi, p. 441, de Artaxerxe Thessalioni id jam fidei pignus daturo, quod paulò ante frustrà et non sine summo vitæ periculo poposcerat,——μετακαλεσάμενος τοὺς ὑπηρέτας, ἀφεῖναι προσέταξε, καὶ τὴν δεξιὰν ἔδωκε τῷ Θετταλίωνι. Ἔςι δ' ἡ πίςις αὕτη βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις. Dion. Chrysost. περὶ ἀπιςι. Τισσαφέρνης δὲ οὐκ ὤμοσε μὲν τοῖς περὶ Κλέαρχον: Τί δαὶ ὁ βασιλεύς; οὐχὶ καὶ τοὺς βασιλείους θεοὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀπέςειλε; p. 640, *edit. Morel.* Huc pertinent etiam Ctesiæ verba in *Persic.* c. 8, Καὶ Ἀμόργην φίλον τούτοις, τῶν δεξιῶν ἐμβαλλομένων, ἐποιεῖτο, καὶ ἀλλήλοις. Sed, aliis quoque gentibus hunc fidem dandi accipiendíque morem observatum fuisse, neminem ferè latet.

c Ἦ μὴν] Hæ particulæ in jurejurando sæpè et potissimùm reperiuntur. Ità apud Nostrum, lib. ii, p. 140, ἀλλὰ σὺν θεῶν ὅρκῳ λέγω, ἦ μὲν ἐμοὶ δοκεῖ Κῦρος, &c. Et passim alibi. Suidas, Ἦ μήν· ὄντως δή: qui hoc adfert exemplum: Ὄμνυμι τοὺς βασιλείους θεοὺς, ἦ μὴν ἐγὼ ὑμᾶς σώσω: alia dabit Budæus. Eâdem formulâ Deum jurâsse indicatur Heb. vi, 14. Ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ, &c. ubi malè Vers. Vulg. et Erasm. *Nisi benedicens*, &c. Rectiùs Beza: *Certè*, &c.

d Χρήσεσθαι] Stephanus, Leunclavius aliíque edidêre χρήσασθαι. Sed illorum uterque receptam lectionem laudat, eámque satìs tuentur MS. Bodl. et editio Eton. et res ipsa quidem flagitat.

δὴ Πέρσαι πάντες, ὥσπερ εἰκὸς, εὐθὺς ἔξω ἦσαν, καὶ Τιγράνης ἔχων τὸ ἑαυτῶ στράτευμα· τῶν δὲ Μήδων ἐξῆεσαν οἱ μὲν, διὰ τὸ παιδὶ Κύρῳ ὅλῃ παῖδες ὅλες φίλοι γενέσθαι· οἱ δὲ, διὰ τὸ, ἐν θήραις συγγενόμενοι, ἀγασθῆναι αὐτῶ τὸν τρόπον· οἱ δὲ, διὰ τὸ χάριν εἰδέναι ὅτι μέγαν αὐτοῖς φόβον ἀπεληλακέναι ἐδόκει· οἱ δὲ, καὶ ἐλπίδας ἔχοντες, διὰ τὸ ἄνδρα φαίνεσθαι ἀγαθὸν, καὶ εὐτυχῆ καὶ μέγαν ἔτι ἰσχυρῶς ἔσεσθαι αὐτόν· οἱ δὲ, ὅτε ἐτρέφετο ἐν Μήδοις, [a] εἴ τινι ἀγαθὸν συνέπραξεν, ἀντιχαρίζεσθαι ἐβούλοντο (πολλοῖς δὲ πολλὰ διὰ φιλανθρωπίαν παρὰ τοῦ πάππου ἀγαθὰ διεπέπρακτο)· πολλοὶ δ' ἐπεὶ τοὺς Ὑρκανίους εἶδον, καὶ λόγος διεδόθη, ὡς ἡγήσοιντο ἐπὶ πολλὰ ἀγαθὰ, ἐξῆεσαν καὶ τοῦ λαβεῖν τι ἕνεκα. Οὕτω δὴ καὶ Μῆδοι σχεδὸν ἅπαντες ἐξῆλθον, πλὴν ὅσοι σὺν Κυαξάρει ἔτυχον σκηνοῦντες· οὗτοι δὲ κατέμειναν, καὶ οἱ τούτων ὑπήκοοι. Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες φαιδρῶς καὶ προθύμως ἐξωρμῶντο, ἅτε οὐκ ἀνάγκη, ἀλλ' ἐθελοῦσιοι καὶ χάριτος ἕνεκα ἐξιόντες. Ἐπειδὴ δὲ ἔξω ἦσαν, πρῶτον μὲν πρὸς τοὺς Μήδους ἐξελθὼν ἐπῄνεσέ τε αὐτοὺς, καὶ ἐπηύξατο, μάλιστα μὲν θεοὺς αὐτοῖς ἵλεως ὅλους ἡγεῖσθαι καὶ σοφίσιν, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτὸς δυνηθῆναι χάριν αὐτοῖς ταύτης τῆς προθυμίας ἀποδοῦναι. Τέλος δ' οὖν εἶπεν ὅτι ἡγήσοιντο μὲν

quidem universi, ceu par erat, statim *castris* egrediebantur, et Tigranes *itidem* suis cum copiis; Medorum autem alii, quòd pueri cum Cyro puero amicitiam contraxerant, prodiêre; alii, quòd cum eo, in venationibus consuetudine congressi, mores ipsius admirati fuissent; alii, quòd gratiam ipsi haberent, qui metum eis ingentem depulisse videretur; alii, spe conceptâ, quòd *Cyrus* virum se virtute præditum præberet, eum etiam felicem valdéque magnum aliquando futurum: alii verò, si qua in se, dum apud Medos educaretur, contulerat beneficia, pro his vicissim ei rem gratam facere volebant (et multis *sanè* multa commoda, quæ ejus erat humanitas, apud avum confecerat); multi etiam, cùm Hyrcanios cernerent, et rumor esset diditus, *hos* ad multa bona *eis* duces futuros, illâ ipsâ de causâ proficiscebantur, ut aliquid consequerentur. Atque ità *factum*, *ut* et Medi prope universi prodirent, extra eos, quicunque Cyaxari fortè erant contubernales; hi enim, cum subjectis imperio suo, manebant. Cæteri omnes lætis alacribúsque animis illinc profecti sunt, utpote qui non coacti, sed sponte suâ gratificandíque studio prodirent. Cùm verò jam egressi essent, primùm Medos adiit, iisque collaudatis precatus est, maximè quidem ut dii propitii et ipsis et sibi duces essent, deinde ut et ipse gratiam iis pro hoc studio referre posset. Tandem pe-

a Εἴ τινι, &c.] Sic editi, quos vidi, omnes: quorum tamen margines dant εἴ τι ἀγαθὸν τὸ συνέπραξεν. MS. autem Bodl. εἴ τινι ἀγαθόν τι συνέπραξεν. At nihil est, quod lectionem vulgatam loco moveamus.

αὐτοῖς οἱ πεζοί, ἐκείνους δὲ ἕπεσθαι σὺν τοῖς ἵπποις ἐκέλευσε· καὶ ὅπου ἂν ἢ ἀναπαύωνται ἢ ἐπίσχωσι τῆς πορείας, ἐκέλευσεν αὐτοῖς πρός ἑαυτὸν παρελαύνειν τινάς, ἵνα εἰδῶσι τὸ ἀεὶ καίριον.

Ἐκ τούτου ἡγεῖσθαι ἐκέλευσε τοὺς Ὑρκανίους. Καὶ οἱ ἠρώτων, Τί δὲ οὐκ ἀναμένεις, ἔφασαν, τοὺς ὁμήρους ἕως ἂν ἀγάγωμεν, ἵνα καὶ σὺ ἔχων τὰ πιστὰ παρ' ἡμῶν πορεύῃ; Καὶ τὸν ἀποκρίνασθαι λέγεται, Ἐννοῶ γάρ, φάναι, ὅτι ἔχομεν πάντες τὰ πιστὰ ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς καὶ ταῖς ἡμετέραις χερσίν. Οὕτω γὰρ δοκοῦμεν παρεσκευάσθαι, ὡς, ἐὰν μὲν ἀληθεύητε, ἱκανοὶ εἶναι ὑμᾶς εὖ ποιεῖν· ἐὰν δὲ ἐξαπατᾶτε, οὕτω νομίζομεν ἔχειν, ὡς μὴ ἡμᾶς ἐφ' ὑμῖν γενέσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον, ἐὰν οἱ θεοὶ βούλωνται, ὑμᾶς ἐφ' ἡμῖν γενήσεσθαι. Καὶ μέντοι, ἔφη, ὦ Ὑρκάνιοι, ἐπειδήπερ φατὲ ὑσάτους πορεύεσθαι τοὺς ὑμετέρους, ἐπειδὰν ἴδητε αὐτούς, σημαίνετε ἡμῖν [a]ὅτι οἱ ὑμέτεροί εἰσιν, ἵνα φειδώμεθα αὐτῶν. Ἀκούσαντες ταῦτα οἱ Ὑρκάνιοι, τὴν μὲν ὁδὸν ἡγοῦντο, ὥσπερ ἐκέλευε, τὴν δὲ ῥώμην τῆς ψυχῆς ἐθαύμαζον· καὶ οὐχὶ τοὺς Ἀσσυρίους, οὐδὲ τοὺς Λυδούς, οὐδὲ τοὺς συμμάχους ἑαυτῶν ἔτι ἐφοβοῦντο, ἀλλὰ μὴ

dites præituros dixit, utque cum equis ipsi sequerentur imperavit: ac ubi vel requiescerent vel in itinere subsisterent, præcepit iis ut ad se quidam equis adveherentur, ut quid pro tempore quolibet fieri oporteret cognoscerent.

Secundùm hæc jussit Hyrcanios præire. Et illi interrogantes, Cur non expectas, inquiunt, donec obsides adducamus, ut et tu fide pignoribus à nobis *prius* acceptis progrediaris? Cyrus *ibi* respondisse fertur, Equidem cogito, inquit, nostris in animis manibúsque nostris fidei nos omnes habere pignora. Sic enim instructi *nobis* videmur, ut, vera si dicatis, nobis adsit beneficiis vos adficiendi facultas: sin fraude uti velitis, ità nos comparatos existimamus, ut minimè nos in potestate vestrâ, sed vos potiùs in nostrâ, diis volentibus, futuri sitis. Et verò Hyrcanii, ait, quia postremo loco vestros proficisci dicitis, ubi eos videritis, significate nobis illos esse vestros, iis utì parcamus. Hæc cùm audissent Hyrcanii, et præeundo itineris se duces præstabant, quemadmodùm mandârat, et animi robur admirabantur; neque jam Assyrios, neque Lydos, neque socios ipsorum ampliùs metuebant, sed *hoc unum* nè

a Ὅτι οἱ ὑμέτεροι] A quibusdam libris abest articulus iste: illum autem præstant MS. Bodl. Stephanus et Leunclavius, qui tamen illi notam apposuerunt. Sed, non minùs placet articulus hoc in loco positus, quàm in isto paulò post sequenti, λέγεσι τῷ Κύρῳ ὅτι ἕτοιμοί εἰσιν οἱ σφέτεροι, cum de hâc locutione, οἱ σφέτεροι, nullæ moveantur lites, illam, οἱ ὑμέτεροι, critici frustrà solicitâsse videntur.

παντάπασιν ὁ Κῦρος μικράν τινα ἑαυτῶν οἴοιτο ῥοπὴν εἶναι, ἢ παρόντων καὶ ἀπόντων.

Πορευομένων δὲ, ἐπεὶ νὺξ ἐγένετο, λέγεται φῶς τῷ Κύρῳ καὶ τῷ στρατεύματι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ προφανὲς γενέσθαι, ὥστε πᾶσι φρίκην μὲν πρὸς τὸ θεῖον ἐγγίγνεσθαι, θάρσος δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους. Ὡς δὲ εὐζωνοί τε καὶ ταχὺ ἐπορεύοντο, εἰκότως πολλήν τε ὁδὸν διήνυσαν, καὶ ἅμα κνέφαι πλησίον γίγνονται τοῦ τῶν Ὑρκανίων στρατεύματος· Ὡς δ' ἔγνωσαν οἱ ἄγγελοι, λέγουσι τῷ Κύρῳ ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ σφέτεροι· τῷ τε γὰρ ὑσάτους εἶναι, γιγνώσκειν ἔφασαν, καὶ τῷ πλήθει τῶν πυρῶν. Ἐκ τούτου πέμπει τὸν ἕτερον αὐτῶν πρὸς αὐτούς, προστάξας λέγειν, εἰ φίλοι εἰσίν, ὡς τάχιστα ὑπαντᾶν τὰς δεξιὰς ἀναλείναντας. Συμπέμπει δέ τινας καὶ τῶν σὺν ἑαυτῷ, καὶ λέγειν ἐκέλευσε τοῖς Ὑρκανίοις, ὅτι ὡς ἂν ὁρῶσιν αὐτοὺς προσφερομένους, ὕτω καὶ αὐτοὶ [a] ποιήσουσιν. Οὕτω δὴ ὁ μὲν μένει τῶν ἀγγέλων παρὰ Κύρῳ, ὁ δὲ προσελαύνει πρὸς τοὺς Ὑρκανίους.

Ἐν ᾧ δ' ἐσκόπει τοὺς Ὑρκανίους ὁ Κῦρος ὅ, τι ποιήσουσιν, ἐπέσησε τὸ στράτευμα· καὶ παρελαύνουσι πρὸς αὐτὸν οἱ τῶν Μήδων πρόεσκοτες καὶ ὁ Τιγράνης, καὶ ἐρωτῶσι τί δεῖ ποιεῖν. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς,

Cyrus omninò parum in ipsis momenti situm existimaret, sive *ei* adessent sive abessent.

Cùm autem, iis progredientibus, nox adpetiisset, traditum est, Cyro et exercitui lucem clarissimam cælo datam fuisse, *quo factum* ut in animis omnium *quidam* horror erga numen divinum, et in hostes confidentia nasceretur. Et quia expediti celeritérque pergerent, mirum non est si magnum confecissent iter, atque *adeò* cum *ipso* crepusculo prope ab Hyrcaniorum copiis aberant. Id cùm nuntii animadvertissent, Cyrum docent, hos esse suos; nam *hoc* et indè se intelligere aiebant, quòd essent ultimi, et de ignium multitudine. Tum eorum alterum ad ipsos mittit, jubétque dicere, ut si *quidem* essent amici, quàm celerrimè sublatis dextris occurrerent. Quosdam etiam suorum unà mittit, *quibus* præcipit Hyrcaniis dicerent, futurum ut ipsi eodem se gererent modò, quo eos ad se ferri viderent. Atque ità nuntius alter apud Cyrum manet, alter ad Hyrcanios equo provehitur.

Interea verò, dum quid Hyrcanii facturi essent considerabat Cyrus, exercitum subsistere jussit; et eum adequitant principes Medorum et Tigranes, et quid faciendum sit interrogant. Ille autem dicit iis,

a Ποιήσουσιν] In nonnullis libris legitur ποιήσουσιν. At Stephanus et Leunclavius omninò rectè scripserunt ποιήσουσι, quod MS. etiam Bodl. exhibet.

Τῶτ' ἐςὶ τὸ πλησίον Ὑρκανίων ςράτευμα, καὶ ὄχεται ὁ ἕτερος τῶν ἀγγέλων πρὸς αὐτὸς, καὶ τῶν ἡμετέρων τινὲς σὺν αὐτῷ, ἐρῶντες, εἰ φίλοι εἰσὶν, ὑπαντᾶν τὰς δεξιὰς ἀναλείναντας πάντας. Ἐὰν μὲν οὖν οὕτως ἴωσι, δεξιῶσθε αὐτὸς καθ' ὃν ἂν ᾖ ἕκαστος, καὶ ἅμα θαῤῥύνετε· ἐὰν δὲ ὅπλα αἴρωνται, ἢ φεύγειν ἐπιχειρῶσι, τῶτων, ἔφη, πρώτων εὐθὺς πειράσθε μηδένα λείπειν. Ὁ μὲν τοιαῦτα παρήγγειλεν. Οἱ δὲ Ὑρκάνιοι ἀκούσαντες τῶν ἀγγέλων, ἥσθησάν τε, καὶ ἀναπηδήσαντες ἐπὶ τὸς ἵππους παρῆσαν, τὰς δεξιὰς, ὥσπερ εἴρητο, προτείναντες· οἱ δὲ Μῆδοι καὶ οἱ Πέρσαι ἀντεδεξιῶντό τε αὐτὸς καὶ ἐθάῤῥυνον. Ἐκ τῶτου δὴ λέγει ὁ Κῦρος, Ἡμεῖς μὲν δὴ, ὦ Ὑρκάνιοι, ἤδη ὑμῖν πιςεύομεν· καὶ ὑμᾶς δὲ χρὴ πρὸς ἡμᾶς ὕτως ἔχειν. Τῶτο δ', ἔφη, ἡμῖν πρῶτον εἰπάτε, ὁπόσον ἀπέχει ἐνθένδε ἔνθα αἱ ἀρχαί εἰσι τῶν πολεμίων, καὶ τὸ ἀθρόον αὐτῶν. Οἱ δὲ ἀπεκρίναντο ὅτι ὀλίγῳ πλέον ἢ παρασάγγην. Ἐνταῦθα δὴ λέγει ὁ Κῦρος, "Ἄγετε δή, ἔφη, ὦ ἄνδρες Πέρσαι, καὶ Μῆ-" δοι, καὶ ὑμεῖς, ὦ Ὑρκάνιοι, (ἤδη γὰρ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὡς συμμά-" χους καὶ κοινωνὸς διαλέγομαι) εὖ χρὴ εἰδέναι νῦν, ὅτι ἐν τύτῳ " ἐσμὲν, ἔνθα μαλακισάμενοι μὲν, πάντων ἂν τῶν χαλεπωτάτων " τύχοιμεν (ἴσασι γὰρ οἱ πολέμιοι ἐφ' ἃ ἥκομεν)· ἢν δὲ καλὰ τὸ " καρτερὸν ἐμβαλόμενοι ἴωμεν ῥώμῃ καὶ θυμῷ ἐπὶ τὸς πολεμίους,

Agmen hoc proximum Hyrcaniorum est, et ad eos nuntiorum alter abiit, cúmque hoc de nostris aliqui, monituri *eos*, ut si *quidem* amici sint, sublatis dextris occurrant omnes. Quapropter si hoc modo accesserint, dextras eis suo quisque loco porrigite, simúlque animum ipsis addite: sin arma expedierint, aut fugam moliantur, date operam, ait, nè quis ex *hostium* primis hisce supersit. Hujusmodi quædam præcipiebat *Cyrus;* Hyrcanii verò nuntios cùm audissent et gavisi sunt, et equis *celeriter* conscensis adfuerunt, dextras, utì denuntiatum fuerat, protendentes: et Medi ac Persæ dextras vicissim iis porrigebant, atque bono eos animo esse jubebant. Deinde Cyrus, Nos quidem, inquit, Hyrcanii, vobis jam fidem habemus; ac vos etiam eodem modo erga nos adfectos esse oportet. Verùm hoc primùm nobis dicite, quantum hinc distet *is locus* ubi hostium principes, et totæ eorum sunt copiæ. Responderunt illi, paulò majus intervallum esse parasangâ. Hìc Cyrus, " Agite, ergò, inquit, Persæ, Medi, et " vos Hyrcanii, (nam vos etiam tanquam auxiliares et socios adloquor) " certò *nos* scire oportet, eo res nostras esse in loco, ut si molliter " remisséque agamus, gravissima quæque *mala* nobis eventura sint " (nórunt enim hostes quarum rerum causâ huc advenerimus): sin " totis viribus inruentes, fortiter animoséque hostes adgrediemur.

" αὐτίκα μάλα ὄψεσθε ὥσπερ δούλων ἀποδιδρασκόντων ἢ εὑρη-
" μένων, τοὺς μὲν ἰκετεύοντας αὐτῶν, τοὺς δὲ φεύγοντας, τοὺς δ'
" οὐδὲ ταῦτα φρονεῖν δυναμένους. Ἡττημένοι τε γὰρ ὄψονται ἡμᾶς,
" ἢ ὅτε οἰόμενοι ἥξειν, ὅτε συντεταγμένοι, ὅτε μάχεσθαι πα-
" ρεσκευασμένοι, καταλειλημμένοι ἔσονται. Εἰ οὖν ἡδέως βούλοίμεθα
" καὶ δειπνῆσαι καὶ νυκτερεῦσαι καὶ βιοτεύειν τὸ ἀπὸ τοῦδε, μὴ
" δῶμεν αὐτοῖς σχολὴν μήτε βουλεύσασθαι, μήτε παρασκευάσασθαι
" μηδὲν ἀγαθὸν ἑαυτοῖς, μηδὲ γνῶναι πάμπαν ὅτι ἄνθρωποί
" ἐσμεν· ἀλλὰ γέρρα ἢ κοπίδας καὶ σαγάρεις ἅπαντα καὶ πλη-
" γὰς ἥκειν νομιζόντων. Καὶ ὑμεῖς μὲν, ἔφη, ὦ Ὑρκάνιοι, ὑμας
" αὐτοὺς προπετάσαντες ἡμῶν, [a] προπορεύεσθε ἔμπροσθεν, ὅπως
" τῶν ὑμετέρων ὅπλων ὁρωμένων λανθάνωμεν ὅτι πλεῖστον χρόνον.
" Ἐπειδὰν δ' ἐγὼ πρὸς τῷ στρατεύματι γένωμαι τῶν πολεμίων,
" παρ' ἐμοὶ μὲν καταλείπετε ἕκαστοι τάξιν ἱππέων, ὡς, ἐάν τι
" δέῃ, χρῶμαι μένων παρὰ τὸ στρατόπεδον. Ὑμῶν δὲ οἱ μὲν ἄρ-
" χοντες καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐν τάξει ἐλαύνετε ἀθρόοι, εἰ σω-
" φρονεῖτε, ἵνα μήποτε ἀθρόῳ τινι ἐντυχόντες ἀποβιασθῆτε·
" τοὺς δὲ νεωτέρους ἐφίετε διώκειν· οὗτοι δὲ καινόντων· τοῦτο γὰρ

" illicò videbitis, eorum, servorum fugitivorum more qui reperiuntur,
" alios supplicare, alios fugere, alios nè ad hæc quidem posse animos
" intendere. Nam victi nos adspicient, et neque fore ut adveniemus existimantes, neque in ordines dispositi, neque ad pugnam parati deprehendentur. Quamobrem si suaviter et cœnare et noctem
" *hanc* exigere et vivere deinceps volumus, nè demus eis deliberandi
" otium, neque parandi quidquam, quod ipsis ex usu sit, et nè omninò
" animadvertendi quidem quòd homines simus: sed non nisi scuta, et
" copidas, et secures, et plagas venisse putent. Et vos quidem, Hyrcanii, ait, vosmet nobis prætendendo, antecedite, quò vestris armis
" conspectis quàm longissimo tempore hostes fallere possimus. Verùm ubi ad hostium ego copias pervenero, cohortem equitum apud
" me singuli relinquite, ut eorum operâ, si quid opus fuerit, *ipse*
" apud exercitum manens utar. Vos autem qui principes estis et
" ætate provectiores, ordinibus servatis conferti procedite, si sapitis, ut
" nè in confertas *hostium* copias delapsi per vim repellamini: junioribus persequendi potestatem facite; iíque *adeò hostes* occidant: nam id

a Προπορεύεσθε ἔμπροσθεν] Simili planè modo πλησιάζει adverbium ἔμπροσθεν, Luc. xix, 4. Καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη, &c. Itaque Beza non audiendus est, qui Complutensis Nov. Test. editiones et MSti cujusdam codicis auctoritate nixus, frustráque de pleonasmo adverbii ἔμπροσθεν minimè insolenti solicitus, προσδραμὼν ἔμπροσθεν, potiùs quàm προδραμὼν ἔμπροσθεν, amplectendum putavit.

" ἀσφαλέστατον νῦν ὡς ἐλαχίστους τῶν πολεμίων λείπειν. [a] Ἢν δὲ " (τὸ πολλοῖς δὴ συμβεβηκὸς κρατοῦσι) τὴν τύχην ἀνατρέψαι γίγ- " νηται, φυλάξασθαι δεῖ τὸ ἐφ' ἁρπαγὴν τραπέσθαι· ὡς ὁ τοῦτο " ποιῶν, οὐκέτι ἀνήρ ἐστιν, ἀλλὰ σκευοφόρος, καὶ ἔξεστι τῷ βουλο- " μένῳ ἤδη χρῆσθαι τούτῳ ὡς ἀνδραπόδῳ. Ἐκεῖνο δὲ χρὴ γνῶναι, " ὅτι οὐθέν ἐστι κερδαλεώτερον τοῦ νικᾶν. [b] Ὁ γὰρ κρατῶν ἅμα " πάντα συνήρπακε, καὶ τοὺς ἄνδρας, καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ " χρήματα, καὶ πᾶσαν ἅμα τὴν χώραν. Πρὸς ταῦτα τοῦτο μόνον " ὁρᾶτε, ὅπως τὴν νίκην διασώσωμεν· ἐν γὰρ ταύτῃ καὶ αὐτὸς ὁ " ἁρπάζων ἔχεται. Καὶ τοῦτο ἅμα διώκοντες μέμνησθε, ἥκειν " πάλιν ὡς ἐμὲ ἔτι φωτὸς ὄντος· ὡς σκότους γενομένου οὐδένα ἔτι " προσδεξόμεθα."

Ταῦτα εἰπὼν ἀπέπεμπεν εἰς τὰς τάξεις ἑκάστους, καὶ ἐκέλευσεν ἅμα πορευομένους τοῖς αὑτοῦ ἕκαστον δεκαδάρχοις ταῦτα σημαίνειν·

" tutissimum hoc fuerit tempore, ut ex hostibus quàm paucissimos su- " perstites relinquamus. Quòd si accidat (id quod multis usu venit, " qui rerum potiuntur) ut evertamus *ipsorum* fortunam, cavendum " erit, nè ad prædam nos conferamus: nam qui hoc facit, non ampliùs " vir est et *miles*, sed sarcinarius calo, atque hunc *adeò* utì mancipium " tractare cuivis licet. Illud autem sciamus oportet, victoriâ nihil esse " quæstuosius. Nam qui victor est, is simul omnia corripit, et viros, " et mulieres, et opes, et regionem simul universam. Ad hæc unicum " illud videte, ut victoriam conservemus: quippe quâ etiam raptor " ipse continetur. Hoc quoque inter persequendum memineritis, ut " ad me, dum adhuc lucebit, redeatis: nam postquam tenebræ acces- " serint, neminem ampliùs admissuri sumus."

Hæc loquutus unumquemque suos ad ordines dimisit, simúlque edixit, *ad suos* cùm venissent, decurionibus suis hæc quisque significarent:

a Ἢν δὲ (τὸ, &c.] Sic in plerisque editis et MSto Bodl. legitur et distinguitur hic locus. Leunclavius autem dat, Ἢν δὲ πολλοῖς δὴ συμβεβηκὸς κρατοῦσι, τὴν, &c. At neque hæc, neque recepta quidem mihi arridet lectio. Stephanus verba ista depravata, ut opinor, existimans, in margine editionis suæ Latinæ rejicit nos ad annotationes, in quibus tamen de hoc toto loco silentium est. Ego sanè Mureto libenter accederem, qui ità legendum censuit, Ἐν δὲ, ὁ πολλοῖς ἤδη συμβεβηκὸς κρατοῦσι, τὴν νίκην ἀνέτρεψε φυλάξασθαι δεῖ, τὸν ἐφ' ἁρπαγὴν τραπέσθαι. Illud autem τὴν τύχην ferri potest, sed νίκην mavult Muretus: cujus ex sententiâ hoc dicit Cyrus, " Unum eis cavendum es- " se, nè cùm superiores esse cœperint, " convertantur ad prædam, et ad spo- " lianda occisorum corpora: eo enim " modo multis contigisse, ut cùm jam " vincerent, victoria ipsis è manibus ela- " beretur." Ejus autem rei crebra sunt in historiis exempla. Adi sis Diodor. Sic. l. xvi, p. 376, *edit. Cant.* Qui verò legerant p. 423, et Platonem de *Repub.* lib. v, ἦν pro ἕν, et ἀνατρέψαι pro ἀνέτρεψε, addidisse posteà de suo illud γίγνηται videntur.

b Ὁ γὰρ κρατῶν, &c.] Sic Alexander suos etiam, ut eorum incitaret animos, adlocutus est milites: *omnia victoriâ parari.* Curt. lib. iii, c. 10. Et Cyrus jam antea, lib. ii, p. 110.

(ἐν μεἰῶπῳ γὰρ οἱ δεκάδαρχοι ἦσαν, ὥσε ἀκούειν) τὰς δὲ δεκαδάρχους τῇ δεκάδι ἕκασον κελεύειν παραγγέλλειν. Ἐκ τούτου προηγεῖτο μὲν οἱ Ὑρκάνιοι, [a] αὐτὸς δὲ τὸ μέσον ἔχων σὺν τοῖς Πέρσαις ἐπορεύετο· τοὺς δὲ ἱππέας ἑκατέρωθεν, ὥσπερ εἰκὸς, παρέταξε. Τῶν δὲ πολεμίων, [b] ἐπεὶ σαφὲς ἐγένετο, οἱ μὲν ἐθαύμαζον [c] τὰ ὁρώμενα, οἱ δὲ ἐγίνωσκον ἤδη· οἱ δ' ἤγγελλον, οἱ δ' ἐβόων, οἱ δὲ ἔλυον ἵππους· οἱ δὲ συνεσκευάζοντο, οἱ δ' ἐῤῥίπτων τὰ ὅπλα ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων, οἱ δ' ὡπλίζοντο· οἱ δὲ ἀνεπήδων ἐπὶ τὰς ἵππους, οἱ δὲ ἐχαλίνουν· οἱ δὲ τὰς γυναῖκας ἀνεβίβαζον ἐπὶ τὰ ὀχήματα· οἱ δὲ τὰ πλείστου ἄξια ἐλάμβανον, ὡς διασωσόμενοι, οἱ δὲ καθορύττοντες τὰ τοιαῦτα ἠλίσκοντο· οἱ δὲ πλεῖστοι εἰς φυγὴν ὥρμων. Οἴεσθαι δὲ χρὴ καὶ ἄλλα πολλά τε καὶ παντοδαπὰ ποιεῖν αὐτούς· πλὴν ἐμάχετο οὐδείς, ἀλλ' ἀμαχητὶ ἀπώλοντο.

(nam quia in fronte decuriones erant, audire poterant) decurionum verò quemque juberent *eadem* decuriæ suæ denuntiare. Secundùm hæc antecedebant Hyrcanii, ipse cum Persis medium *agmen* tenens iter faciebat; equitésque in utrumque latus, ceu par erat, instructos collocavit. Cùm autem illuxisset, hostium alii obstupuerunt eis quæ cernebantur, alii jam *quid ageretur*, animadvertebant; alii *comperta* nuntiabant, vociferabantur alii, alii solvebant equos; alii vasa colligebant, alii de jumentis arma dejiciebant, alii armis se instruebant; alii in equos insiliebant, alii frænos eis injiciebant; alii in vehicula uxores imponebant; alii res maximi pretii sumebant, tanquam *eas* conservaturi, deprehendebantur alii, qui hujusmodi res defodiebant; maxima verò pars in fugam ruebat. Alia etiam multa variáque *tunc* fecisse eos existimandum est; extra *illud unum*, quod nemo pugnabat, sed sine prælio peribant.

a Αὐτὸς δὲ τὸ μέσον, &c.] Medium sanè potissimùm in acie locum Persarum regem tenuisse docet Xenophon, *anab.* lib. i, p. 157, ibidemque rationem etiam hujus tradit consuetudinis: Cyrum enim sategisse narrans, quid rex in prælio ageret, addit:—ᾔδει γὰρ αὐτὸν ὅτι μέσον ἔχοι τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος. Καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν βαρβάρων ἄρχοντες μέσον ἔχοντες τὸ αὐτῶν ἡγοῦντο, νομίζοντες οὕτως ἐν ἀσφαλεστάτῳ εἶναι ἢν ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ἑκατέρωθεν ᾖ, ἢ εἴ τι παραγγεῖλαι χρήζοιεν, ἥμισυ ἐν χρόνῳ αἰσθάνεσθαι τὸ στράτευμα. Καὶ βασιλεὺς δὴ τότε μέσον ἔχων τῆς ἑαυτοῦ στρατιᾶς ὁμως, &c. Quem locum Xenophontéum respexisse videtur *Arrianus* de Exped. lib. ii, p. 74. Αὐτὸς δὲ Δαρεῖος τὸ μέσον τῆς πάσης τάξεως ἐπεῖχε, καθάπερ νόμος τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι τέτακται· καὶ τὸν νοῦν τῆς τάξεως ταύτης Ξενοφῶν ὁ τῆς Γρύλλε ἀναγέγραφεν. Eum motum agnoscit et Lucianus, in dialogo qui Πλοῖον ἢ Εὐχαὶ inscribitur. Ἀλλὰ σὺ μὲν ἄρχε τῆς ἵππου, Λυκῖνος δὲ ἐχέτω τὸ δεξιόν· οὗτοσὶ δὲ Τιμόλαος ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ τέτακται. Ἐγὼ δὲ, κατὰ μέσον, ὡς νόμος βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, ἐπιβαίνω, &c. p. 941, et seq. *edit. Par.*

b Ἐπεὶ σαφὲς] Sic in editis omnibus legitur. MS. autem Bodl. dat ἐπεὶ φῶς ἐγένετο, quod et editorum margines exhibere solent, et pro receptâ quidem lectione placet.

c Τὰ ὁρώμενα] Stephanus habet τὰ δρώμενα, eâ, quam retinuimus, voce in marginem rejectâ. Quin et MS. Bodl. in margine agnoscit δρώμενα: cui tamen vulgatam lectionem non posthabendam censuimus.

Κροῖσος δὲ ὁ Λυδῶν βασιλεὺς, ὡς θέρος ἦν, τάς τε [a]γυναῖκας ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις προαπεπέμψαλο τῆς νυκτὸς, ὡς ἂν ῥᾷον πορεύοινλο καλὰ τὸ ψύχος, ἠ αὐτὸς ἔχων τὰς ἱππέας ἐπηκολούθει. Καὶ τὸν Φρύγα ταῦτά φασι ποιῆσαι, τὸν τῆς παρ' Ἑλλήσποντον ἄρχονλα Φρυγίας. Ὡς δὲ παρήσθονλο τῶν φευγόνλων ἠ καλαλαμβανόνλων ἑαυτὰς, πυθόμενοι τὸ γιγνόμενον, ἔφευγον δὴ ἠ αὐτοὶ καλὰ κράτος. Τὸν δὲ τῶν Καππαδοκῶν βασιλέα [b]ἠ τὸν τῶν Ἀραβίων ἔτι ἐγγὺς ὄνλας ἠ ὑποσάνλας ἀθωρακίστους [c]καλακαίνυσιν οἱ Ὑρκάνιοι. Τὸ δὲ πλεῖσον ἦν τῶν ἀποθανόνλων Ἀσσυρίων ἠ Ἀραβίων· ἐν γὰρ τῇ ἑαυτῶν ὄντες χώρᾳ, [d]ἀσυνλονώταλα πρὸς τὴν πορείαν εἶχον. Οἱ μὲν δὴ Μῆδοι ἠ Ὑρκάνιοι, οἷα δὴ εἰκὸς, [e]κραλοῦνλες,

Crœsus autem Lydorum rex, et mulieres, quòd æstas esset, noctu harmamaxis præmiserat, ut in frigore faciliùs iter facerent, et ipse cum equitatu subsequebatur. Eadem etiam Phrygem illum fecisse perhibent, qui *sitæ* ad Hellespontum Phrygiæ imperabat. Verùm ubi fugere quosdam et ad se jam pervenire senserunt, comperto quid fieret, etiam ipsi summâ virium contentione fugerunt. Cappadocum autem regem et Arabum, qui prope adhuc erant, et inermes subsistebant, Hyrcanii trucidant. Qui verò interficiebantur, maximâ ex parte Assyrii erant et Arabes: nam quòd in suâ *jam* essent regione, lentissimè progrediebantur. Ac Medi quidem et Hyrcanii hujusmodi quædam, inter persequendum,

a Γυναῖκας ἐν, &c.] De *harmamaxis* vide sis quæ notavimus lib. iii, p. 133.

b Καὶ τὸν τῶν] Leunclavius dat Καππαδοκῶν βασιλέα ἠ Ἀραβίων, utroque articulo in margine tantùm expresso. In aliis libris posterior comparet articulus; Stephanus autem priorem quoque reponendum conjecit. Et hujus quidem lectionis MStum Bodl. fidejussorem damus.

c Καλακαίνυσιν] Leunclavium secuti et lectionem margini tum MSti Bodl. tum editorum melioris notæ omnium, sic rescripsimus. Illud autem ἀποκλίνυσι, quod est in omnibus ferè vulgatis, margini primò illitum fuisse videtur, ad explicandum καλακαίνυσι, minùs vulgò notum: quod librarii non glossema, sed veram esse lectionem rati, in contextum tandem recipiendum putârunt. Quo factum, ut antiquo verbo in marginem rejecto, novum intruserint, quod prioris duntaxat explicatio erat. Eadem autem verba mox iterum inter se permutata occurrunt, rectéque adeò Leunclavio pro ἀποκλίνυσι, quòd vulgò legitur, καλακαίνυσι reposuit.

d Ἀσυνλονώταλα] Quidem libri habent συνλονώταλα, quod cùm loco non conveniat. Rectè Leunclavius et Stephanus reposuerunt ἀσυνλονώταλα. Hanc autem veram esse scripturam tum res ipsa, tum versiones Philelphi et Camerarii suadent; ille enim, *lentè admodùm incedebant;* hic, *minimè festinanter*, vertit. Stephanus sanè Philelphum σχολαιόταλα legisse primùm ratus est; id verò cùm à vulgatâ lectione longiùs recedat. Leunclavianam conjecturam, quàm et ipse Stephanus tandem probavit, omninò sequendam duximus. Nam, minimâ mutatione factâ, ἀσυνλονώταλα pro συνλονώταλα reponi potest. *Christophorus* quidem *Rufus* multa, in *Antexeg.* ad vulgatam lectionem tuendam adfert: sed nos Stephanum et Leunclavium veram vocem restituisse, eósque adeò sequendos esse, putamus.

e Εἰκὸς κραλοῦνλες] Sic edidêre Stephanus et Leunclavius; nec aliter dat MS. Bodl. In aliis verò libris legitur, οἷα δὴ εἰκὸς κρατοῦντας, non minùs, ni fallor, commodè; si modò eam tollamus distinctionem, quam inter εἰκὸς et κραλοῦνλες Leunclavius Stephanúsque posuêre.

τοιαῦτα ἐποίων διώκοντες. Ὁ δὲ Κῦρος τὰς παρ' ἑαυτῷ ἱππέας καὶ παλτεφθέντας περιελαύνειν ἐκέλευσε τὸ στρατόπεδον, καὶ εἴ τινας σὺν ὅπλοις ἐξιόντας ἴδοιεν, κολακαίνειν· τοῖς δ' ὑπομένουσιν ἐκήρυξεν, ὁπόσοι τῶν πολεμίων στρατιωτῶν ἦσαν ἱππεῖς, ἢ πελτασταί, ἢ τοξόται, ἀποφέρειν τὰ ὅπλα συνδεδεμένα, τοὺς δὲ ἵππους ἐπὶ ταῖς σκηναῖς καταλιπεῖν· ὅστις δὲ μὴ ταῦτα ποιήσῃ, αὐτίκα τῆς κεφαλῆς [a] στερηθήσεσθαι· τὰς δὲ κοπίδας προχείρους ἔχοντες, ἐν τάξει περιῆσαν. Οἱ μὲν δὴ τὰ ὅπλα ἔχοντες, ἔρριπτον ἀποφέροντες εἰς ἓν χωρίον ὅποι ἐκέλευσε· καὶ ταῦτα μὲν οἷς ἐπέταξεν ἔκαιον.

Ὁ δὲ Κῦρος ἐνενόησεν, ὅτι ἦλθον μὲν οὔτε σῖτα οὔτε ποτὰ ἔχοντες, ἄνευ δὲ τούτων οὔτε στρατεύεσθαι δυνατὸν, οὔτε ἄλλο ἁδὲν ποιεῖν. Σκοπῶν δὲ ὡς ἂν ταῦτα τάχιστα καὶ κάλλιστα γένοιτο, ἐνθυμεῖται ὅτι ἀνάγκη πᾶσι τοῖς στρατευομένοις ἐστὶν εἶναί τινα ὅτῳ, καὶ σκηνῆς μελήσει, καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια

qualia victores *facere* consentaneum est, patrabant. Cyrus autem equites apud se relictos castra circumequitare jussit, et si quos armatos exire viderent, *eos* occidere: remanentibus verò per præconem edicebat, ut quicunque milites hostium vel equites essent, vel peltastæ, vel sagittarii, arma colligata adferrent, equis ad tabernacula relictis: hæc autem quicunque non faceret, mox capite plecteretur: et cum strictis copidibus in ordine circumsteterunt. Itaque ii, quibus erant arma, unum in locum *illa* asportata abjiciebant, ubi *Cyrus* jusserat; et ea quidem concremabant illi, quibus hoc negotii dederat.

Cyrum autem cogitatio subit, se neque esculentis neque potulentis instructos venisse, sine quibus nec ulla suscipi expeditio, nec fieri quicquam aliud queat. Et cùm consideraret quo pacto hæc et celerrimè et rectissimè parari possent; animadvertit, omnibus militantibus opus esse quodam, cui et tabernaculum curæ foret, atque ut res necessariæ

a Στερηθήσεσθαι· τὰς, &c.] Inter hæc verba Leunclavius aliquid desiderari putat, atque hoc fortasse modo scriptum fuisse conjicit: Οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς περιήλαυνον τὸ στρατόπεδον, τὰς δὲ κοπίδας, &c. Spectant enim hæc, inquit, ad illud Cyri mandatum, paulò ante verbis his à Xenophonte commemoratum; τὰς παρ' ἑαυτῷ ἱππέας περιελαύνειν ἐκέλευσε τὸ στρατόπεδον. Stephanus autem Leunclaviana additamenta nolens amplecti, aliud remedium invenit, quo huic loco consulat, τὰς δὲ κοπίδας, scribendo: vel potiùs, οἱ μὲν οὖν τὰς κοπίδας. Addit etiam, incommodum hoc de Leunclavianâ lectione emergere, quod dicitur, περιήλαυνον τὸ στρατόπεδον, *circum castra vehebantur equites*, cùm sequatur περιέστασαν, *circumsteterunt*. At verò, respondet Leunclavius, parebant Cyri mandato equites, ὃς περιελαύνειν ἐκέλευσε τὸ στρατόπεδον, ac deindè ἐν τάξει περιῆσαν. Mihi quidem locus videtur mutilus; nam particulæ δὲ ea est vis, ut aliquid præcessisse ostendat. Et voces istæ, quas adjectas vult Leunclavius, ad supplendum hiatum aptæ satìs videntur.

παρεσκευασμένα τοῖς στρατιώταις εἰσιοῦσιν ἔσαι. [a] Καὶ τοίνυν ἔγνω ὅτι τούτους εἰκὸς μάλιστα πάντων ἐν τῷ στρατοπέδῳ νῦν καλεισθῆναι ἂν ἦν, διὰ τὸ ἀμφὶ συσκευασίαν ἔχειν· ἐκήρυττε δὴ παρεῖναι πάντας τοὺς ἐπιτρόπους· εἰ δέ που μὴ εἴη ἐπίτροπος, τὸν πρεσβύτατον ἀπὸ σκηνῆς· τῷ δὲ ἀπειθοῦντι πάντα τὰ χαλεπὰ ἀνεῖπεν. Οἱ δὲ, ὁρῶντες καὶ τοὺς δεσπότας πειθομένους, ταχὺ ἐπείθοντο. Ἐπεὶ δὲ παρεγένοντο, πρῶτον μὲν ἐκέλευσε καθίζεσθαι αὐτῶν οἷς ἐστι πλέον ἢ δυοῖν μηνῶν ἐν τῇ σκηνῇ τὰ ἐπιτήδεια. Ἐπεὶ δὲ τούτους εἶδεν, αὖθις ἐκέλευσεν οἷς μηνὸς ἦν· ἐν δὲ τούτῳ σχεδὸν σύμπαντες ἐκαθίζοντο. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἔμαθεν, εἶπεν ὧδε αὐτοῖς, "Ἄγετε τοίνυν, ἔφη, ὦ ἄνδρες, οἵτινες ὑμῶν τὰ μὲν κα-
"κὰ μισεῖτε, ἀγαθοῦ δέ τινος παρ' ἡμῶν βούλεσθ' ἂν τυγχά-
"νειν, ἐπιμελήθητε προθύμως, ὅπως διπλάσια ἐν τῇ σκηνῇ ἑκάστῃ
"σιτία καὶ ποτὰ παρεσκευασμένα ᾖ τοῖς δεσπόταις καὶ τοῖς
"οἰκέταις, ἢ ἃ καθ' ἡμέραν ἐποιεῖτε· καὶ τἆλλα δὲ πάντα ὁπό-
"σα καλὴν δαῖτα παρέξει, ἕτοιμα ποιεῖτε· ὡς αὐτίκα μάλα
"παρέσονται ὁπότεροι ἂν κρατῶσι, [b] καὶ ἀξιώσουσιν ἔκπλεω

militibus *in id* intrantibus paratæ essent. Itaque sentiebat verisimile esse id maximè temporis illos in castris deprensos esse, quòd in apparandis rebus *corporibus curandis* necessariis occuparentur: per præcones igitur edixit, ut procuratores *castrenses* omnes adessent, et sicubi procurator nullus esset, maximus natu è tabernaculo *veniret:* ei verò qui non pareret gravissima quæque indixit. Illi autem, cùm etiam dominos *jussis* obtemperare cernerent, statim paruerunt. Et cùm adessent, primùm sedere jussit illos, quibus esset plus quàm in duos menses in tabernaculo commeatus. Hos cùm adspexisset, rursùs *sedere* jussit quibus esset in *unum* mensem *commeatus:* ibi tum ferè omnes simul sederunt. Cúmque hæc comperisset, his eos verbis adlocutus est, "Agite verò, "inquit, ô viri, quicunque vestrûm mala exosi estis, et boni quidpi-"am à nobis consequi cupitis, promptis animis operam date, ut quo-"libet in tabernaculo cibi ac potûs plus duplo paratum sit et do-"minis et famulis, quàm quotidiè parare consuevistis: quin et alia "parata sint omnia facite, quæcunque dapes effectura sint lautas; "quippe mox aderunt, utricunque vicerint, æquúmque putabunt esse,

a Καὶ τοίνυν ἔγνω, &c.] Sic editi simul ac MS Bodl. nisi quòd in hoc non reperiatur illud ἦν post καλεισθῆναι ἄν. Leunclavius autem existimat, posse multò rectiùs hæc, καὶ τοίνυν ἔγνω, ὅτι εἰκὸς, &c. legi; si duntaxat in uno verbo, et in distinguendo, levis immutatio fiat, tali quodam modo; καὶ τοίνυν γνοὺς, ὅτι τούτους εἰκὸς μάλιστα πάντων ἐν τῷ στρατοπέδῳ νῦν καλεισθῆναι ἂν ἦν, διὰ τὸ ἀμφὶ συσκευασίαν ἔχειν, ἐκήρυττε δὴ παρεῖναι, &c. Sed, in vulgatâ lectione, nihil vitii esse videtur.

b Καὶ ἀξιώσουσιν] Vulgò, ἀξιώσωσιν Stephanus rectè ἀξιώσουσιν reposuit; quam scripturam præstat etiam MS. Bodl.

" ἔχειν πάντα τὰ ἐπιτήδεια. Ἴϛε οὖν [a] ὅτι συμφέροι ἂν ὑμῖν " ἀμέμπτως δέχεσθαι τȣ̀ς ἄνδρας." Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἀκȣ́σαντες, πολλῇ σπȣδῇ τὰ παρηγγελμένα ἔπραττον. Ὁ δ' αὐ συγκαλέσας τȣ̀ς ταξιάρχȣς ἔλεξε τοιάδε·

" Ἄνδρες φίλοι, [b] γιγνώσκομεν ὅτι νῦν ἔξεϛιν, [c] ἡμῖν προτέ- " ροις τῶν ἀπόντων συμμάχων ἀρίϛȣ τυχεῖν, ϗ τοῖς μάλα ἐσπȣ- " δασμένοις σιτίοις καὶ ποτοῖς χρῆσθαι· ἀλλ' ȣ̓ μοι δοκεῖ τȣ̃τ' ἂν " τὸ ἄριϛον πλέον ὠφελῆσαι ἡμᾶς, ἢ τὸ τῶν συμμάχων ἐπιμε- " λεῖς φανῆναι, ȣ̓δ' ἂν αὕτη ἡ εὐωχία ἰσχυροτέρȣς τοσȣ̃τον ποιῆ- " σαι ὅσον εἰ δυναίμεθα τȣ̀ς συμμάχȣς προθύμȣς ποιεῖσθαι. Εἰ " δὲ τῶν νυνὶ διωκόντων [d] ϗ κατακαινόντων τȣ̀ς ἡμετέρȣς πολεμίȣς, " καὶ μαχομένων εἴ τις ἐναντιȣ̃ται, τȣ́των δόξομεν ȣ̃τως ἀμελεῖν " ὥϛε ϗ πρὶν εἰδέναι ὅ, τι πράττȣσιν, ἠριϛηκότες φαίνεσθαι, ὅπως " μὴ αἰσχροὶ μὲν φανȣ́μεθα, ἀσθενεῖς δ' ἐσόμεθα, συμμάχων ἀπο- " ρȣ̃ντες. Τὸ δὲ τῶν πονȣ́ντων καὶ κινδυνευόντων [e] ἐπιμεληθῆναί " τινα, ὅπως εἰσιόντες τὰ ἐπιτήδεια ἕξȣσιν, αὕτη ἂν ἡμᾶς ἡ θοίνη

" ut res omnes necessarias adfatim habeant. Itaque scire vos volo è " re vestrâ futurum, si viros sine querelis exceperitis." Hæc illi cùm audîssent, magno studio imperata faciebant. *Cyrus* autem convocatis cohortium præfectis hujusmodi quædam verba fecit:

" Scimus jam licere nobis, amici, ante absentes socios prandium " sumere, cibísque adeò studiosè admodùm paratis ac potu uti: verùm " mihi non videtur hoc prandium magìs nobis profuturum, quàm si " pateat socios nobis curæ fuisse, neque tantas nobis vires additurum " esse hoc convivium, quantæ *nobis accessuræ sunt*, si socios *ad nos juvan-* " *dos* alacres reddere possimus. Quòd si eos, qui jam persequuntur " et interficiunt hostes nostros, et, si quis *adhuc* resistit, dimicant, us- " que adeò negligere videbimur, ut etiam, prius quàm cognoverimus " quid rerum agant, nos pransos esse constet, *vereor* ne manifesti si- " mus turpitudinis, et, sociis destituti, vires nostræ debilitentur. At eo- " rum curam gerere qui et labores perferunt et pericula adeunt, ut ad- " ventantes *scilicet* res habeant necessarias, hoc *verò* epulum multò nos

a Ὅτι συμφέροι] Hanc lectionem dant Stephanus, *edit. Eton.* et MS. Bodl. In aliis ferè omnibus libris est, συμφέρει.

b Γιγνώσκομεν ὅτι] Sic editi omnes, nec aliter MS. Bodl. Stephanus mavult, γιγνώσκω μὲν. At nihil mutandum censeo.

c Ἡμῖν] Vulgò, ὑμῖν: at lectionem, quam amplexi sumus, exhibent MS. Bodl. et *edit. Argentor.* eaque meliùs huc, nisi fallor, quàm vulgata illa, quadrat.

d Καὶ κατακαινόντων] MS. Bodl. habet ἀποκτεινόντων: quod recepti verbi glossema primùm extitisse videtur. Vide quæ hâc de re notavimus, p. 203.

e Ἐπιμεληθῆναί τινα] Vox ultima in MSto Bodl. non comparet: et potest, ut mihi quidem videtur, sine loci detrimento abesse.

" πλείω εὐφράνειεν, ὡς ἐγώ φημι, ἢ τὸ παραχρῆμα τῇ γαστρὶ χαρίσασθαι. Ἐννοήσατε δ', ἔφη, ὡς εἰ μηδ' ἐκείνως αἰσχυντέον ἦν, οὐδ' ὡς ἡμῖν προσήκει οὔτε πλησμονῆς πολε, οὔτε μέθης· οὐ γάρ πω διαπέπρακται ἡμῖν ἃ βουλόμεθα, ἀλλ' αὐτὰ πάντα νῦν ἀκμάζει ἐπιμελείας δεόμενα. Ἔχομεν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολεμίους πολλαπλασίους ἡμῶν αὐτῶν, ἢ τότως λελυμένους· ὃς καὶ φυλάττεσθαι ἴσως ἔτι προσήκει, καὶ φυλάττειν, ὅπως ὦσι καὶ οἱ ποιήσοντες ἡμῖν τὰ ἐπιτήδειαν. Ἔτι δ' οἱ ἱππεῖς ἡμῖν ἄπεισι, φροντίδα παρέχοντες ὅπου εἰσί· κἂν ἔλθωσιν, εἰ παραμενοῦσιν. Ὥστε, ὦ ἄνδρες, νῦν μοι δοκεῖ τοιοῦτον σῖτον προσφέρεσθαι δεῖν ἡμᾶς ἢ τοιοῦτον ποτὸν, ὁποῖόν τις οἴεται μάλιστα σύμφορον εἶναι, πρὸς τὸ μήτε ὕπνῳ, μήτε ἀφροσύνης ἐμπίπλασθαι. Ἔτι δὲ καὶ χρήματα ἐγὼ οἶδα ὅτι πολλὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐστὶν, ὧν οὐκ ἀγνοῶ ὅτι δυναλὸν ἡμῖν (κοινῶν αὐτῶν ὄντων τοῖς συγκαλειληφόσι) νοσφίσασθαι ὁπόσα ἂν βουλώμεθα· ἀλλ' οὔ μοι δοκεῖ τὸ λαβεῖν κερδαλεώτερον εἶναι τοῦ δικαίους φαινομένους ἐκείνοις, τούτῳ πρίασθαι, ἔτι μᾶλλον αὐτοὺς ἢ νῦν ἀσπάζεσθαι ἡμᾶς. Δοκεῖ δέ μοι, ἔφη, ἢ τὸ νεῖμαι τὰ χρήματα, ἐπειδὰν ἔλθωσι, Μήδοις ἢ Ὑρκανίοις ἢ Τιγράνῃ

" magìs exhilaraverit, meâ quidem sententiâ, quàm si statim ea quæ " gulæ grata sunt faciamus. Etiam *hoc* cogitetis *velim*, ut illos maximè " revereri non debeamus, *tamen* nè sic quidem vel satietati unquam vel " temulentiæ nos indulgere consentaneum esse: necdum enim confeci- " mus ea quæ volumus, sed ea jam omnia curam quæ requirunt et *di-* " *ligentiam*, in ipso sunt articulo. Nam in castris hostes habemus nu- " mero plures nobis ipsis, eósque solutos; à quibus forsan adhuc cavere " nos convenit, et *eosdem* custodire, ut sint qui nobis res necessarias pa- " rent. Absunt prætereà à nobis equites, qui solicitudinem, quonam sint " in loco, adferunt: ac si redeant, mansurîne sint nobiscum. Quapropter, " viri, meâ quidem sententiâ, cibus ejusmòdi hoc tempore potúsque no- " bis est sumendus, cujusmodi quis existimet ad hoc maximè idoneum, " ut nec somno, nec dementiâ repleamur. Scio itidem magnam in " *hisce* castris pecuniæ copiam esse, de quâ non ignoro fieri posse ut " nos, (utut illa nobis sit cum iis qui nobiscum eam cepêre, communis) " quantam voluerimus, avertamus; verùm non quæstuosius hoc ego " futurum arbitror, si *hanc ipse* sumamus, quàm si justos illis nos de- " clarantes, ratione hâc id comparemus, ut nos majori quàm modò " benevolentiâ complectantur. Etiam pecuniarum, inquit, divisionem " Medis et Hyrcaniis et Tygrani, postquam advenerint, permittendam

" ἐπιτρέψαι· κἂν τι μεῖον ἡμῖν δάσωνται, κέρδος ἡγήσασθαι·
" διὰ γὰρ τὰ κέρδη ἥδιον ἡμῖν παραμενοῦσι. Τὸ μὲν γὰρ νῦν
" πλεονεκτῆσαι, ὀλιγοχρόνιον ἂν ἡμῖν τὸν πλοῦτον παράσχοι· τὸ
" δὲ, ταῦτα προεμένους, ἐκεῖνα κτήσασθαι, ὅθεν ὁ πλοῦτος φύεται,
" τοῦθ', ὡς ἐγὼ δοκῶ, ἀενναότερον ἡμῖν δύναιτ' ἂν τὸν πλοῦτον
" καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις παρέχειν. Οἶμαι δ', ἔφη, καὶ οἴκοι
" ἡμᾶς τοῦτο ἕνεκεν ἀσκεῖν ἢ γαστρὸς κρείττους εἶναι καὶ ἀκαίρων
" κερδῶν, ἵν', ὁπότε δέοι, δυναίμεθα αὐτοῖς συμφόρως χρῆσθαι·
" πῶς δ' ἂν ἐν μείζοσι τῶν νῦν παρόντων ἐπιδειξαίμεθα τὴν παι-
" δείαν, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ."

Ὁ μὲν ἅτως εἶπε· συνεῖπε δ' αὐτῷ Ὑστάσπας, ἀνὴρ Πέρσης τῶν ὁμοτίμων, ὧδε. Δεινὸν γὰρ τ' ἂν εἴη, ὦ Κῦρε, εἰ ἐν θήρᾳ μὲν πολλάκις ἄσιτοι καρτερῶμεν, ὅπως θηρίον τι ὑποχείριον ποιησώμεθα καὶ μάλα μικρὸν ἴσως ἄξιον· ὅλβον δὲ ὅλον πειρώμενοι θηρᾶν, εἰ ἐμποδών τι ποιησαίμεθα γενέσθαι ἡμῖν, ἃ τῶν μὲν κακῶν ἀνθρώπων ἄρχει, τοῖς δ' ἀγαθοῖς πείθεται, [a] οὐκ ἂν μὴ πρέποντα ἡμῖν δοκοίημεν ποιεῖν. Ὁ μὲν Ὑστάσπας δὴ ἅτω συνεῖπεν· οἱ δ' ἄλλοι πάντες ταῦτα συνήνεσαν. Ὁ δὲ Κῦρος εἶπεν, Ἄγετε δή, ἔφη,

" arbitror: ac si minus quoque nobis tribuerit, *id ipsum* in lucro ponen-
" dum esse: nam ob hæc lucra libentiùs nobiscum manebunt. Nos hoc
" quidem tempore proprii commodi rationem habere, opes nobis brevi
" temporis spatio duraturas conciliaverit: verùm his neglectis illa pa-
" rare, undè divitiæ nascuntur, hoc *nimirum*, meo judicio, nobis nos-
" trísque omnibus opes magìs perennes suppeditare possit. Arbitror
" autem, ait, propterea domi quoque nos et ad gulam et ad quæstûs
" intempestivi cupiditatem frænandam adsuefactos, ut iis, cùm usus
" veniat, commodè possimus uti: quibus autem in rebus meliùs quàm
" in præsentibus, edere queamus disciplinæ specimen, equidem non
" video."

Hoc quidem modo dixit *Cyrus:* ejúsque orationem Hystaspas Persa, unus ex ὁμοτίμων numero, hujusmodi verbis comprobavit: Absurdum nempè fuerit, Cyre, nos in venatione quidem sæpenumerò ciborum ad usi toleranter abstinere, quàdam utì ferâ potiamur, eáque forsan parvi admodùm pretii; at in conatu solidas venandi opes, si nobis ea patiamur esse impedimento, quæ pravis quidem hominibus dominantur, sed bonis cedunt, nos haud videri, quod minimè nos deceat, facere. Et ità quidem Hystaspes *Cyri* verba adprobavit; cæterique omnes his adsensi sunt. Et Cyrus, Agite ergo, inquit,

a Οὐκ ἂν μὴ, &c.] Particulam negantem ultimam ex conjecturâ repesuit Leunclavius; sine quâ sensus idoneus ex his Hystaspæ verbis haud elici possit. Ea autem hoc modo videntur conjungenda, δεινὸν ἂν εἴη, εἰ οὐκ ἂν δοκοίημεν μὴ πρέποντα ἡμῖν ποιεῖν, &c.

ἐπειδὴ ὁμονοοῦμεν ταῦτα, πέμψαι ἀπὸ λόχου πένε ἄνδρας ἕκαστος τῶν σπουδαιοτάτων· ἔτοι δὲ περιϊόντες ὃς μὲν ἂν ὁρῶσι πορσύνοντας τὰ ἐπιτήδεια, ἐπαινέντων· ὃς δ' ἀμελοῦντας, κολαζόντων ἀφειδέστερον ἢ ὡς δεσπόται. Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα ἐποίουν.

Τῶν δὲ Μήδων τινὲς ἤδη οἱ μὲν ἁμάξας προωρμημένας καταλαμβάνοντες καὶ ἀποστρέψαντες προσήλαυνον μεσὰς ὧν ἐδεῖτο ἡ στρατιά, οἱ δὲ καὶ ἁρμαμάξας γυναικῶν τῶν βελτίστων, τῶν μὲν γνησίων, τῶν δὲ καὶ παλλακίδων, διὰ τὸ κάλλος συμπεριαγομένων· καὶ ταύτας εἰληφότες προσῆγον. [a] Πάντες γὰρ ἔτι καὶ νῦν οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν στρατευόμενοι ἔχοντες τὰ πλείστου ἄξια στρατεύονται, λέγοντες ὅτι μᾶλλον μάχοιντ' ἄν, εἰ τὰ φίλτατα παρείη· τούτοις γάρ φασιν ἀνάγκην εἶναι προθύμως ἀλέξειν. Ἴσως μὲν οὖν οὕτως ἔχει· ἴσως δὲ καὶ ποιοῦσιν αὐτὰ τῇ ἡδονῇ χαριζόμενοι.

Ὁ δὲ Κῦρος, ὁρῶν τὰ τῶν Μήδων ἔργα καὶ Ὑρκανίων, ὥσπερεὶ καὶεμέμφετο αὐτὸν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ὅτι [b] οἱ ἄλλοι τοῦτον τὸν χρόνον ἀκμάζειν τε μᾶλλον ἑαυτῶν ἐδόκουν, καὶ προσκτᾶσθαί τι, αὐτοὶ

quando de his eadem est *omnium* nostrûm sententia, mittite de *suo* quisque manipulo viros quinque in primis graves, qui *per castra* circumeuentes collaudent eos, quoscunque res necessarias parare viderint; in negligentes autem nihilo parciùs quàm si ipsorum essent domini, animadvertant. Et hæc quidem illi faciebant.

Medorum verò quidam, cum partim plaustra, quæ *è castris hostium* dedum excesserant, rebus quibus indigebat exercitus referta, adsequerentur et reverti coëgissent, advecti sunt; partim *harmamaxas* interceptas cum præstantissimis mulieribus, quas vel *conjuges* legitimas, vel concubinas formæ causæ viri secum duxerant, *ad castra* adducebant. Nam hoc etiam tempore Asiatici omnes cùm exercitum in expeditionem educunt, ità solent educere, ut res maximi pretii secum sumant, quippe aiunt se pugnandi fore avidiores, eæ si res adsint, quas carissimas habent: has enim animosè defendendi necessitatem sibi imponi dicunt. Et fortasse quidem ità se res habet; fortassis etiam hæc, voluptati utì indulgeant, faciunt.

Cyrus autem, cum Medorum et Hyrcaniorum facinora cerneret, *ipse* sibi suísque quasi succensebat, quòd alii hoc ipsos tempore vigore quodam superare viderentur, atque aliquid etiam adquirere, ipsi

a Πάντες γὰρ ἔτι, &c.] Vide quæ adduximus, p. 103.

b Οἱ ἄλλοι τοῦτον] Editi omnes exhibent, οἱ ἄλλοι ἂν τοῦτον. Muretus legendum putat, ἀπὸ τοῦτον, &c. At Stephanus vocem istam penultimam rectiùs delendam judicavit: cujus conjecturam MSti Bodl. auctoritate confirmatam, omninò sequendam duximus.

δ' ἐν ἀργολέρᾳ χώρᾳ ὑποκαλαμένειν. Καὶ γὰρ δὴ οἱ ἀπάγοντες, ἀποδεικνύντες Κύρῳ ἃ ἦγον, πάλιν ἀπήλαυνον, μεταδιώκοντες τὰς ἄλλας· ταῦτα γὰρ ἔφασαν σφίσι προσελάχθαι ποιεῖν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. Δακνόμενος δὴ ὁ Κῦρος ἐπὶ τούτοις, ταῦτα μὲν ὅμως καλεχώριζε· συνεκάλει δὲ πάλιν τὰς ταξιάρχας, καὶ σὰς ὅπᾳ ἔμελλεν ἂν ἐξακούεσθαι τὰ λεγόμενα, εἶπε τάδε.

"Ὅτι μὲν, ὦ ἄνδρες φίλοι, εἰ καλάσχοιμεν τὰ νῦν προφαι-
" νόμενα, μεγάλα μὲν ἂν ἅπασι Πέρσαις ἀγαθὰ γένοιτο, μέ-
" γιστα δ' ἂν εἰκότως ἡμῖν, δι' ὧν πράσσεται, πάντες, οἶμαι,
" γινώσκομεν· ὅπως δ' ἂν αὐτῶν ἡμεῖς κύριοι γενοίμεθα, μὴ
" αὐτάρκεις ὄντες κλήσασθαι αὐτὰ, εἰ μὴ ἔσαι οἰκεῖον ἱππικὸν
" Πέρσαις τοῦτο ἀκέτι ἐγὼ ὁρῶ. Ἐννοεῖτε γὰρ δὴ, ἔφη, ἔχομεν
" ἡμεῖς οἱ Πέρσαι ὅπλα, οἷς δοκοῦμεν τὰς πολεμίας τρέπεσθαι ὁμόσε
" ἰόντας· καὶ δὴ τρεπόμενοι, ποίας ἢ ἱππέας, ἢ τοξότας, ἢ πελ-
" τασὰς, ἢ ἀκοντιστὰς, ἄνευ ἵππων ὄντες δυναίμεθα ἂν φεύ-
" γοντας ἢ λαβεῖν, ἢ [a] καλακαίνειν; Τίνες δ' ἂν φοβοῖντο ἡμᾶς
" προσιόντες κακοργεῖν ἢ τοξόται, ἢ ἀκοντισταὶ, ἢ ἱππεῖς, εὖ εἰδό-
" τες ὅτι ἀδεὶς αὐτοῖς κίνδυνος ὑφ' ἡμῶν κακόν τι παθεῖν

verò loco ab exercenda industriâ remotiori hærere. Etenim qui prædam abducebant, monstratis Cyro rebus iis quas adferebant, rursùm cæteros persequuturi *hostes* avecti sunt: hæc enim utì facerent, imperatum sibi suis à præfectis aiebant. Quæ tametsi Cyrum morderent, suis tamen ille locis singula reponebat; convocabat autem denuò cohortium præfectos, et cùm ibi constitisset, unde exaudiri quæ dicerentur possent, hæc protulit:

" Arbitror ego, amici, vos omnes animadvertere, bona ingentia Persis
" universis cessura, maximáque adeò nobis, ceu par est, quorum adqui-
" runtur operâ, si *quidem* illa quæ nobis sunt jam ostentata obtinueri-
" mus: verùm quo his pacto potiri queamus, cùm virium satìs ad ea
" comparanda nobis non suppetat, nisi proprius Persis equitatus fuerit,
" equidem non video. Nam velim vobis in mentem veniat, ait, nos
" Persas instructos armis esse, quibus hostes cominùs *nobiscum* congres-
" sos in fugam vertere posse videmur: at ubi jam eos in fugam ver-
" terimus quosnam vel equites, vel sagittarios, vel peltastas, vel jacu-
" latores fugientes aut capere possimus, aut interficere, cùm nulli nobis
" sint equi? Quinam itidem contra nos tendere formident, ac male-
" ficiis nos vexare, sive sagittarii, sive jaculatores, sive equites, cùm
" certò sciant nihil iis *imminere* periculi, nè à nobis magìs quàm

a Καταλαίνειν;] Vulgò, ἀποκλεῖναι; Sed Leunclavium sequendum duximus, ob rationem supra adlatam, p. 203.

« μᾶλλον ἢ ὑπὸ τῶν πεφυκότων δένδρων; Εἰ δὲ ταῦτα ἔτως « ἔχει, ἆρ' οὐδηλον, ἔφη, ὅτι οἱ νῦν παρόντες ἡμῖν ἱππεῖς νομί- « ζουσι ταῦτα πάντα ὑποχείρια γιγνόμενα ἆρ' ἧττον ἑαυτῶν « εἶναι ἢ ἡμέτερα; Ἴσως δὲ νὴ Δία καὶ μᾶλλον. Νῦν μὲν ἔν « ἔτω ταῦτα ἔχει κατ' ἀνάγκην. Εἰ δὲ ἡμεῖς ἱππικὸν κτησαί- « μεθα μὴ χεῖρον τούτων, ἃ πᾶσιν ἡμῖν καταφανὲς ὅτι « τούς τ' ἂν πολεμίους δυναίμεθα ἄνευ τούτων ποιεῖν, ἅπερ καὶ « νῦν σὺν τούτοις, τούτους τὲ ἔχοιμεν ἂν τότε μετριώτερον πρὸς « ἡμᾶς φρονοῦντας; ὁπότε γὰρ ἢ παρεῖναι ἢ ἀπεῖναι βούλοιντο, « ἧττον ἂν ἡμῖν μέλοι, εἰ αὐτοὶ ἄνευ τούτων ἀρκοῖμεν ἡμιν αὐ- « τοῖς. Εἶεν. Ταῦτα μὲν δή, οἶμαι, ἁδεὶς ἂν ἀντιγνωμονήσειε « μὴ οὐχὶ τὸ πᾶν διαφέρειν τῶν Περσῶν γενέσθαι οἰκεῖον ἱππικόν. « Ἀλλ' ἐκεῖνο ἴσως ἐννοεῖτε, πῶς ἂν τοῦτο γένοιτο. Ἆρ' ἔν σκεψώ- « μεθα, εἰ βουλόμεθα καθεσάναι ἱππικὸν, τί ἡμῖν ὑπάρξει, « καὶ τίνος ἐνδεῖ. Οὐκοῦν ἵπποι μὲν ἔτοι πολλαὶ ἐν τῷ στρατο- « πέδῳ καταλειλημμένοι, καὶ χαλινοὶ οἷς πείθονται, καὶ τἆλλα ὅσα « δεῖ ἵππους ἔχουσι χρῆσθαι. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἷς γε δεῖ ἄνδρα ἱπ- « πέα χρῆσθαι ἔχομεν, θώρακας μὲν, ἐρύματα τῶν σωμάτων, « πάλτα δὲ, οἷς καὶ μεθιέντες καὶ ἔχοντες χρώμεθα ἄν. Τί δὴ τὸ « λοιπόν; Δηλονότι ἀνδρῶν δεῖ. Οὐκοῦν τοῦτο μάλιστα ἔχομεν·

« à consitis arboribus detrimenti quid accipiant? Quòd si hæc ità « se habeant, annon manifestum est, ait, illos equites qui modò no- « biscum sunt, existimare universa hæc quæ capta sunt, non minùs « sua esse quàm nostra? Imò profectò magìs etiam fortasse. Et jam « sanè hæc utì sic se habeant necessarium est. At verò si nos « equitatum paremus nihilo horum *equitatu* deteriorem, annon no- « bis omninò perspicuum est, futurum, ut et adversùs hostes ea « sine his geramus, quæ cum his modò gerimus, et ut hos *ip-* « *sos* erga nos modestiores experiamur? nam cùm vel adesse vel « abesse velint, minùs curæ nobis erit, si nobis ipsis *etiam* absque « his facultas res conficiendi nostras abundè suppetat. Esto. Ne- « mo certè, ut opinor, contra hanc sententiam repugnando dubitare « possit, quin omninò præstet, Persas proprium sibi equitatum pa- « rare. Sed illud forsan vobiscum animo cogitatis, quo pacto confieri « hoc possit. Consideremus itaque, si *quidem* equitatum instituere ve- « limus, quid nobis adsit, quídque desit. Sunt igitur hi *nobis* equi multi « numero, capti in castris; *sunt* item frena quibus regi solent, cæteráque « omnia quibus ad usum equorum opus est. Quin et illa nobis suppe- « tunt, quibus eques uti debet, *nimirum* loricæ, munimenta corporum, et « palta, quibus et ejaculandis et retentis uti possumus. Quid ergò reli- « quum? Viris nempè *nobis* opus est. Atqui hoc potissimùm habemus;

" ὐδὲν γὰρ ὅτως ἡμέτερόν ἐσιν, ὡς ἡμεῖς ἡμῖν αὐτοῖς. Ἀλλ' ἐρεῖ
" τις ἴσως, ὅτι ὐκ ἐπισάμεθα. [a] Μὰ Δί· ὐδὲ γὰρ τῶν ἐπισα-
" μένων νῦν, πρὶν μαθεῖν, ὐδεὶς ἠπίσαλο. Ἀλλ' εἶποι ἄν τις,
" ὅτι παῖδες ὄνλες ἐμάνθανον. Καὶ πότερον οἱ παῖδές εἰσι Φρο-
" νιμώτεροι, ὥσε μαθεῖν τὰ Φραζόμενα καὶ δεικνύμενα, ἢ οἱ ἄν-
" δρες; πότεροι δὲ, ἐὰν μάθωσιν, ἱκανώτεροι τοῖς σώμασιν ἐκ-
" πονεῖν, οἱ παῖδες ἢ οἱ ἄνδρες; Ἀλλὰ μὴν σχολή γε ἡμῖν μαν-
" θάνειν ὅση ὅτε παισὶν, ὅτε ἄλλοις ἀνδράσιν· ὅτε γὰρ τοξεύειν
" ἡμῖν μαθηλέον ὥσπερ τοῖς παισί· προεπισάμεθα γὰρ τᾶτο· ὅτε
" μὴν ἀκονλίζειν· ἐπισάμεθα γὰρ τᾶτο· ἀλλ' ὐδὲ μὴν ὥσπερ καὶ
" τοῖς ἄλλοις ἀνδράσι, τοῖς μὲν γεωργίαι ἀσχολίαν παρέχσσι,
" τοῖς δὲ τέχναι, τοῖς δὲ ἄλλα οἰκεῖα· ἡμῖν δὲ σραλεύεσθαι ὐ μόνον
" σχολὴ, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη· Ἀλλὰ μὴν ὐχ ὥσπερ ἄλλα πολλὰ
" τῶν πολεμικῶν, χαλεπὰ μὲν, χρήσιμα δέ· ἱππικὴ δὲ ὐκ ἐν
" ὁδῷ μὲν ἡδίων ἢ αὐτὸς τοῖν ποδοῖν πορεύεσθαι; ἐν δὲ σπε-
" δῇ, ὐχ ἡδὺ ταχὺ μὲν Φίλῳ παραΓενέσθαι, εἰ δέοι, ταχὺ δὲ,

" nihil enim æquè nostrum est, atque nosmet nobis ipsi sumus. At
" dixerit fortasse quispiam, nos imperitos esse. Ità profectò res est:
" neque enim illorum quisquam, qui jam periti sunt, priusquam disceret,
" peritus erat. Verùm quis objecerit, eos, pueri dum essent, didicisse.
" Utrùm verò in pueris an in viris prudentiæ plus est ad discendum ea
" quæ dictantur et monstrantur? quibus, postquam didicerint, ab exer-
" cendum *ea*, magìs idonea corpora sunt, pueris an viris? At verò
" tantum nobis est ad discendum otii, quantum nec pueris, nec aliis
" viris: neque enim sagittandi nobis discenda est ars, sicut pueris;
" nam hanc jam ante tenemus: neque jaculandi; cùm illam *quoque*
" calleamus: nec item *nobis accidit* quod hominibus cæteris, quibus
" negotia partim agrorum cultura, partim artificia, partim aliæ do-
" mesticæ res exhibent; nobis ad tractandam rem militarem non
" otium duntaxat est, sed etiam necessitas *imponitur*. At verò non
" hîc est, quod in aliis multis rebus ad bellum necessariis, quæ sunt
" illæ quidem difficiles, sed utilitatem adferunt: annon equitatio ju-
" cundior est in itinere quàm pedibus incedere? in festinatione autem,
" nonne jucundum est celeriter, si sit opus, amico adesse; celeritérque,

a Μὰ Δί· οὐδὲ] MS. Bodl. ex editis nonnulli, duabus prioribus vocibus omninò prætermissis, dant ——— οὐκ ἐπισάμεθα, οὐδὲ γὰρ, &c. Easdem etiam Stephanum et Leunclavium suspectas habuisse, ex notis, quas iis appinxêre, constat. Ego verò eas ad integritatem orationis tuendam necessarias, atque adeò retinendas, censeo. Præcedentem autem negationem respiciunt; ubi cùm fingatur quis objiciens, *Persas equestris disciplinæ prorsus ignaros esse;* idem et ipse fatetur Cyrus, *Eos sanè artem equitandi minimè callere:* quid verò isthuc tam mirum est? *cùm nè illorum quidem*, &c. Hîc itaque prior locutio repetenda videtur, quasi diceretur, Μὰ Δί' οὐκ ἐπισάμεθα· οὐδὲ γὰρ &c.

" εἴτε ἄνδρα εἴτε θῆρα δέοι διώκοντα καταλαβεῖν; Ἐκεῖνο δὲ οὐκ
" εὐπετὲς, τὸ, ὅ,τι ἂν δέῃ ὅπλον φέρειν, τὸν ἵππον τοῦτο συμ-
" φέρειν; οὐκοῦν ταυτό γ' ἐστὶν ἔχειν τὲ καὶ συμφέρειν. [a] Ὁ γεμὴν
" μάλιστ' ἄν τις φοβηθείη, μὴ, εἰ δεήσει ἐφ' ἵππου κινδυνεύειν
" πρότερον ἡμᾶς, πρὶν ἀκριβοῦν τὸ ἔργον τοῦτο, κἄπειτα μήτε
" πεζοὶ ἔτι ὦμεν, μήθ' ἱππεῖς ἱκανοί· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἀμήχα-
" νον· ὅπου γὰρ ἂν βουλώμεθα, ἐξέσται ἡμῖν πεζοῖς εὐθὺς μά-
" χεσθαι· οὐδὲν γὰρ τῶν πεζικῶν ἀκομαθησόμεθα, ἱππεύειν μα-
" θόντες. Κῦρος μὲν οὕτως εἶπε· Χρυσάντας δὲ συναγορεύων
αὐτῷ, ὧδε ἔλεξεν·

" Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, οὕτως ἐπιθυμῶ ἱππεύειν μαθεῖν, ὡς
" νομίζω, ἐὰν ἱππεὺς γένωμαι, [b] ἄνθρωπος πτηνὸς ἔσεσθαι. Νῦν

" vel hominem vel feram, si poscat usus, insequendo intercipere?
" Illud autem nonne commodum est, quodcunque armorum genus
" ferendum sit, id equum unà portare? nimirum idem est, et habere
" *istà* et unà gestare. Quod verò maximè quis vereri possit, nè, si
" necesse fuerit in equo prius nos prælii periculum subire, quàm hoc
" *equitandi* munus accuratè teneamus, tum demum neque pedites am-
" pliùs simus, neque satìs idonei equites; nec hoc *ipsum* adeò omninò
" est explicatu difficile: nam ubicunque voluerimus, nobis statim lice-
" bit peditibus dimicare: quippe equitandi artem edocti, nihil eorum,
" quæ ad artem pedestris pugnæ pertinent, dediscemus." Cyrus qui-
" dem hanc orationem habuit: et Chrysantas ejus sententiam adprobans,
" in hunc modum loquutus est:

" Equidem, inquit, usque adeò equitandi artem discere cupio, ut
" existimem me hominem volatilem fore, si eques factus fuero. Nam

a Ὁ γεμὴν, &c.] Non temerè est, quod Cyrus quempiam vereri posse dicit, nè dum equitandi arti discendæ operam dent, ad peditum fungendum munus minùs apti redderentur; nam passim docent historici, ità ferè cum militibus comparatum esse, ut qui ex iis pedites sint optimi, iidem equestris artis sint fermè imperiti; ac vicissim, qui equitandi arte valeant, ad pedestre certamen descendere vereantur. Hinc *Constantio* præcipuè laudi datum est, quod inter equites pariter ac pedites emineret. Οὐκοῦν ὁ μέν τις ἐκείνων πεζὸς ὢν ἀγαθὸς, τὴν ἱππικὴν τέχνην ἠγνόησεν· ὁ δὲ ἐπιστάμενος χρῆσθαι τοῖς ἱππικοῖς, ὀκνεῖ πεζὸς εἰς μάχην ἰέναι. Μόνῳ δὲ ὑπάρχει σοι τῶν μὲν ἱππέων ἀρίστῳ φαίνεσθαι παραπλησίως ἐκείνοις σταλέντι· μετασκευασαμένῳ δὲ ἐς τοὺς ὁπλίτας, κρατεῖν ἁπάντων ῥώμῃ καὶ τάχει, καὶ τῇ τῶν ποδῶν κουφότητι. Jul. *Or.* i, p. 11. Ad hæc autem verba vide sis quæ notavit vir eruditiss. *Ez. Spanh.*

b Ἄνθρωπος πτηνὸς, &c.] Chrysantæ quidem, jam spe studióque equitandi gestientis, ipsa exultat oratio. Eandem verò loquendi rationem, in re simili, adhibuit *Plato:* Πρὸς τοίνυν τὰ τοιαῦτα, ὦ φίλε, πτεροῦν χρὴ παιδία ὄντα εὐθὺς, ἵν' ἄν τι δέῃ πετόμενοι ἀποφεύνωσι. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἦν δ' ἐγὼ, ἀναβιβαστέον ὡς νεωτάτους καὶ διδαξομένους ἱππεύειν, ἐφ' ἵππων ἀκτέον (ità enim distinguendus est hic locus, non, ut vulgò, διδαξομένους ἱππεύειν ἐφ' ἵππων, ἀκτέον, &c.) ἐπὶ τὴν θέαν μὴ θυμοειδῶν μηδὲ μαχητικῶν, ἀλλ' ὅτι ποδωκεστάτων καὶ εὐηνιωτάτων· οὕτω γὰρ, &c. de *Repub.* lib. 5, p. 467. ubi sermo habetur de ratione excogitandâ, quâ pueri res bellicas tuti spectent. Ad hunc autem Platonis locum respicit *Julianus* in *Orat.* i, p. 11. quem adducit etiam illustriss. Spanhemius in *Observat.* ad istam Orationem.

" μὲν γὰρ ἔγωγε [a] ἀγαπῴην, ἐξίσᾳ τῷ θεῖν ὁρμηθεὶς ἀνθρώπῳ,
" μόνον τῇ κεφαλῇ προσχὼν, ἂν τε θηρίον παραθέον ἰδὼν
" δυνηθῶ διατεινόμενος φάσαι, ὥσε ἀκοντίσαι ἢ τοξεῦσαι
" πρὶν πάνυ πρόσω αὐτὸ γενέσθαι· ἢν δὲ ἱππεὺς γέωμαι, δυνή-
" σομαι μὲν ἄνδρα ἐξ ὄψεως μήκιστα καθαιρεῖν, δυνήσομαι δὲ,
" θηρία διώκων, τὰ μὲν ἐκ χειρὸς παίειν καλαλαμβάνων, τὰ δὲ
" ἀκονίζων ὥσπερ ἑστηκότα· καὶ γὰρ ἐὰν ἀμφότερα ταχέα ᾖ, ὅμως
" δὲ πλησίον γίγνηται ἀλλήλων, ὥσπερ τὰ ἑστηκότα ἔσαι. [b] Ἐγὼ
" δὲ δὴ μάλιστα δοκῶ, ἔφη, ζώων ἐζηλωκέναι ἱπποκενταύρους, εἰ
" ἐγένοντο· ὥσε προβουλεύεσθαι μὲν ἀνθρώπῳ φρονήσει, ταῖς δὲ
" χερσὶ τὸ δέον παραμᾶσθαι, ἵππῳ δὲ τάχος ἔχειν καὶ ἰσχὺν, ὥσε
" τὸ μὲν φεῦγον αἱρεῖν, τὸ δὲ ὑπομένον ἀναλρέπειν· ἐκὼν πάντα
" κἀγὼ ταῦτα ἱππεὺς γενόμενος, [c] συγκομίζομαι πρὸς ἐμαυτόν.

" modò satìs mihi certè fuerit, si cum aliquo currere pariter adgressus,
" solo *eum* capite antevertam; et si feram prætercurrentem videam, ità
" contento cursu prævertere possim, ut prius eam vel jaculo vel sagittâ
" feriam, quàm procul admodùm evaserit: at eques si factus fuero,
" virum interimere tanto ex intervallo potero, quanto à me fuerit con-
" spectus: et feras persequens, partim eas potero cominùs interceptas,
" partim quasi stantes jaculando ferire; nam si duo velocia sint, et pro-
" pius tamen ad se invicem accedant, stantium instar erunt. Ego verò,
" inquit, maximè *omnibus* ex animalibus hippocentauros, si qui fuerunt,
" admirari soleo; quòd et humanâ prudentiâ consilium caperent priùs,
" et quod opus esset manibus efficerent, et equi celeritatem et robur
" haberent ad id capiendum quod fugeret, et prosternendum quod
" subsisteret hæc igitur omnia et ipse factus eques, in me conferam.

a Ἀγαπῴην, ἐξίσᾳ, &c.] Totum hunc locum ità legit *Muretus*; Νῦν μὲν γὰρ ἔγωγε ἀγαπῴην, ἢν ἐξίσου τῷ θεῖν ὁρμηθεὶς ἀνθρώπῳ, μόνον τῇ κεφαλῇ προσχώ. Libri nonnulli dant, Νῦν μὲν γὰρ ἔγωγε ἀγαπῶ, ἢν γ' ἐξίσᾳ τῷ θεῖν ὁρμηθεὶς, ἀνθρώπῳ, μόνον τῇ κεφαλῇ προσχώ· vel προσχῶ. Ego nihil muto, cùm optimi quique receptam lectionem servent, eáque nihil vitii habeat.

b Ἐγὼ δὲ δὴ, &c.] Stephanus, Leunclavius, et alii exhibent, Ὁ δὲ δὴ μάλιστα, &c. Editio autem *Eton.* Ἐγὼ δὴ μάλιστα, &c. *Argentor.* Ἐγὼ δὲ δὴ μάλιστα, &c. quam sequendam censui. Et hujus quidem lectionis vestigia servat MS. Bodl. qui dat, ὦ δὲ δὴ, &c. nec aliter ferè in suo exemplari scriptum esse ait Camerarius. Fatetur et ipse Stephanus, frustrà quenquam redditionem ad ista verba, Ὁ δὲ δὴ, &c. quæsiturum. Et Budæus, cùm nihil illis reddi videret, ex illo ὃ faciendum putavit ἐγὼ, quod impensiùs illi haud dubiè placuisset, si pro ὃ in libris suis legisset ὦ, quod repræsentat MS. Bodl. De *hippocentauris* autem vide quæ monet Palæphatus 1. de *Inc.* et Hieron. Magius *Misc.* lib. i, c. 20. prolixè disputat.

c Συγκομίζομαι] Sic editi, quos vidi, omnes: Stephanus scribendum putat συγκομίσομαι: de quâ emendatione illi adsentiri videtur Gabrielius in suâ interpretatione, quæ ità se habet, *hæc omnia in me unum congeram:* necnon Leunclavius, in editione tertiâ, cujus versionem damus. Placet itaque Stephani conjectura; præsertim cùm ea, quæ mox sequuntur, verba futuro etiam tempore prolata sint.

" Προνοεῖν μέν γε ἔξω [a] πάντα τῇ ἐμῇ ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ, ταῖς
" δὲ χερσὶν ὁπλοφορήσω, διώξομαι δὲ τῷ ἵππῳ, τὸν δ' ἐναντίον
" ἀναλῃέψομαι τῇ τοῦ ἵππου ῥώμῃ· ἀλλ' ὁ συμπεφυκὼς δεδήσο-
" μαι, ὥσπερ οἱ ἱπποκένταυροι· ἀκοῦν τοῦτό γε κρεῖττον ἢ συμ-
" πεφυκέναι. Τοὺς μὲν γὰρ ἱπποκενταύρους οἶμαι ἔγωγε πολλοῖς
" μὲν ἀπορεῖν τῶν ἀνθρώποις εὑρημένων ἀγαθῶν ὅπως δεῖ χρῆσθαι,
" [b] πολλοῖς δὲ τῶν ἵππων ἡδέων πεφυκότων, πῶς αὐτῶν χρὴ ἀπο-
" λαύειν. ἐγὼ δὲ, ἢν ἱππεύειν μάθω, ὅταν μὲν ἐπὶ τοῦ ἵππου
" γένομαι, τὰ τοῦ ἱπποκενταύρου δήπου διαπράξομαι· ὅταν δὲ
" καταβῶ, δειπνήσω, καὶ ἀμφιέσομαι, καὶ καθευδήσω, ὥσπερ οἱ
" ἄλλοι ἄνθρωποι· ὥστε τί ἄλλο, ἢ διαιρετὸς ἱπποκένταυρος καὶ
" πάλιν σύνθετος [c] γίγνομαι; Ἔτι δ', ἔφη, καὶ τόδε πλεονεκ-
" τήσω τοῦ ἱπποκενταύρου· ὁ μὲν γὰρ δυοῖν ὀφθαλμοῖν προεωρᾶτο,
" καὶ δυοῖν ὤτοιν ἤκουεν· ἐγὼ δὲ τέτταρσι μὲν ὀφθαλμοῖς τεκμα-
" ρῶμαι, τέτταρσι δὲ ὠσὶ προαισθήσομαι· πολλὰ γάρ φασιν ἀν-
" θρώποις καὶ ἵππον τοῖς ὀφθαλμοῖς προορῶντα δηλοῦν, πολλὰ δὲ
" τοῖς ὠσὶ προακούοντα σημαίνειν. Ἐμὲ μὲν οὖν, ἔφη, γράφε

" Mente quidem humanâ providere cuncta potero, manibus arma
" geram, persequar equo, equíque *tandem* robore adversarium proster-
" nam: neque tamen, ut hippocentauri, concretus equo adligabor:
" atqui hoc certè melius est, quàm à naturâ *equo* adhærescere. Nam
" hippocentauros equidem ignorâsse arbitror, quo pacto multis com-
" moditatibus ab hominibus inventis uti oporteret, quóque pacto mul-
" tis rebus jucundis, quas equis natura concessit, frui conveniret: ego
" verò, si equitare didicero, cùm equo insedero, quæ hippocentauri
" sunt nimirum perficiam; cùm descendero, quemadmodùm reliqui
" homines, cœnabo, et vestiar, et dormiam: quare quid aliud futurus
" sim, quam hippocentaurus qui dividi et rursùm componi poterit?
" Ero prætereà, inquit, hâc etiam in parte meliori conditione quàm
" hippocentaurus; nam oculis ille duobus prospiciebat, et auribus dua-
" bus audiebat; ego verò quatuor oculis in explorando utar, et auri-
" bus quatuor præsentiam: aiunt enim equum etiam oculis multa pro-
" spicientem hominibus indicare, et significare *itidem* multa quæ auribus
" ipse priùs percipiat. Itaque me, ait, illorum in numerum adscribe,

a Πάντα τῇ ἐμῇ, &c.] In nonnullis editis deest illud ἐμῇ: quod quidem servant Stephani et Leunclavii editiones; in quibus tamen notæ ei, suspectæ lectionis indices, apponuntur. Idem etiam exhibet MS. Bodl. mutato paululùm vocum istarum ordine, ἔξω τῇ ἐμῇ πάντα ἀνθρωπίνῃ, &c. Ego sanè illud abesse malim.

b Πολλοῖς δὲ τῶν] Editiones quædam dant πολλῶν δὲ τῶν, &c. Ad lectionem quam præstant Stephanus, Leunclavius et MS. Bodl. libens sum amplexus.

c Γίγνομαι] *Æmil. Portus* mavult γίγνωμαι, ut sit subjunctivus. At modus indicativus non minùs huic loco aptus videtur, quàm illi supra paulò memorato— ἵππους γενόμενος συγκομίζομαι πρὸς ἐμαυτόν. Atque ità libri omnes repræsentant.

" τῶν ἱππεύειν ἐπιθυμούντων." Νὴ Δί', ἔφασαν οἱ ἄλλοι πάντες, καὶ ἡμᾶς γε. Ἐκ τούτου δὴ ἔφη ὁ Κῦρος, Τί οὖν; ἔφη, ἐπεὶ σφόδρα ἡμῖν ταῦτα δοκεῖ, εἰ καὶ νόμον ἡμῖν αὐτοῖς ποιησαίμεθα, αἰσχρὸν εἶναι οἷς ἂν ἵππους ἐγὼ πορίσω, ἂν τις φανῇ πεζῇ ἡμῶν πορευόμενος, ἐάν τε πολλὴν, ἐάν τε ὀλίγην ὁδὸν δέῃ διελθεῖν; ἵνα καὶ πανταχοῦ ἱπποκενταύρους οἰῶνται ἡμᾶς οἱ ἄνθρωποι εἶναι. Ὁ μὲν δὴ οὕτως ἐπήρετο· οἱ δὲ πάντες συνεπήνεσαν· ὥστε ἔτι καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου οὕτω χρῶνται Πέρσαι, καὶ οὐδεὶς ἂν τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἑκὼν ὀφθείη Περσῶν οὐδαμοῦ πεζὸς ἰών. Οἱ μὲν δὴ ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἦσαν·

Ἡνίκα δ' ἦν ἔξω μέσου ἡμέρας, προσήλαυνον οἱ Μῆδοι ἱππεῖς καὶ οἱ Ὑρκάνιοι, ἵππους τε ἄγοντες αἰχμαλώτους καὶ ἄνδρας· ὅσοι γὰρ τὰ ὅπλα παρεδίδοσαν, οὐκ ἀπέκτεινον. Ἐπεὶ δὲ προσήλασαν, πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐπυνθάνετο ὁ Κῦρος εἰ σῶοι πάντες εἶεν αὐτῷ· ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἔφασαν, ἐκ τούτου ἠρώτα ὅ,τι ἔπραξαν. Οἱ δὲ διηγοῦντο ἅπερ ἐποίησαν, καὶ ὡς ἀνδρείως ἕκαστα ἐμεγαληγόρουν. Ὁ δὲ διήκουε πάντα ἡδέως ὅσα ἐβούλοντο λέγειν· ἔπειτα δὲ καὶ ἐπήνεσεν αὐτοὺς οὕτως. Ἀλλὰ καὶ δῆλοι, ἔφη, ἐστὲ ὡς ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐγένεσθε, καὶ γὰρ μείζους φαίνεσθε, καὶ καλλίους, καὶ γοργότεροι,

" qui equitare cupiunt." Et nos quoque, profectò, inquiunt reliqui omnes. Tum verò Cyrus, Quid igitur? ait, quandoquidem nobis hæc mirificè probantur, legémne nobis ipsis feremus, ut turpe sit quenquam eorum, quibus equos ego suppeditavero, peditem in profectione conspici, sive *adeò* magnum, sive parvum iter faciendum sit? ut omninò nos hippocentauros esse arbitrentur homines. Ad hunc ille modum *eos* interrogabat; idque simul omnes *illi* adsensi sunt: quo fit, ut hunc ipsum Persæ morem inde usque ab eo tempore teneant, et è Persis nemo elegantioribus usquam pedes incedere, suâ *quidem* sponte, conspiciatur. Et his quidem illi sermonibus intenti erant:

Cùm verò jam meridies præteriisset, advecti sunt equites Medi et Hyrcanii, secum tum equos tum viros captivos ducentes: quotquot enim arma tradiderant, eorum neminem occiderant. Cùm autem advenissent, primùm eos interrogabat Cyrus, an omnes sibi salvi essent: cùm hoc illi significâssent, deindè quid rerum gessissent, quærebat. Illi res à se gestas exponebant, et quàm fortiter singula magnificè prædicabant. Omnia autem ille, quæ dicere volebant, libenter audivit; deindè etiam eos hunc in modum collaudavit: Satìs certè adparet, inquit, vos fortiter vosmet gessisse: nam ea *jam* vestra species est, ut et grandiores, et pulchriores,

ἢ πρόσθεν, ἰδεῖν. Ἐκ δὲ τούτου ἐπυνθάνετο ἤδη αὐτῶν καὶ πόσην ὁδὸν διήλασαν, καὶ εἰ οἰκοῖτο ἡ χώρα. Οἱ δ' ἔλεγον ὅτι κατὰ [a] πολλὴν διελάσειαν, καὶ πᾶσα οἰκοῖτο ἡ χώρα, καὶ μεστὴ εἴη καὶ οἰῶν, καὶ αἰγῶν, καὶ βοῶν, καὶ ἵππων, καὶ σίτου, καὶ πάντων ἀγαθῶν. Δυοῖν ἄν, ἔφη, ἐπιμελητέον ἡμῖν εἴη, ὅπως τε κρείττους ἐσόμεθα τῶν ἐχόντων αὐτά, καὶ ὅπως αὐτοὶ μενοῦσιν· οἰκουμένη μὲν γὰρ χώρα πολλοῦ ἄξιον κτῆμα· ἐρήμη δ' ἀνθρώπων ὅσα, ἐρήμη καὶ τῶν ἀγαθῶν γίγνεται. Τοὺς μὲν οὖν ἀμυνομένους οἶδα, ἔφη, ὅτι ἀπεκτείναμεν, ὀρθῶς ποιοῦντες· (τοῦτο γὰρ μάλιστα σώζει τὴν νίκην) [b] τοὺς δὲ παραδιδόντας, αἰχμαλώτους ἐλάβετε· οὓς εἰ ἀφίεμεν, τοῦτ' αὖ σύμφορον ἂν, ὡς ἐγώ φημι, ποιήσαιμεν. Πρῶτον μὲν γὰρ νῦν οὐκ ἂν φυλάττεσθαι οὐδὲ φυλάττειν τούτους ἡμᾶς δέοι, οὐδ' ἂν [c] σιτοποιεῖν τούτοις (οὐ γὰρ λιμῷ γε δήπου ἀποκτενοῦμεν αὐτούς)· ἔπειτα δὲ καὶ τούτους ἀφέντες, πλείοσιν αἰχμαλώτοις χρησόμεθα. Ἐὰν γὰρ κρατῶμεν τῆς χώρας, ἅπαντες ἡμῖν οἱ ἐν ταύτῃ οἰκοῦντες, αἰχμάλωτοι

et acriores visu sitis, quàm priùs. Deindè autem, quantum itineris confecissent, interrogabat, et an incolas regio haberet. Dicebant illi, longum se iter *per magnam ejus partem* perequitando confecisse, totámque regionem habere incolas, et esse refertam et ovibus, et capris, et bobus, et equis, et frumento, et bonis omnibus. Duo nobis, inquit, curanda sunt, tum ut superiores simus iis, qui hæc possident, tum ut illi maneant: nam, quæ incolas habet regio magni pretii possessio est; eadémque si ab hominibus deserta sit, bonis etiam ipsis destituta est. Scio quidem trucidatos à vobis eos, qui se defendebant, rectéque adeò à vobis id factum: (nam hoc victoriam in primis conservat) qui autem *arma* tradiderunt, eos captivos fecistis: quos si *quidem* dimittimus, facturi hoc, ut equidem aio, nostro cum commodo sumus. Primùm enim neque caveri ab his neque custodire nos eos necesse fuerit, neque cibos eis parare (non enim certè fame eos necabimus): deindè etiam, his dimissis, pluribus captivis utemur. Nam si regione potiti fuerimus, omnes ejus incolas cap-

a Πολλὴν διελάσειαν] Stephanus, Leunclavius, alii perperam dant πολλὴν δὲ ἐλάσειαν. Ipse sum secutus MStum Bodl. et *Edit. Eton.* Quin et Stephanus scripturam à nobis receptam admittendam esse monuit.

b Τοὺς δὲ παραδιδόντας, &c.] Huic loco deesse videtur aliquid. Leunclavius vocem ὅπλα reponendam putat: sic ut integrari locus possit, τοὺς δὲ παραδιδόντας τὰ ὅπλα, αἰχμαλώτους ἐλάβετε. Hanc autem conjecturam firmat hæc Philelphi versio, *eos autem qui arma tradiderunt.* Et accusativi hujus ὅπλα defectum ex aliis Nostri locis confirmari posse rectè observat Stephanus: satìs fuerit unum notâsse, qui huc facit, locum: quem pagina 216 exhibet—ἵππους τε ἄγοντες αἰχμαλώτους καὶ ἄνδρας· ὅσοι γὰρ τὰ ὅπλα παρεδίδοσαν, οὐκ ἀπέκτεινον. Camerarius quidem vertit, *qui se tradiderunt:* ac si legisset, τοὺς δὲ παραδιδόντας ἑαυτούς. At mihi Leunclaviana conjectura magis placet.

c Σιτοποιεῖν τούτοις.] Editi, quos vidi, omnes dant σιτοποιεῖν τούτους: Ego verò ex MSto Bodl. τούτοις restitui: quam lectionem omninò sequendam jam antè statuerat Stephanus.

ἔσονται· μᾶλλον δὲ τούτους ζῶντας ἰδόντες καὶ ἀφεθέντας μενοῦσι καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ πείθεσθαι αἱρήσονται μᾶλλον ἢ μάχεσθαι. Ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω γιγνώσκω· εἰ [a] δ' ἄλλο τις ὁρᾷ ἄμεινον, λεγέτω. Οἱ δὲ, ἀκούσαντες, συνήνουν ταῦτα ποιεῖν. Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος καλέσας τοὺς αἰχμαλώτους λέγει τάδε· "Ἄνδρες, ἔφη, νῦν τε, "ὅτι ἐπείθεσθε, τὰς ψυχὰς περιεποιήσασθε· τοῦτο λοιπόν, ἢν "οὕτω ποιῆτε, οὐδ' ὁτιοῦν κακὸν ἔσται ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἔχ ὁ αὐτὸς "ἄρξει ὑμῶν, ὥσπερ καὶ πρότερον· οἰκήσετε δὲ τὰς αὐτὰς οἰκίας, "καὶ χώραν τὴν αὐτὴν ἐργάσεσθε, καὶ γυναιξὶ ταῖς αὐταῖς συνοι- "κήσετε, καὶ παίδων τῶν ὑμετέρων ἄρξετε, ὥσπερ νῦν. Ἡμῖν μέν- "τοι οὐ μαχεῖσθε, οὐδὲ ἄλλῳ οὐδενί· ἂν δὲ καὶ ἄλλος ὑμᾶς ἀδικῇ, "ἡμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν μαχούμεθα. [b] Ὅπως δὲ μηδὲ ἐπαγγέλλῃ "μηδεὶς ὑμῖν στρατεύειν, τὰ ὅπλα πρὸς ὑμᾶς κομίσαντε· καὶ τοῖς "μὲν κομίζουσιν ἔσται εἰρήνη, καὶ ἃ λέγομεν, ἀδόλως· ὁπόσοι δ' "ἂν τὰ πολεμικὰ μὴ ἀποτίθωνται ὅπλα, ἐπὶ τούτους ἡμεῖς καὶ "δὴ στρατευσόμεθα. Ἐὰν δέ τις ὑμῶν, καὶ ἰὼν ὡς ἡμᾶς εὐνοϊ- "κῶς, ἢ πράττων τι ἢ διδάσκων φαίνηται, τοῦτον ἡμεῖς ὡς εὐερ-

tivos habebimus: magísque *adeò* cæteri, cùm hos vivos dimissósque videbunt, mansuri sunt, et parere potiùs volent, quàm prælio decernere. Hæc mea quidem sententia est: si quid aliud quisquam melius viderit, proferat. Quæ cùm audîssent illi, facienda hæc consentiebant. Itaque Cyrus advocatos captivos his verbis adloquitur: " Animas *vestras*, inquit, " viri, conservâstis, *eo ipso* quod paruistis; ac si deinceps vos ità gesse- " ritis, nihil prorsùs mali vobis accidet, præterquam quòd idem, qui an- " tehac, vobis non imperabit: incoletis autem domos easdem, et idem " solum exercebitis, et cum iisdem mulieribus habitabitis, et liberis ves- " tris, utì modò, imperabitis. Neque tamen adversùs nos, neque quen- " quam alium, pugnabitis; ac si *quis* alius injuriam vobis intulerit, nos " *ipsi* pro vobis pugnabimus. Nè quis verò militiam vobis imperet, ad " nos arma deferte: eáque qui detulerint, pacem, et cætera, quæ dici- " mus, sine fraudę habebunt: quotquot autem *arma* bellica non deposue- " rint, adversùs eos expeditionem continuò suscepturi sumus. Quòd si " quis vestrûm benevolo se ad nos animo accedere, et agere quid *nostrâ* " *causâ*, nósque docere ostenderit, hunc nos ut benè de nobis prome-

a Εἰ δ' ἄλλο τις] Editi omnes, εἰ δ' ἄλλος τις· et in margine pro variâ lectione dant, εἰ δ' ἄλλα τις ὁρᾷ ἀμείνονα. Nos MSti Bodl. lectionem secuti sumus: quam et Stephanus olim vulgatæ illi præferendam censuit.

b Ὅπως δὲ μηδ'] Stephani, Leunclavii, aliorúmque editiones exhibent ὅπως μηδ' ἐπαγγέλλῃ, penultimâ voce omissâ; nos autem, ex fide MSti Bodl. et editionis Etonensis, eam restituimus. Quin et Stephanus sic scribendum putavit.

" γέτην καὶ φίλον, ἐχ ὡς δᾶλον, [a] περιέψομεν. Ταῦτ' ἔν, ἔφη, " αὐτοί τε ἴσε, καὶ τοῖς ἄλλοις διάγγελλε. Ἂν δ' ἄρα, ἔφη, " ἡμῶν βυλομένων ταῦτα, μὴ πείθωνταί τινες, ἐπὶ τούτοις ἡμᾶς " ἄγε, ὅπως ἡμεῖς ἐκείνων, μὴ ἐκεῖνοι ἡμῶν ἄρχωσιν." Ὁ μὲν ταῦτα εἶπεν, οἱ δὲ [b] προσεκύνησάν τε καὶ ταῦτα ἔφασαν ποιήσειν.

Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι ᾠχοντο, ὁ Κῦρος εἶπεν, Ὥρα δή, ὦ Μῆδοι καὶ Ἀρμένιοι, δειπνεῖν πᾶσιν ἡμῖν· παρεσκεύασαι δὲ ὑμῖν τὰ ἐπιτήδεια, ὡς ἡμεῖς βέλτισα ἐδυνάμεθα. Ἀλλ' ἴτε, καὶ ἡμῖν πέμπετε τοῦ ποιημένου σίτου τὸ ἥμισυ· ἱκανὸς δὲ ἀμφοτέροις ποιῆσαι· ὄψον δὲ μὴ πέμπετε, [c] μηδὲ πιεῖν· ἱκανὰ γὰρ ἔχομεν παρ' ἡμῖν αὐτοῖς παρεσκευασμένα. Καὶ ὑμεῖς δ', ἔφη, ὦ Ὑρκάνιοι, [d] διαγάγετε αὐτοὺς ἐπὶ τὰς σκηνάς, τοὺς μὲν ἄρχοντας ἐπὶ τὰς με-

" rentem atque amicum, non ut servum, tractabimus. Hæc igitur, " ait, et vos ipsos scire volo, et cæteris denuntiare. Quòd si quidam, " ait, nobis hæc statuentibus, parere noluerint, adversùs eos nos du- " cite, ut nobis in illos, non illis in nos sit imperium." Hæc cùm dixisset, *eum* illi adorârunt ; séque *adeò* præstaturos hæc dixerunt.

Cúmque illi discessissent, Tempus jam fuerit, inquit Cyrus, ô Medi et Hyrcanii, ut nos cœnemus omnes : res autem necessarias vobis studio quo potuimus maximo paravimus. Ite ergo, nobísque partem parati panis dimidiam mittite : nam satìs pro utrisque paratum est ; obsonii verò ac potûs nihil mittite : hæc enim ipsi, quantum satìs est, parata habemus. Vos autem, Hyrcanii, inquit, deducite ipsos ad tabernacula, principes quidem ad maxima (*ea* verò

a Περιέψομεν] Editiones *Ald. et Argentor.* pessimè dant περιέψοιμεν : reliquæ ferè omnes minùs rectè περιέψοιμεν. Nos haud cunctanter scripturam amplexi sumus, quam MS. Bodl. et editio *Eton.* repræsentant : et Stephanus etiam vulgatâ illâ potiorem habuit.

b Προσεκύνησαν] De ratione, quâ inter Persas salutationes fieri solebant, ità *Herodotus*, lib. i, c. 134. Ἐντυγχάνοντες, inquit, ἀλλήλοισι ἐν τῇσι ὁδοῖσι, τῷδε ἂν τις διαγνοίη εἰ ὁμοῖοί εἰσι οἱ ἐντυγχάνοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους, φιλέουσι τοῖσι σώμασι· ἢν δὲ ὁ ἕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ὁ ἕτερος ἀγενέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον. Hâc postremâ autem ratione regem venerari iis moris erat : sic enim Tithraustes, qui res nuntiatas ad regem perferre, et rogantes introducere solebat, Ismeniam Thebanum adloquutus est : Νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Πέρσαις, τὸν εἰς ὀφθαλμοὺς ἐλθόντα τοῦ βασιλέως, μὴ πρότερον λόγε μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν. *Ælian.* Hist. Var. lib. i, cap. 21. Idem quoque ex hisce Æschyli versibus intelligere licet.

Τοὶ δ' ἀνὰ γᾶν Ἀσίαν δὴν
Οὐκ ἔτι περσονομεῦνται,
Οὐκ ἔτι δασμοφορεῦσι
Δεσποσύνοισιν ἀνάγκαις,
Οὔτ' ἐς γᾶν προσπίπτοντες
Ἄρξουσι' βασίλεια
Γᾶς διόλωλεν ἰσχύς.—Πέρσ. v. 586 et seq.

Plura Veterum loca, quæ huc faciant, congerere non opus est : cùm passim obvia sint.

c Μηδὲ πιεῖν] Eodem planè modo verbum hoc adhibet evangelista Joh. iv, 7. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Δός μοι πιεῖν.

d Διαγάγετε] Stephanus mavult διάγετε, ut in MSto etiam Bodl. legitur. Sed, non est in re ipsâ quicquam, quod vulgatam lectionem rejiciendam suadeat.

γίσας (γιγνώσκεῖε δ'), τὰς δ' ἄλλας ὡς ἂν δοκῇ κάλλιστα ἔχειν· καὶ αὐτοὶ δὲ δειπνεῖτε, ὅπως ἥδιστον ὑμῖν· καὶ γὰρ ἀκέραιοι αἱ σκηναί· παρεσκεύασαι δὲ καὶ ἐνθάδε ὥσπερ καὶ τούτοις. Τοῦτο δ' ἴσε ἀμφότεροι, ὅτι τὰ μὲν ἔξω ὑμῖν ἡμεῖς νυκτοφυλακήσομεν, τὰ δ' ἐν ταῖς σκηναῖς αὐτοὶ ὁρᾶτε, καὶ τὰ ὅπλα [a] ἐνθίεσθε· οἱ γὰρ ἐν ταῖς σκηναῖς ἔπω φίλοι ἡμῖν. Οἱ μὲν δὴ Μῆδοι καὶ οἱ ἀμφὶ Τιγράνην [b] ἐλοῦντο (ἦν γὰρ παρεσκευασμένα), καὶ ἱμάτια μεταλαβόντες ἐδείπνουν· καὶ οἱ ἵπποι αὐτῶν εἶχον τὰ ἐπιήδεια· καὶ τοῖς Πέρσαις διέπεμπον τῶν ἄρτων ἑκάστοις τοὺς ἡμίσεις· ὄψον δὲ οὐκ ἔπεμπον οὐδὲ οἶνον, οἰόμενοι ἔχειν τοὺς ἀμφὶ Κῦρον, ὅτι ἔφη ἄφθονα ταῦτα ἔχειν. Ὁ δὲ Κῦρος ταῦτα ἔλεγεν, ὄψον μὲν τὸν λιμὸν, πιεῖν δ' ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ. Ὁ μὲν δὴ Κῦρος δειπνίσας τοὺς Πέρσας, ἐπειδὴ συνεσκότασε, κατὰ πεμπάδας καὶ κατὰ δεκάδας πολλοὺς αὐτῶν διέπεμπε· καὶ ἐκέλευσε κύκλῳ τοῦ στρατοπέδου κρύπτειν, νομίζων ἅμα μὲν φυλακὴν ἔσεσθαι, ἐάν τις ἔξωθεν προσίῃ, ἅμα δὲ, ἐάν τις ἔξω χρήματα φέρων ἀποδιδράσκῃ, ἁλώσεσθαι αὐτόν·

nôstis), cæteros, ut visum fuerit commodissimum; quin et ipsi cœnate ubi jucundissimum vobis fuerit; nam tabernacula *vobis* integra sunt; et in his etiam parata sunt omnia, sicut et istis. Illud utrique scitote, nocturnas excubias nos obituros esse, quòd ea, quæ foris sunt, adtinet; vos ea, quæ in tabernaculis, fiunt, ipsi curate, atque in iis arma ponite: necdum enim illi qui sunt in tabernaculis, nobis amici sunt. Et Medi quidem Tigranísque milites lavabant (*omnia* enim parata erant), mutatísque vestibus cœnabant: ipsorum etiam equi necessaria habebant: mittebántque Persis dimidiam panis partem singulis: at neque obsonium neque vinum miserunt, quòd Cyri milites hæc habere putarent, quia *is* horum ipsis affatim esse dixerat. Cyrus verò hæc dixerat, *Persis* famem esse pro obsonio, potum autem, *qui* de præterfluente amne *hauriretur*. Et Cyrus quidem præbitâ Persis cœnâ, cùm tenebræ jam essent, complures eorum, quinos ac denos, dimittebat: eósque circum castra se occultare jussit, quippe qui existimaret simul custodiam *hoc modo* fore, si quis extrinsecùs accederet; simul futurum, ut si quis extra *castra* pecunias ferens aufugeret, caperetur:

a Ἐντίθεσθε] MS. Bodl. dat ἔνθεσθε, eandémque lectionem repræsentat edit. *Argentor.* quam *Philelphus* etiam secutus est. Huic tamen vulgatam præferendam censeo.

b Ἐλοῦντο] Inscitiâ librarii in MStum Bodl. irrepsit ἐλέοντο: quod à Xenophonte omninò amovendum docet *Phrynichus*: Λούμαι, ἐλούμην, ἐλόοντο, &c. inquit, ἀδόκιμά ἐστι εἰ δὲ δόκιμα βούλει αὐτὰ ποιῆσαι, τοῦ ε ἢ τὸ ο ἀφαίρει, ἢ λέγε, λοῦμαι, λούμην, &c. ἔστω γὰρ οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν. Cui adstipulatur *Thomas Magister*: Λοῦμαι, πάντες οἱ Ἀττικοί.

ἢ ἐγένετο ὅτως· πολλοὶ μὲν γὰρ ἀπεδίδρασκον, πολλοὶ δὲ ἐάλωσαν. Ὁ δὲ Κῦρος τὰ μὲν χρήματα τοὺς λαβόντας εἶα ἔχειν, τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἐκέλευσεν ἀποσφάξαι· ὥστε τῷ λοιπῷ οὐδὲ βουλόμενος ἂν εὗρες ῥᾳδίως [a] τὸν νύκτωρ πορευόμενον. Οἱ μὲν δὴ Πέρσαι ὅτω διῆγον· οἱ δὲ Μῆδοι καὶ ἔπινον, καὶ εὐωχοῦντο, καὶ ἡδοῦντο, καὶ πάσης εὐθυμίας ἐνεπίμπλαντο· πολλὰ γὰρ καὶ τοιαῦτα ἑάλω, ὥστε μὴ ἀπορεῖν ἔργου τοὺς ἐγρηγορότας.

Ὁ δὲ Κυαξάρης ὁ τῶν Μήδων βασιλεὺς τὴν μὲν νύκτα ἐν ᾗ ἐξῆλθεν ὁ Κῦρος, αὐτός τε ἐμεθύσκετο μεθ' ὧν παρεσκήνα, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ, καὶ τοὺς ἄλλους δὲ Μήδους ᾤετο παρεῖναι ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πλὴν ὀλίγων, ἀκόων θόρυβον πολύν· οἱ γὰρ οἰκέται τῶν Μήδων, ἅτε τῶν δεσποτῶν ἀπεληλυθότων, ἀνειμένως καὶ ἔπινον καὶ ἐθορύβουν, ἄλλως τε καὶ ἐκ τοῦ Ἀσσυρίου στρατεύματος καὶ οἶνον καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα εἰληφότες. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ [b] ἐπὶ θύρας οὐδεὶς ἦκε, πλὴν οἵπερ καὶ συνεδείπνουν, καὶ τὸ στρατόπεδον κενὸν ἦκουεν εἶναι τῶν Μήδων καὶ τῶν ἱππέων, ἐώρα δ', ἐπεὶ ἐξῆλθεν, ὅτως ἔχοντα· ἐνταῦθα δὴ ἐθορυβεῖτό τε τῷ Κύρῳ καὶ τοῖς Μήδοις,

atque ità *quidem* accidit: nam et aufugiebant multi, et multi fuêre capti. Cyrus autem pecunias quidem eos tenere, qui *hos* cepissent, sinebat; homines verò interfici jussit: quo factum est, ut deinceps nè si cuperes quidem, quenquam noctu abeuntem reperisses. Et Persæ quidem hoc modo degebant: Medi verò et potabant, et epulabantur, et tibiarum cantu semet oblectabant, et omni hilaritate ad satietatem usque fruebantur: nam ejusmodi multa capta fuerant, ut vigilantibus, quod agerent, minimè deesset.

Medorum verò rex Cyaxares eâ nocte quâ Cyrus abierat, et ipse cum contubernalibus ebrius erat, veluti, re benè gestâ, et Medos cæteros in castris, exceptis paucis, adesse putabat, quod ingentem strepitum audiret: nam Medorum domestici, quippe quia domini discessissent, cum omni licentiâ potabant et tumultuabantur, præsertim quòd ab Assyriorum exercitu vinum et alia hujusmodi multa accepissent. Cùm autem illuxisset, atque ad portam nemo veniret præter eos qui cum ipso cœnati fuerant, audirétque castra Medis et equitibus esse vacua, et egressus ipse rem ità se habere cerneret: tum verò et in Cyrum et in Medos irâ freme-

a Τὸν νύκτωρ, &c.] Articulum hîc indefinitè usurpari constat, uti et ὁ apud Luc. x, 6: Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς εἰρήνης, &c.

b Ἐπὶ θύρας] *Porta* hîc et alibi sæpè apud Nostrum, more Orientalium (apud quos hodiè etiam sedes imperatoria Turcici *Porta Ottomanica* appellatur), pro *Aulâ* sive *ipsâ Regiâ* videtur accipienda, quæ cum personâ principis in loca quævis, etiam in castra, migrat. Vide quæ hâc de re jam suprà notavimus, lib. i, p. 16.

τῷ καλαλιπόνλας αὐτὸν ἔρημον οἴχεσθαι· καὶ εὐθὺς, ὥσπερ λέγεται ὠμὸς εἶναι καὶ ἀγνώμων, κελεύει τῶν παρόντων τινὰ, λαβόντα τὸς παρ' ἑαυτῷ ἱππέας, πορεύεσθαι ὡς τάχιστα πρὸς τὸ ἀμφὶ Κῦρον στράτευμα, καὶ λέγειν τάδε, Ὤμην μὲν ἔγωγε κἀν σὲ, ὦ Κῦρε, ὅτως ἀπρονοήτως περὶ ἐμοῦ βουλεύεσθαι· εἰ δὲ Κῦρος ὅτω γιγνώσκοι, οὐκ ἂν ὑμᾶς γε, ὦ Μῆδοι, ἐθελῆσαι ὅτως ἔρημον ἐμὲ καλαλιπεῖν. Καὶ νῦν, [a] ἐὰν μὲν Κῦρος βούληται· εἰ δὲ μὴ, ὑμεῖς γε τὴν ταχίστην πάρεστε. Ταῦτα ἐπέστελλεν. Ὁ δὲ τασσόμενος πορεύεσθαι, ἔφη, Καὶ πῶς, ὦ δέσποτα, ἐγὼ εὑρήσω ἐκείνους; Πῶς δὲ Κῦρος, ἔφη, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἐφ' οὓς ἐπορεύοντο; Ὅτι νὴ Δί', ἔφη, ἀκούω ἀφεστηκότας τῶν πολεμίων Ὑρκανίους τινὰς, καὶ ἐλθόντας δεῦρο, οἴχεσθαι ἡγουμένους αὐτῶν. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κυαξάρης, πολὺ μᾶλλον ἔτι τῷ Κύρῳ [b] ὠργίζετο, μηδ' εἰπεῖν αὐτῷ ταῦτα· καὶ πολλῇ σπουδῇ μᾶλλον ἔπεμπεν ἐπὶ τὸς Μήδους, ὡς φιλώσων αὐ-

bat, quòd se relicto solo discessissent: statímque jubet, utì sanè crudelis et amens fuisse perhibetur, quendam ex iis qui aderant, equitibus suis *secum* sumptis, quàm celerrimè ad copias Cyrum secutas proficisci, atque hæc dicere, Ego sanè nè te quidem, Cyre, arbitrabar adeò imprudens consilium de me capturum fuisse: si tamen ea Cyri esset sententia, minimè vos saltem, Medi, voluisse sic me solum relinquere *putâram*. Jam verò, Cyrus si quidem volet, *veniat*: sin minùs, vos saltem quàm celerrimè adeste. Hæc mandata *ad Medos perferenda* dedit *nuntio*. Is autem qui proficisci jussus erat, Ego verò, domine, ait, quonam modo illos inveniam? Quonam, inquit *Cyaxares*, modo Cyrus istíque adeò qui eum secuti sunt, *illos invenerunt* adversùs quos profecti sunt? Quoniam profectò, ait, quosdam Hyrcanios ab hostibus defecisse audio, cúmque huc venissent, duces se Cyri copiis præbentes abiisse. Hæc cùm audîsset Cyaxares, multò etiam magìs Cyro succensebat, qui hæc ei non indicâsset; majoríque studio ad Medos mittebat, quò eum *copiis* nuda-

a Ἐὰν μὲν Κῦρος, &c.] Notandum hîc est σχῆμα ἀναντιπόδοτον, ut grammatici vocant: cujus plura exempla suppeditabunt *Scholia*, et Cl. *Kusterus* in notis, ad *Aristoph. Plut.* v. 468. Eò autem magìs ellipsin hanc Atticam notatam volumus, quòd ejus ope verba evangelistæ Luc. xiii, 9, à pravâ *Knatchbulli* explicatione vindicare liceat. Verba sunt, Κἂν μὲν ποιῇ καρπὸν εἰ δὲ μή γε, &c. Ad quæ sic ille: "Κἂν potest intelligi pro ἢ ἄν, "et quidni τὸ ἄν sit hoc loco δυνητικὸν, "et perfecta sit oratio absque *anantapodoto*, &c." Hanc deindè versionem subjungit: *Dimitte eam et hoc anno, usque dum fodero circa illum, et stercus misero, et poterit quidem fructum ferre, sin minùs*, &c. Sed, proculdubiò deest post καρπὸν apodosis, quam rectè *Beza* aliique per ἀφήσω aut ἴασον supplendam statuerunt.

b Ὠργίζετο, μηδ', &c.] Sic editi omnes: Stephanus mavult, τῷ μηδ' εἰπεῖν: quam in rem vetus quoddam citat exemplar. MS. certè Bodl. exhibet τὸ μηδ', &c. quod scripturam, quam Stephanus laudat, amplectendam suadet: ut τῷ adverbialiter hîc, pro διὰ τὸ, positum sit: atque id quidem facilè potuit excidere, cùm præcedens verbum in syllabam ejusdem soni desinat.

τόν· ἢ ἰσχυρότερον ἔτι, ἢ πρόσθεν, τοῖς Μήδοις ἀπειλῶν [a] ἀπεκάλει· καὶ τῷ πεμπομένῳ δὲ ἠπείλησεν, εἰ μὴ ἰσχυρῶς ταῦτα ἀπαγγείλοι.

Ὁ μὲν δὴ πεμπόμενος ἐπορεύετο, ἔχων τὰς ἑαυτῷ ἱππέας ὡς ἑκατόν· ἀνιώμενος ὅτι μὴ αὐτὸς ἅμα ἐπορεύθη μετὰ τοῦ Κύρου. Ἐν δὲ τῇ ὁδῷ πορευόμενοι, διασχιζομένων ὁδῶν τριῶν τινι, ἐπλανῶντο· καὶ ἃ πρόσθεν ἀφίκοντο εἰς τὸ στράτευμα, πρὶν ἐντυχόντες [b] ἀποχωρῆσί τισι τῶν Ἀσσυρίων, ἠνάγκασαν αὐτοὺς ἡγεῖσθαι· [c] μὴ ἅτοι ἀφικνῶνται, τὰ πυρὰ κατιδόντες, περὶ μέσας νύκτας. Ἐπεὶ δ' ἐγένοντο πρὸς τῷ στρατοπέδῳ, οἱ φύλακες, ὥσπερ εἰρημένον ἦν ὑπὸ Κύρου, μὴ εἰσαφῆκαν αὐτοὺς πρὸ ἡμέρας. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ὑπεφαίνετο, πρῶτον μὲν τοὺς [d] μάγους καλέσας ὁ Κῦρος, τὰ τοῖς θεοῖς νομιζόμενα ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀγαθοῖς ἐξαιρεῖσθαι ἐκέλευσε. Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ ταῦτα εἶχον· ὁ δὲ, συγκαλέσας τοὺς ὁμοτίμους, εἶπεν, Ἄνδρες, ὁ μὲν θεὸς προφαίνει πολλὰ ἀγαθὰ, ἡμεῖς δὲ,

ret: quin etiam gravioribus cum minis, quàm antea, Medos *ab eo* avocabat: eíque etiam qui missus erat minas intendit, si non hæc vehementer acritérque exponeret.

Et ille quidem qui missus erat, cum suis centum ferè equitibus, proficiscebatur: *id ipsum* quòd non et ipse cum Cyro discessisset, ægrè ferens. Cúmque iter pergerent, ac viæ semitâ quâdam tritâ dividerentur, oberrârunt; neque prius ad Cyri exercitum pervenêre, quàm in Assyrios quosdam *à castris* digressos incidissent, atque eos ut sibi duces essent vi coëgissent: atque ità *demum*, conspectis ignibus, *eò*, circa mediam noctem, pervenerunt. Cùm verò ad castra accessissent, excubitores eos, quemadmodùm mandatum à Cyro fuerat, ante lucem non intromiserunt. Die verò jam illucescente, Cyrus primùm arcessitis magis, diis ea, quæ in more essent, ob res adeò prosperas, seligi jussit. Et ii quidem in his erant occupati: ille autem, convocatis iis qui ὁμότιμοι appellantur, dixit, Multa bona, viri, deus nobis ostendit; at nos,

a Ἀπεκάλει] Vulgò, ἐπεκάλει. Sed, quod vidit Leunclavius, omninò reponendum est ἀπεκάλει: quam lectionem disertè repræsentat MS. Bodl. et res ipsa postulat: nam infra paulò Cyrus, Hyrcanium adlocutus, ait, Τοῦ δὲ Μήδου ἤκουσας ἀποκαλοῦντος τοὺς ἱππέας: rursus ibidem statim—ὁ ἀποκαλῶν οὗτος καὶ, &c. Similiter in eâ, quam ad Cyaxarem mox missurus est, epistolâ; εἰ μὲ θέλοντα, ἀλλὰ πάλιν ἀποκαλεῖς. Eodem verbo, in re non adeò dissimili, jam supra, lib. i, p. 40, usus est Noster: ἐπειδὴ δὲ ἤκουσεν (Cambyses) ἀνδρὸς ἤδη ἔγγα διατραπέμενον τὸν Κῦρον, ἀπεκάλει, &c.

b Ἀποχωροῦσι] Vocem hanc libri quidam non habent: quam Stephano etiam et Leunclavio immeritò suspectam video. Eam dant MS. Bodl. et editio *Eton.* quin et *Philelphus* agnoscit.

c Καὶ οὗτος ἀφικνοῦνται] Leunclavius legit: καὶ οὗτοι δὴ ἐφικνοῦνται. Stephanus: καὶ οὗτοι δὴ ἀφικνοῦνται: nec aliter ferè editi alii. Nos autem lectionem MSti Bodl. recipiendam censuimus: quam *Leunclavius* etiam et *Philelphus*, in loco vertendo, secuti sunt.

d Μάγους καλέσας ὁ Κῦρος] Sic legit Stephanus; nec aliter dat MS. Bodl. ideóque ista, ὁ Κῦρος, minùs rectè Stephano suspecta, et ab aliis omissa, videntur. De *magis* infra paulò dicendi locus erit.

ὦ Πέρσαι, ἐν τῷ παρόντι ὀλίγοι ἐσμὲν, ὥσε ἐγκρατεῖς εἶναι αὐτῶν. Εἴτε γὰρ ὅσα ἂν καταεργαζώμεθα, μὴ φυλάξομεν ταῦτα, πάλιν ἀλλότρια ἔσαι· εἴτε καταλείψομέν τινας ἡμῶν αὐτῶν φύλακας ἐπὶ τοῖς ἐφ' ἡμῖν γιγνομένοις, αὐτίκα ἀδεμίαν ἔχοντες ἰσχὺν ἀναφανήσεθα. Δοκεῖ ἄν μοι ὡς τάχιστα ἰέναι τινὰ ὑμῶν εἰς Πέρσας, καὶ διδάσκειν ἅπερ ἐγὼ λέγω, καὶ κελεύειν ὡς τάχιστα πέμπειν στράτευμα, εἴπερ ἐπιθυμοῦσι Πέρσαι τὴν ἀρχὴν τῆς Ἀσίας καὶ τὴν κάρπωσιν γενέσθαι ἐφ' ἑαυτοῖς. Ἴθι μὲν ἄν, ἔφη, σὺ ὁ πρεσβύτατος, καὶ ἐλθὼν ταῦτα λέγε, καὶ ὅτι ὃς ἂν πέμπωσι στρατιώτας, ἐπειδὰν ἔλθωσι παρ' ἐμὲ, ἐμοὶ μελήσει περὶ τῆς τροφῆς αὐτῶν. Ἃ δ' ἔχομεν ἡμεῖς, ὁρᾷς μὲν αὐτὰ, κρύπτε δὲ τούτων μηδέν· ὅ,τι δὲ τούτων ἐγὼ καλῶς καὶ νομίμως πέμπων εἰς Πέρσας ποιοίμην ἄν, τὰ μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς, τὸν πατέρα ἐρώτα· τὰ δὲ πρὸς τὸ κοινὸν, τὰς ἀρχάς. Πεμψάντων δὲ καὶ ὁπλῖτας ὧν δεόμεθα, καὶ φραστῆρας ὧν ἐρωτῶμεν. Καὶ σὺ μὲν, ἔφη, συσκευάζου, καὶ τὸν λόχον προπομπὸν ἄγε.

Ἐκ τούτου δὲ καὶ τοὺς Μήδους ἐκάλει, καὶ ἅμα ὁ τοῦ Κυαξάρους ἄγγελος παρίσταται, καὶ ἐν πᾶσι τήν τε πρὸς τὸν Κῦρον ὀργὴν καὶ τὰς πρὸς τοὺς Μήδους ἀπειλὰς αὐτοῦ ἔλεγε· καὶ τέλος εἶπεν, ὅτι ἀπιέναι

Persæ, pauciores hoc tempore sumus, quàm ut nostrâ in potestate tenere possimus. Nam sive ea, quæcunque laboribus nostris adepti fuerimus, non conservabimus, rursùs erunt aliena; sive ex nostris quosdam ipsis custodes eorum quibus potiti sumus relinquamus, statim nullas nobis esse vires manifestum erit. Quamobrem mihi videtur, cuidam è vobis quamprimùm in Persiam eundum esse, qui doceat ea quæ à me dicuntur, et exercitum quàm celerrimè mitti jubeat, si quidem Persæ et imperium et fructum Asiæ suam in potestatem venire cupiant. Ito ergò tu, qui natu maximus es, inquit, ac postquam eò veneris, hæc exponito; tum autem, mihi curæ futurum, ut militibus, quos miserint, ubi ad me pervenerint, alimenta suppetant. Vides ipse quidem ea, quæ habemus, eorúmque nihil celato: ex quibus quidnam *potissimùm* in Persiam mittendo, ut par et legibus consentaneum est fecero, deos quod adtinet, patrem *meum*; quod rempublicam, magistratus, interroga. Etiam spectatores eorum quæ gerimus, et explicatores eorum de quibus interrogaturi sumus, *huc* mittant. Ac tu quidem, ait, ad iter te collectis rebus necessariis parato, manipulúmque, qui te deducat, tecum sumito.

Secundùm hæc Medos arcessit, cùm simul Cyaxaris nuntius adesset, et coram omnibus iram ejus adversùs Cyrum et minas adversùs Medos indicaret, tandèmque diceret, mandare *Cyaxarem* ut Medi

Μήδως κελεύει, εἰ καὶ ὁ Κῦρος μένειν βούλεται. Οἱ μὲν δὴ Μῆδοι ἀκούσαντες τᾶ ἀγγέλω ἐσίγησαν, ἀπορῶντες μὲν πῶς χρὴ καλῶντος ἀπιθεῖν, φοβούμενοι δὲ πῶς ἀπειλοῦντι ὑπακούσειαν, ἄλλως τε καὶ εἰδότες τὴν ὠμότητα αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κῦρος εἶπεν, Ἀλλ' ἐγώ, ὦ ἄγγελε καὶ Μῆδοι, ἔδεν, ἔφη, [a] θαυμάζω εἰ Κυαξάρης πολλὰς μὲν πολεμίως τότ' ἰδὼν, ἡμᾶς δὲ οὐκ εἰδὼς ὅ,τι πράττομεν, ὀκνεῖ περί τε ἡμῶν καὶ περὶ ἑαυτοῦ· ἐπειδὰν δὲ αἴσθηται πολλοὺς μὲν τῶν πολεμίων ἀπολωλότας, πάντας δὲ ἀπεληλαμένους, πρῶτον μὲν παύσεται φοβούμενος, [b] ἔπειτα γνώσεται ὅτι νῦν ἔρημος ἃ γίγνεται,

discederent, etiamsi Cyrus manere vellet. Et Medi quidem cùm hæc nuntii verba audîssent, silebant; tum consilii inopes quo pacto arcessenti non parerent, tum metuentes quemadmodùm minanti obtemperarent, præsertim quòd illîus crudelitatem nôssent. Cyrus autem, Minimè miror equidem, ait, nuntie Medíque, Cyaxarem et de nobis et de seipso valdè timere, cùm multos id temporis hostes viderit, et quid nos agamus ignoret: verùm ubi senserit, complures hostium periisse, fugatos universos, primùm metuere desinet, deindè agnoscet minimè se jam desertum esse,

a Θαυμάζω εἰ Κυαξάρης—ὀκνεῖ] In minimas etiam particulas operam conferre non piget, cùm notatâ vi quâdam earum minùs usitatâ, vel lucis aliquantum sacri N. T. textui fœnerare, vel ab injuriâ eum vindicare liceat. His utrisque nominibus, notanda est potestas particulæ εἰ, post θαυμάζειν positæ: quæ quidem non *dubiam* hîc, ut aliàs ferè, sed *certam* admirationis causam indicat. Cyrus enim per nuntium certior jam factus erat, trepidare Cyaxarem: atque adeò paulò post dicit—παύσεται φοβούμενος—anteà igitur agnoverat Cyaxaris metum, quem mox cessaturum autumat. Nec alia hujusce voculæ, simili planè modo adhibitæ, vis est, Matt. xv, 44. Ὁ δὲ Πιλάτος ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε· quæ verba interpretes plerique vertunt—*si* jam mortuus esset: quasi Josepho, Christum jam mortuum esse indicanti, minùs credidisset Pilatus. At neque ullam hunc Josephi fraudem timuisse, et Christum omninò mortuum esse credidisse, ex iis, quæ statim sequuntur, abundè constat. Nam Pilatus, arcessito centurione, de eo quærit, εἰ πάλαι ἀπέθανε. Non ergò tanquam de *reipsâ* dubitans quærit, *veráne* sit an *falsa*, Christúsne mortuus jam esset, annon; sed *rem* quasi *compertam certámque* habens, ejus solummodò *tempus* cognoscere cupit: εἰ πάλαι ἀπέθανε. Quod cùm quidam animadverterent, qui illud εἰ, ante ἤδη τέθνηκε, non nisi per *si* convertendum putârunt, nè parum utique congruentia tradidisse videretur Evangelista, pro πάλαι substituere ἤδη, licentiâ non ferendâ, ausi sunt. Et hanc novam quidem lectionem malè expresserunt Versiones *Vulg. Frat. Rhem. Arab. Æthiop.* eandem etiam *Erasmus*, et post eum *Beza*, probare videtur: testatúrque ille sic in *Aldinâ* editione, consentiente *Hispaniensi*, atque item *Theophylacto*, legi. Quæ tamen lectio non aliundè nata esse videtur, quam ex malè intellectâ locutione hâc, ἐθαύμασεν εἰ, &c. quam cùm quidam pro *miratus est si jam*, &c. accepissent, et deindè perspexissent huic sententiæ τὸ πάλαι non congruere, in ἤδη illud temerè mutârunt. Quòd si phrasin illam, θαυμάζειν εἰ, interpretandi rationem tenuerit aliquis, quam in vertendo loco hoc Xenophontéo secuti sumus, cuique tum *Arabica* tum *Persica* favet Versio (licèt in posteriori commatis partis utraque malè se dederit), et Interpretum errores evitare, et effrenam librariorum audaciam nullo negotio retundere poterit.

b Ἔπειτα γνώσεται] De hoc loco Steph. nonnihil solicitus videtur; quòd nempè hîc non occurrat particula δὲ, quæ præcedenti μὲν respondeat. Sed exemplum hujus usûs particulæ μὲν extare cùm alibi, tum in principio celebris illius orationis

ἡνίκα οἱ φίλοι αὐτȣ̃ τȣ̀ς ἐκείνȣ ἐχθρȣ̀ς ἀπολλύȣσιν. Ἀλλὰ μὴν μέμψεώς γε πῶς ἐσμὲν ἄξιοι, εὖ τε ποιȣ̃ντες ἐκεῖνον, καὶ ȣ̓δὲ ταῦτα αὐτοματίσαντες; ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἐκεῖνον ἔπεισα ἐᾶσαί με λαβόντα ὑμᾶς ἐξελθεῖν· ὑμεῖς δὲ ȣ̓χ ὡς ἐπιθυμȣ̃ντες τῆς ἐξόδȣ ἠρωτήσατε, εἰ ἐξίοιτε, καὶ νῦν δεῦρο ἥκετε· ἀλλ' ὑπ' ἐκείνȣ κελευσθέντες ἐξιέναι, ὅτῳ ὑμῶν μὴ ἀχθομένῳ εἴη. Καὶ ἡ ὀργὴ ȣ̃ν αὕτη σαφῶς οἶδ' ὅτι ὑπό τε τῶν ἀγαθῶν πεπανθήσεται, καὶ σὺν τῷ φόβῳ λήγοντι ἄπεισι. Νῦν μὲν ȣ̃ν, ἔφη, σὺ ὦ ἄγγελε ἀνάπαυσαι, ἐπεὶ πεπόνηκας· [a] ἡμεῖς τε, ὦ Πέρσαι, ἐπεὶ καὶ προσδεχόμεθα πολεμίȣς ἤτοι μαχȣμένȣς γε ἢ πεισομένȣς παρέσεσθαι, ταχθῶμεν ὡς κάλλιστα· ȣ̃τω γὰρ ὁρωμένȣς εἰκὸς πλέον προανύττειν ὧν χρῄζομεν. Σὺ δ', ἔφη, ὁ τῶν Ὑρκανίων ἄρχων, ὑπόμεινον προστάξας τοῖς ἡγεμόσι τῶν σῶν στρατιωτῶν ἐξοπλίζειν αὐτȣ́ς. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ποιήσας ὁ Ὑρκάνιος προσῆλθε, λέγει ὁ Κῦρος, Ἐγὼ δ', ἔφη, ὦ Ὑρκάνιε, ἥδομαι αἰσθανόμενος ὅτι ȣ̓ μόνον φιλίαν ἐπιδεικνύμενος πάρει, ἀλλὰ καὶ ξύνεσιν [b] φαίνῃ μοι ἔχειν. Καὶ νῦν ὅτι

cùm amici hostes ipsius interimunt. At verò quonam modo reprehensione digni sumus, cùm de ipso benè promereamur, neque hæc quidem de nostrâ sententiâ temerè faciamus? sed ego illum suasi ut mihi permitteret, vobis adsumptis egredi: vos autem non ut cupidi profectionis, an exeundum esset, interrogâstis, atque ità jam huc pervenistis: at ab illo prodire jussi, si cui vestrûm grave non esset. Quapropter hæc ira, sat scio, secundis *hisce* rebus mitigabitur, et unà cum desinente metu abibit. Ac tu quidem modò, nuntie, quia labore defatigatus es, quietem capito: nos autem Persæ, quia sic hostes adfuturos expectamus, ut vel pugnent vel imperium accipiant, ordines quàm elegantissimè instructos habeamus: nam ità si conspiciamur, fortasse citiùs ea sumus effecturi quæ desideramus. Tu verò princeps Hyrcaniorum, ait, *hic* opperire militúmque tuorum ducibus impera, ut suos armis penitùs instruendos curent. Cùm autem his peractis Hyrcanius accessisset, inquit Cyrus, *In hoc* ego, Hyrcanie, delector, quod animadverto, te non solùm ità nobis adesse ut amicitiam re declares, sed etiam indicia mihi præbere perspicacis, quâ præditus es, prudentiæ. At nunc quidem

περὶ στεφάνȣ, ipse Steph. in *Thes.* G. L. notavit. Et sunt hujusmodi quidem exempla adeò obvia, ut rem silentio præteriissem, nisi usum partic. μὲν, cùm eam δὲ non excipiat, à Camer. in not. ad N.T. temerè damnatum vidissem. Is enim ad Act. iii, 21, locutionem ȣ̓χ ἑλληνίζειν dicit, quod non inferatur ad particul. μὲν, respondens huic particula δὲ vel similis alia. E mediâ tamen Græci sermonis consuetudine petitam esse, tum ex hoc loco Xenoph. tum aliis alibi innumeris constat.

a Ἡμεῖς] Vulgò, ὑμεῖς. Sed pronomen illud, quod reposuimus, loci ratio postulat: idque exhibet editio *Argentor.* et expresserunt interpretes.

b Φαίνῃ μοι ἔχειν] Rectè se habet hæc loquendi ratio, quam libri omnes præ-

συμφέρει ἡμῖν τὰ αὐτὰ δῆλον· ἐμοί τε γὰρ πολέμιοι Ἀσσύριοι, σοί τε νῦν ἐχθίονές εἰσιν ἢ ἐμοί· ὅτως ἂν ἡμῖν ἀμφοτέροις βουλευτέον, ὅπως τῶν μὲν νῦν παρόντων μηδεὶς ἀποσατήσει ἡμῖν συμμάχων, ἄλλους δὲ, ἐὰν δυνώμεθα, προσληψόμεθα. Τὸν δὲ Μήδου ἥκοντας ἀποκαλῶμεν τοὺς ἱππέας· εἰ δὲ ὅτοι ἀπίασι, πῶς ἡμεῖς μόνοι πεζοὶ μενοῦμεν; Οὕτως ἂν δεῖ ποιεῖν ἐμὲ καὶ σὲ, ὅπως ὁ ἀποκαλῶν ὅτος καὶ αὐτὸς μένειν βουλήσεται παρ' ἡμῖν. Σὺ μὲν ἂν σκηνὴν εὑρὼν, δὸς αὐτῷ, ὅπου κάλλιστα διάξει πάντα τὰ δέοντα ἔχων· ἐγὼ δ' αὖ πειράσομαι ἔργον τι αὐτῷ προσάξαι, ὅπερ ἥδιον πράξει ἢ ἄπεισι· ἢ διαλέγου δὲ αὐτῷ ὁπόσα ἐλπὶς [a] γενέσθαι ἀγαθὰ πᾶσι τοῖς φίλοις, ἢν τὰ δέοντα εὖ γένηται· ποιήσας μέντοι ταῦτα ἧκε πάλιν παρ' ἐμέ. Ὁ μὲν δὴ Ὑρκάνιος ᾤχετο τὸν Μῆδον ἐπὶ σκηνὴν ἄγων· ὁ δὲ εἰς Πέρσας ἰὼν, παρῆν συνεσκευασμένος· ὁ δὲ Κῦρος αὐτῷ ἐπέστειλε πρὸς μὲν Πέρσας λέγειν ἃ καὶ πρόσθεν ἐν τῷ λόγῳ δεδήλωται, Κυαξάρει δὲ ἀποδοῦναι τὰ γράμματα. Ἀναγνῶναι δέ σοι, ἔφη, καὶ ἃ ἐπιστέλλω, βούλομαι· ἵνα εἰδὼς αὐτὰ ὁμολογῇς, ἐάν τις σὲ πρὸς ταῦτα ἐρωτᾷ. Ἐνῆν δὲ τῇ ἐπιστολῇ τάδε·

nobis eadem conducere perspicuum est: nam et mihi sunt hostes Assyrii, et tibi jam infestiores sunt quàm mihi: quare sic nostrûm utrique consultandum est, ut eorum sociorum, qui jam nobis adsunt, nemo deficiat: et alios *quoque*, si possimus, *nobis* adjungamus. Audîsti verò Medum equites avocare; hi autem si discedant, quo pacto nos pedites soli manebimus? Sic igitur et mihi et tibi agendum est, ut hic ipse qui *Medos* avocat, nobiscum manere velit. Tu igitur repertum aliquod ei tabernaculum tradito, ubi commodissimè degat, et omnia, quibus opus fuerit, habeat; ego verò sum operam daturus, ut opus aliquod ei imperem, quod libentiùs suscepturus sit, quàm *hinc* abiturus: quin etiam cum ipso de bonis iis disserito, quæ spes sit amicis omnibus eventura, si benè gerantur ea quæ fieri oporteat: hæc verò ubi feceris, ad me redito. Itaque abiit Hyrcanius quidem ut Medum ad tabernaculum deduceret: et qui in Persiam profecturus erat, paratus aderat: ei Cyrus mandavit, ut Persis diceret quæ oratione superiori sunt indicata, Cyaxari verò literas redderet. Volo autem, ait, tibi recitare, quæ mea continet epistola: quò et scias ea et profitearis, si quis te de his interroget. Hæc autem epistolæ inerant:

stant; nec est cur moremur grammaticorum auctoritatem, qui, Stephano teste, ἔχων, non ἔχειν legendum hîc esse dicerent: quòd φαίνεσθαι participio semper jungi tradant. Nam exempla regulæ huic repugnantia passim occurrunt.

[a] Γενέσθαι ἀγαθὰ, &c.] Phrasis hæc, γένεσθαί τι, sequente dativo personæ, pro *impetro*, *consequor*, &c. à *Grotio*, ad Joh. xv, 7, et *Camerone*, ad Matt. xviii, 19. Hebraïsmis N. T. perperàm adnumeratur.

" ΚΥΡΟΣ ΚΥΑΞΑΡΕΙ ΧΑΙΡΕΙΝ. Ἡμεῖς σε ὅτε ἔρη-
" μον κατελίπομεν (οὐδεὶς γὰρ ὅταν τῶν ἐχθρῶν κρατῇ, τότε τῶν
" φίλων ἔρημος γίνεται), οὐδὲ μὴν ἀποχωρῆντές γε ἀπὸ σοῦ οἰόμεθα
" ἐν κινδύνῳ σε καθεσάναι· ἀλλ' ὅσῳ πλέον σοῦ ἀπέχομεν, το-
" σούτῳ πλείονά σοι τὴν ἀσφάλειαν ποιεῖν νομίζομεν· οἱ γὰρ οἰ ἐγ-
" γύταλα τῶν φίλων καθήμενοι, μάλιστα τοῖς φίλοις τὴν ἀσφαλειαν
" παρέχουσιν, ἀλλ' οἱ τοὺς ἐχθροὺς μήκιστον ἀπελαύνοντες, μᾶλλον
" τοὺς φίλους ἐν ἀκινδύνῳ καθιζᾶσι. Σκέψαι δε καὶ οἴῳ ὄντι μοι
" περὶ σὲ, οἷος ὢν περὶ ἐμὲ, ἔπειτά μοι μέμφῃ. Ἐγὼ μὲν γέ
" σοι ἤγαγον συμμάχους, οὐχ ὅσους σὺ ἔπεισας, ἀλλ' ὁπόσους ἐγὼ
" πλείστους ἐδυνάμην· σὺ δέ μοι ἔδωκας μὲν ἐν τῇ φιλίᾳ ὄντι
" ὁπόσους πεῖσαι δυνηθείην· νῦν δ' ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντος, οὐ τὸν
" θέλοντα, ἀλλὰ πάντας ἀποκαλεῖς. Τοιγαροῦν τότε μὲν ὠόμην
" ἀμφοτέροις ὑμῖν χάριν ὀφείλειν, νῦν δὲ ἀναγκάζεις σοῦ μὲν
" ἐπιλαθέσθαι, τοῖς δ' ἀκολουθήσασι πειρᾶσθαι πᾶσαν τὴν
" χάριν ἀποδιδόναι. Οὐ μέντοι ἔγωγε σοὶ δύναμαι ὅμοιος
" γενέσθαι· ἀλλὰ καὶ νῦν πέμπων ἐπὶ στράτευμα εἰς Πέρσας,
" ἐπιστέλλω, ὁπόσοι ἂν ἴωσιν ὡς ἐμὲ, ἤν τι σὺ αὐτῶν δέῃ, [a] πρὶν

" CYRUS CYAXARI SALUTEM. Nos neque te solum reli-
" quimus (nemo enim tunc ab amicis destitutus est, cùm hostes *per*
" *eos* vincit), nec verò propterea quod abs te discessimus in periculo
" te nos constituisse arbitramur: sed quantò longiùs abs te absumus,
" tantò tibi nos plus securitatis præstare existimamus. Nam qui
" proximè amicos desident, non iis maximè securitatem adferunt, sed
" qui hostes longissimè repellunt, iis potiùs amicos extra periculum
" collocant. Considera verò qualem me cùm sis erga te expertus, ip-
" séque *vicissim* qualem erga me te præbeas, de me tandem quereris.
" Equidem auxilio qui tibi sint socios adduxi, non quot tu *ut veni-*
" *rent* persuasisti, sed quàm ego plurimos potui: tu mihi, dum *adhuc*
" amicâ in regione essem, tot concessisti, quot persuadendo, *me ut*
" *sequerentur*, adducere possem; et nunc cùm in hostili sim agro, non
" eos, qui *redire* velint, sed universos avocas. Itaque tunc quidem
" arbitrabar me vobis utrisque gratiam debere, at nunc me tui qui-
" dem oblivisci cogis, et illis qui me secuti sunt omnem referre gra-
" tiam studere. Verùm *facere* non possum, ut tibi similis fiam: sed
" hoc ipso tempore copiarum causâ misso in Persiam nuntio, mandatum
" dedi, ut quotquot ad me venturi sunt, si eorum operâ tibi sit opus,

a Πρὶν ὡς ἡμᾶς] In libris plerisque deest illud ὡς: quod tamen, Leunclavii conjecturam secuti, recepimus. Atque ità Stephanus etiam rectè scribi dicit.

" ὡς ἡμᾶς ἐλθεῖν, σοὶ ὑπάρχειν, οὐχ ὅπως ἂν ἐθέλωσιν, ἀλλ'
" ὅπως ἂν σὺ βάλῃ, χρῆσθαι αὐτοῖς. Συμβουλεύω δέ σοι,
" καίπερ νεώτερος ὤν, μὴ ἀφαιρεῖσθαι ἃ ἂν δῷς· ἵνα μή σοι
" ἔχθραι ἀντὶ χαρίτων ὀφείλωνται· μηδ' ὅταν τινὰ βάλῃ πρός
" σε ταχὺ ἐλθεῖν, ἀπειλοῦντα μεταπέμπεσθαι· μηδὲ φάσκοντα
" ἔρημον εἶναι, ἅμα πολλοῖς ἀπειλεῖν, ἵνα μὴ διδάσκῃς αὐτὸς
" σὲ μὴ φροντίζειν. Ἡμεῖς δὲ πειρασόμεθα παρεῖναι, ὅταν τά-
" χιστα διαπραξώμεθα ἃ σοί τ' ἂν νομίζωμεν καὶ ἡμῖν πραχθέν-
" τα κοινὰ γενέσθαι ἀγαθά. Ἔρρωσο."

Ταύτην αὐτῷ ἀπόδος, καὶ ὅ,τι ἄν σε τούτων ἐρωτᾷ, ἅπερ γέγραπται, σύμφαθι. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐπιστέλλω σοι περὶ τῶν Περσῶν ἅπερ γέγραπται. Τοῦτῳ μὲν ἓν ὕτως εἰπὼν, καὶ δοὺς τὴν ἐπιστολήν, ἀπέπεμψε· προσενδειλάμενος ὕτω σπεύδειν, ὥσπερ οἶδεν ὅτι συμφέρει ταχὺ παρεῖναι.

Ἐκ τούτου δὴ ἑώρα μὲν ἐξωπλισμένους ἤδη πάντας καὶ τοὺς Ὑρκανίους, καὶ τοὺς ἀμφὶ Τιγράνην· καὶ οἱ Πέρσαι δὲ ἐξωπλισμένοι ἦσαν· ἤδη δέ τινες τῶν προσχώρων καὶ ἵππους ἀπήγαγον, καὶ ὅπλα ἔφερον· ὁ δὲ τὰ μὲν παλτὰ, ὅπου περ καὶ τοὺς πρόσθεν, καταβάλλειν ἐκέλευσε, καὶ καταικαίειν, οἷς τοῦτο ἔργον ἦν, ὁπόσων μὴ αὐτοὶ δέοιντο· τοὺς δὲ ἵππους ἐκέλευσε φυλάττειν μένοντας τοὺς ἀγαγόντας,

" antequam ad nos veniant, iis tibi sit potestas, non ut ipsi voluerint,
" sed utì tu voles, utendi. Consilium autem tibi do, quanquam ipse
" junior, nè quæ concesseris auferas; ut nè inimicitiæ tibi gratiarum
" loco debeantur: nec minitabundus arcessas, cùm aliquem ad te
" celeriter venire velis: nec simul te solum esse dixeris, et multis
" miniteris, nè doceas eos nihili te facere. Nos autem conabimur
" operam tibi dare, ubi primùm ea confecerimus, quæ facta cùm
" fuerint et tibi et nobis ex æquo fructuosa fore censemus. Vale."

Hanc ei *epistolam* reddito, et de quocunque horum te interrogârit, id ità se habere dicito, prout *in epistolâ* scriptum est. Nam et de Persis *itidem* tibi mando, prout scriptum est. Atque hunc quidem his verbis adlocutus, traditâ epistolâ, dimisit; adjecto mandato, ut ità festinaret, quemadmodùm expedire noverat celeriter utì adesset.

Secundùm hæc armatos jam omnes tam Hyrcanios quàm Tigranis milites spectabat: Persæ quoque armis erant instructi: jam etiam finitimi quidam *ei se dedentes* equos adducebant, et adferebant arma: *hos* ille palta eum in locum, ubi et cæteros anteà, jussit abjicere, eáque *illos* concremare, quibus id negotii datum erat, ipsi quibus non egerent; equos autem ut illi *in castris* remanentes custodirent, qui *eos* adduxerant

ἕως ἄν τι σημανθείη αὐτοῖς· τοὺς δ' ἄρχοντας τῶν ἱππέων καὶ Ὑρκανίων καλέσας, τοιάδε ἔλεξεν·

" Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, μὴ θαυμάζητε, ἔφη, ὅτι πολ-
" λάκις ὑμᾶς συγκαλῶ· [a] καινὰ γὰρ ὄντα ἡμῖν τὰ παρόντα πολ-
" λὰ αὐτῶν ἀσύντακτά ἐσιν· ἃ δ' ἂν ἀσύντακτα ᾖ, ἀνάγκη
" ταῦτα ἀεὶ πράγματα παρέχειν, ἕως ἂν χώραν λάβῃ. Καὶ
" νῦν ἔσι μὲν ἡμῖν πολλὰ τὰ αἰχμάλωτα χρήματα, καὶ ἄνδρες
" ἐπ' αὐτοῖς· διὰ δὲ τὸ μήθ' ἡμᾶς εἰδέναι ποῖα τούτων ἑκάσου
" ἐσὶν ἡμῶν, μήτε τούτους εἰδέναι ὅσις ἑκάσῳ αὐτῶν δεσπότης,
" περαίνοντας μὲν δὲ τὰ δέοντα οὐ ῥᾴνυ ἐσὶν ὁρᾶν αὐτῶν πολ-
" λοὺς, ἀπορῦντας δὲ ὅ,τι χρὴ ποιεῖν, σχεδὸν πάντας· ἵνα οὖν
" μὴ ἔτως ἔχῃ, διορίσατε αὐτά· καὶ ὅσις μὲν ἔλαβε σκηνὴν ἔχου-
" σαν ἱκανὰ καὶ σῖτα καὶ ποτὰ, καὶ τοὺς ὑπηρετήσοντας, καὶ
" στρωμνὴν καὶ ἐσθῆτα, καὶ τἄλλ' οἷς οἰκεῖται σκηνὴ καλῶς στρα-
" τιωτικὴ, ἐνταῦθα μὲν ἐᾶν ἄλλο δεῖ προσγενέσθαι ἢ τὸν λαβόντα
" εἰδέναι ὅτι τούτων, ὡς οἰκείων, ἐπιμελεῖσθαι δέοι· ὅσις δὲ εἰς
" [b] ἐνδεόμενά που κατεσκήνωσε, τούτους ὑμεῖς σκεψάμενοι, τὸ

præcepit, donec aliquid eis significatum esset: et convocatis præfectis equitum et Hyrcaniorum, hujusmodi orationem habuit:

" Nè mirum vobis sit, amici et socii, inquit, quod vos sæpè con-
" voco: nam cùm res præsentes novæ sint, earum multæ ordine *adhuc*
" carent; quæ verò ordinata non sunt, ea semper negotia facessere ne-
" cesse est, donec in *suum quæque* locum delata fuerint. Et multa jam
" sunt bona nobis bello capta, et viri præterea *qui in nostram potestatem*
" *venerunt:* quoniam verò neque scimus ipsi, quænam horum cujus-
" que nôstrum sint, neque hi novêre quis eorum cujusque sit do-
" minus, *idcircò* non admodùm multos quidem ex eis videre est officium
" facere, sed omnes ferè ambigere, quid abs se fieri oporteat: qua-
" propter ut ne hæc sit rerum nostrarum ratio, vos ista *singulis quæ eis*
" *propria sint dividendo* discernite: et cùm quidem tabernaculum
" aliquis adeptus est, satìs et esculentis instructum, et potulentis,
" et ministris, et stragulâ, et *aliâ* veste, rebúsque cæteris quæ requi-
" runtur ut in tabernaculo militari commodè degi possit, huc ut quid
" aliud accedat non opus est, nisi ut is quid *illud* nactus est, sciat
" horum sibi curam, tanquam suorum, gerendam esse: qui verò in
" ea divertit tabernacula quibus pleraque desunt, vos his inspectis,

a Καινά] Editio Stephani, contra librorum omnium fidem, dat κοινά: quod vitio forsan operarum contigit. Quanquam sanè loci ratio huic lectioni adeò non repugnat, ut ei omninò faveat: eámque adeò vulgatæ illi præferendam puto. Vide p. 302, l. ult. &c.

b Ἐνδεόμενά που] Stephanus scribendum conjicit ἐνδεόμενά τι, ut τι sit pro τινὸς. Sed vulgata lectio, quam libri omnes præstant, loco non movenda est, cùm nihil sit in eâ vitii.

" ἐλλεῖπον ἐκπληρώσατε. Πολλὰ δὲ καὶ περιτλὰ οἶδα ὅτι ἔσαι· " πλείω γὰρ ἅπαντα ἢ καλὰ τὸ ἡμέτερον πλῆθος εἶχον οἱ πολέ- " μιοι. Ἦλθον δὲ πρός με καὶ χρημάτων ταμίαι οἵ τε τῶ Ἀσσυρίων " βασιλέως καὶ ἄλλων δυνασῶν, οἳ ἔλεγον ὅτι χρυσίον εἴη παρὰ " σφίσιν ἐπίσημον, δασμός τινας λέγοντες· καὶ ταῦτα ἂν κηρύτλελε " πάντα ἀποφέρειν πρὸς ὑμᾶς, ὅπω ἂν καθέζησθε· καὶ φόβον " ἐπιτίθεσθε τῷ μὴ ποιοῦντι τὸ παραγγελλόμενον· ὑμεῖς δὲ λα- " βόντες διαδίδοτε, ἱππεῖ μὲν τὸ διπλοῦν, πεζῷ δὲ τὸ ἁπλοῦν· ἵνα " ἔχητε, ἢν τινῶν προσδεηθῆτε, καὶ ὅτω ὠνήσεσθε. [a] Τὴν δ' ἀγο- " ρὰν τὴν ὅσαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ [b] κηρύξατε μὲν ἤδη, ἔφη, μὴ " ἀδικεῖν μηδένα, πωλεῖν δὲ τοὺς καπήλους ἢ ἐμπόρους ὅ, τι ἔχει " ἕκασος πράσιμον· καὶ ταῦτα διαθεμένους, ἄλλα ἄγειν, ὅπως " οἰκῆται ἡμῶν τὸ στρατόπεδον." Καὶ ταῦτα μὲν εὐθὺς ἐκήρυττον· οἱ δὲ Μῆδοι καὶ Ὑρκάνιοι εἶπον ὧδε, Καὶ πῶς ἂν, ἔφασαν, ἡμεῖς ἄνευ σοῦ καὶ τῶν σῶν διανέμοιμεν ταῦτα; Ὁ δ' ἦν Κῦρος πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ὧδε προσηνέχθη· " Ἦ γὰρ ἅτως, ἔφη, ὦ ἄνδρες, " γιγνώσκετε, ὡς ὅ,τι ἂν δεήσῃ πραχθῆναι, ἐπὶ πᾶσι πάντας " ἡμᾶς δεήσει παρεῖναι, καὶ οὔτε ἐγὼ ἀρκέσω ὑμῖν πράττων

" quod deest supplete. Multa etiam fore scio quæ supersint: nam " hostibus omnia fuêre copiosiora quàm pro multitudine nostrâ. Ve- " nerunt etiam ad me Assyriorum regis aliorúmque dynastarum " quæstores, qui apud se aurum signatum esse dixerunt, de tributis " quibusdam mentionem facientes: itaque per præconem imperate, " ut isthæc ad vos omnia deferant, ubicunque consederitis; et ter- " rorem ei incutite qui, quod imperatum est, non fecerit: vos autem " ea cùm acceperitis, duplum quidem equiti, pediti simplum distri- " buite; ut habeatis, si quibus vobis prætereà opus fuerit, undè etiam " *ea* emere possitis. Forum verò castrense, inquit, præconis jam " voce edicite, ut nemo violet, útque caupones ac mercatores vendant " merces quisque suas venales; et has ubi vendiderint, alias adve- " hant, quò castra nostra sint frequentia." Et hæc illi quidem statim per præconem edicebant: Medi verò et Hyrcanii, Quo pacto nos, inquiunt, absque te ac tuis hæc distribuerimus? Cyrus autem hæc *ipsorum* verba ità excepit: " Eáne vestra, viri, sententia est, inquit, ut " quicquid *tandem nobis* agendum fuerit, rebus omnibus nos omnes " interesse oporteat; neque satìs ego facturus sim vobis, agens pro

a Τὴν δ' ἀγορὰν, &c.] Vide sis quæ notavimus, lib. ii, p. 129.

b Κηρύξατε] Sic optimè MS. Bodl. et edit. *Lion.* Stephanus, Leunclavius, alii, dant κηρυξάτω. Sed loci ratio nostram scripturam omninò flagitat: nam paulò ante dixerat, ἢ ταῦτα ἂν κηρύτλελε—deinde, ἢ ταῦτα μὲν εὐθὺς ἐκήρυττον.

" πρὸ ὑμῶν ὅ,τι ἂν δέῃ, ἅτε ὑμεῖς πρὸ ἡμῶν; Καὶ πῶς ἂν
" ἄλλως πλείω μὲν πράγματα ἔχοιμεν, μείω δὲ διαπρατ[illegible]οί-
" μεθα, ἢ οὕτως; Ἀλλ' ὁρᾶτε, ἔφη· ἡμεῖς μὲν γὰρ διεφυλάξα-
" μεν ὑμῖν τάδε, καὶ ὑμεῖς ἡμῖν ἐπιστεύσατε καλῶς διαπεφυ-
" λάχθαι· ὑμεῖς δ' αὖ διανείματε, καὶ ἡμεῖς πιστεύσομεν ὑμῖν
" καλῶς διανενεμῆκέναι· καὶ ἐν ἄλλοις δέ γε αὖ ἄλλο τι ἡμεῖς
" πειρασόμεθα κοινὸν ἀγαθὸν πράττειν. Ὁρᾶτε γὰρ δή, ἔφη,
" νυνὶ πρῶτον, ἵπποι ὅσοι ἡμῖν πάρεισιν, οἱ δὲ προσάγονται· τού-
" τους οὖν εἰ μὲν ἐάσομεν ἀναμβάτους, ὠφελήσουσι μὲν οὐδὲν ἡμᾶς,
" πράγματα δὲ παρέξουσιν ἐπιμελεῖσθαι· ἢν δ' ἱππέας ἐπ' αὐτοὺς,
" καλασήσωμεν, ἅμα πραγμάτων τε ἀπαλλαγησόμεθα καὶ ἰσχὺν
" ἡμῖν αὐτοῖς προσθησόμεθα. Εἰ μὲν οὖν ἄλλους ἔχετε, οἷς
" τισιν ἂν δοίητε αὐτούς, μεθ' ὧν ἂν καὶ κινδυνεύοιτε ἥδιον (εἴ τι
" δέοι) ἢ μεθ' ἡμῶν, ἐκείνοις δίδοτε· εἰ μέντοι ἡμᾶς βούλεσθε
" παρασάτας μάλιστα ἔχειν, ἡμῖν αὐτοῖς δότε. Καὶ γὰρ νῦν
" ὅτε ἄνευ ἡμῶν προσελάσαντες ἐκινδυνεύσατε, πολὺν μὲν φόβον
" ἡμῖν παρείχετε μή τι πάθητε, μάλα δὲ αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς
" ἐποιήσατε ὅτι ἃ παρῆμεν ὅπως περ ὑμεῖς· ἢν δὲ λάβωμεν τοὺς
" ἵππους, ἑψόμεθα ὑμῖν· κἂν μὲν δοκῶμεν ὠφελεῖν πλείονα ἐπὶ
" τῶν ἵππων συναγωνιζόμενοι, οὕτω προθυμίας οὐδὲν ἐλλείψομεν·

" vobis quod usus postulet, neque vos, pro nobis? Et quanam aliâ
" ratione plus habituri simus negotii, et minus effecturi, quàm istâ?
" At videte, ait: nos enim hæc vobis custodivimus, et vos credidis-
" tis à nobis esse rectè custodita; vos verò vicissim distribuite, et
" nos credemus vobis, rectè vos distribuisse: ac nos rursùs aliis in
" rebus operam dabimus ut quiddam, in commune profuturum, pera-
" gamus. Videte enim, ait, nunc primùm quot nobis partim adsint
" equi, partim adducantur: hos utique ità si relinquemus ut nemo in-
" sideat, neque quidquam nobis proderunt, et ob curam iis impen-
" dendam negotium nobis exhibebunt: sin equites eis imponemus,
" eâdem operâ tum negotiis molestis liberabimur, tum virium nobis
" ipsis accessionem faciemus. Atqui si alii sunt, quibus eos detis, et
" quibuscum (si sit opus) pericula libentiùs adeatis, quàm nobiscum,
" *nimirum* illis *eos* date: sin nos in primis auxiliarios qui vobis præstò
" sint habere vultis, nobis *eos* date. Etenim modò cùm *ad hostes* abs-
" que nobis provecti, prælii discrimen adiretis, magnum nobis metum
" injecistis, nè quid adversi vobis accideret; atque etiam magnum
" nobis pudorem incussistis, quòd ibi non adessemus, ubi vos *aderatis:*
" verùm si equos accipiemus, secuturi vos sumus: ac si quidem unà
" *vobiscum* ex equis pugnantes majori usui esse videbimur, cùm ità
" se res habet, faciemus ut alacritatem nostram minimè desidere-

"ἢν δὲ πεζοὶ γενόμενοι δοκῶμεν καιριωτέρως ἂν παρεῖναι, "τὸ καταβῆναι ἐν μέσῳ, καὶ εὐθὺς πεζοὶ ὑμῖν παρεσόμεθα· "τὰς δ' ἵππους μηχανησόμεθα οἷς ἂν παραδιδοίημεν." Ὁ μὲν ἔτως ἔλεξεν· οἱ δὲ ἀπεκρίναντο, Ἀλλ' ἡμεῖς μέν, ὦ Κῦρε, ἔτε ἄνδρας ἔχομεν, ὃς ἀναβιβάσαιμεν ἂν ἐπὶ τὰς ἵππους τύτους, ἔτε, εἰ ἔχοιμεν, σὺ ταῦτα βουλομένῳ ἂν ἄλλο ἀντὶ τύτων αἱροίμεθα. Καὶ νῦν, ἔφασαν, λαβὼν τὰς ἵππους, ποίει ὅπως ἄριστον δοκεῖ σοι εἶναι. Ἀλλὰ δέχομαί τε, ἔφη, καὶ ἀγαθῇ τύχῃ ἡμεῖς τε ἱππεῖς γενοίμεθα, καὶ ὑμεῖς διέλοιτε τὰ κοινά. Πρῶτον μὲν ἕν, ἔφη, τοῖς θεοῖς ἐξαιρεῖτε ὅ,τι ἂν [a] οἱ μάγοι ἐξηγῶνται· ἔπειτα δὲ Κυαξάρει ἐξέλετε ὁποῖ' ἂν οἴησθε αὐτῷ μάλιστα χαρίζεσθαι. Καὶ οἱ γελάσαντες εἶπον, ὅτι γυναῖκας ἂν καλὰς [b] ἐξαιρετέον εἴη. Γυναῖκάς τε τοίνυν ἐξαιρεῖτε, ἔφη, καὶ ὅ,τι ἄλλο ἂν δοκῇ ὑμῖν. Ἐπειδὰν δὲ ἐκείνῳ ἐξέλητε, ὦ Ὑρκάνιοι, τὰς ἐμοὶ ἐθελουσίως τύτως ἑπισπομένως πάντας ἀμέμπτως ποιεῖτε εἰς δύναμιν. Ὑμεῖς δ'

" tis; sin pedites cùm fuerimus opportuniùs vobis adfuturi videamur, " proclive fuerit descendere, statímque *adeò* vobis pedites aderimus; " equos autem quibus tradamus, excogitabimus." *Cyrus* in hunc modum locutus est: illi autem responderunt, At nos, Cyre, neque viros habemus, quos equis hisce imponamus, neque, si haberemus, cùm tu hæc velis, aliud iis *quæ velles* præferremus. Atque adeò nunc, inquiunt, equos accipe, et quod tibi optimum factu videtur facito. Ego verò accipio, inquit, adeóque nos, quod felix faustúmque sit, efficiamur equites; et vos, quæ communia sunt, dividatis. Ac primùm quidem, ait, diis secernite quodcunque magi *secernendum* præscripserint; deindè Cyaxari seligite, quæ quod selegeritis maximè rem gratam vos ipsi facturos arbitramini. Et illi risu facto, mulieres formosas *huic* deligendas aiebant. Ergò et mulieres, inquit, deligite, et quidquid aliud vobis visum fuerit. Posteà verò quàm illi selegeritis, Hyrcanii, facite, quantum potestis, ut omnes hi Medi, qui me ultrò sequuti sunt, nihil habeant quod querantur. Et vos item,

a Οἱ *μάγοι ἐξηγῶνται*] Heyschius ad vocem Μάγον. Τὸν Θεοσεβῆ, ἢ Θεολόγον, καὶ ἱερέα οἱ Πέρσαι οὕτως λέγουσι. Suidas itidem, φιλοσόφους καὶ φιλοθέους eo nomine apud Persas appellari tradit. Magi nempe circa deorum cultum potissimùm erant occupati; regem populúmque, quo Deus quisque ritu colendus erat, quæque dona singulis erant tribuenda, docebant. Et cùm munus hoc obirent, ἐξηγεῖσθαι dicebantur, pro ἐμφατικωτέρα verbi hujus significatione, quâ (ut in *Scholiis* ad *Elect.* Sophoc. v. 427, exponitur) διασάφησιν θείων indicat. Emphasis autem ea, quâ verbum hoc potissimùm notat, *Sacra docere, mysteria enarrare*, ei satìs commodè tribui possit, Joh. i, 18. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.

b Ἐξαιρετέον εἴη] Stephanus et Leunclavius exhibent, ἐξαιρετέον ἂν εἴη. Utrumque tamen mediam voculam improbâsse, ex notâ ei affixâ liquet. Particulâ sanè istâ, bis hoc in loco positâ, minimè opus est: libens itaque MStum Bodl. et editionem *Eton.* secutus sum, in quibus ἂν ante εἴη non comparet.

αὖ, ὦ Μῆδοι, τὺς πρώτυς συμμάχυς γενομένυς τύτυς τιμᾶτε, ὅπως εὖ βεβυλεῦσθαι ἡγήσωνται ἡμῖν φίλοι γενόμενοι. Νείμαιε δὲ πάντων τὸ μέρος καὶ τῷ παρὰ Κυαξάρυς ἥκοντι ἀγγέλῳ, αὐτῷ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ· καὶ συνδιαμένειν δὲ παρακαλεῖτε, ὡς καὶ ἐμοὶ τοῦτο συνδοκοῦν· ἵνα καὶ Κυαξάρει μᾶλλον εἰδὼς περὶ ἑκάστυ ἀπαγγείλῃ τὰ ὄντα. Πέρσαις δ', ἔφη, τοῖς μετ' ἐμοῦ, ὅσα ἂν περιτὰ γένηται, ὑμῶν καλῶς κατεσκευασμένων, ταῦτα ἀρκέσει· καὶ γὰρ, ἔφη, μάλα πως ἡμεῖς ἁπαλῶς ἐν χλιδῇ τεθράμμεθα, ἀλλὰ χωριτικῶς· ὥστε ἴσως ἂν ἡμῶν καταγελάσητε, εἴ τι σεμνὸν ἡμῖν περιτεθείη· ὥσπερ, ἔφη, οἶδα ὅτι πολὺν γέλωτα ὑμῖν παρέξομεν καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων καθήμενοι· οἶμαι δὲ, ἔφη, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς καλαπίπτοντες.

Ἐκ τούτου οἱ μὲν ᾔεσαν ἐπὶ τὴν διαίρεσιν, μάλα ἐπὶ τῷ ἱππικῷ γελῶντες· ὁ δὲ τοὺς ταξιάρχους καλέσας, ἐκέλευε, τοὺς ἵππους λαμβάνειν, καὶ τὰ τῶν ἵππων σκεύη, καὶ τοὺς ἱπποκόμους, καὶ ἀριθμήσαντας λαβεῖν κληρωσαμένους εἰς τάξιν ἴσους ἑκάστοις. Αὐτὸς δὲ ὁ Κῦρος ἀνειπεῖν ἐκέλευσεν, εἴ τις εἴη ἐν τῷ Ἀσσυρίων ἢ Σύρων ἢ Ἀραβίων στρατεύματι ἀνὴρ δοῦλος, ἢ Μήδων, ἢ Περσῶν, ἢ Βακτριανῶν, ἢ Καρῶν, ἢ Κιλίκων, ἢ Ἑλλήνων, ἢ ἄλλοθέν ποθεν βεβιασμένος, ἐκφαίνεσθαι. Οἱ δ' ἀκούσαντες τοῦ κηρύγματος, ἅσμενοι πολλοὶ

Medi, primos hosce socios nostros honoribus præmiisque ornate, quò rectè se consuluisse rebus suis existiment, cùm nostræ se amicitiæ adjungerent. Etiam de omnibus partem nuntio tribuite qui à Cyaxare venit, tum ipsi, tum iis quos secum habet: atque etiam hunc obsecrate ut nobiscum maneat, id quod et mihi simul probari *dicite:* ut cùm rectiùs singula intellexerit, vera Cyaxari renuntiare possit. Persis autem, ait, qui mecum sunt, quæcunque vobis præclarè instructis supersint, ea sufficient: quippe nos, inquit, in deliciis non admodùm educati sumus, sed *duriter ac* rusticorum *fermè* more: itaque nos fortassis etiam irrisissetis, si quid splendidius nobis adtribueretur; sicuti futurum scio, inquit, ut equis insidentes multum vobis risum moveamus; et *fortassis*, ut arbitror, ait, etiam in terram decidentes.

Secundùm hæc illi ad *prædæ* divisionem accessêre, de equitatu hoc admodùm ridentes: et *Cyrus* arcessitis cohortium præfectis præcepit equos utì reciperent, et instrumenta equestria, cum equisonibus; et numero *quidem* inito eos acciperent, pares *videlicet militum* singulorum numero, qui sortitò cohorti cuique obvenirent. Ipse etiam Cyrus per præconem pronuntiari jussit, ut si quod in Assyriorum, aut Syrorum, aut Arabum exercitu mancipium esset, vel è Mediâ, vel Persiâ, vel *terrâ* Bactrianâ, vel Cariâ, vel Ciliciâ, vel Græciâ, vel aliundè vi abductum, se conspiciendum exhiberet. Hoc autem audito præconio, multi se libenter

προσεφάνησαν· ὁ δὲ ἐκλεξάμενος αὐτῶν τὺς τὰ εἴδη [a] βελτίσυς, ἔλεγεν ὅτι ἐλευθέρυς αὐτὺς ὄντας δεήσει ὅπλα ὑποφέρειν ἃ ἂν αὐτοῖς δίδωσι· τὰ δὲ ἐπιτήδεια ὅπως ἂν ἔχωσιν, ἔφη, αὐτῷ μελήσειν. Καὶ εὐθὺς ἄγων πρὸς τὺς ταξιάρχυς, συνέσησεν αὐτύς· καὶ ἐκέλευσε τὰ γέρρα ἢ τὰς [b] ψιλὰς μαχαίρας τύτοις διδόναι, ὅπως ἔχοντες σὺν τοῖς ἵπποις ἕπωνται, ἢ τὰ ἐπιλήδεια τύτοις ὥσπερ καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτῦ Πέρσαις λαμβάνειν· αὐτὺς δὲ, τὺς θώρακας καὶ τὰ ξυσὰ ἔχονλας, ἀεὶ ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχεῖσθαι· καὶ αὐτὸς ἅτω ποιῶν κατῆρχεν· ἐπὶ δὲ τὺς πεζὺς τῶν ὁμότιμων [c] ἀνθ' ἑαυτῦ ἕκασον καθισάναι ἄλλον ἄρχονλα τῶν ὁμοτίμων.

Οἱ μὲν δὴ ἀμφὶ ταῦτα εἶχον, Γωβρύας δ' ἐν τύτῳ παρῆν ὁ Ἀσσύριος, πρεσβύτης ἀνὴρ, ἐφ' ἵππυ, σὺν ἱππικῇ θεραπείᾳ· εἶχον δὲ πάνλες τὰ ἐφ' ἵππων ὅπλα. Καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τῷ τὰ ὅπλα παραλαμβάνειν τελαγμένοι ἐκέλευον παραδιδόναι τὰ ξυσὰ, ὅπως καλακαίοιεν ὥσπερ ἢ τἄλλα. Ὁ δὲ Γωβρύας εἶπεν, ὅτι Κῦρον πρῶτον βάλοιτο ἰδεῖν· ἢ οἱ ὑπηρέται τὺς μὲν ἄλλυς ἱππέας αὐτῦ κατέλι-

in conspectum dedêre: et ille, cùm ex eorum numero selegisset, qui formâ præstabant, iis, liberi cùm jam essent, arma esse gestanda dixit, quæ ipsis daturus erat: sibi autem curæ futurum aiebat, res utì necessarias haberent. Simul eos ad præfectos cohortium deducens, *iisdem* commendavit; et præcepit, ut scuta ac gladios exiles, eis darent, his ut instructi equitatum sequerentur; atque ut pro iisdem commeatum, perinde ac pro Persis suis, acciperent: ipsi verò *cohortium præfecti* loricis hastilibúsque instructi semper equis veherentur; atque ipse primùm hoc facere orsus est: ac singuli suo loco præfectum alium ex ordine ὁμότιμων, peditibus qui de numero *itidem* ὁμότιμων erant constituerent.

Et in his quidem rebus cùm illi occupati essent, intereà Gobryas Assyrius, senex, equo vectus, cum equestri famulatu aderat: gestabant autem omnes arma equestria. Et illi quidem quibus datum hoc erat negotii ut arma reciperent, *eos* hastilia tradere jubebant, ut ea perinde atque *arma* cætera comburerent. Gobryas autem, velle se primùm videre Cyrum, ait: atque ministri cæteros quidem ipsius equites reli-

a Βελτίσυς] Ità Leunclavius et MS. Bodl. Stephanus autem et alii dant καλλίσυς. Parum refert, utro modo legas. Hoc tamen mihi quidem videtur à librario quodam profectum, qui τὰ εἴδη βελτίσυς, per καλλίσυς, interpretari voluit.

b Ψιλὰς μαχαίρας] Sicilet, *copidas*: nam de his ipsis equitibus, utì notavit Leunclavius, in libro 5, mentionem faciens, scuta iis et copidas tribuit.

c Ἀνθ' ἑαυτῦ ἕκασον] Vox ultima in plerisque libris deest; quam tamen Stephanus et Leunclavius, sive conjecturâ, sive veteris alicujus exemplaris auctoritate freti, rectè reposuisse videntur. Eam enim loci ratio postulat, et *Philelphus* etiam in versione suâ agnoscit: *ut pro se quisque alium*, &c.

πον, τὸν δὲ Γωβρύαν ἄγουσι πρὸς τὸν Κῦρον. Ὁ δὲ, ὡς εἶδε τὸν Κῦρον, ἔλεξεν ὧδε. " Ὦ δέσποτα, ἐγώ εἰμι τὸ μὲν γένος Ἀσσύ-
" ριος· ἔχω δὲ καὶ τεῖχος ἰσχυρὸν, καὶ χώρας ἐπάρχω πολλῆς· καὶ
" ἵππον εἰς χιλίαν τῷ [a] τῶν Ἀσσυρίων βασιλεῖ παρειχόμην, καὶ
" φίλος ἦν ἐκείνῳ ὡς μάλιστα· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος μὲν τέθνηκεν ὑφ'
" ὑμῶν, ἀνὴρ ἀγαθὸς ὤν, ὁ δὲ [b] παῖς ἐκείνου τὴν ἀρχὴν ἔχει,
" ἔχθιστος ὢν ἐμοὶ, ἥκω πρός σε, καὶ ἱκέτης προσπίπτω· καὶ δί-
" δωμί σοι ἐμαυτὸν δοῦλον καὶ σύμμαχον, σὲ δὲ τιμωρὸν αἰτοῦμαι
" μοι γενέσθαι· καὶ παῖδα ἔτως ὡς δυνατὸν σὲ ποιοῦμαι. Ἄπαις
" δέ εἰμι ἀρρένων παίδων. Ὃς γὰρ ἦν μοι μόνος καλὸς, ὦ
" δέσποτα, καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐμὲ φιλῶν καὶ τιμῶν ὥσπερ ἂν εὐδαί-
" μονα πατέρα παῖς τιμῶν τιθείη, [c] τοῦτον ὁ νυνὶ βασιλεὺς
" οὗτος, καλέσαντος τοῦ τότε βασιλέως, παιδὸς δὲ τοῦ νῦν,

querunt, et ad Cyrum Gobryam deducunt. Is ubi Cyrum conspexit, his verbis usus est: " Equidem, domine, natione sum Assyrius; et
" castellum munitum habeo, et regioni amplæ dominor; et equos cir-
" citer mille regi Assyriorum exhibere solebam, et illi *quidem* carus
" eram, ut qui maximè: sed quando interfectus ille à vobis erat, vir
" *sanè fortis et* bonus, illiúsque filius rerum modò potitur, inimicis-
" simus mihi, ad te venio, et ad genua tibi supplex accido: tradóque me
" tibi servum et belli socium, ac te rogo ut me ulciscaris; téque pro
" eo ac possum filium *mihi* adopto. Nam nulla mihi est *jam* proles
" mascula. Quem enim solum habebam *filium*, formâ, domine, et vir-
" tute præstantem, et amantem mei et eum honorem mihi deferentem,
" quo filius patrem persequendo beare possit, hunc rex ille *qui* nunc
" *Assyriæ dominatur*, arcessitum ab illius temporis rege, hujus patre,

a Τῶν Ἀσσυρίων βασιλεῖ] Scil. *Neriglissoro:* de quo vide sis p. 186.

b Παῖς ἐκείνου] Scilicet *Laborosoarchodus;* qui *Neriglissoro* patri succedens novem menses regnavit. Hunc, anno M. 3449, Jul. Per. 4159, ante æram Christianam 555, ob morum improbitatem interemptum excepit *Nebuchadnesaris* ex filio *Evilmerodacho* nepos, Beroso (teste *Josepho* contra *Apion.* l. i, p. 1344.) *Nabonnidus*; Herodoto, lib. i, c. 77. *Labynetus*; Abydeno (auctore *Euseb.* in Præp. Evang. lib. 9 c. 41.) *Nubannidochus;* Danieli prophetæ, c. 5, *Belshazar* sive *Baltasar* dictus.

c Τοῦτον ὁ νυνὶ βασιλεὺς, &c.] Cruentam filii unici, dulcissimo ingenio præditi, cædem, Gobryæ, patris amantissimi, animus meminisse horret. Interrupta ejus aliquamdiu pendet oratio; tristéque quoddam, et miserum, calamitati modò acceptæ consentaneum dicendi genus exhibet. Verbum, à quo periodi membrum hoc regatur, non nisi post *hyperbaton* paulò longius, ei redditum videmus. Ideóque neutiquam ægrè ferendum est, quod συνεζωοποίησε in ipso statim exordio capitis 2, epist. ad *Ephes.* non occurrat, sed quinto demum addatur commate: cujus *hyperbati* causa non tam in scribendi imperitiam, quàm in vehementiam Spiritûs Apostolici referenda est; quo compulsus est Paulus multa interponere, priusquàm ad exponendum verbum, à quo periodi pendebat initium, perveniret. Confer etiam Act. i, ubi——ἕως τέτων, quibus clauditur comma 22 respiciunt τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν—in principio commatis 21 necnon Act. ii, 22, et 2 Cor. ix, ab 8 ad 11 comma.

" ὡς δώσοντος τὴν θυγατέρα τῷ ἐμῷ παιδί· (ἐγὼ μὲν ἀπεπεμψά-
" μην, μέγα φρονῶν ὅτι δῆθεν τῆς βασιλέως θυγατρὸς ὀψοίμην
" τὸν ἐμὸν υἱὸν γαμέτην) ὁ δὲ νῦν βασιλεὺς ἐπὶ θήραν αὐτὸν
" παρακαλέσας, καὶ ἀνεὶς αὐτῷ θηρᾶν ἀνὰ κράτος, ὡς πολὺ
" κρείσσων αὐτῆς ἱππεὺς ἡγούμενος εἶναι· ὁ μὲν ὡς φίλῳ συνε-
" θήρα· φανείσης δ' ἄρκτου, διώκοντες ἀμφότεροι, ὁ μὲν νῦν
" ἄρχων ἔτος ἀκοντίσας ἥμαρτεν· (ὡς μήποτ' ὤφελεν) [a] ὁ δ'
" ἐμὸς παῖς βαλὼν (εὖ δέον), καταβάλλει τὴν ἄρκτον. Καὶ
" τότε μὲν ἀνιαθεὶς ἄρα κατέσχεν ἔτως ὑπὸ σκότου τὸν φθόνον·
" ὡς δὲ πάλιν λέοντος παρατυχόντος ὁ μὲν αὖ ἥμαρτεν (εὖ δὲν,
" οἶμαι, θαυμαστὸν παθών), ὁ δ' αὖ ἐμὸς παῖς [b] αὖθις τυχὼν
" καὶ εἰργάσατο τὸν λέοντα, ἢ εἶπεν, Ἆρα [c] βέβληκα δὶς ἐφεξῆς,
" ἢ καὶ βέβληκα [d] θῆρας ἑκατέρᾳκις· ἐν τούτῳ δὲ ἔτι καλέσχεν

" ut qui vellet filio meo filiam suam *uxorem* dare: (atque ego quidem
" *eum* ità dimittebam, ut elato essem animo, qui nimirum filium meum
" regis filiæ maritum visurus essem) hunc, *inquam*, rex iste *rerum* qui
" nunc *potitur*, ad venationem invitavit, et potestatem ei fecit venandi
" totis viribus, quòd longè se illo meliorem equitem duceret; itaque
" venatus est cum eo tanquam amico: cúmque in conspectum pro-
" diisset ursa, et uterque hanc insequeretur, iste modò princeps emis-
" so jaculo aberravit; (quod utinam nè unquam accidisset) at meus
" *ille* filius, telo conjecto, (quod minimè factum oportuit) ursam ster-
" nit. Et tunc quidem ille licèt graviter rem ferret, invidiam ta-
" men occultè repressit: cùm autem leone fortè excitato hic rursùs
" aberrâsset (quod ei accidisse mirum, ut mea fert opinio, videri
" non debuit), filius verò meus ictu denuò non aberrante leonem con-
" fecisset, dicerétque, Profectò bina emisi jacula, uno sub alterum
" statim emisso, et utrâque vice feram prostravi: tum verò sceleratus

a Ὁ δ' ἐμὸς, &c.] Hinc ille *Laborocoarchodi* furor effrenatus: quippe qui

Eximiæ laudis succensus amore,

cupidinéque adeò feræ sternendæ captus, summam venationis gloriam, hâc ab alio stratâ, sibi jam præreptam indignabundus animadverterit. Venantes autem ab aliis præveniri nolle, ex Hermolaï pœnâ liquet, qui *cum aprum telo occupásset, quem rex ferire destinaverat, jussu ejus verberibus adfectus est.* Q. Curt. l. 8, cap. 6. Vide sis quæ notavimus, lib. i, p. 33 et 35. Assyrios verò reges venatu exerceri solitos, *Suidas* in voce Σαρδανάπαλος testatur.

b Αὖθις τυχὼν] Liber Budensis, teste Leunclavio, dat δυσυχῶς τυχὼν κατειργάσατο, &c. *ictu infeliciter felici*, &c. quæ scriptura Camerario placuit, à Stephano etiam Leunclavióque laudata est. At illud δυσυχῶς nec in MSto Bodl. comparet, nec in textum recipiendum videtur. In editione quidem *Argentor.* ibi locum obtinet; in cæteris, margini rectiùs adscribitur.

c Ἆρα βέβληκα δὶς, &c.] Legunt aliter Stephanus, Leunclavius, alii: sic nimirum: Ἆρα βέβληκα μιᾷ δὶς, &c. illi tamen vocem penultimam meritò suspectam habuerunt. Eam sanè non agnoscit *Philelphus:* loci ratio non postulat. Itaque libens MSti Bodl. editionisque *Eton.* fidem secutus sum; in quibus μιᾷ planè deest.

d Θῆρας] MS. Bodl. dat θῆρα. Atque

" ὁ ἀνόσιος τὸν φθόνον, ἀλλ' αἰχμὴν παρά τινος τῶν ἑπομένων
" ἁρπάσας, παίσας εἰς τὰ σέρνα, τὸν μόνον μοι ἢ φίλον παῖδα
" ἀφείλετο τὴν ψυχήν. Κἀγὼ μὲν ὁ τάλας νεκρὸν ἀντὶ νυμφίου
" ἐκομισάμην, καὶ ἔθαψα τηλικοῦτος ὢν ἄρτι γενειάσκοντα τὸν
" ἄριστον παῖδα τὸν ἀγαπητόν· ὁ δὲ [a] καλακλανὼν, ὥσπερ ἐχθρὸν
" ἀπολέσας, ὅτε μεταμελόμενος ποτε φανερὸς ἐγένετο, ὅτε
" ἀντὶ τοῦ κακοῦ ἔργου τιμῆς τινὸς ἠξίωσε τὸν κατὰ γῆς. Ὁ γεμὴν
" πατὴρ αὐτοῦ ἢ συνῴκτισέ με, καὶ δῆλος ἦν συναχθόμενός μοι
" τῇ συμφορᾷ. Ἐγὼ μὲν οὖν, εἰ μὲν ἔζη ἐκεῖνος, οὐκ ἂν ποτε
" ἦλθον πρὸς σὲ ἐπὶ τῷ ἐκείνου κακῷ· (πολλὰ γὰρ φιλικὰ ἔπα-
" θον ὑπ' ἐκείνου, ἢ ὑπηρέτησα ἐκείνῳ) ἐπεὶ δὲ εἰς τὸν τοῦ ἐμοῦ
" παιδὸς φονέα ἡ ἀρχὴ αὖτη περιήκει, οὐκ ἂν ποτε ἐγὼ τούτῳ
" δυναίμην εὔνους γενέσθαι, οὐδὲ οὗτός με εὖ οἶδ' ὅτι φίλον ἂν
" ποτε ἡγήσαιτο. Οἶδε γὰρ ὡς ἐγὼ πρὸς αὐτὸν ἔχω, καὶ ὡς
" πρόσθεν φαιδρῶς βιοτεύων, νυνὶ διάκειμαι ἔρημος ὤν, ἢ διὰ
" πένθους τὸ γῆρας διάγων. Εἰ μὲν οὖν ἐμὲ σὺ δέχῃ, καὶ ἐλπίδα
" τινὰ λάβοιμι τῷ φίλῳ παιδὶ τιμωρίας ἄν τινος μεθ' σοῦ τυχεῖν,

" ille non ampliùs invidiam cohibuit, sed *è manibus* cujusdam ex co-
" mitibus ereptâ cuspide, et in pectus adactâ, meo *illi* unico caróque
" filio animam abstulit. Ego verò miser mortuum pro sponso retuli,
" et natu adeò grandis filium optimum, dilectissimum, cujus vestire
" genas jam prima inceperat lanugo, sepelii: at interfector ille, quasi
" inimicum aliquem peremisset, neque pœnitentiam agere visus est
" unquam, neque pro atroci *hoc* facinore terrâ conditum honore ullo
" dignatus est. Pater sanè ejus et misertus mei fuit, et palam decla-
" ravit, se quoque casum meum lugere. Itaque, si ille viveret, nun-
" quam ego ad te cum ipsius damno venissem: (nam multis amici
" muneribus erga me functus est; et à me *vicissim* ipsi inservitum est)
" quoniam verò ad interfectorem filii mei pervenit imperium, non equi-
" dem animo in illum unquam esse benevolo possim, nec ipse me un-
" quam, sat scio, amicum duxerit. Scit enim quæ mens in eum mea sit,
" méque adeò antehac hilariter vivere solitum, *miserâ* nunc orbitate ad-
" fectum esse, senectutémque in luctu degere. Quapropter tu si me re-
" ceperis, et aliqua mihi filii cari *mortem* per te ulciscendi spes offeratur,

ità primò scriptum fuisse res ipsa docere videatur. In editis tamen libris omnibus legitur Θῆρας. De sensu lis nulla moveri potest; scripturam itaque, quam mavult, quisque sequatur.

a Καταλαλανὼν] Sic editi hactenùs libri omnes. MS. autem Bodl. exhibet καλακλαίνων, participium nempe à veteri verbo Xenophontéo καλακλαίνειν, toties reperto, deductum. Id notare duntaxat libuit, hoc tamen participio illi minimè prælato.

" ἢ [a] ἀνηβῆσαι ἂν πάλιν δοκῶ μοι, ἢ ὅτ' ἂν ζῶν ἔτι αἰσχυνοί-
" μην, ὅτε ἀποθνήσκων, ἀνιώμενος ἂν τελευτᾶν δοκῶ." Ὁ μὲν
ὅτως εἶπε, Κῦρος δ' ἀπεκρίνατο.

Ἀλλ' ἥπερ, ὦ Γωβρύα, καὶ φρονῶν φαίνῃ ὅσαπερ λέγεις πρὸς
ἡμᾶς, δέχομαί τε ἱκέτην σε, καὶ τιμωρήσειν τὸν φονέα σὺν θεοῖς
ὑπισχνοῦμαι. Λέξον δέ μοι, ἔφη, ἐάν σοι ταῦτα ποιῶμεν, ἢ τὰ
τείχη ἐῶμεν ἔχειν σε, ἢ τὴν χώραν ἢ τὰ ὅπλα ἢ τὴν δύναμιν
ἥπερ πρόσθεν εἶχες, σὺ ἡμῖν τί ἀντὶ τούτων ὑπηρετήσεις; Ὁ δὲ
εἶπε, Τὰ μὲν τείχη, ὅταν θέλῃς, οἴκόν σοι παρέξω· δασμόν τε
τῆς χώρας ὅνπερ ἔφερον ἐκείνῳ, σοὶ ἀποίσω· καὶ ὅπου ἂν δεήσοι
στρατεύειν, συστρατεύσομαί σοι, τὴν ἐκ τῆς χώρας δύναμιν ἔχων.
Ἔστι δέ μοι, ἔφη, καὶ θυγάτηρ παρθένος, ἀγαπητή, γάμου ἤδη
ὡραία, ἣν ἐγὼ πρόσθεν μὲν ᾠόμην τῷ νῦν βασιλεύοντι γυναῖκα
τρέφειν· νῦν δέ με αὐτή τε ἡ θυγάτηρ, πολλὰ γοωμένη, ἱκέ-
τευσε μὴ δοῦναι αὐτὴν τῷ τοῦ ἀδελφοῦ φονεῖ, ἐγώ τε ὡσαύτως
γιγνώσκω. Νῦν δέ σοι δίδωμι βουλεύσασθαι ἢ περὶ ταύτης ὅτως,
ὥσπερ ἂν ἢ ἐγὼ βουλεύων περὶ σοῦ φαίνομαι. Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος
εἶπεν, Ἐπὶ τούτοις, ἔφη, ἐγὼ ἀληθευόμενος δίδωμι τέ σοι τὴν ἐμὴν

" etiam reviviscere mihi videbor, neque vitam ampliùs cum dedecore
" traham, neque mortem me cum luctu obiturum puto." Sic ille cùm
locutus esset, respondit Cyrus.

Si constet ea te sentire, Gobrya, quæ nobis narras, et te supplicem recipio, et de interfectore *illo* pœnas sumpturum, diis juvantibus, polliceor. Verùm dic mihi, ait, si tibi hæc præstemus, et castella retinere te sinamus, et regionem, et arma, et potestatem cum quâ fuisti hactenùs, quidnam tu pro his in nos officii conferes? Ille verò dixit, Castella, ubi voles, tradam tibi in domum: et tributum, quod illi ex agro *meo* pendebam, ad te deferam: et ubi necesse fuerit expeditionem suscipere, tuo cum exercitu meæ quoque regionis vires in eam unà educam. Præterea mihi, inquit, filia est, *eáque* virgo, quam unicè diligo, ætate jam nubili, quam me antehac quidem regi rerum nunc potienti putabam conjugem *futuram* educare: verùm ipsa me nunc filia, largo cum fletu, suppliciter orat, nè se fratris interfectori tradam; atque mea quoque hæc est *eâ de re* sententia. De hâc etiam tibi nunc permitto ut ità consulas, quemadmodùm me de te consulere manifestum sit. Itaque Cyrus, His conditionibus, ait, ego verè et ex animo meam tibi do,

a Ἀνηβῆσαι ἂν, &c.] Vocem ultimam ex MSto Bodl. restituimus, favente Stephani conjecturâ, ipsâque adeò orationis serie. In editis verò libris legitur, ἀνηβῆσαι πάλιν, &c. particulâ illâ malè prætermissâ.

καὶ λαμβάνω τὴν σὴν δεξιάν· θεοὶ δὲ ἡμῖν μάρτυρες ἔστωσαν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐπράχθη, ἀπιέναι τε ἐκέλευσε τὸν Γωβρύαν ἔχοντα τὰ ὅπλα, καὶ ἐπήρετο πόσα τις ὁδὸς ὡς αὐτὸν εἴη, ὡς ἥξων. Ὁ δ' ἔλεγεν, Ἢν αὔριον ἴῃς πρωΐ, τῇ ἑτέρᾳ ἂν αὐλίζοιο παρ' ἡμῖν. Ὁ μὲν δὴ Γωβρύας ᾤχετο, ἡγεμόνα καταλιπών.

Οἱ δὲ Μῆδοι παρῆσαν, [a] ἃ μὲν οἱ μάγοι ἔφασαν τοῖς θεοῖς ἐξελεῖν, ἀποδόντες τοῖς μάγοις· Κύρῳ δ' ἐξηρηκότες τὴν καλλίστην σκηνήν, καὶ τὴν Σουσίδα γυναῖκα, ἣ καλλίστη δὴ λέγεται τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γεγενῆσθαι, [b] καὶ μουσικὰς δὲ δύο τὰς κρατίστας· δεύτερον δὲ, Κυαξάρει τὰ δεύτερα· τοιαῦτα δ' ἄλλα, ὧν ἐδέοντο, ἐκπληρώσαντες ἑαυτοῖς, ὡς μηδενὸς δεόμενοι στρατεύοιντο· πάντα γὰρ ἦν πολλά. Προσέλαβον δὲ καὶ οἱ Ὑρκάνιοι ὧν ἐδέοντο· ἰσόμοιρον δ' ἐποιήσαντο καὶ τὸν Κυαξάρους ἄγγελον· τὰς δὲ περισσὰς σκηνάς, ὅσαι ἦσαν, Κύρῳ παρέδοσαν, ὡς τοῖς Πέρσαις γένοιντο. Τὸ δὲ νόμισμα ἔφασαν, ἐπειδὰν ἅπαν συναχθῇ, διαδώσειν· καὶ διέδωκαν.

túamque accipio, dextram: dii nobis testes sunto. Actis his rebus Gobryam arma retinentem abire jussit; et sciscitatus est, quantum itineris ad ipsum esset, quòd *eò* venire vellet. Et ille, Si cras mane, inquit, proficiscaris, postridiè apud nos pernoctare poteris. Itaque Gobryas, itineris duce relicto, discessit.

Et Medi *jam* aderant, qui ea quæ magi diis seligenda dixerant, magis tradiderunt; Cyro pulcherrimum selegerant tabernaculum, et mulierem Susianam, quæ omnium quas habuit Asia formosissima fuisse perhibetur, et duas musicæ peritissimas; secundo autem loco, Cyaxari *quæ istis erant* secunda: aliorúmque hujusmodi, quibus ipsis opus erat, supplementum sibi sumpserunt, ut rei nullius indigi militarent: nam magna erat omnium copia. Quin et Hyrcanii acceperunt ea, quibus ipsis opus erat: et Cyaxaris quoque nuntium ad æquam cum cæteris partem admiserunt: tabernacula verò, quæ supererant, Cyro tradiderunt, ut ea Persæ haberent. Nummos tum se distributuros aiebant, ubi collegissent universos; eósque *adeò deindè* distribuerunt.

a Ἃ μὲν οἱ μάγοι] Leunclavius, aliíque pessimè dederunt, τὰ μὲν σιγῇ ἔφασαν, &c. His enim verbis quæ satis idonea sententia subesse possit, haud quisquam, utì opinor, indicabit. Nos secuti sumus editionis *Eton.* fidem, favente etiam Stephani conjecturâ, quam à MSto Bodl. qui disertè repræsentat οἱ μάγοι, firmatam videmus.

b Καὶ μουσικὰς] Persarum aliarúmque Gentium Orientalium reges, musicis numeris modísque oblectatos fuisse, atque adeò Tibicinas, Fidicinas, et Psaltrias, quas Græci μουσικὰς appellant, in deliciis habuisse, et in castra etiam secum unà duxisse, passim testantur auctores. Ἐσπουδάκεσαν δὲ (verba sunt Athenæi, lib. xiii, c. 9.) καὶ οἱ βασιλεῖς περὶ τὰς μουσικὰς, ὡς δῆλον ποιεῖ Παρμενίων ἐν τῇ περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίᾳ, ὃν ἐπέστειλεν ἀπὸ τῶν μετὰ Δαμασκὸν ἐλεῖν, καὶ τῆς ἀποσκευῆς τὰ Δαρείου ἐγκρατῆ γενέσθαι. Καταριθμησάμενος οὖν τὰ αἰχμάλωτα γράφει καὶ ταῦτα· Παλλακίδας εὗρον μουσικὰς τοῦ βασιλέως τριακοσίας εἰκοσιτρεῖς. Adi sis *Suidam* ad vocem Μουσικὰς, et *Macrobium* in *Somn.* Scip. lib. ii, cap. 3.

[a] Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπραξάν τε καὶ ἔλεξαν· ὁ δὲ Κῦρος ἐκέλευσε τοὺς μὲν Κυαξάρους διαλαβόντας φυλάττειν, ὡς ἥδει οἰκειοτάτους αὐτῷ ὄντας· καὶ ὅσα δὲ ἐμοὶ δίδοτε, ἡδέως, ἔφη, δέχομαι· χρήσεται δὲ αὐτοῖς ὑμῶν ὁ μάλιστα δεόμενος. Φιλόμουσος δέ τις τῶν Μήδων εἶπε, Καὶ μὴν ἐγώ, ὦ Κῦρε, τῶν μουσουργῶν ἀκούσας ἑσπέρας, ὧν σὺ νῦν ἔχεις, ἥκουσά τε ἡδέως, καὶ ἦν μοι δῷς αὐτῶν μίαν, στρατεύεσθαι ἂν μοι δοκῶ ἥδιον, ἢ οἴκοι μένειν. Ὁ δὲ Κῦρος εἶπεν, Ἀλλ' ἔγωγε, ἔφη, καὶ δίδωμι, καὶ χάριν οἶμαί σοι πλείω ἔχειν, ὅτι με ᾔτησας, ἢ σὺ ἐμοί, ὅτι λαμβάνεις· ὅτως ἐγὼ ὑμῖν [b] διψῶ χαρίζεσθαι. Ταύτην μὲν δὴ ἔλαβεν ὁ αἰτήσας.

Et hæc illi quidem egerunt dixerúntque: Cyrus autem Cyaxari *selecta* eos accipere et custodire jussit, quos ei maximè familiares esse nôrat: ac mihi quæ datis, inquit, libens accipio; utetur autem his vestrûm quilibet, qui eis potissimùm indigebit. Et Medus quidam musicæ studiosus, Ego verò, inquit, cùm audirem vespere musicas istas mulieres, quas tu nunc habes, voluptatem audiendo percepi; ac si *quidem* harum unam mihi dederis, in castris versari, quàm domi manere, jucundius esse existimabo. Ego verò, subjecit Cyrus, hanc tibi dono, et majorem tibi videor habere gratiam, qui à me petieris, quàm tu mihi, qui *eam* acceperis: usque adeò vobis gratificari sitio. Atque ità quidem mulierem accepit is qui petierat.

a Οἱ μὲν δή, &c.] Stephanus, Leunclavius, aliíque librum quintum ab his verbis, in libris multis veteribus, incipere notârunt. Horum in numero ponendus est MS. Bodl.

b Διψῶ χαρίζεσθαι] Διψᾶν hîc, ut passim apud profanos auctores, pro *vehementi desiderio* ponitur. Τὸ μὲν γὰρ διψᾶν ἄδην ἄλλο ἐστὶν ἢ ἐπιθυμεῖν. Verba sunt Artemidori *Oneirocrit*, lib. i, c. 68, quæ cum multis aliis, huc facientibus, exemplis à doctis jam citata video. Eâdem utitur metaphoricâ locutione Matt. v, 6,—— καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. Nec alius est usus verbi *sitio* apud Latinos. Cicero ad *Quin. Frat.* lib. iii, *ep.* 5. *Nec honores sitio, nec*, &c. Et *Tusc. Disput.* l. v, c. 6. *Ardentiùs sitire voluptates* dixit. Hujusmodi exempla passim obvia sunt.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ Ε΄.

ΚΑΛΕΣΑΣ δὲ ὁ Κῦρος Ἀράσπην Μῆδον (ὃς ἦν αὐτῷ ἐκ παιδὸς [a] ἑταῖρος, ᾧ καὶ τὴν στολὴν ἐκδὺς ἔδωκε τὴν Μηδικήν, ὅτε παρὰ Ἀστυάγους εἰς Πέρσας ἀπήει), τοῦτον ἐκέλευσε διαφυλάξαι αὐτῷ τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν σκηνήν· ἦν δὲ αὕτη, ἡ γυνὴ Ἀβραδάτα τοῦ Σῶσων βασιλέως· ὅτε δὲ ἡλίσκετο τὸ τῶν Ἀσσυρίων στρατόπεδον, ὁ ἀνὴρ αὐτῆς οὐκ ἔτυχεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ὤν, ἀλλὰ [b] πρὸς τὸν Βακτριανῶν βασιλέα πρεσβεύων ᾤχετο· ἔπεμψε δὲ αὐτὸν ὁ Ἀσσύριος περὶ συμμαχίας· ξένος γὰρ ὢν ἐτύγχανε τῷ τῶν Βακτριανῶν βασιλεῖ· ταύτην οὖν ἐκέλευσεν ὁ Κῦρος διαφυλάττειν τὸν Ἀράσπην, ἕως ἂν αὐτὸς λάβῃ. Κελευόμενος δὲ ὁ Ἀράσπης ἐπήρετο, Ἑώρακας δ', ἔφη, ὦ Κῦρε, τὴν γυναῖκα, ἣν με κελεύεις φυλάττειν; Μὰ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, οὐκ ἔγωγε. Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, ἑώρακα [c] ἐζηρούμην σοι αὐτήν·

CYRUS autem arcessito Araspe Medo (qui erat ei à puero sodalis, et cui vestem quoque Medicam exuens, cùm in Persiam discederet ab Astyage, dederat), ei præcepit, ut sibi et mulierem et tabernaculum adservaret: erat autem *mulier* hæc, Susorum regis Abradatæ uxor: quo verò tempore capta erant Assyriorum castra, maritus ejus in castris fortè non adfuit, sed ad Bactrianorum regem legatus abierat: miserat autem eum Assyrius societatis ineundæ gratiâ; huic enim cum Bactrianorum rege hospitium intercedebat; hanc igitur, donec *eam* ad se reciperet, Araspen adservare jussit. Et Araspes, cùm hoc ei mandatum esset, *Cyrum* interrogans, Vidistíne, inquit, mulierem hanc, Cyre, quam me servare jubes? Non profectò, ait Cyrus. Ego verò, inquit, *Araspes*, *hanc vidi*, cùm eam tibi seligerem:

a Ἑταῖρος, ᾧ ἦν, &c.] Vide sis lib. i, p. 41.

b Πρὸς τὸν Βακτριανῶν, &c.] Per *Bactrianos* hoc in loco commodè intelligi nequeunt incolæ terræ Bactrianæ, ultra Parthiam et mare Caspium sitæ. Populum autem quendam, sic dictum, à Susianis Assyriisque haud ità longè remotum, hujus postulat historiæ ratio.

c Ἐζηρούμην] In MSto Bodl. legitur, Ἀλλ' ἐγώ, ἔφη, νίκα ἐξηρέμην, quæ quidem lectio vulgatæ illi ἐξηρούμην antefe-

καὶ δῆτα ὅτε μὲν εἰσήλθομεν εἰς τὴν σκηνὴν αὐτῆς τὸ πρῶτον, οὐ διέγνωμεν αὐτήν· (χαμαί τε γὰρ ἐκάθητο, καὶ αἱ θεράπαιναι πᾶσαι περὶ αὐτήν· καὶ τοίνυν ὁμοίαν ταῖς δούλαις εἶχε τὴν ἐσθῆτα) ἐπεὶ δὲ, γνῶναι βουλόμενοι ποία εἴη ἡ δέσποινα, πάσας περιεβλέψαμεν, ταχὺ πάνυ καὶ πασῶν ἐφαίνετο διαφέρουσα τῶν ἄλλων, [a] καίπερ καθημένη, κεκαλυμμένη τὲ καὶ εἰς γῆν ὁρῶσα. Ὡς δὲ ἀναστῆναι αὐτὴν ἐκελεύσαμεν, συνανέστησαν μὲν αὐτῇ πᾶσαι αἱ ἀμφ' αὐτήν· διήνεγκε δὲ ἐνταῦθα, πρῶτον μὲν, [b] τῷ μεγέθει, ἔπειτα δὲ, τῇ ῥώμῃ, καὶ [c] τῇ ἀρετῇ, καὶ τῇ εὐσχημοσύνῃ, καίπερ

ac sanè cùm tabernaculum ejus primùm ingrederemur, eam non agnovimus: (nam et humi sedebat, et circum eam ancillæ *sedebant* omnes: et vestem quidem famularum vestibus similem habebat) cùm autem studio cognoscendi quænam esset hera, circumspectaremus universas, mox alias omnes excellere visa est, tametsi sederet, et velata terram intueretur. Postquam verò surgere eam jussimus, consurrexêre cum eâ quæ circum eam erant omnes: tum verò præstabat *hæc*, primùm, majestate, deindè, vigore, et formæ venustate, et speciei decore, licèt

renda videtur: nam cæteris, quæ statim sequuntur, verbis numerum plurativum dat Araspes; atque adeò hoc ipsum verbum paulò infrà eodem modo adhibetur, νῦν μέντοι ἐξαιροῦμεν ἀνδρί σε, &c.

a Καίπερ καθημένη, &c.] En expressam summi doloris imaginem! Humi Panthéa sedet, ore velato, dejectis in terram oculis. Haud aliam *Judææ captæ* figuram nummi *Vespasiani Titi*que exhibent: vide (nam tanti est) *Addisonum*, politioris humanitatis peritissimum, in *Dialog. de Utilit. Numism.* ser. iii, fig. 13, et illustr. *Spanhem.* Dissert. 4tam. His adde omninò, *Isai.* iii, 26. *Psal.* cxxxvii. *Lament.* i. 1, 2, 10.

b Τῷ μεγέθει, &c.] A *majestate*, seu *proceritate* corporis, Panthéam rectè laudat Araspes: *quippe hominibus barbaris* (Q. Curtii verba sunt, lib. vi, c. 5.) *in corporum majestate veneratio est.* Itaque Sysigambis, *Curt.* l. iii, c. 12. Hephæstionem pro rege habuit, quòd habitu corporis Alexandrum præstaret. De Xerxe etiam memoriæ proditum est ab *Herodoto*, lib. vii, c. 187, neminem in toto ejus exercitu, multis myriadibus delectorum militum constante, fuisse κάλλεός τε εἵνεκα, καὶ μεγάθεος, ἀξιονικότερον αὐτοῦ Ξέρξεω ἔχειν τοῦτο τὸ κράτος. Imò etiam, auctore eodem *Herodoto*, lib. iii, c. 20. Æthiopes solebant regem eligere eum, cujus forma et statura eximiæ essent; τὸν ἂν τῶν ἀστῶν κρίνωσι μέγιστόν τε εἶναι, καὶ κατὰ τὸ μέγαθος ἔχειν τὴν ἰσχὺν, τοῦτον ἀξιοῦσι βασιλεύειν. Illud verò non barbarorum duntaxat, sed hominum etiam excultissimorum est, corporis majestatem venerari. Hanc certè in *Trajano* suo *Plinius* extollere non omisit: *Jam firmitas, jam proceritas corporis, jam honos capitis, et dignitas oris,—nonne longè latéque principem ostentant?* Panegyr. non longè ab initio. Nec in suo rege divinus ille Samuel i, ix. 2, et x. 23, 24. Vide, si placet, *C. Nepot.* sub finem Vitæ *Iphicratis*, et *Odyss.* σ', v. 218. illud autem ῥώμη, quod proximè sequitur, à MS. Bodl. abest; cui tamen, cùm in editis omnibus compareat, locum non inviti damus. Verti solet per *robur*, quod duriusculum, ut in hoc loco, sonat: ipse mallem *firmitatem*, seu *vigorem*. Videtur autem ῥώμη hîc indicare, membra molémque Panthéæ proceritati ejus aptè adeò respondisse, ut facilè cuivis, surgentem et coram stantem adspicienti, conjicere liceret, vigorem illi adfuisse habilem; atque adeò τὸν ἰσχὺν (ut *Herodoti* verbis supra paulò adlatis utar) κατὰ τὸ μέγαθος, i. e. *pro proceritate vires.* Cæterùm, verba ista, μέγεθος et ῥώμη, eum ferè corporis habitum repræsentare videntur, quo Penelopen ornavit Minerva, ut augustior jam in Procorum conspectum prodiret illa, majorémque adeò sui admirationem eis moveret:

Καί μιν μακροτέρην καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι. Odyss. σ', v. 194.

c Τῇ ἀρετῇ, &c.] Philelphus reddit, *fortitudine animi*: Leunclavius, *virtute.*

ἐν ταπεινῷ σχήματι ἐσηκυῖα. Δῆλα δ' ἦν αὐτῇ καὶ τὰ δάκρυα καταῤῥέοντα τὰ μὲν κατὰ τῶν πέπλων, τὰ δὲ καὶ ἐπὶ τὰς πόδας. Ὡς δ' ἡμῶν ὁ γεραίτερος εἶπε, Θάῤῥει, ὦ γύναι· καλὸν μὲν γὰρ καὶ ἀγαθὸν ἀκούομεν καὶ τὸν σὸν ἄνδρα εἶναι, νῦν μέντοι ἐξαιρέσμεν ἀνδρί σε εὖ ἴσθι ὅτι ἔστε τὸ εἶδος ἐκείνῳ χείρονι, ἔστε τὴν γνώμην, ἔστε τὴν δύναμιν· ἀλλ', ὡς ἡμεῖς γε νομίζομεν, εἴ τις καὶ ἄλλος ἀνὴρ, καὶ ὁ Κῦρος ἄξιός ἐστι θαυμάζεσθαι, ᾧ σὺ ἕσῃ τὸ ἀπὸ τοῦδε. Ὡς ἂν ταῦτα ἤκουσεν ἡ γυνὴ, [a] περικαταῤῥήξαντό τε τὸν ἄνωθεν πέπλον, καὶ ἀνωδύραντο· συνανεβόησαν δὲ αὐτῇ καὶ αἱ θεραπαιναί. Ἐν τούτῳ δ' ἐφάνη μὲν αὐτῆς τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ προσώπου, ἐφάνη δὲ ἡ δέρη καὶ αἱ χεῖρες· καὶ εὖ ἴσθι, ἔφη, ὦ Κῦρε, ὡς ἐμοί τε ἔδοξε

habitu humili induta constitisset. Etiam lacrimas videre erat ei manantes per vestes partim, partim ad ipsos usque pedes. Cúmque natu maximus inter nos diceret, Bono animo sis, mulier: nam *tametsi* virum tuum tum corporis tum animi bonis ornatum audiamus, tamen viro te modò seligimus, quem certò scias neque formæ pulchritudine illi cedere, neque ingenio, neque potestate: sed, nos utì quidem arbitramur, si quisquam alius, Cyrus admiratione dignus est, cujus tu deinceps eris. Id ubi mulier audivit, veste superiori abscissâ ejulare cœpit; ancillæque unà vociferatæ sunt. Hîc autem maxima faciei ejus pars adparuit, collum etiam et manus adparuerunt: sciásque adeò, Cyre, inquit, tàm mihi quàm

At huc certè minùs aptè quadrare videntur istæ vocis ἀρετὴ notiones: cujus etymon si spectes, nihil obstat, quo minus ei significationem ejusmodi tribuamus, quam hujus loci ratio postulat. Variæ quidem ejus, tàm à veteribus quàm à recentioribus, adferri solent origines. Iis autem potissimùm adsenserim, qui, *Etymologici M.* Auctore et *Phavorino* præeuntibus, eam deducunt ab ἀρῶ, ἀρέσω, (*placeo*) unde ἀρετὴ ἢ ἀρετὴ, ἡ παῦσις ἀρέσκεσα. Secundùm hoc etymon, ἀρετὴ commodè satìs denotare potest *eximia quævis sive corporis sive animi bona*, quæ suspiciunt, quæ admirantur omnes. Hîc autem *corpus*, amabilésque formæ dotes, respicit: eodémque forsan modo exponi debet apud *Homer.* Odyss. σ', v. 250.

Εὐρύμαχ', ἤτοι ἐμὴν ἀρετὴν εἶδός τε, δέμας τε,
Ὠλέσαν ἀθάνατοι,———

Sed Eustathium ad locum audi: Ἀρετὴν δὲ ἐνταῦθα, οὐ μίαν τινὰ λέγει, ἀλλα τὸ εὐδαιμον τῆς ζωῆς ἢ μακαριστόν· (hæc notio ἀρετῆς à mente Xenophontis alienissima est) pergit Eustathius; ἢ ἢ πᾶσαν γυναικὸς δεξιότητα· οὐ μόνον κατὰ φρένας, ὡς Εὐρύμαχος εἶπεν, ἀλλὰ ἢ τὴν κατὰ ἔργα ἢ οἰκονομίαν ἢ ὅσα τοιαῦτα: ut nempe vox ista indicaret, Penelopen se suáque omnia scitè venustéque gerendi rationem calluisse. Et hujusmodi quidem interpretationem locus hic Xenophontéus non planè respuit. Mallem tamen ἀρετὴν hîc exponere per *eximiam formæ pulchritudinem*: nec aliter sanè, ut dicam quod sentiam, dicto in Homeri versu, exponenda videtur. Porrò, ut priora illa verba, μέγεθος ἢ ῥᾶμα, ad *dignitatem* formæ, viriléque adeò pulchritudinis genus: posteriora autem ἀρετὴ ἢ εὐσχημοσύνη, ad *venustatem*, quam muliebrem (auctore *Cicer.* Offic. lib. i, c. 36.) ducere debemus, respicere videantur: ità omnibus simulconjunctis, Panthéam talem ferè Xenophon exhibet, qualem pictoris manu descriptam voluit *Philostratus*, *Icon.* lib. ii, 9.

Πέπλον δ' ἔρρηξε κολπίαν ἀκμῇ χερῶν,
Æschyl. *Pers.* v. 1065.

Hujus verò moris exemplа plura legas, lib. iii, p. 135.

a Περικαταῤῥήξαντο, &c.] Sic, Ξέξ.

ἢ τοῖς ἄλλοις πᾶσι τοῖς ἰδοῦσι, μήπω φῦναι μηδὲ γενέσθαι γυναῖκα ἀπὸ θνητῶν τοιαύτην ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἀλλὰ πάντως, ἔφη, ἢ σὺ θεάσῃ αὐτήν. Καὶ ὁ Κῦρος ἔφη, Ναὶ μὰ Δία, πολύ γε ἥττον, εἰ τοιαύτη ἐστὶν, οἵαν σὺ λέγεις. Τί δαί; ἔφη ὁ νεανίσκος. Ὅτι, [a] ἔφη, ἢ νῦν σοῦ ἀκούσας ὅτι καλή ἐστιν, εἰ πεισθήσομαι ἐλθεῖν θεασόμενος, ἐ πάνυ μοι σχολῆς οὔσης, δέδοικα μὴ πολὺ θᾶττον ἐκείνη με αὖθις ἀναπείσῃ ἢ πάλιν ἐλθεῖν θεασόμενον· ἐκ δὲ τούτου ἴσως ἂν ἀμελήσας ὧν με δεῖ πράττειν, καθοίμην ἐκείνην θεώμενος.

Καὶ ὁ νεανίσκος ἀναγελάσας εἶπεν, [b] Οἴει γάρ, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἱκανὸν εἶναι κάλλος ἀνθρώπου ἀναγκάζειν τὸν μὴ βουλόμενον πράττειν παρὰ τὸ βέλτιστον; Εἰ μέντοι τοῦτο, ἔφη, οὕτως ἐπέφυκει, πάντας ἂν ἠνάγκαζεν ὁμοίως. [c] Ὅρα, ἔφη, τὸ πῦρ, ὡς πάντας ὁμοίως καίει· (πέφυκε γὰρ τοιοῦτον) τῶν δὲ καλῶν, τῶν μὲν ἐρῶσι,

aliis omnibus, eam qui adspexerant, visum esse, nunquam vel natam esse, vel in Asiâ talem ex mortalibus extitisse mulierem: sed enim, ait, omninò tu eam spectabis. Et Cyrus, Imò verò multò minùs, inquit, si talis est qualem tu prædicas. Quid ità? inquit adolescens ille. Quia si nunc, ait, postquam de te audivi eam esse formosam, persuaderi mihi patiar, ut ad spectandum *illam* abeam, cùm non in otio prorsùs sim, vereor nè multò citiùs illa mihi rursùm persuadeat, ut spectatum redeam; ac deindè neglectis fortasse rebus iis quæ mihi gerendæ sunt, oculis in illam fixis desideam.

Et adolescens risu sublato, Existimásne, Cyre, inquit, formam humanam tantum habere virium, ut nolentem cogat facere, quod *factu* non sit optimum? Si verò vim hanc, inquit, naturâ habeat forma, omnes eodem modo cogeret. Ignem, inquit, adspice, ut omnes itidem urat; (nam talis à naturâ est) at ex formosis, alios amare solent *homines*,

a Ὅτι, ἔφη, ἢ νῦν, &c.] Huc respicit *Plutarchus*, περὶ πολυπραγμ. t. ii, p. 521, et seq. Ὁ δὲ Κῦρος οὐκ ἐᾶλέλο τὴν Πάνθειαν ἰδεῖν, ἀλλά τε Ἀρέσπα λέγοντος, ὡς ἄξιον θέας εἴη τὸ τῆς γυναικὸς εἶδος, Οὐκοῦν, ἔφη, διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτὴς ἀφικλέον· εἰ γὰρ ἀπὸ σοῦ πεισθεὶς ἀφικόμην πρὸς αὐτὴν, ἴσως ἂν με πάλιν ἀναπείσειεν αὐτὴ καὶ μὴ σχολάζοντα φοιτᾶν δεῖσθαί τε ἢ παρακαθῆσθαι πρόιμενον πολλὰ σπουδῆς ἄξιον. Deindè geminum Alexandri exemplum ibidem adducit: Ὁμοίως οὐδὲ Ἀλεξάνδρος εἰς ἔφη ἦλθε τὴς Δαρείε γυναικὸς, εὐπρεπέστατος εἶναι λεγόμενης, ἀλλὰ πρὸς, &c.

b Οἴει γάρ, &c.] Vocula γὰρ interrogationi hîc inserviens, vim suam *causalem* amittit. Eodem modo adhibetur, Matt. xxxvii, 23. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἔφη· Τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν; Frustrà igitur particulam istam orationem ideò difficilem reddere arbitratur *Maldonatus*, quia non apparet, cujus rei causa reddatur. Nec erat, cur interpres ille et *Grotius* etiam postulationis recusationem ibi subintelligendam statuerent; quasi dixerit Pilatus, *Non faciam, non crucifigam: quid enim mali patravit?* Nam satis liquet, Araspen nullam hoc loco causam subjungere, sed interrogationem duntaxat proponere.

c Ὅρα] MS. Bodl. dat ὁρᾷς, quo modo si legas, interrogativa erit oratio; eíque, quæ paulò infra occurrit, omninò similis: ὁρᾷς ἔφη, ὅτι σῦ πρῶτος, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον, &c. Audi *Socratem* cum Xenophonte de vitandis formosis differentem, ἀπομν. lib. ii.

τῶν δ' ἄ· καὶ ἄλλος γε ἄλλα. Ἐθελούσιον γάρ, ἔφη, ἐστί, καὶ ἐρᾷ ἕκαστος ὧν ἂν βούληται. Αὐτίκα δὲ οὐκ ἐρᾷ ἀδελφὸς ἀδελφῆς, ἄλλος δὲ ταύτης· οὐδὲ παὶὴρ θυγατρὸς, ἄλλος δὲ ταύτης. Καὶ γὰρ φόβος καὶ νόμος ἱκανὸς ἔρωτα κωλύειν. Εἰ δέ γ', ἔφη, νόμος τεθείη μὴ ἐσθίοντας μὴ πεινῆν, καὶ μὴ πίνοντας μὴ διψῆν, μηδὲ ῥιγοῦν τῷ χειμῶνος, μηδὲ θάλπεσθαι τῷ θέρους, οὐδεὶς ἂν νόμος δυνηθείη διαπράξασθαι ἀνθρώπους ταῦτα πείθεσθαι· πεφύκασι γὰρ ὑπὸ τούτων κρατεῖσθαι. Τὸ δ' ἐρᾶν, ἐθελούσιόν ἐστιν· ἕκαστος γοῦν τῶν καθ' αὑτὸν ἐρᾷ, ὥσπερ ἱματίων καὶ ὑποδημάτων. Πῶς οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἰ ἐθελούσιόν ἐστι τὸ ἐρασθῆναι, οὐ καὶ παύσασθαί ἐστιν ὅταν τις βούληται; Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, ἑώρακα καὶ κλαίοντας ὑπὸ λύπης δι' ἔρωτα; καὶ δουλεύοντάς γε τοῖς ἐρωμένοις· καὶ μάλα κακὸν νομίζοντας, πρίν γε ἐρᾶν, τὸ δουλεύειν, καὶ διδόντας γε πολλὰ, ὧν οὐ βέλτιον αὐτοῖς στέρεσθαι· καὶ εὐχομένους ὥσπερ καί τινος ἄλλης νόσου ἀπαλλαγῆναι, καὶ οὐ δυναμένους μέντοι ἀπαλλάττεσθαι, ἀλλὰ δεδεμένους ἰσχυροτέρᾳ τινὶ ἀνάγκῃ, ἢ εἰ σιδήρῳ ἐδέδετο. Παρέχουσι γοῦν ἑαυτοὺς τοῖς ἐρωμένοις πολλὰ καὶ εἰκῇ ὑπηρετοῦντας· καὶ μέντοι οὐδ' ἀποδιδράσκειν ἐπιχειροῦσι, τοιαῦτα κακὰ ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ φυλάττουσι τοὺς ἐρωμένους, μή ποι ἀποδρῶσι.

alios non: et alius alios *amores habet*. Est enim, ait, hæc res in voluntate posita, et unusquisque quos vult amat. Ac primùm quidem neque frater sororem, sed alius eam, amat; neque pater filiam, sed alius eam, *amat*. Etenim metus et lex satìs ad coërcendum amorem valent. At verò si lex, inquit, lata esset, ut qui non comedunt, non esuriant, et qui non bibunt, non sitiant, útque nec hyeme algeant, nec æstate caleant, his in rebus ut homines parerent lex nulla posset efficere: sunt enim à naturâ sic comparati, ut his cedant. Amare verò, in voluntate positum est: siquidem unusquisque amat quæ sibi conveniunt, ut vestes et calceos. Quî fit igitur, inquit Cyrus, si voluntarium quiddam est amor, ut *amandi* finem facere non liceat, cùm quis velit? Atqui vidi ego, inquit, qui præ dolore, quem ex amore percipiebant, flerent, et iis, quos amabant, servirent; tametsi, priusquàm amarent, servitutem rem valdè malam arbitrarentur; quíque multa largirentur, quibus haud ità commodè carere poterant; *tum* qui optarent ut *amore* non secùs atque morbo quodam alio liberarentur, neque tamen liberari possent, sed validiore quâdam necessitate fuisse constrictos, quàm si ferro vincti fuissent. Quin et se *suis* amoribus valdè et inaniter obsequiosos exhibent; ac nè quidem aufugere conantur, cùm ejusmodi habeant mala, sed etiam amores *suos*, nè aufugiant aliquò, observant.

Καὶ ὁ νεανίσκος εἶπε πρὸς ταῦτα, Ποιοῦσι γάρ, ἔφη, ταῦτα· εἰσὶ μέντοι οἱ τοιοῦτοι, ἔφη, μοχθηροί· διόπερ, οἶμαι, καὶ εὔχονται μὲν ἀεὶ, ὡς ἄθλιοι ὄντες, ἀποθανεῖν· μυρίων δ' ὧν μηχανῶν ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου, οὐκ ἀπαλλάττονται. Οἱ αὐτοὶ δέ γε ἕτοι καὶ κλέπτειν ἐπιχειροῦσι, καὶ οὐκ ἀπέχονται τῶν ἀλλοτρίων· ἀλλ' ἐπειδάν τι ἁρπάσωσιν ἢ κλέψωσιν, ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι σὺ πρῶτος, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον τὸ κλέπτειν, αἰτιᾷ τὸν κλέπτοντα καὶ ἁρπάζοντα, καὶ οὐ συγγινώσκεις, ἀλλὰ κολάζεις; Οὕτω μέντοι, ἔφη, καὶ οἱ καλοὶ οὐκ ἀναγκάζουσιν ἐρᾶν ἑαυτῶν, οὐδὲ ἐφίεσθαι ἀνθρώπους ὧν μὴ δεῖ· ἀλλὰ τὰ μοχθηρὰ ἀνθρώπια πασῶν, οἶμαι, ἐπιθυμιῶν ἀκρατῆ ἐστι, κἄπειτα ἔρωτα αἰτιοῦνται· οἱ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ, ἐπιθυμοῦντες καὶ χρυσίου καὶ ἵππων ἀγαθῶν καὶ γυναικῶν καλῶν, ὅμως ἁπάντων τούτων ῥᾳδίως δύνανται ἀπέχεσθαι, ὥστε μὴ ἅπτεσθαι αὐτῶν παρὰ τὸ δίκαιον. Ἐγωγ' ἔν, ἔφη, ταύτην ἑωρακὼς, καὶ πάνυ μοι καλῆς δοξάσης εἶναι, ὅμως παρὰ σοί εἰμι, καὶ ἱππεύω, καὶ τἄλλα τὰ ἐμοὶ προσήκοντα ἀπολελῶ. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος· ἴσως γὰρ θᾶττον ἀπῆλθες ἢ ἐν ὅσῳ χρόνῳ ὁ ἔρως πέφυκε συσκευάζεσθαι ἄνθρωπον. Καὶ πυρὸς γάρ τοι ἐστὶ θίγοντα μὴ εὐθὺς καίεσθαι, καὶ τὰ ξύλα οὐκ εὐθὺς ἀναλάμπει· ὅμως δὲ ἔγωγε οὔτε πυρὸς ἐκὼν εἶναι ἅπτομαι, οὔτε τοὺς καλοὺς ἑσορῶ. Οὐδέ γε σοὶ συμβουλεύω,

Et adolescens ad hæc, Faciunt verò, quæ dicis, ait: sunt nimirùm hujusmodi homines, inquit, socordes; quocirca, utì opinor, semper etiam mori optant, ut miseri; cúmque rationes è vitâ excedendi sint innumeræ, non *tamen* excedunt. Et illi sanè ipsi furari quoque conantur, et ab alienis haud abstinent: verùm ubi quid rapuêre vel furto subtraxêre, nonne vides ipse, inquit, te primùm, tanquam si nemo necessitate coactus furtum faceret, furantem rabientémque accusare, neque veniam dare, sed pœnam sumere? Sic quidem certè, ait, neque formosi se amare cogunt homines, nec ea adpetere quæ adpetenda non sunt: sed miseri stolidique homunciones ab omnibus, utique, cupiditatibus superantur, ac deindè culpam in amorem conferunt: at honesti probíque viri, etsi et aurum, et equos bonos, et mulieres formosas expetant, tamen ab his omnibus facilè, semet abstinere possunt, ut præter æquum ea non adtingant. Ego quidem certè, inquit, quamvìs hanc conspexerim, pérque mihi venusta visa sit, tibi tamen adsum, et equito, et cætera quæ mei sunt officii præsto. Ità profectò, inquit Cyrus; fortasse enim discessisti citiùs et ante id tempus, quo naturâ solet amor machinis suis homines occupare. Nam fieri potest, ut etiam ignem quis tangens non statim uratur, et ligna non statim *flammâ concepta* fulgent; ego tamen nec ignem ultrò tangere, nec formosos adspicere, soleo. Nè tibi quidem consulo,

ἔφη, ὦ Ἀράσπα, ἐν τοῖς καλοῖς ἐᾶν τὴν ὄψιν ἐνδιατρίβειν· ὡς τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁπτομένους καίει, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς ἄποθεν θεωμένους ὑφάπτουσιν, ὥστε αἴθεσθαι τῷ ἔρωτι. Θάρρει, ἔφη, ὦ Κῦρε, οὐδὲ ἦν μηδέποτε παύσωμαι θεώμενος, ἃ μὴ κρατήσω, ὥστε ποιεῖν τι ὧν μὴ χρὴ ποιεῖν. Καλλίσα, ἔφη, λέγεις· φύλαττε τοίνυν, ἔφη, ὥσπερ σε κελεύω, καὶ ἐπιμελοῦ αὐτῆς· ἴσως γὰρ ἂν καὶ πάνυ ἡμῖν ἐν καιρῷ τι γένοιτο αὕτη ἡ γυνή. Τότε μὲν δὴ ταῦτα εἰπόντες διελύθησαν·

Ὁ δὲ νεανίσκος, ἅμα μὲν ὁρῶν ὑπερκαλλῆ τὴν γυναῖκα, ἅμα δὲ αἰσθόμενος τὴν καλοκἀγαθίαν αὐτῆς, ἅμα δὲ θεραπεύων αὐτήν, καὶ οἰόμενος χαρίζεσθαι αὐτῇ, ἅμα δὲ αἰσθανόμενος οὐκ ἀχάριστον οὖσαν, ἀλλ' ἀντεπιμελουμένην διὰ τῶν αὐτῆς οἰκετῶν, ὡς καὶ εἰσιόντι εἴη αὐτῷ τὰ δέοντα, καὶ, εἴ ποτε ἀσθενήσειεν, ὡς μηδενὸς ἂν δέοιτο· ἐκ πάντων τούτων ἠλίσκετο ἔρωτι, καὶ ἴσως οὐδὲν θαυμαστὸν ἔπασχε. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ὅτως ἐπράττετο. Βουλόμενος δὲ ὁ Κῦρος ἐθέλοντας μένειν μεθ' ἑαυτοῦ τούς τε Μήδους καὶ τοὺς συμμάχους, συνεκάλεσε πάντας τοὺς [a] ἐπικαιρίους· ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἔλεξε τοιάδε·

Araspa, inquit, ut oculos formosis *diutius* immorari sinas: nam ignis quidem *non nisi* tangentes urit, at formosi etiam eos, qui è longinquo spectant, adeò accendunt, ut amore flagrent. Bono sis animo, Cyre, ait, nequaquam *enim* futurum, ipse utì adeò captus sim, nè quidem si nunquam *hanc* spectare desinam, ut aliquid, fieri quod non oporteat, admittam. Rectissimè, inquit, ais; atque adeò *hanc mihi* adservato, inquit, quemadmodùm te jubeo, ejúsque curam gerito: nam fortasse mulier hæc oblatâ aliquando occasione magno nobis usui fuerit. Et tum quidem his dictis à se invicem discesserunt.

Adolescens autem ille, tum quòd eximiâ pulchritudine mulierem videret, tum quòd ejus excellentem bonitatem animadverteret, tum autem quòd eam coleret, séque ei gratificari putaret, tum etiam quòd illam non ingratam esse sentiret, sed quæ vicissim per famulos suos curam adhiberet, ut *ad se* introëunti necessaria suppeterent, et, si quando ægrotaret, nihil ut ei deesset: ex his omnibus *factum est*, ut amore caperetur; nec mirum aliquid ei fortassis accidit. Atque hæc quidem hoc modo gerebantur. Cùm autem Cyrus et Medos et *cæteros* socios ultrò secum manere vellet, convocavit omnes, qui ad negotium quod erat agendum opportuni erant; et ubi convenissent, hujusmodi verba fecit:

a Ἐπικαιρίους] Scilic. *homines*, Stephano interprete, *rebus agendis et conficiendis negotiis idoneos*: quasi dicas, *eos quibus opportunè committi rerum agendarum cura possit*: vel *eos qui pro loco et tempore promptum semper et paratum habent consilium*. Vide sis quæ de hoc vocabulo lib. iii, p. 163, notavimus.

" Ἄνδρες Μῆδοι καὶ πάντες οἱ παρόντες, ἐγὼ ὑμᾶς οἶδα σα-
" φῶς ὅτι ὅτε χρημάτων δεόμενοι σὺν ἐμοὶ ἐξήλθετε, ὅτε Κυ-
" αξάρει νομίζοντες τοῦτο ὑπηρετεῖν· ἀλλ' ἐμοὶ βουλόμενοι τοῦτο
" χαρίζεσθαι, καὶ ἐμὲ τιμῶντες, καὶ νυκτοπορεῖν ἢ κινδυνεύειν σὺν
" ἐμοὶ ἠθελήσατε. Καὶ χάριν τούτων ἐγὼ ὑμῖν ἔχω μὲν, [a] εἰ
" μὴ ἀδικῶ, ἀποδιδόναι δὲ ὅπως ἀξίαν δύναμιν ἔχειν μοι δοκῶ.
" Καὶ τοῦτο μὲν οὐκ αἰσχύνομαι λέγων· τὸ δὲ, Ἢν μένητε παρ'
" ἐμοὶ, ἀποδώσω, εὖ ἴστε ὅτι τοῦτο αἰσχυνοίμην ἂν εἰπεῖν (νο-
" μίζοιμι γὰρ ἐμαυτὸν [b] εἰκέναι λέγοντι ταῦτα ἕνεκα τοῦ ὑμᾶς
" εὐθέλειν μᾶλλον παρ' ἐμοὶ καταμένειν)· ἀντὶ δὲ τούτου τάδε λέγω·
" Ἐγὼ γὰρ ὑμῖν, κἂν ἤδη ἀπίητε Κυαξάρει πειθόμενοι, ὅμως ἤν
" τι ἀγαθὸν πράξω, πειράσομαι ὕστερον ποιεῖν, ὥστε καὶ ὑμᾶς
" ἐμὲ ἐπαινεῖν. Οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ἄπειμι· ἀλλὰ καὶ [c] Ὑρκα-
" νίοις, οἷς τοὺς ὅρκους καὶ τὰς δεξιὰς ἔδωκα, ἐμπεδώσω, καὶ ἅπαξ
" τούτους προδιδοὺς ἁλώσομαι. Καὶ τῷ μὲν νῦν ταῦτα διδόντι
" ἡμῖν Γωβρύᾳ καὶ τείχη καὶ χώραν καὶ δύναμιν, πειράσομαι

" Equidem, Medi, vósque omnes qui adestis, certò scio, non ob
" penuriam pecuniæ vos mecum egressos esse, nec quòd existima-
" retis in hoc Cyaxari inservitum iri: sed quia mihi hoc gratificari,
" méque honore prosequi velletis, libitum est vobis mecum et noctur-
" num iter ingredi et adire pericula. Quas ob res vobis equidem
" gratiam habere *debeo*, ni injustus esse *velim*, necdum tamen pro me-
" ritis vestris referendi facultatem habere mihi videor. Et hoc quidem
" minimè pudet dicere; illud verò, Si mecum manseritis, referam, il-
" lud utique *inquam*, dicere mihi pudor esset (nam existimarem vi-
" deri posse, me dicere hæc eam ob causam, ut libentiùs apud me re-
" manere velletis); at pro illo hæc dico: Ego nempe apud vos, etiamsi
" nunc Cyaxari morem gerendo, discesseritis, id efficere conabor, si
" quid prosperè gessero, ut vos ipsi me laudetis. Non enim ipse qui-
" dem *jam* discedo; sed Hyrcaniis, quibus et jusjurandum et dextram
" dedi, fidem præstabo, neque unquam committam ut hos prodidisse
" convictus sim. Atque etiam facere conabor, nè Gobryam, qui
" modò et munitiones et regionem et copias nobis tradidit, unquam

a Εἰ μὴ ἀδικῶ] Stephanus legit εἴγε μὴ, &c. Nos Leunclavium, edit. *Eton.* et MStum Bodl. secuti sumus.

b Εἰκέναι λέγοντι, &c.] Ità reposuimus, MS. Bodl. et edit. *Eton.* fide nixi. Legunt aliter Leunclavius et Stephanus: sic nimirum ille :—εἰκέναι λέγοντα ταῦτα τούτου ἕνεκα τοῦ, &c. hic autem ;—— εἰκέναι λέγοντι ταῦτα τούτου ἕνεκα τοῦ, &c. Utrique tamen illud τούτου meritò suspectum erat: et pro λέγοντα Leunclavius in margine λέγοντι scripsit: quod jure optimo in contextu locum sibi vendicat.

c Ὑρκανίοις] MSti Bodl. et editionis Stephanianæ lectio est; cùm cæteri libri typis excusi minùs rectè habeant, Ὑρκανίους.

" ποιεῖν μήποτε μεταμεληῆσαι τῆς πρὸς ἐμὲ ὁδοῦ. Καὶ τὸ μέγιστον
" δὴ, οὕτω περιφανῶς τῶν θεῶν διδόντων ἀγαθὰ, καὶ φοβοίμην
" ἂν αὐτοὺς καὶ αἰσχυνοίμην ἀπολιπὼν ταῦτα εἰκῇ ἀπελθεῖν.
" Ἐγὼ μὲν οὖν, ἔφη, οὕτω ποιήσω· ὑμεῖς δὲ [a] ὅπως γινώσκετε,
" ὅτῳ καὶ ποιεῖτε· καὶ ἐμοὶ εἴπατε ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῇ." Ὁ μὲν
οὕτως εἶπε·

Πρῶτος δὲ, [b] ὁ φήσας ποτὲ συγγενὴς τοῦ Κύρου εἶναι, πρὸς
ταῦτα ἔλεξεν, [c] Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ (βασιλεὺς μὲν
γὰρ ἔμοιγε δοκεῖς σὺ φύσει πεφυκέναι, οὐδὲν ἧττον ἢ ὁ ἐν τῷ σμήνει
φυόμενος τῶν μελιττῶν ἡγεμών. [d] Ἐκείνῳ τε γὰρ αἰεὶ αἱ μέλιτται

" itineris ad me *suscepti* pœniteat. Quod denique maximum est, cùm
" dii tam manifestè bona nobis largiantur, et metus eorum, et pudor
" retinere me debet, quo minùs relictis his temerè discedam. Ego
" quidem certè, inquit, ità sum facturus: vos verò, quod vobis visum
" fuerit, facite: et mihi, vestra quæ sententia, sit indicate." Hæc ejus
verba fuerunt:

Is autem, qui Cyri se cognatum esse dixerat aliquando, primus ad hæc respondens, Ego verò, *mea quæ sit sententia dicam*, rex, inquit: (nam regem sanè naturâ nihilo te minùs extitisse arbitror, quàm ille *rex est*, qui dux apum in alveo nascitur. Illi enim semper apes

a Ὅπως γινώσκετε] Sic, probante Stephano, rescripsi; cùm anteà legeretur γινώσκητε. Vulgò etiam in editis καὶ inter ὅπως et γινώσκητε occurrit: quod tamen, cùm à MSto Bodl. et *Eton.* edit. absit, eradendum censuimus.

b Ὁ φήσας ποτὲ συγγενὴς, &c.] De quo vide lib. i, p. 42.

c Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, &c.] Torsit hic locus eruditorum ingenia; cui cùm explicando dederunt operam, in diversas abiêre partes. Stephanus, post βασιλεῦ, nihil deesse, sed ex præcedentibus subaudiendum putat, τὸ ἐμοὶ δοκοῦν ἐρῶ. Leunclavius contrà, cui nempe Stephani minùs placuerat interpretatio, sic à Xenophonte scriptum judicat: Ἀλλ' ἐγὼ μέν φημι, ὦ βασιλεῦ· quippe, inquit, *nec opus est alioquin illo* ἔφη, *cum præcesserit* ἔλεξεν. At quis, amabò, qui in scriptis Xenophontéis non planè hospes sit, Leunclavium, hâc ratione adlatâ, conjecturam suam satìs confirmâsse putaverit? cùm unaquæque ferè pagina, plura τοῦ ἔφη, post εἶπεν, ἔλεξεν, &c. redundantis exempla suppeditet. Ad *Æmil. Portum* transeamus; qui locum proculdubiò mutilum esse statuit, atque ex præcedentibus colligendum, quomodo integer fieri possit: sic nimirum: Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὅπως γινώσκω, οὕτω καὶ ποιήσω, ὦ βασιλεῦ. Mihi quidem adeò non mutilus videtur hic locus, ut eum ad affectus loquentis pulchrè adcommodatum arbitrer. Hujus nimirum pectus admiratione et amore Cyri jam diu fervet; gestit itaque in ejus laudes properare: responsionis integræ ei statim reddendæ immemor. Quam tamen in proclivi est, de istis Cyri verbis, ὑμεῖς δὲ ὅπως γινώσκετε, ὅτῳ καὶ ποιεῖτε· ἢ ἐμοὶ εἴπατε ὅ, τι ἂν ὑμῖν δοκῇ, commodè satìs hoc modo supplere: Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὅπως γινώσκω, οὕτω καὶ ποιήσω, ὦ βασιλεῦ· καὶ τὸ ἐμοὶ δοκοῦν ἐρῶ. Scilicet, ut post parenthesin finitam pergit: ἐγὼ δὲ, ὦ Κῦρε, καὶ ἂν ἐγὼ κρατῶ, καὶ μενοῦμεν παρὰ σοὶ, καὶ, &c.

d Ἐκείνῳ τε γὰρ, &c.] Hâc de re *Maronem* audi, Georg. l. iv, v. 210, et seq,

Prætereà regem non sic Ægyptus, et ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes,
Observant.

Et, v. 107.

—*non illis* (regibus) *quisquam cunctantibus altum*

ἐκῆσαι πείθονται· ὅπῃ δ' ἂν μένῃ, ἡ εὐδεμία ἐντεῦθεν ἀπέρχεται· ἢν δέ που ἐξίῃ, εὐδεμία αὐτῆ ἀπολείπεται· ὥτω δεινός τις αὐταῖς ἔρως τῆ ἄρχεσθαι ὑπ' ἐκείνῃ ἐγγίγνεται. Καὶ πρὸς σὲ δέ μοι δοκῆσι παραπλησίως πως οἱ ἄνθρωποι ἔτοι διακεῖσθαι. Καὶ γὰρ εἰς Πέρσας ὅτε παρ' ἡμῶν ἀπῄεις, τίς Μήδων ἢ νέος ἢ γέρων σῆ ἀπελείφθη, τῆ μή σοι ἀκολουθεῖν, ἕως ὅτε Ἀστυάγης ἡμᾶς ἀπέστρεψεν; Ἐπεὶ δὲ ἐκ Περσῶν βοηθὸς ἡμῖν ὡρμήθης, σχεδὸν αὖ [a] ὁρῶμεν τὰς φίλας σῆ πάντας εὐθελησίης συνεπομένης. Ὅτε δ' αὖ τῆς δεῦρο στρατείας ἐπεθύμησας, πάντες σοι Μῆδοι ἑκόντες ἠκολούθησαν. Νῦν δ' αὖ ὅτως ἔχομεν, ὡς σὺν σοὶ μὲν ὅμως καὶ ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντες θαῤῥοῦμεν, ἄνευ δὲ σῆ καὶ οἴκαδε ἀπιέναι φοβέμεθα) οἱ μὲν ἦν ἄλλοι ὅπως ποιήσουσιν, αὐτοὶ ἐροῦσιν· ἐγὼ δὲ, ὦ Κῦρε, καὶ ὧν ἐγὼ κρατῶ, καὶ μενοῦμεν παρὰ σοὶ, καὶ ὀρωντές σε ἀνεξόμεθα, καὶ καρτερήσομεν ὑπὸ σῆ εὐεργετέμενοι.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Τιγράνης ἔλεξεν ὧδε, Σὺ, ἔφη, ὦ Κῦρε, μή τι

ultro parent; ac quocunque loco manserit, ab eo nulla earum discedit; quòd si aliquò prodierit, nulla ipsum deserit: nam mirificus eis amor illius obtemperandi imperio innascitur. Eodem propè modo erga te quoque mihi hi homines adfecti esse videntur. Namque ubi à nobis in Persiam proficiscebare, quisnam Medorum vel juvenis vel senex à te abfuit, quo minùs te sequeretur, donec Astyages nos *ad se* reverti jussit. Postquam verò è Perside nobis subsidio profectus es, videmus iterum amicos tuos propè omnes te sponte suâ sequi. Cùm rursùs expeditionem in hæc loca suscipere cupivisti, omnes te Medi libentes secuti sunt. Et nunc adeò sic adfecti sumus, ut te quidem præsente, tametsi in hostico versemur, simus animosi, absque te domum reverti metuamus) itaque cæteri quid facturi sint, ipsi exponent; ego verò, Cyre, atque illi qui meâ in potestate sint, manebimus apud te; intuendo *quævis* sustinebimus, te nos beneficiis adficiente, *nihil non* toleranter feremus.

Post hæc Tigranes ità loquutus est, Nolim mireris, ait, Cyre, quod

Ire iter, aut castris audebit vellere signa. Item, v. 215, et seq.

Ille (rex) *operum custos, illum admirantur, et omnes*
Circumstant fremitu denso, stipántque frequentes,
Et sæpè, &c.

" Mira plebei, *inquit Plinius*, circa eum " (*regem*) obedientia. Cùm procedit, " unâ est totum examen, circáque eum " globatur, cingit, protegit, cerni non " patitur—Cùm processêre, se quæque " proximam illi cupit esse, et in officio " conspici gaudet—Ubicunque ille con- " sedit, ibi cunctarum castra sunt." *Nat. Histor.* lib. xi, c. 17.

[a] Ὁρῶμεν] Ità Stephanus et Leunclavius: *Etonensis* aliæque editiones pessimè ὁρῶ μὲν repræsentant. Liber autem *Budensis*, teste Leunclavio, habet ἰωρῶμεν· nec malè: cùm illud facilè, propter vocalem antecedentem, excidere potuerit

θαυμάσῃς ἂν ἐγὼ σιγῶ· [a] ἡ γὰρ ἐμὴ ψυχὴ, ἔφη, οὐχ ὡς βουλεύσασα παρεσκεύασαι, ἀλλ' ὡς ποιήσασα ὅ,τι ἂν παραγγέλλῃς. Ὁ δὲ Ὑρκάνιος εἶπεν, Ἀλλ' ἐγὼ μὲν, ὦ Μῆδοι, εἰ νῦν ἀπέλθοιτε, δαίμονος ἂν φαίην τὴν βούλησιν εἶναι, τὸ μὴ ἐᾶσαι ὑμᾶς μέγα εὐδαίμονας γενέσθαι· ἀνθρωπίνη δὲ γνώμη τίς ἂν ἢ φευγόντων πολεμίων ἀποτρέποιτο, ἢ ὅπλα παραδιδόντων οὐκ ἂν λαμβάνοι, ἢ ἑαυτὸν παραδιδόντων καὶ τὰ ἑαυτῶν οὐκ ἂν δέχοιτο; ἄλλως τε καὶ τῷ ἡγεμόνος ἡμῖν ὄντος τοιούτου, ὃς ἐμοὶ δοκεῖ (ὡς ὄμνυμι ὑμῖν πάντας τοὺς θεούς) εὖ ποιῶν ἡμᾶς μᾶλλον ἥδεσθαι ἢ ἑαυτὸν πλουτίζων. Ἐπὶ τούτῳ πάντες οἱ Μῆδοι τοιαῦτα ἔλεγον, Σὺ, ὦ Κῦρε, ἐξήγαγες ἡμᾶς· καὶ οἴκαδε ὅταν ἀπιέναι καιρός σοι δοκῇ εἶναι, σὺν σοὶ ἡμᾶς ἀπάγαγε. Ὁ δὲ Κῦρος ταῦτα ἀκούσας, ἐπεύξατο, Ἀλλ', ὦ Ζεῦ μέγιστε, αἰτοῦμαί σε, δός μοι τοὺς ἐμὲ τιμῶντας νικῆσαι εὖ ποιοῦντα. Ἐκ τούτου ἐκέλευσε τοὺς μὲν ἄλλους φυλακὰς καθιστάντας, ἀμφ' αὐτοὺς ἤδη ἔχειν, τοὺς δὲ Πέρσας διαλαβεῖν τὰς σκηνὰς, τοῖς μὲν ἱππεῦσι τὰς τούτοις πρεπούσας, τοῖς δὲ πεζοῖς τὰς τούτοις ἁρμούσας· ᾗ ὅτῳ καθίστασθαι ὅπως ποιοῦντες οἱ ἐν ταῖς σκηναῖς ἅπαντες τὰ δέοντα φέρωσιν εἰς τὰς τάξεις τοῖς Πέρσαις, καὶ

taceam: animus enim meus non ad consultandum paratus est, sed ad faciendum quicquid imperaveris. Hyrcanius autem, Dicerem equidem, Medi, inquit, si jam discederetis, numinis id *alicujus* voluntate fieri, quod valdè beatos vos fieri non sineret: humanæ enim mentis judicium quod adtinet, quis se vel ab hostibus fugientibus averteret, vel arma his ea tradentibus non caperet, vel eosdem se cum rebus suis dedentes non reciperet? præsertim cùm ejusmodi ducem habeamus, qui mihi videtur (quod juratus deos omnes testor) beneficiis in nos conferendis magìs quàm seipso locupletando delectatus. Tum deindè Medi omnes hæc dixerunt, Tu nos eduxisti, Cyre; domúmque *adeò* reverti ubi tibi visum erit commodum, tecum nos abducito. Cyrus autem hæc cùm audîsset, votum hoc adjecit, Te verò, maxime Jupiter, oro, fac ut eos qui honore me prosequuntur, beneficiis superem. Deindè præcipit ut cæteri quidem locatis excubiis corpora curarent, Persæ verò tabernacula distribuerent, equitibus *nempe* ea quæ his convenirent, peditibus quæ his sufficerent, ut etiam res ità constituerent, ut universi, qui in tabernaculis essent, necessaria conficerent, ac Persis ad ordines *ipsorum* adferrent, et

a Ἡ γὰρ ἐμὴ, &c.] Stephanus et Leunclavius dant, ἡ γάρ μοι ψυχὴ, &c. Ille tamen rectè conjecit, Xenophontem potiùs scripsisse ἡ γὰρ ἐμὴ ψυχὴ, vel ἡ γάρ μου ψυχὴ, aut etiam ἡ γὰρ ψυχή μου. MS. Bodl. ἡ γὰρ ψυχὴ, ἔφη, &c. quod sufficere putat Stephanus; cùm pronomen μου vel ἐμὴ facilè subaudiri possit. Nos, librum *Eton.* secuti, pronomen exhibendum duximus.

τὰς ἵππους τεθεραπευμένους παρέχωσι. Πέρσαις δὲ μηδὲν ἄλλο ἢ ἔργον ἢ τὰ πρὸς πόλεμον ἐκπονεῖν. Ταύτην μὲν οὕτω τὴν ἡμέραν διήγαγον·

Πρωὶ δ' ἀναστάντες ἐπορεύοντο πρὸς τὸν Γωβρύαν, Κῦρος μὲν ἐφ' ἵππῳ, καὶ οἱ Περσῶν ἱππεῖς, γεγενημένοι ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους· οἱ δὲ τὰ [a] τούτων γέρρα καὶ τὰς κοπίδας ἔχοντες ἐπὶ τούτοις εἵποντο, ἴσοι ὄντες τὴν ἀριθμόν. Καὶ ἡ ἄλλη δὴ στρατιὰ ἐπορεύετο τεταγμένη. Ἔκαστον δὲ ἐκέλευσε τοῖς καινοῖς ἑαυτῶν θεράπουσιν εἰπεῖν, ὅτι ὅστις ἂν αὐτῶν ἢ τῶν ὀπισθοφυλάκων φαίνηται ὄπισθεν, ἢ τῶ μετώπω πρόσθεν, ἢ καὶὰ πλάγια ἔξω τῶν ἐν τάξει ὄντων ἁλίσκηται, κολασθήσεται. Δευτεραῖοι δὲ ἀμφὶ δείλην γίγνονται πρὸς τῷ Γωβρύου χωρίῳ, καὶ ὁρῶσιν ὑπερίσχυρόν τε τὸ ἔρυμα, καὶ ἐπὶ τῶν τειχῶν πάντα παρεσκευασμένα, ὡς ἂν κράτιστα ἀπομάχοιντο· καὶ βοῦς δὲ πολλοὺς καὶ πάμπολλα πρόβατα ὑπὸ τὰ ἐρύματα προσηγμένα ἑώρων. Πέμψας δὲ ὁ Γωβρύας ἐκέλευσε τὴν Κῦρον, περιελάσαντα [b] ἰδεῖν ᾗ ἡ πρόσοδος εὐπετεστάτη, εἶσω δὲ πέμψαι πρὸς ἑαυτὸν τῶν πιστῶν τινὰς, οἵτινες [c] αὐτῷ τὰ ἔνδον ἰδόντες ἀπαγγελοῦσιν.

equos *eis* curatos exhiberent; Persis autem nihil aliud negotii esset, quàm utì res bellicas elaborarent. Hoc modo diem hunc exegerunt:

Manè autem cùm surrexissent, iter ad Gobryam ingressi sunt, Cyrus quidem equo vectus, cum Persarum equitibus, qui jam ad duo millia excreverant: hos sequebantur qui scuta et copidas eorum habebant, numero *eis* pares. Itidem exercitus reliquus instructus iter faciebat. Præcepit autem *Cyrus*, utì quisque famulis suis novitiis futurum diceret, ut quisquis eorum vel post agminis extremi custodes conspiceretur, vel ante frontem, vel ab utrovis latere extra eos qui essent in ordine deprehenderetur, pœnas daret. Postridiè circa vesperam ad castellum Gobryæ perveniunt, et munitionem quàm firmissimam vident, et in mœnibus parata omnia, quæ ad propulsandos hostes erant aptissima: quin etiam boves multos, permultúmque pecus subter munitiones adductum cernebant, Gobryas autem misit qui Cyrum hortaretur, ut equo circumvectus dispiceret, ubinam accessus esset facillimus; atque etiam ex fidis quosdam hominibus intrò ad se mitteret, qui renuntiarent ei, quæ intus vidissent.

a Τούτων γέρρα καὶ, &c.] Vide quæ notavimus ad φιλὰς μαχαίρας, p. 235.

b Ἰδεῖν ᾗ, &c.] Ità Stephanus et editio *Eton.* quam lectionem, margini editionis suæ adscriptam, in versione expressit Leunclavius; licèt in contextu excudendo secutus fuerit edit. *Ald.* et *Florent.* quæ dant—*ἰδεῖν εἰ ἡ πρόσοδος*, &c.

c Αὐτῷ] In editionibus *Ald. Flor. Eton. Leuncl.* et MS. Bodl. *αὐτῶν*, legitur. Ego verò Stephanum libens sequutus sum; qui, re ipsâ duce, reponendum curavit *αὐτῷ*: quod Muretus et Leunclavius ipse tandem recipiendum viderunt.

Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος αὐτὸς μὲν τῷ ὄντι βουλόμενος ἰδεῖν, εἴπη εἴη αἱρέσιμον τὸ τεῖχος, ἢ ψευδὴς φαίνοιτο ὁ Γωβρύας, περιήλαυνε πάντοθεν, ἐώρα τε ἰσχυρότερα πάντα [a] ἢ προσελθεῖν· ὡς δ' ἔπεμψε πρὸς Γωβρύαν, ἀπήγγελλον τῷ Κύρῳ ὅτι τοσαῦτα εἴη ἔνδον ἀγαθὰ ὅσα ἐπ' ἀνθρώπων [b] γενεᾶν, ὡς σφίσι δοκεῖν, μὴ ἂν ἐπιλείπειν τοὺς ἔνδον ὄντας. Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἐν φροντίδι ἦν ὅ, τί ποτε εἴη ταῦτα· ὁ δὲ Γωβρύας αὐτός τε ἐξήει πρὸς αὐτὸν, καὶ τοὺς ἔνδοθεν πάντας [c] ἐξῆγε, φέροντας οἶνον, ἄλευρα· ἄλλους δὲ ἐλαύνοντας βοῦς καὶ ὗς, ὄϊας, αἶγας· καὶ εἴ τι βρωτὸν, πάντα ἱκανὰ προσῆγον, ὡς δειπνῆσαι καλῶς ἅπασαν τὴν σὺν Κύρῳ στρατιάν. Οἱ μὲν δὴ ἐπὶ τούτῳ ταχθέντες διηρῶντό τε ταῦτα καὶ ἐδειπνοποιοῦντο. Ὁ δὲ Γωβρύας, ἐπεὶ πάντες οἱ ἄνδρες αὐτῷ ἔξω ἦσαν, εἰσιέναι ἐκέλευσε τὸν Κῦρον ὅπως νομίζει ἀσφαλέστατα. Προεισπέμψας δ' ὁ Κῦρος σκοπούς καὶ δύναμιν, καὶ αὐτὸς ὅτως εἰσήει. Ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθεν ἀναπεπταμένας ἔχων τὰς πύλας,

Itaque Cyrus re ipsâ videre volens, num alicubi castellum capi posset, an Gobryas mendax esse deprehenderetur, undique obequitabat, et omnia munitiora videbat esse, quàm ut *ei* accedere quis posset: illi verò quos Cyrus ad Gobryam miserat, renuntiant ei, tantam intus bonorum esse copiam, quanta in hominum ætatem, de suo *quidem* judicio, eos qui intus essent minimè defectura videretur. Et Cyrus quidem secum cogitabat, quænam illæ res essent: cùm Gobryas ipse ad eum egreditur, et omnes quotquot intus erant educit, alios quidem ferentes vinum et farinas; alios verò agentes boves, et sues, oves, capras; et si qua *haberent* esculenta, eorum omnium satìs magnam copiam adferebant, ut totus qui cum Cyro erat exercitus benè cœnaret. Itaque ii, quibus id negotii datum erat, distribuebant hæc et cœnam adparabant. Gobryas autem, postquam omnes ejus milites *ex castello* essent egressi, Cyrum ingredi jussit eo modo quem arbitraretur ipse tutissimum. Cyrus igitur præmissis speculatoribus copiísque, tandem et ipse ingreditur. Cúmque esset ingressus, portas tenens apertas,

a Ἢ προσελθεῖν] Ità Stephanus, Leunclavius, *Ald.* et *Eton.* edit. *Florentina* verò dat προσῆλθεν, ineptè. Nec magìs mihi quidem placent lectiones istæ, ἢ προεῖπεν vel πόρρωθεν, quas margini addendas curavit Leunclavius.

b Γενεᾶν] Vulgò, γενεάς. Rectiùs, utì videtur, Stephani editio et MS. Bodl. in quibus legitur γενεάν.

c Ἐξῆγε, φέροντας, &c.] Ità planè MS. Bodl. et exemplaria edita ferè omnia. *Florentinum* quidem habet οἶνον, ἄλφιτα, ἄλευρα, &c. et sic legi oportere putat Muretus. Sed illa vox penultima, tot libris reclamantibus, minimè admittenda videtur. Leunclavius locum mutilum esse, atque adeò hoc quodam modo supplendum censet,—πάντας ἐξῆγεν, ἄλλους μὲν φέροντας οἶνον, ἄλευρα· ἄλλους δὲ ἐλαύνοντας, &c. Neque hæc omninò displicet conjectura.

παρεκάλει πάντας τοὺς φίλους καὶ ἄρχοντας τῶν μεθ' ἑαυτοῦ. Ἐπεὶ δὲ ἔνδον ἦσαν, ἐκφέρων ὁ Γωβρύας φιάλας χρυσᾶς, καὶ προχόους, καὶ κάλπιδας, καὶ κόσμον παντοῖον, καὶ [a] δαρεικοὺς ἀμέτρους τινὰς, καὶ πάντα καλὰ, καὶ τέλος τὴν θυγατέρα (δεινὸν ἄρα κάλλος καὶ μέγεθος, πενθικῶς δὲ ἔχουσαν τοῦ ἀδελφοῦ τεθνηκότος) ἐξαγαγὼν, τάδε εἶπεν· Ὦ Κῦρε, ἐγώ σοι τὰ μὲν χρήματα ταῦτα δίδωμι· τὴν δὲ θυγατέρα ταύτην ἐπιτρέπω διαθέσθαι ὅπως ἂν σὺ βούλῃ. Ἱκετεύομεν δὲ, ἐγὼ μὲν καὶ πρόσθεν, τοῦ υἱοῦ, αὕτη δὲ νῦν, τοῦ ἀδελφοῦ τιμωρὸν γενέσθαι σε.

amicos omnes et præfectos militum advocabat. Postquam hi *jam* intus erant, Gobryas depromptis pateris aureis, et gutturniis, et urnulis, et omnis generis ornamentis, et immensâ quâdam daricorum vi, et universis rebus pulchris, ad extremum etiam filiâ (quæ quidem erat admirandâ formâ et proceritate, habitu verò lugubri propter mortem fratris) productâ, dixit: Pecunias hasce tibi trado, Cyre; ac filiam hanc *tibi* committo, ut de eâ, sicut ipse voles, statuas. Obsecramus verò te supplices, ego quidem etiam anteà, ut filii, hæc verò nunc, ut fratris ultor sis.

a Δαρεικοὺς] *Suidas:* εἰσὶ μὲν χρυσοῦ σατῆρες οἱ Δαρεικοί· ἠδύνατο δὲ ἕκαστος αὐτῶν ὅπερ καὶ ὁ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ὀνομαζόμενος χρυσοῦς· οὐκ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως ὠνομάσθησαν. Λέγουσι δέ τινες δύνασθαι τὸν Δαρεικὸν δραχμὰς ἀργυρίου εἴκοσιν· ὡς τοὺς πέντε Δαρεικοὺς δύνασθαι μνᾶν ἀργυρίου. De *Daricis* totidem ferè verbis utuntur *Scholiastes* Aristoph. ad Ἐκκλησ. v. 598, et *Harpocration*. Unde in proclivi est *Hesychium* obiter emendare; apud quem sic malè scribitur, Δαρεικοὶ οἱ χρόνοι (lege, χρυσοῖ) σατῆρες, &c. Cùm verò nullus sive Persarum, sive alius cujuslibet gentis Orientalis, rex *Darii* nomine, ante *Hystaspidem* illum, Xerxis patrem, apud profanos auctores veniat; ad *Darium Medum* (de quo Dan. v, 31), qui est Xenophontis *Cyaxares*, referenda videtur *Daricorum* origo. Hic, ut videtur eruditissimo *Humfredo Prideaux*, biennio illo, quo Babyloni regnabat, nummi istam purissimi speciem ex magnâ auri vi, quam victrices Persarum Medorúmque copiæ congesserant, excudendam curavit. Licèt autem opinio hæc, utpote quæ à veri specie minimè abhorreat, fidem habeat; ab hoc ipso tamen loco, in quo *Daricorum*, ceu jam ante captam Babylonem vulgò notorum, mentionem facit Xenophon, difficultatis aliquid oriri videatur. Verùm dici potest, Xenophontem hîc per ejusmodi temporis anticipationem de *Daricis* loquutum esse, qualis apud Virgilium occurrit, *Æn.* lib. vi, v. 366.—*Portúsque require Velinos.* De quo loco vide sis *A. Gell.* N. A. lib. x, c. 16. Nec aliud ferè dicendum est de usu vocis אדרכנים 1 *Paralip.* xxix, 7, si modò vox ista intelligenda sit (utì docti quidam viri censuerunt), de *Daricis Persicis:* nam Davidis certè tempore nummus istiusmodi nullus erat. *Buxtorfius* quidem, in Lexico Rabbinico, voces אדרכון, דרכמון, דרכמון, exponit, *Nummi antiqui aurei species, tempore Davidis*, i. e. *ante exilium Babylonicum usitati.* Mox idem tradit *Buxtorfius, in nuperis Mischnaioth scribi, fuisse monetam Persicam.* At si *Persica:* haud dubiè ista nummi species erat, quam docti plerique, tum veteres tum recentiores, à *Dario* nomen accepisse putârunt: quod si detur, *Davidis* certè tempore non existebat. Itaque existimaverim, *Daricos* à *Cyaxare* tandem, seu *Dario Medo*, fuisse cusos: *Ezrámque* adeò (auctorem *Paralipomenon*) monetam, quæ *Davidis* ætate usitata erat, ad nummum *Persicum*, qui suo jam tempore notissimus erat, revocâsse. Vide, si libet, Cl. *Prideaux* Connex. Hist. v, et N. T. lib. ii, ad *An.* 538. *Bernard.* De *Ponder.* et

Ὁ δὲ Κῦρος πρὸς ταῦτα εἶπεν, Ἀλλ' ἐγώ σοι μὲν καὶ τότε ὑπεσχόμην, ἀψευδέντός σε τιμωρήσειν εἰς δύναμιν· νῦν δὲ ὅτε σε ἀληθεύοντα ὁρῶ ἤδη, ὀφείλω τὴν ὑπόσχεσιν· καὶ ταύτῃ ὑπισχνέομαι τὰ αὐτὰ ταῦτα σὺν θεοῖς ποιήσειν. Καὶ τὰ μὲν χρήματα, ἔφη, ἐγὼ ταῦτα δέχομαι, δίδωμι δ' αὐτὰ τῇ παιδὶ ταύτῃ, καὶ ἐκείνῳ, ὃς ἂν γήμῃ αὐτήν. Ἓν δὲ δῶρον ἄπειμι ἔχων παρὰ σέ, ἀνθ' ὧν ἐγὼ οὐδ' ἂν τὰ ἐν Βαβυλῶνι, ἐν ᾗ πλεῖσά ἐσιν, οὐδὲ τὰ πανταχοῦ, ἀντὶ τούτου οὐ σύ μοι δεδώρησαι, ἥδιον ἂν ἔχων ἀπέλθοιμι. Καὶ ὁ Γωβρύας, θαυμάσας τί ποτε τοῦτο εἴη, ἢ ὑποπλεύσας μὴ τὴν θυγατέρα λέγοι, ἔτως ἤρετο, Καὶ τί τοῦτ' ἐσὶν, ἔφη, ὦ Κῦρε; Καὶ ὁ Κῦρος [a] ἀπεκρίνατο, ὅτι, ἔφη, ὦ Γωβρύα, πολλοὺς μὲν οἶομαι εἶναι ἀνθρώπους, οἳ οὔτε ἀσεβεῖν ἂν θέλοιεν, οὔτε ἀδικεῖν, οὔτε ἂν ψεύδοιντο ἑκόντες εἶναι· διὰ δὲ τὸ μηδένα αὐτοῖς ἠθεληκέναι προέσθαι μήτε χρήματα πολλὰ, μήτε τυραννίδα, μήτε τείχη ἐρυμνὰ, μήτε τέκνα ἀξιέρασα, ἀποθνήσκουσι πρότερον πρὶν δῆλοι γενέσθαι οἷοι ἦσαν· ἐμοὶ δὲ σὺ νῦν καὶ τείχη ἐρυμνὰ, καὶ πλοῦτον παντοδαπὸν, καὶ δύναμιν

Ad hæc respondit Cyrus, Equidem tibi tunc etiam pollicitus sum, me ultorem tibi, si minimè mendax esse, pro viribus futurum: nunc verò cùm te veracem jam videam, reus sum promissi: quin et huic polliceor eadem hæc me diis juvantibus facturum. Ac pecunias quidem istas, inquit, accipio, et huic puellæ, atque illi, cum quo nuptura est, eas dono. Unum verò munus abs te accipiens discedam, pro quo nè quidem ea quæ in Babylone sunt, ubi *sanè* plurima sunt, nec quæ sunt uspiam, pro illo *inquam* tu quod mihi donâsti, libentiùs habiturus sim ac discessurus. Et Gobryas miratus quid tandem illud esset, ac suspicatus an filiam diceret, interrogavit, Quid istud est, Cyre? Et respondens Cyrus, Multos arbitror esse homines, ait, Gobrya, qui nec impii, nec injusti esse velint, ac sponte suâ nè quidem mentiantur aut fallant: sed quia nemo potestati eorum permittere voluerit nec magnam pecuniæ vim, nec regnum, nec castella munita, nec liberos amari dignos, *eò fit* ut prius moriantur, quàm quales sint cognosci possit: tu verò, cùm mihi jam castella munita, et omnis generis opes, et copias

Mens. lib. ii. *Casp. Eisenschmid. Disquis.* de *Mens.* et *Pond.* et eruditissimum episcopum *Bathonio-Wellens*, qui nuperrimè argumentum hoc tractavit, aliámque de origine vocis אררכנים 1 *Paralip.* xxix, 7, et 1 *Esdr.* viii, 27, sententiam proposuit.

a Ἀπεκρίνατο, ὅτι, &c.] Vocula ὅτι hîc et alibi sæpè redundat; præsertim post verba *dicendi*, et similia. Itaque nihil necesse est ut pleonasmum hunc, cùm apud sacros scriptores occurrat, ex Hebraïco idiomate, τὸ כי eodem ferè modo redundans, exhibenti, repetamus. Vide Matt. ix, 18. Marc. i, 37. v, 35. vi, 4, 15. x, 33. xvi, 7. Act. xxvii, 10.

τὴν σὴν, ἢ θυγατέρα ἀξιόκτητον ἐγχειρίσας, πεποίηκάς με δῆλον γενέσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις ὅτι ἔτ' ἂν ἀσεβεῖν περὶ ξένους ἐθέλοιμι, ἔτ' ἂν ἀδικεῖν χρημάτων ἕνεκεν, ἔτε συνθήκας ψευδοίμην ἂν ἑκὼν εἶναι. Τοῦτ' οὖν ἐγώ σοι, εὖ ἴσθι, ἕως ἀνὴρ δίκαιος ὦ, καὶ δοκῶν εἶναι τοιοῦτος ἐπαινῶμαι ὑπ' ἀνθρώπων, ἔποτ' ἐπιλήσομαι· ἀλλὰ πειράσομαι σε ἀντιτιμῆσαι πᾶσι τοῖς καλοῖς. Καὶ ἀνδρὸς δ', ἔφη, τῇ θυγατρὶ μὴ φοβοῦ ὡς ἀπορήσεις ἀξίου ταύτης· πολλοὶ γὰρ καὶ ἀγαθοὶ φίλοι εἰσίν ἐμοὶ, ὧν ὅστις γαμεῖ αὐτὴν, εἰ μέντοι χρήματα ἕξει τοσαῦτα ὅσα δίδως, ἢ καὶ ἄλλα πολλαπλάσια τούτων, οὐκ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν· σὺ μέντοι εὖ ἴσθι ὅτι εἰσί τινες αὐτῶν, οἳ ὧν μὲν σὺ δίδως χρημάτων, οὐδὲ μικρὸν τούτων ἕνεκα σὲ μᾶλλον θαυμάσουσιν· ἐμὲ δὲ ζηλοῦσι νυνὶ, ἢ εὔχονται πᾶσι θεοῖς γενέσθαι ποτὲ καὶ ἑαυτοὺς ἐπιδεῖξαι ὡς πιστοὶ μέν εἰσιν οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ τοῖς φίλοις, τοῖς δὲ πολεμίοις οὐδέποτ' ἂν ὑφεῖντο ζῶντες, εἰ μὴ θεὸς βλάπτοι· ἀντὶ δ' ἀρετῆς ἢ δόξης ἀγαθῆς ὅτι οὐδ' ἂν τὰ Σύρων, πρὸς τοῖς σοῖς, ἢ Ἀσσυρίων πάντα προέλοιντο· τοιούτους ἄνδρας εὖ ἴσθι ἐνταῦθα καθημένους. Καὶ ὁ Γωβρύας ἐπιγελάσας. Πρὸς θεῶν, ἔφη, ὦ Κῦρε, δεῖξόν μοι ποῦ ἔτοί εἰσιν. ἵνα σε τῶν τινὰ αἰτήσωμαι παῖδά μοι γενέσθαι. Ἀμέλει, ἔφη, οὐδὲν

tuas, et filiam dignam *sanè* quam sibi quis adquirat, in manus tradideris, fecisti ut apud omnes homines constet, eum me esse, qui nec in hospites impius esse velim, nec pecuniæ causâ injustus, nec in servandis pactis, quod me quidem volente sit, fallax. Igitur hujus ego tibi, sat scito, donec vir justus ero, et, talis quòd esse videar, laudem ab hominibus consequar, nunquam obliviscar; sed omnibus te rebus honestis *bonisque* vicissim ornare conabor. Neque verendum est tibi, inquit, filiam quod adtinet, nè viro sis cariturus, qui hâc dignus sit: nam multi mihi præstantésque sunt amici, quorum quisquis *tandem* hanc duxerit, an tantas sanè habiturus sit pecunias, quantus tu largiris, vel etiam alias eis multò plures, dicere nequeo: te verò certò scire volo, esse quosdam inter eos, qui ob pecunias quas tu largiris, nè tantillo quidem magìs te sint admiraturi: me autem hoc tempore suspiciunt *beatúmque prædicant*, et omnes deos precantur, ut iis aliquando demonstrare liceat, se quoque nihilo minùs quàm me, fideles amicis esse, hostibus nunquam cessuros, dum vitâ fruuntur, nisi numen obstet: virtuti verò et existimationi bonæ, nè Syrorum quidem et Assyriorum omnia bona, tuis addita, prætulerint: tales viros certò scias hîc jam consedisse. Hîc cùm adrisisset Gobryas, Per deos immortales, inquit, indica mihi, Cyre, ubinam illi sint, quò petam ut mihi per te liceat horum aliquem sumere generum. Nihil profectò, ait *Cyrus*, opus

ἐμοῦ σε δεήσει συνθάνεσθαι, ἀλλ' ἢν σὺν ἡμῖν ἕπῃ, αὐτὸς σὺ ἕξεις καὶ ἄλλῳ δεικνῦναι αὐτῶν ἕκαστον.

Τοσαῦτα δ' εἰπὼν δεξιάν τ' ἔλαβε τοῦ Γωβρύα, καὶ ἀναστὰς ἐξῄει, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ πάντας ἐξήγαγε· καὶ πολλὰ δεομένου τοῦ Γωβρύα ἔνδον δειπνεῖν, οὐκ ἠθέλησεν· ἀλλ' ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐδείπνει, καὶ τὸν Γωβρύαν σύνδειπνον [a] παρέλαβεν. Ἐπὶ στιβάδος δὲ κατακλιθεὶς ἤρετο αὐτὸν ὧδε, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Γωβρύα, πότερον οἴει εἶναί σοι πλείω ἢ ἡμῶν ἑκάστῳ στρώματα; Καὶ ὃς εἶπεν, Ὑμῖν νὴ τὸν Δί' εὖ οἶδ' ὅτι στρώματα πλείω ἐστὶ κἠ κλίναι, κἠ οἰκία γε πολλῷ μείζων ἡ ὑμετέρα τῆς ἐμῆς· οἵ γε οἰκίᾳ μὲν χρῆσθε γῇ τε καὶ οὐρανῷ, κλίναι δ' ὑμῖν εἰσιν ὁπόσαι γένοιντ' ἂν εὐναὶ ἐπὶ γῆς· στρώματα δὲ νομίζετε οὐχ ὁπόσα πρόβατα φύει ἔρια, ἀλλ' ὁπόσα φρύγανα ὄρη τε καὶ πεδία ἀνίησι. Τότε μὲν δὴ πρῶτον ὁ Γωβρύας συνδειπνῶν αὐτοῖς, ὁρῶν τὴν φαυλότητα τῶν παρατιθεμένων βρωμάτων, πολὺ [a] σφᾶς ἐνόμιζεν εἶναι ἐλευθεριωτέρους αὐτῶν.

fuerit ex me sciscitari, sed si nos sequaris, poteris ipsemet etiam alteri quemlibet horum ostendere.

Hæc loquutus, Gobryæ dextram prehendit, et surgens abiit, suósque omnes eduxit: cúmque multùm *eum* Gobryas rogâsset, intus utì cœnaret, noluit; sed in castris cœnavit, et Gobryam sibi in cœnâ socium adhibuit. Cùm autem super toro herbarum frondiúmque discubuisset, sic eum interrogavit, Dic mihi, Gobrya, inquit, utrùm existimas plura tibi esse stramenta, quàm cuique nostrûm? Et ille, Vobis profectò, inquit, plura sunt tum stragula, tum lecti; et domus sanè vestra longè amplior est, quàm mea; quibus terra quidem et cœlum domûs usum præbent; tot vobis etiam lecti sunt, quot supra terram cubilia: prætereà non quas pecus gerit lanas, pro stragulis habetis, sed quæcunque virgulta tum montes tum campi submittunt. Ac Gobryas quidem tunc primùm apud eos cœnans, cùm ciborum qui adponerentur vilitatem cerneret, se suósque multò liberaliùs illis degere judicavit.

a Παρέλαβεν. Ἔτι, &c.] Ità locum hunc MS. Bodl. omnésque melioris notæ editiones rectè exhibent. In *Aldinâ* verò et *Florent.* omnia mirè perturbata, depravatáque sic leguntur.—παρέλαβε· μέγιστον δ' αὐτῷ ἔδοξεν εἶναι τὸ ἐν τῇ στρατείᾳ ὄντας, τῶν εἰς τὸν αὐτὸν κίνδυνον ἐμβαινόντων μηδενὸς οἴεσθαι δεῖν πλείω παρατίθεσθαι, ἐπὶ στιβάδος, &c. Voces autem istas μέγιστον δὲ, &c. usque ad ἐπὶ στιβάδος, locum non suum occupâsse, apertius est quàm ut probatione careat.

b Σφᾶς ἐνόμιζεν, &c.] Locum hunc sic reddit Leunclavius: *multò illos liberaliùs suis degere judicavit, eorum in vescendo moderatione consideratâ. Etenim,* &c. Quod nec orationis structura patitur, nec mens auctoris. Mihi autem, *Philelphum, Gabrielium,* aliósque interpretes secuto, prius pronomen σφᾶς ad Gobryam ejúsque socios, posterius αὐτῶν ad Cyrum Persásque cæteros referendum, sententiâ ità postulante, videtur.

[a] Ἐπεὶ δὲ καλενόησε τὴν μελριότηλα τῶν σίτων (ἐπ' ὀδενὶ γὰρ βρώμαλι ὐδὲ πόματι Πέρσης ἀνὴρ τῶν πεπαιδευμένων ὅτε ὁμμασιν ἂν ἐκπεπληγμένος καταφανὴς γένοιτο, ὅτε ἁρπαγῇ, ὅτε νίῳ, μὴ ὐχὶ προνοεῖν ἅπερ ἂν καὶ μὴ ἐν σίτῳ ὤν· ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἱππικοί, διὰ τὸ μὴ ταράσσεσθαι ἐπὶ τῶν ἵππων, δύνανλαι ἅμα ἱππεύονλες ἠ ὁρᾶν καὶ ἀκύειν ἠ λέγειν τὸ δέον, ὅτω ἠ ἐκεῖνοι ἐν τῷ σίτῳ οἴονται δεῖν φρόνιμοι ἠ μέτριοι φαίνεσθαι· τὸ δὲ κεκινῆσθαι ὑπὸ τῶν βρωμάλων καὶ τῆς πόσεως, πάνυ αὐτοῖς κυνικὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι)· ἐνενόησε δὲ αὐτῶν ἠ ὡς ἐπηρώτων ἀλλήλυς τοιαῦτα οἷα ἐρωτηθῆναι ἥδιον ἦν ἢ μή, [b] καὶ ὡς ἔσκωπτον οἷα σκωφθῆναι ἥδιον ἦν ἢ μή· ἅ, τε ἔπαιζον ὡς πολὺ μὲν ὕβρεως ἀπῆν, πολὺ δὲ τὸ αἰσχρόν τι ποιεῖν, πολὺ δὲ τὸ χαλεπαίνεσθαι πρὸς ἀλλήλυς. Μέγιστον δ' αὐτῷ ἔδοξεν εἶναι, τὸ ἐν στρατείᾳ ὄντας τῶν εἰς τὸν αὐτὸν κίνδυνον ἐμβαινόντων μηδενὸς οἴεσθαι δεῖν πλείω παρατίθεσθαι,

At postquam eorum in vescendo moderationem animadverterat (in nullo enim neque cibo neque potu, Persa, *disciplinâ patriâ* liberaliter institutus, *sic* vel oculis commotus manifestò deprehensus fuerit, vel rapacitate, vel animo, minùs ut *rerum suarum* providus sit, quàm si cibo capiendo non intentus esset: sed ut homines equestres, propterea quòd in equis non perturbantur, inter equitandum et cernere, et audire, et dicere possunt quod oportet; ità et illi par esse censent, ut prudentes se ac moderatos in vescendo palàm præbeant; ac prorsùs caninum belluinúmque ducunt, à cibis et potu commoveri); atque secum reputaverat etiam eos de rebus ejusmodi se mutuò interrogare, de quibus jucundius esset interrogari quàm non *interrogari*, et salsè quædam dicere, quibus perstringi jucundius esset quàm non *perstringi*; quæque jocarentur, à contumeliâ longè abesse, longè ab actione quâvis turpi, longè *demum* à mutuâ animorum irritatione: *his igitur consideratis, mutatâ tandem sententiâ, Persas se suísque liberaliùs degere putabat.* Maximum verò ei visum est, quod cùm in expeditione essent, nemini eorum qui periculum idem adibant, plura putarent adponenda;

[a] Ἐπεὶ δὲ, &c.] Laborat Leunclavius, ut voces istæ in ἐπειδὴ mutentur: útque, sublatâ ante eas τιλίᾳ στιγμῇ, connectantur cum superioribus in hunc modum —ἐλωθηριωτέρως αὐτῶν, ἐπειδὴ κατενόησε τὴν μετριότητα τῶν σίτων. Nos, pertinacem librorum omnium consensionem secuti, nec interpunctionem loci, nec scripturam mutamus: sed novam hîc periodum instituimus; et ea quæ sequuntur, ἐπ' ὀδενὶ γὰρ βρώματι, &c. usque ad κυνικὸν καὶ θηριῶδες δοκεῖ εἶναι adstipulante Stephano, parenthesi includenda putamus. Constat quidem nihil in sequentibus reperiri, quod primo huic periodi membro, alteríque illi ἐνενόησε δὲ αὐτῶν, &c. respondeat. Itaque dicendum est, σχῆμα hîc ἀναπαπόδοτον occurrere, cujus exempla suprà paulò, p. 222 et 250 notavimus.

[b] Καὶ ὡς ἐπηρώτων, &c.] De interrogationibus his jocísque eleganter disserit *Plutarchus* Sympos. lib. ii, προβλ. α'.

ἀλλὰ τῦτο νομίζειν μεγίστην εὐωχίαν εἶναι, τὰς συμμάχεσθαι μέλλοντας ὅτιβελτίστας παρασκευάζειν. Ἡνίκα δὲ ὁ Γωβρύας εἰς οἶκον ἀπιὼν ἀνίστατο, εἰπεῖν λέγεται, Οὐκέτι θαυμάζω, ὦ Κῦρε, εἰ ἐκπώματα μὲν καὶ ἱμάτια καὶ χρυσίον ἡμεῖς ὑμῶν πλείονα κεκτήμεθα, αὐτοὶ δ' ἐλάττονος ὑμῶν ἄξιοί ἐσμεν. Ἡμεῖς γὰρ ἐπιμελούμεθα, ὅπως ἡμῖν ταῦτα ὡς πλεῖστα ἔσαι, ὑμεῖς δέ μοι δοκεῖτε ἐπιμελεῖσθαι ὅπως αὐτοὶ ὡς κράτιστοι ἔσεσθε. Ὁ μὲν ταῦτα εἶπεν· ὁ δὲ Κῦρος, Ἀγ', ἔφη, ὦ Γωβρύα, ὅπως πρωὶ παρέσῃ ἔχων τὰς ἱππέας ἐξωπλισμένας, ἵνα καὶ τὴν δύναμίν σε ἴδωμεν, ᾗ ἅμα διὰ τῆς σῆς χώρας ἄγῃς ἡμᾶς, ὡς ἂν εἰδῶμεν ἅ τε δεῖ φίλια καὶ πολέμια ἡμᾶς νομίζειν. Τότε μὲν δὴ ταῦτα εἰπόντες ἀπῆλθον ἑκάτερος ἐπὶ τὰ προσήκοντα.

Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, παρῆν ὁ Γωβρύας ἔχων τὰς ἱππέας, καὶ ἡγεῖτο. Ὁ δὲ Κῦρος, ὥσπερ προσήκει ἀνδρὶ ἄρχοντι, ἃ μόνον τῷ πορεύεσθαι τὴν ὁδὸν προσεῖχε τὸν νῶν, ἀλλ' ἅμα προϊὼν ἐπεσκοπεῖτο εἴ τι δυνατὸν εἴη τὰς μὲν πολεμίας ἀσθενεστέρας ποιεῖν, αὑτὰς δὲ ἰσχυροτέρας. Καλέσας ὧν τὸν Ὑρκάνιον ᾗ τὸν Γωβρύαν, (τούτους γὰρ ἐνόμιζε μάλιστα εἰδέναι ὧν αὐτὸς ᾤετο δεῖσθαι μαθεῖν) Ἐγώ τοι, ἔφη, ἄνδρες φίλοι, οἶομαι, σὺν ὑμῖν ὡς πιστοῖς βουλευόμενος περὶ τῷ πολέμῳ τῷδε, ἃ κἂν ἐξαμαρτάνειν· ὁρῶ γὰρ ὑμῖν

sed epulum id lautissimum ducerent, si eos, quos belli socios habituri essent, quàm optimos efficerent. Cùm autem Gobryas domum iturus surgeret, dixisse perhibetur, Non ampliùs, Cyre, miror nos copiam majorem poculorum, et vestium, et auri possidere, quàm vos; sed vobis tamen minoris æstimandos esse. Quippe nobis curæ est, ut copiâ illorum adfluamus: vos *id* eniti studiosè mihi videmini, ut ipsi sitis quàm præstantissimi. Hæc cùm dixisset *Gobryas*, subjecit Cyrus, Age, Gobrya, fac adsis cras manè cum equitibus armatis, ut copias tuas inspiciamus, simúlque per tuam nos regionem ducas, ut sciamus, quæ pro amicorum, quæ pro hostium rebus nos habere oporteat. Et tunc quidem his dictis, uterque ab sua discessit.

Cùm autem dies illuxisset, aderat cum equitibus Gobryas, ac præibat. At Cyrus, velut eum facere par est, qui cum imperio sit, non solùm itineri faciendo intentus erat, sed inter progrediendum considerabat, fierîne aliquâ ratione posset, ut hostes imbecilliores redderentur, ipsi firmiores. Itaque arcessito Hyrcanio et Gobryâ (hos enim in primis ea scire putabat, quibus sibi cognitis opus esse existimabat), Equidem arbitror, inquit, amici, me, si cum vobis, fidis *sociis*, de hoc bello consultem, nequaquam erraturum; nobis enim magìs

ἔτι μᾶλλον, ἢ ἐμοὶ, σκεπτέον ὂν, ὅπως ὁ Ἀσσύριος ἡμῶν μὴ ἐπικρατήσει. Ἐμοὶ μὲν γὰρ, ἔφη, τῶδε ἀποσφαλέντι ἐσὶν ἴσως καὶ ἄλλη ἀποσροφή· ὑμῖν δὲ, εἰ ἔτος ἐπικρατήσει, ὁρῶ ἅπαντα τὰ ὄντα ἀλλότρια γιγνόμενα. Καὶ γὰρ ἐμοὶ μὲν πολέμιός ἐσιν, ὐκ ἐμὲ μισῶν, ἀλλ' οἰόμενος ἀσύμφορον εἶναι αὐτῷ, ἡμᾶς μεγάλως εἶναι· καὶ σρατεύει διὰ τοῦτο ἐφ' ἡμᾶς· ὑμᾶς δὲ καὶ μισεῖ, καὶ ἀδικεῖσθαι νομίζει ὑφ' ὑμῶν. Πρὸς ταῦτα ἀπεκρίναντο ἀμφότεροι, καὶ τὰ αὐτὰ περαίνειν [a] ὅτι μέλοι, ὡς ταῦτα εἰδόσι, σφίσι, καὶ μέλον αὐτοῖς ἰσχυρῶς, ὅπη τὰ νῦν παρόντα ἀποβήσοιτο.

Ἐνταῦθα δὴ ἤρχετο ὧδε, Λέξατέ μοι, ἔφη, ὑμᾶς μόνως ἐνόμιζε πολεμικῶς ἔχειν ὁ Ἀσσύριος πρὸς ἑαυτόν; ἢ ἐπίσασθε καὶ ἄλλον τινὰ αὐτῷ πολέμιον; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὁ Ὑρκάνιος, πολεμιώτατοι μέν εἰσιν αὐτῷ Καδούσιοι, ἔθνος μάλα πολὺ καὶ ἄλκιμον· Σάκαι γεμὴν, ὅμοροι ἡμῖν, οἳ πολλὰ κακὰ πεπόνθασιν ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου· ἐπειρᾶτο γὰρ καὶ ἐκείνους, ὥσπερ καὶ ἡμᾶς, καταδρέψασθαι. Οὐκοῦν οἴεσθε, ἔφη, νῦν αὐτοὺς ἀμφοτέρους ἡδέως ἂν ἐπιβῆναι σὺν ἡμῖν τῷ Ἀσσυρίῳ· Ἔφασαν, καὶ σφόδρα γε,

etiam cogitandum esse video, quàm mihi, nè superior nobis evadat Assyrius. Nam mihi, inquit, in his si frustrà fuero, fortassis aliud non deerit perfugium; à vobis autem, si superior hic evaserit, omnia quæ possidetis alienatum iri video. Etenim meus hostis est, non quòd me oderit, sed quòd sibi non expedire arbitratur, nos magnos esse; eáque *una* causa est, cur bellum nobis faciat: at vos et odit, et adfectum se à vobis injuriâ ducit. Ad hæc respondit uterque, et sibi curæ esse eadem exequi, utpote qui scirent illa *quæ Cyrus dicebat*, et soliciti etiam essent, quis rerum præsentium futurus sit exitus.

Ibi tum sic orsus est *dicere*, Velim mihi significetis, ait, an vos solos Assyrius existimârit esse hostili in eum animo? an alium quendam infestum ei novistis? Imò, inquit Hyrcanius, infestissimi profectò ei sunt Cadusii, gens magna admodùm et robusta: Sacæ porrò, nobis finitimi, qui multis ab Assyrio incommodis adfecti sunt; nam et illos, æquè ac nos, conatus est in potestatem suam redigere. Ergò existimatis, ait, jam libenter hos utrosque nobiscum invasuros Assyrium; Imò etiam acriter,

a Ὅτι μέλοι] Editiones *Leunclav. Ald.* et *Florent.* dant μέλλοι: quam lectionem *Camerarius* et *Gabrielius* in loco convertendo secuti sunt. Ex plurium verò exemplarium consensu à se substitutum fuisse μέλοι testatur Stephanus; quibus sanè accedunt MS. Bodl. et Edit. *Eton.* Hæc autem posteriori etiam loco μέλοι exhibet ante αὐτοῖς, quod haud minùs forsan aptum est, quàm μέλον illud à cæteris editionibus omnibus et MSto Bodl. repræsentatum. Locus nonnihil obscuritatis habet; sed germanus Stephano sensus videtur: *Responderunt et sibi curæ esse eadem exequi, utpote qui scirent illa quæ Cyrus dicebat, et soliciti etiam essent, quò res præsentes evasuræ forent.*

εἶπη δύναιντο συμμίξαι. Τί δ' ἐν μέσῳ, ἔφη, ἐσὶ τᾶ συμμίξαι; Ἀσσύριοι, ἔφασαν, τὸ αὐτὸ ἔθνος δι' ὅπερ νῦν πορεύῃ. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἤκουσεν ὁ Κῦρος, Τί γὰρ; ἔφη, ὦ Γωβρύα, ἃ σὺ τᾶ νεανίσκᾳ τούτᾳ, ὃς νῦν εἰς τὴν βασιλείαν καθέσηκεν, ὑπερηφανίαν πολλήν τινα τᾶ τρόπᾳ κατηγορεῖς; Τοιαῦτα γὰρ, οἶμαι, ἔφη ὁ Γωβρύας, ἐπαθον ὑπ' αὐτᾶ. Πότερα δῆτα, ἔφη ὁ Κῦρος, εἰς σὲ μόνον ἐγένετο τοιοῦτος, ἢ καὶ εἰς ἄλλους τινάς; Νὴ Δί', ἔφη ὁ Γωβρύας, καὶ εἰς ἄλλους πολλούς. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀσθενοῦντας οἷα ὑβρίζει, τί δεῖ λέγειν; ἑνὸς δ' ἀνδρὸς πολὺ δυνατωτέρου ἢ ἐγὼ υἱὸν, [a] καὶ ἐκείνου ἑταῖρον ὄντα, ὥσπερ τὸν ἐμὸν, συμπίνοντα παρ' ἑαυτῷ συλλαβὼν ἐξέτεμεν, ὡς μέν τινες ἔφασαν, ὅτι ἡ παλλακὴ αὐτᾶ ἐπῄνεσεν αὐτὸν ὡς καλὸς εἴη, καὶ ἐμακάρισε τὴν μέλλουσαν αὐτῷ γυναῖκα ἔσεσθαι· ὡς δὲ οὗτος νῦν λέγει, ὅτι ἐπείρασεν αὐτᾶ τὴν παλλακίδα. Καὶ νῦν οὗτος εὐνοῦχος μὲν ἐσὶ, τὴν δὲ ἀρχὴν ἔχει, ἐπεὶ ὁ πατὴρ αὐτᾶ ἐτελεύτησεν. Οὐκοῦν, ἔφη, οἴει ἂν καὶ τοῦτον ἡμᾶς ἰδεῖν ἡδέως, εἰ οἷοιτο αὐτῷ βοηθὸς ἂν γένεσθαι; Εὖ μὲν οἶν οἶδα, ἔφη ὁ Γωβρύας· ἀλλ' ἰδεῖν τοι αὐτὸν χαλεπόν ἐσιν, ὦ Κῦρε. Πῶς; ἔφη ὁ Κῦρος. Ὅτι εἰ μέλλοι τις ἐκείνῳ συμμίξειν,

inquiunt, si quo modo se nobiscum conjungere possent. At quid obstat, ait, quo minùs *se nobis* conjungant? *Nimirum* Assyrii, dixêre, ea ipsa gens, per quam nunc iter facis. Cùm hæc audîsset Cyrus, Quid enim? inquit, Gobrya, nonne tu adolescentem hunc, qui modò regno potitur, gravis cujusdam arrogantiæ superbiæque accusas? Talem nempe eum, ait Gobryas, expertus sum. Utrùm tandem, inquit Cyrus, in te solùm se talem præbuit, an etiam erga quosdam alios? Profectò, inquit Gobryas, erga multos etiam alios. At quibus contumeliis imbecilliores adficiat, quid adtinet dicere? etiam viri cujusdam longè me potentioris filium, qui etiam illius sodalis, sicut meus filius, erat, compotantem apud se comprehendit et castravit, *idque* propterea, quemadmodùm nonnulli adfirmârunt, quòd ipsius concubina eum à formæ præstantiâ laudaverat, eámque beatam dixerat, quæ ejus esset uxor futura; ut autem iste nunc ait, quòd ejus concubinæ pudicitiam tentâsset. Ille quidem jam eunuchus est, et, patre mortuo, imperium obtinet. Ergò, inquit *Cyrus*, existimas hunc quoque nos libenter conspecturum, si *nos* arbitraretur opem sibi laturos? *Id* quidem certè sat scio, ait Gobryas: verùm difficile, Cyre, est, ejus in conspectum venire. Quid ità? inquit Cyrus. Quia si quis cum eo conjungere se velit,

a Καὶ ἐκείνου ἑταῖρον, &c.] Consentiunt hîc omnia, quæ videre licuit, exemplaria. Itaque frustrà est Leunclavius, qui vocibus, ἐκ νέου, locum inter ᾗ et ἐκείνου tribuendum putaret.

παρ' αὐτὴν τὴν Βαβυλῶνα δεῖ παριέναι. Τί ἔν, ἔφη, τοῦτο χαλεπόν; Ὅτι νὴ Δί', ἔφη ὁ Γωβρύας, οἶδα ἐξελθοῦσαν δύναμιν αὐτόθεν πολλαπλασίαν ἧς σὺ νῦν ἔχεις· εὖ δ' ἴσθι ὅτι διὰ ταῦτα ἧττόν σοι νῦν, ἢ τὸ πρῶτον, οἱ Ἀσσύριοι καὶ τὰ ὅπλα ἀποφέρουσι, καὶ τοὺς ἵππους ἀπείγουσιν, ὅτι τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὴν ὀλίγη ἔδοξεν ἡ σὴ δύναμις· καὶ ἔτος ὁ λόγος πολὺς ἤδη ἐνέσπαρται· δοκεῖ δέ μοι, ἔφη, βέλτιον εἶναι φυλαττομένους πορεύεσθαι.

Καὶ ὁ Κῦρος ἀκούσας τοῦ Γωβρύου τοιαῦτα, τοιάδε πρὸς αὐτὸν ἔλεξε· Καλῶς μοι δοκεῖς, ὦ Γωβρύα, λέγειν, κελεύων ὡς ἀσφαλέστατα τὰς πορείας ποιεῖσθαι. Ἐγὼ γὰρ ἂν σκοπῶν ἃ δύναμαι ἐννοῆσαι ἀσφαλεστέραν ὁδεμίαν πορείαν ἡμῖν τὴν πρὸς αὐτὴν Βαβυλῶνα πορείας εἶναι, εἰ ἐκεῖ τῶν πολεμίων ἐστὶ τὸ κράτιστον. Πολλοὶ μὲν γὰρ εἰσιν, ὡς σὺ φῂς· εἰ δὲ καὶ θαρρήσουσι, καὶ δεινοὶ ἡμῖν, ὡς ἐγώ φημι, ἔσονται. Μὴ ὁρῶντες μὲν ἂν ἡμᾶς, ἀλλ' εἰόμενοι ἀφανεῖς εἶναι διὰ τὸ φοβεῖσθαι ἐκείνους, σάφ' ἴσθι, ἔφη, ὅτι τῷ μὲν φόβῳ ἀπαλλάξονται, ὃς αὐτοῖς ἐγένετο, θάρσος δὲ ἐμφύσεται ἀντὶ τούτου τοσούτῳ μεῖζον, ὅσῳ ἂν πλείονα χρόνον ἡμᾶς μὴ ὁρῶσιν· ἢν δὲ καὶ ἤδη ἴωμεν ἐπ' αὐτούς, πολλοὺς μὲν αὐτῶν εὑρήσομεν ἔτι κλαίοντας τοὺς ἀποθανόντας ὑφ' ἡμῶν, πολλοὺς δ' ἔτε τραύματα ἐπιδεδεμένους, ἃ ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἔλαβον, πάν-

eum necesse est præter ipsam Babylonem transire. Quid hoc tandem, ait *Cyrus*, difficultatis habet? Quia profectò, inquit Gobryas, scio copias ex eâ multò his, quas tu nunc habes, majores prodiisse: atque *adeò* certò scias *velim*, hanc ipsam ob causam minùs Assyrios ad te nunc et arma adferre, et equos adducere, quàm anteà, quòd exercitus tuus exiguus esse visus sit iis, qui eum conspexerunt: et iste *quidem* jam increbuit rumor: mihíque *adeò* consultius esse videtur, ut cautè proficiscamur.

Hujusmodi *quædam* cùm ex Gobryâ Cyrus audisset, ei sic respondit: Rectè, Gobrya, mihi dicere videris, qui *nos* de itinere quàm tutissimè faciendo moneas. Mihi verò *negotium hoc* consideranti nulla tutior itineris faciendi ratio ad animum accidit, quàm si ipsam ad Babylonem tendamus; si *quidem* ibi robur hostium maximum est. Nam multos isthic esse asseris ipse: et si fidentibus quoque sint animis, etiam terribiles nobis erunt, ut equidem arbitror. Et quidem si nusquam nos conspiciant, sed nos, propterea quòd eos metuamus, delitescere existiment, certò futurum scias, inquit, ut metu liberentur, quem conceperunt, próque hoc tanto major iis innascatur fiducia, quanto nos diutiùs non conspexerint: sin autem in eos jam pergemus, multos inveniemus plorantes adhuc illos, qui à nobis interfecti sunt: multos, quibus erunt obligata vulnera, quæ à nostris acceperunt; omnes deni-

τας δ' ἔτι μεμνημένας τῆν τᾶδε μὲν τᾶ στρατεύματος τόλμης, τῆς δ' αὐτῶν φυγῆς τε καὶ συμφορᾶς. Εὖ δ' ἴσθι, ὦ Γωβρύα, εἶναι καὶ τᾶτο ἤδη, ὡς οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, ὅταν μὲν θαῤῥήσωσιν ἀνυπόστατον τὸ φρόνημα παρέχονται· ὅταν δὲ δείσωσιν, ὅσῳ ἂν πλείας ὦσι, τοσούτῳ μείζω καὶ ἐκπεπληγμένον μᾶλλον τὸν φόβον κέκληνται. Ἐκ πολλῶν μὲν γὰρ ἠ κακῶν λόγων ηὐξημένος αὐτοῖς πάρεσιν, ἐκ πολλῶν δὲ καὶ πονηρῶν [a] χρημάτων, ἐκ πολλῶν δὲ καὶ δυσθύμων τε καὶ ἐξέσηκότων προσώπων ἠθροισαι· ὥσε ὑπὸ τᾶ μεγέθης ἀ ῥᾴδιον αὐτόν ἐσιν ἤτε λόγοις κατασβέσαι, ἤτε προσάγοντα [b] πολεμίοις μένος ἐμβαλεῖν, ἤτ' ἀπάγοντα

que memoriâ hujusce *nostri* exercitûs audaciam, et fugam calamitatémque suam adhuc tenentes. Scire autem te volo, Gobrya, sic comparatum esse, ut plerique mortales, cùm fiduciæ pleni sunt, eâ sint animorum elatione, quæ sustineri nequeat: verùm ubi sibi metuunt, tanto majori horribilioríque formidine tencantur, quanto plures numero fuerint. Nam de multis et adversis rumoribus *is terror* eis adauctus adest, de multis et acerbis rebus, de multis etiam tristibus exanimatísque vultibus collectus est: adeò ut ob magnitudinem *terroris hujus* facilè fieri nequeat, ut vel ille verbis extinguatur, vel in hostem ducendo robur animis addatur, vel *ab eisdem* abducendo, militum

a Χρημάτων] Sic editi libris, quos vidi, omnes. Invenitur tamen et alia lectio, nempe χρωμάτων. Utramque agnoscit MS. Bodl. Posteriorem, in loco convertendo, *Philelphus* et *Gabrielius* sequuti sunt; priorem, quam recepimus, *Camerarius* et *Leunclavius*. His autem omni ope nititur, ut πραγμάτων, pro χρημάτων, reponat. Sic enim, inquit, hæc tria sibi commodissimè respondent, λόγοι, *rumores*; πράγματα, *res ipsæ tristes et adversæ*; πρόσωπα, *vultus hominum trepidantium*: de quibus et colligi et augeri formido solet. Quod ad alteram scripturam, χρωμάτων, adtinet: illa sanè, nec injuriâ, Leunclavio vix locum hîc habere videtur, cùm alii colores intelligi non possint, quàm vultûs; et vultûs statim mentio subjiciatur, qui ab illis coloribus secerni nequit. *Suidas* quidem, *Hesychius*, et *Phavorinus*, χρῆμα exponunt, πρᾶγμα. At licèt in singulari quidem numero, τὸ χρῆμα, ἀντὶ τᾶ πράγματος vectè ponatur; in plurari tamen τὰ χρήματα, ἀντὶ τῶν πραγμάτων in usu non reperiri suspicatur *Æmil. Portus*. Quare idem *Portus* πραγμάτων, pro χρημάτων, in ipso textu legendum, ut monet etiam Leunclavius, existimat. Nihilominùs, cùm locus hic manifesto errore non teneatur, à lectione receptâ, ubi potissimùm exemplaria primæ notæ consentiunt, desciscere religio est. *Scholiastes* sanè Thucyd. τὰ χρήματα bis exponit πράγματα, l. iii, p. 191, & lib. vii, p. 425. *edit. Oxon.* Ea tamen expositio, utroque in loco, minùs, utì videtur, consona est, auctoris menti: quæ postulat, ut per χρήματα intelligamus vel *merces* vel *pecunias*, de quibus vulgò accipi solet vox ista. Vulgata lectio *Suidæ* patrocinio meliùs defenditur; qui χρῆμα, in numero etiam multitudinis positum, interpretatur πρᾶγμα· nam ad χρημάτων hæc habet; κεῖται ἡ λέξις ἐπὶ πράγματος, ἢ προσάπου, ἢ λόγου. *Ponitur hæc vox pro re, vel personâ, vel oratione.*

b Πολεμίοις μένος, &c.] Leunclavius exhibet πολεμίους, et in margine scribit πρὸς πολεμίους· quam lectionem editor quidam Xenophontis temerè, ut aliàs solet, in contextum recepit. At vulgatæ scripturæ sua constat auctoritas, neque ea sine contemptu veterum exemplarium omnium mutari potest. Haud necesse est monere, Homericâ phrasi usum esse hoc loco Xenophontem.

[a] ἀναθρέψαι τὸ φρόνημα· ἀλλ' ὅσῳ ἂν μᾶλλον αὐτοῖς θαρσεῖν παρακελεύῃ, τοσούτῳ ἐν δεινοτέροις ἡγοῦνται εἶναι. Ἐκεῖνο μέντοι ἤδη σκεψώμεθα ἀκριβῶς ὅπως ἔχει. Εἰ μὲν γὰρ τὸ ἀπὸ τοῦδε αἱ νίκαι ἔσονται ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις, ὁπότεροι ἂν πλείονα ὄχλον ἀπαριθμήσωσιν, ὀρθῶς καὶ σὺ φοβῇ περὶ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἐν δεινοῖς ἐσμεν· εἰ μέντοι, ὥσπερ πρόσθεν, διὰ τὰς εὖ μαχομένας, ἔτι καὶ νῦν, αἱ μάχαι κρίνονται, θαρρῶν ἤδη ἂν σφαλείης· πολὺ μὲν γὰρ σὺν θεοῖς παρ' ἡμῖν πλείονας εὑρήσεις τὰς θέλουσας μάχεσθαι ἢ παρ' ἐκείνοις. Ὡς δὲ ἔτι μᾶλλον θαρρῇς, καὶ τόδε κατανόησον· οἱ μὲν γὰρ πολέμιοι πολὺ μὲν ἐλάττονές εἰσι νῦν, ἢ πρὶν ἡττηθῆναι ὑφ' ἡμῶν, πολὺ δὲ ἐλάττονες, ἢ ὅτε ἀπέδρασαν ἡμᾶς· ἡμεῖς δὲ καὶ [b] μείζονες νῦν, ἐπεὶ ἐνικήσαμεν· καὶ ἰσχυρότεροι, ἐπεὶ ὑμεῖς ἡμῖν προσεγένεσθε· μὴ γὰρ ἔτι ἀτίμαζε μηδὲ τοὺς σοὺς ἐπεὶ σὺν ἡμῖν εἰσι· σὺν γὰρ τοῖς νικῶσι σάφ' ἴσθι, ὦ Γωβρύα, θαρροῦντες καὶ οἱ ἀκόλουθοι πονοῦσι. Μὴ λανθανέτω δέ σε μηδὲ τοῦτ', ἔφη, ὅτι ἔξεσι μὲν τοῖς πολεμίοις καὶ νῦν ἰδεῖν ἡμᾶς·

spiritus excitentur; sed quanto magìs eos hortere præsentibus ut sint animis, tanto se gravioribus in periculis esse putant. Jam verò illud *etiam* quo se pacto habeat, accuratè consideremus. Nam si deinceps in rebus bellicis *apud eos* futuræ sunt victoriæ, qui majorem hominum turbam adnumerabunt, rectè tu nobis metuis, et nos reapse in periculo versamur: sin, ut anteà, sic etiam nunc, ex virtute dimicantium pendent prœliorum exitus, haud frustra fueris, si fidenti sis animo: nam diis juvantibus multò plures apud nos invenies, qui pugnare velint, quàm apud illos. Ut verò etiam fidentiori sis animo, hoc quoque *tecum* cogita: sunt nempe hostes jam multò etiam minores, quàm essent, antequàm à nobis fuêre victi; multò etiam minores, quàm cùm aufugerent: nos autem et majores nunc sumus; cùm vicerimus; et firmiores, cùm nobis vosmet adjunxeritis: noli enim nè tuos quidem jam aspernari, quando nobiscum sunt; nam cum victoribus certò scire debes, Gobrya, etiam eos, qui sequuntur exercitum, fidentibus animis pergere. Nè id quidem te lateat, inquit, posse hostes hoc etiam tempore nos videre:

a Ἀναθρέψαι] Ità restituimus MStum Bodl. secuti, adductique ipsâ loci sententiâ; quæ, utì *Camerarius*, probante *Leunclavio*, animadvertit, *excitandi* verbum postulat. Priùs autem in editis legebatur, ἀνατρέψαι, quod, cùm *prosternendi* vel *dejiciendi* vim habeat, nemo non videt aliorsum, atque Cyri voluit oratio, spectare.

b Μείζονες νῦν, &c.] Sic in libris omnibus ferè hactenùs editis legitur. Verùm MS. Bodl. additâ quâdam clausulâ, dat: ἡμεῖς δὲ καὶ μείζονες νῦν ἢ πρὶν, ἐπεὶ νενικήκαμεν· καὶ ἰσχυρότεροι, ἐπεὶ εὐτυχήκαμεν· καὶ πλείονες δὲ, ἐπεὶ ὑμεῖς ἡμῖν προσεγένεσθε. Hanc lectionem, margini editionis suæ adscriptam, in loco convertendo, secutus est Leunclavius: cáque haud sanè displicet.

γοργότεροι δὲ, σάφ' ἴσθι, ἁδαμῶς ἂν αὐτοῖς φανείημεν, ἢ ἰόντες ἐπ' ἐκείνους. Ὡς ἦν ἐμοὶ ταῦτα γιγνώσκοντος, ἄγε ἡμᾶς εὐθὺ τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος.

Οὕτω μὲν δὴ πορευόμενοι, τεταρταῖοι ἐπὶ τοῖς ὁρίοις τῆς Γωβρύου χώρας ἐγένοντο. Ὡς δ' ἐν τῇ πολεμίᾳ ἦν, κατέσησε λαβὼν ἐν τάξει μεθ' ἑαυτοῦ τούς τε πεζοὺς καὶ τῶν ἱππέων ὅσους ἐδόκει αὐτῷ καλῶς ἔχειν· τοὺς δ' ἄλλους ἱππέας ἀφῆκε καταθεῖν, καὶ ἐκέλευσε τοὺς μὲν ὅπλα ἔχοντας κατακαίνειν, τοὺς δ' ἄλλους καὶ πρόβατα, ὅσα ἂν λάβωσιν, ἄγειν πρὸς αὑτόν. Ἐκέλευσε δὲ καὶ τοὺς Πέρσας συγκαταθεῖν· καὶ ἦκον πολλοὶ μὲν αὐτῶν καταπεκυλισμένοι ἀπὸ τῶν ἵππων, πολλοὶ δὲ καὶ λείαν πλείστην ἄγοντες. Ὡς δὲ παρῆν ἡ λεία, συγκαλέσας τούς τε τῶν Μήδων ἄρχοντας καὶ τῶν Ὑρκανίων, καὶ τοὺς ὁμοτίμους, ἔλεξεν ὧδε. Ἄνδρες φίλοι, ἐξένισεν ἡμᾶς ἅπαντας πολλοῖς ἀγαθοῖς ὁ Γωβρύας. Εἰ οὖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς ἐξελόντες τὰ νομιζόμενα καὶ τῇ [a] ἄλλῃ στρατιᾷ τὰ ἱκανὰ, δοίημεν τὴν ἄλλην τούτῳ λείαν, ἆρ' ἂν, ἔφη, καλὸν ποιήσαιμεν, τῷ εὐθὺς φανεροὶ εἶναι ὅτι καὶ τοὺς εὖ ποιοῦντας πειρώμεθα νικᾶν εὖ ποιοῦντες. Ὡς δὲ τοῦτ' ἤκουσαν, πάντες μὲν ἐπῄνουν, πάντες δ' ἐνεκωμίαζον· εἷς δὲ

sed terrorem eis majorem conspecti nequaquam incutiemus, quàm si adversùs ipsos progrediamur. Cùm igitur hæc mea sit sententia, Babylonem nos rectà ducito.

Itaque sic pergentes, die quarto ad fines agri Gobryæ pervenerunt. Cùmque *jam* esset in hostico, constitit instructósque apud se retinuit tum pedites tum equites, quot ipsi sufficere viderenter : reliquis equitibus excurrendi potestatem fecit, præcepitque ut armatos occiderent, reliquos cum pecudibus, quascunque cepissent, ad se deducerent. Jussit et Persas cum cæteris excurrere ; eorúmque *adeò* multi redierunt qui ex equis decidissent, multi etiam qui prædam amplissimam adducerent. Præda autem cùm adesset, convocatis Medorum Hyrcaniorúmque principibus et Persis qui ὁμότιμοι appellantur, sic eos adloquutus est ; Gobryas, amici, nos universos hospitio exceptos liberaliter habuit. Itaque si, postquam diis, inquit, ea quæ in more sunt selegerimus, et reliquo exercitui, quantum satis erit, prædam aliam huic largiamur, rectè sanè facturi sumus, ut statim constet, conari nos benè *de nobis* promerentes *vicissim* benefaciendo vincere. Hoc ubi audissent, omnes *id* quidem comprobabant, laudibus celebrabant omnes ; quin et unus hujusmodi

a Ἄλλῃ] Vocem hanc editiones omnes constantissimè servant. At à MSto Bo.ll. abest, et Leunclavio minùs placet, utì ex notâ ei adfixâ constat : nihil tamen contra cæterorum fidem mutamus. Vide lib iii, p. 154, not. 3.

καὶ ἔλεξεν ὧδε, Πάνυ, ἔφη, ὦ Κῦρε, τοῦτο ποιήσομεν. Καὶ γὰρ ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὁ Γωβρύας πτωχούς τινας ἡμᾶς, ὅτι ἐ δαρεικῶν μεσοὶ ἥκομεν, ἀλλ' ἐκ χρυσῶν φιαλῶν ἐπίνομεν· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσαιμεν, γνοίη ἂν ἔφη, ὅτι ἐλευθερίους εἶναι καὶ ἄνευ χρυσίου ἐσίν. Ἴτε δή, ἔφη, τὰ τῶν θεῶν ἀποδόντες τοῖς μάγοις, καὶ ὅσα τῇ στρατιᾷ ἱκανὰ ἐξελόντες, τὰ ἄλλα καλέσαντες τὸν Γωβρύαν δότε αὐτῷ. Οὕτω δὴ λαβόντες ἐκεῖνοι ὅσα ἔδει, τὰ ἄλλα ἔδοσαν τῷ Γωβρύᾳ.

Ἐκ τούτου δὴ ἦει πρὸς αὐτὴν Βαβυλῶνα, παραταξάμενος ὥσπερ ὅτε ἡ μάχη ἦν. Ὡς δ' οὐκ ἀντεξήεσαν οἱ Ἀσσύριοι, ἐκέλευσεν ὁ Κῦρος τὸν Γωβρύαν προσελάσαντα εἰπεῖν ὅτι εἰ [a] βούλεται ἐξιὼν ὁ βασιλεὺς ὑπὲρ τῆς χώρας μάχεσθαι, κἂν αὐτὸς σὺν ἐκείνῳ μάχοιτο· εἰ δὲ μὴ ἀμύνει τῇ χώρᾳ, ὅτι ἀνάγκη τοῖς κρατοῦσι πείθεσθαι. Ὁ μὲν δὴ Γωβρύας προσελάσας ἔνθα ἀσφαλὲς ἦν, ταῦτα εἶπεν· ὁ δὲ αὐτῷ ἐξέπεμψεν ἀποκρινόμενον τοιάδε· Δεσπότης ὁ σὸς λέγει, ὦ Γωβρύα, Οὐχ ὅτι ἀπέκτεινά σου τὴν υἱὸν μεταμέλει μοι, ἀλλ' ὅτι οὐ καὶ σὲ προσαπέκτεινα. Μάχεσθαι δ' ἂν βούλησθε, ἥκετε εἰς τὴν τριακοστὴν ἡμέραν· νῦν δ' ἡμῖν οὔπω σχολή· ἔτι γὰρ

quiddam protulit, Omninò, Cyre, inquit, hoc nobis faciendum est. Nam meâ quidem sententiâ, Gobryas nos mendicos quosdam esse arbitratus est, quia daricis onusti non venimus, nec aureis è pateris bibimus: at si hoc fecerimus, agnoverit *sanè*, posse homines etiam absque auro liberales esse. Ite igitur, inquit, atque ubi diis debita magis tradideritis, et quæ exercitui suffecerint selegeritis, cætera Gobryæ arcessito date. Quamobrem acceptis illi rebus omnibus quibus opus erat, cætera Gobryæ dederunt.

Secundùm hæc ad ipsam Babylonem progressus est *Cyrus*, instructo exercitu eodem modo, quo *instructus* pugnæ tempore fuerat. Cùm verò Assyrii contrà non prodirent, Gobryam Cyrus *eis* adequitare et dicere jussit, etiam seipsum cum rege dimicaturum, si ille *quidem* egressus pro regione dimicare vellet: sin regionem *suam* non defenderet, necessariò victoribus parendum *sciret*. Et Gobryas quidem eò, unde tutò liceret *dicere*, profectus, hæc dixit: is verò quendam prodire jussit, qui in hunc ferè modum responderet: Sic ait dominus tuus, Gobrya, Non me pœnitet, quod filium tuum interfeci, sed quod præter ipsum non etiam te occiderim. Quòd si pugnare velitis, ad diem *ab hoc* trigesimum venite: nunc nobis haud vacat; jam enim

a Βούλεται] *Etonenses* aliæque editiones minùs rectè *βάλλεται* repræsentant. Nos *ed. Steph. Leuncl. Florent. Ald.* magísque adeò receptam τῷ εἰ constructionem secuti sumus.

παρασκευαζόμεθα. Ὁ δὲ Γωβρύας εἶπεν, Ἀλλὰ μήποτέ σοι λήξειεν αὕτη ἡ μεταμέλεια· δῆλον γὰρ ὅτι ἀνιῶ σε ἐγὼ ἐξ οὗ αὕτη σε ἡ μεταμέλεια ἔχει. Ὁ μὲν δὴ Γωβρύας ἀπήγγειλε τὰ τῷ Ἀσσυρίῳ· ὁ δὲ Κῦρος ἀκούσας ταῦτα, ἀπήγαγε τὸ στράτευμα· καὶ καλέσας τὸν Γωβρύαν, Εἰπέ μοι, ἔφη, οὐκ ἔλεγες μέντοι σὺ ὅτι τὸν ἐκτμηθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου οἴει ἂν σὺν ἡμῖν γενέσθαι; Εὖ μέντοι, ἔφη, δοκῶ εἰδέναι· πολλὰ γὰρ ἤδη ἔγωγε καὶ ἐκεῖνος ἐπαῤῥησιασάμεθα πρὸς ἀλλήλους. Ὁπότε οὖν καλῶς σοι δοκεῖ ἔχειν, πρόσιθι πρὸς αὐτόν· καὶ πρῶτον μὲν ὥτω ποίει, [a] ὅπως ἂν αὐτὸς λέγῃ· ἐπειδὰν δὲ συγγένῃ αὐτῷ, ἐὰν μὲν γνῷς αὐτὸν φίλον ἡμῖν βουλόμενον εἶναι, τοῦτ' [b] ἤδη χρὴ μηχανᾶσθαι, ὅπως λάθῃ φίλος ὢν ἡμῖν· ὅτε γὰρ ἂν φίλους τις ποιήσειεν ἄλλως πως [c] πλεῖστα

adparatui *bellico* damus operam. Gobryas autem ait, Utinam nullus tibi sit unquam hujusce rei pœnitentiam agendi finis: manifestum enim est, te ab illo tempore, quo ejus te pœnitentia cepit, à me cruciari. Itaque Gobryas Assyrii responsa ad Cyrum referebat; quæ cùm hic audîsset, copias abduxit; et arcessito Gobryâ, Dic mihi, ait, annon tu aiebas existimare te futurum, ut ille castratus ab Assyrio nobiscum se conjungeret? Equidem *hoc*, ait, certò mihi persuasum habeo: nam multa jam *pridem* nos inter nos liberè colloquuti sumus. Quando igitur, *inquit Cyrus*, commodum tibi videtur, eum accedito; ac primùm quidem sic facito, quemadmodùm ille tibi significabit: ubi verò in congressum ejus veneris, si quidem animadvertes eum nobis amicum esse velle, hoc sanè moliendum erit, ut clam sit, eum nobis amicum esse: nec enim aliquis in bello amicos ullâ ratione aliâ

a Ὅπως ἂν αὐτὸς, &c.] Ità ex MSto Bodl. mutatâ tantùm pronominis specie, locum hunc restituimus: cùm in eo legatur ὅπως ἂν ἕτος λέγῃ· ἐπειδὰν, &c. Editi vulgò dant ποίει, ὅπως ἂν αὐτοὶ ὅ,τι ἂν λέγῃ εἰδῆτε· ἐπειδὰν, &c. quæ lectio sonat, *facite ut intelligatis quidquid dicat.* Hanc tamen sententiam Leunclavius cùm concoquere non poterat, eam, quam damus, lectionem, in loco vertendo expressit, et editionis suæ margini adscripsit.

b Ἤδη χρὴ μηχανᾶσθαι.] Ad omnibus ferè libris abest illud χρή· quod tamen nos, editionem *Etonensem* secuti, addendum putavimus. Rectè enim observat Stephanus, infinitivum solum stare hîc non posse, nisi pro imperativo positum, prisco more, dicamus. Sed cùm imperativi πρόσιθι et ποίει præcedant, cur in eâdem periodo infinitivum pro imperativo subjunxisset? Certè hoc mihi (verba sunt Stephani) non fit verisimile: quare aut imperativum ex illo infinitivo nobis esse faciendum, aut particulam δεῖ vel χρὴ addendam censuerim; ut si τοῦτο δεῖ μηχανᾶσθαι, vel τοῦτο ἤδη χρὴ μηχανᾶσθαι. Illi sanè scribendi modo favet MS. Bodl. in quo legitur τοῦτο δὴ μηχανᾶσθαι.

c Πλεῖστα] MS. Bodl. dat πλείω, quod magìs probat Muretus. Perperam. Nam usitata scriptoribus Atticis est ista graduum permutatio. Οὐκοῦν αὖ ὁ τὰ δίκαια ποιῶν λέγων λυσιτελεῖν, φαίη ἂν δεῖν ταῦτα πράττειν—ὅθεν τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἧττον ἐγκρατέστατος, i. e. *longè potentior*, Plat. de *Rep.* lib. ix, p. 589. *Edit Steph.* Alia exempla profert Budæus Comm. L. G. p. 1051. Vide quæ notavimus, p. 187.

ἀγαθὰ ἐν πολέμῳ, ἢ πολέμιος δοκῶν εἶναι· οὔτ' ἂν ἐχθρὸς πλείω τις βλάψειεν ἄλλως πως, ἢ φίλος δοκῶν εἶναι. Καὶ μὴν, ἔφη ὁ Γωβρύας, οἶδ' ὅτι κἂν πρίαιτο Γαδάτας τὸ μέγα τι ποιῆσαι κακὸν τὴν νῦν βασιλέα Ἀσσυρίων· ἀλλ' ὅ, τι ἂν δύναιτο, τοῦτο καὶ ἡμᾶς δεῖ σκοπεῖν. Λέγε δή μοι, ἔφη ὁ Κῦρος, εἰς τοῦτο τὸ φρούριον τὸ πρὸ τῆς χώρας, ὅ φατε Ὑρκανίοις τε καὶ Σάκαις [a] ἐπιτετειχίσθαι, τῇδε τῇ χώρᾳ πρόβολον εἶναι τοῦ πολέμου, ἆρ' ἂν οἴει, ἔφη, ὑπὸ τοῦ φρουράρχου παρεθῆναι τὸν εὐνοῦχον ἐλθόντα σὺν δυνάμει; Σαφῶς γε, ἔφη ὁ Γωβρύας, εἴπερ ἀνύποπτος ὢν, ὥσπερ νῦν ἐστιν, ἀφίκοιτο πρὸς αὐτόν. [b] Οὐκοῦν, ἔφη, ἀνυποπτότατος ἂν εἴη, εἰ προσβάλοιμι ἐγὼ πρὸς τὰ χωρία αὐτοῦ, ὡς λαβεῖν βουλόμενος, ἀπομάχοιτο δ' ἐκεῖνος ἀνὰ κράτος· καὶ λάβοιμι μὲν αὐτοῦ τι ἐγὼ, ἀντιλάβοι δὲ κἀκεῖνος ἡμῶν ἢ ἄλλους τινὰς, ἢ καὶ ἀγγέλους πεμπομένους ὑπ' ἐμοῦ πρὸς τούτους οὓς φατε πολεμίους τῷ Ἀσσυρίῳ εἶναι· καὶ οἱ μὲν ληφθέντες λέγοιεν ὅτι [c] ἐπὶ στράτευμα ἀπέρχονται, καὶ κλίμακας ὡς τὸ φρούριον ἄγοντες·

pluribus beneficiis adfecerit, quàm si hostis esse putetur: nec inimicos ullâ ratione aliâ pluribus quis adfecerit detrimentis, quàm si amicus esse videatur. Novi equidem, ait Gobryas, id vel empturum Gadatam, ut magno aliquo malo regem hunc Assyriorum adficere posset: sed nobis etiam considerandum est, quid possit. Dic igitur, ait Cyrus, an in castellum hoc, quod est ante regionem hanc, quod *ipsi* dicitis contra Hyrcanios et Sacas excitatis muris munitum esse, ut belli *tempore* propugnaculo huic regioni sit; *in hoc*, inquit, *castellum* existimas admissum iri à præsidii præfecto eunuchum illum, si cum copiis accedat? Prorsùs, inquit Gobryas, si quidem haud suspectus, utì nunc est, ad eum veniat. Ergo, ait *Cyrus*, quàm minimè suspectus fuerit, si ego castella ipsius adoriar, tanquam ea capere velim, et ille totis viribus defendat: et capiam ego quiddam, quod ipsius sit, ille contra vel quosdam alios nostrûm capiat, vel etiam nuntios eos qui mittentur à me ad illos, quos regi Assyriorum infestos esse dicitis: *ex his* qui capti fuerint, ad exercitum se proficisci dicant, ut scalas ad castellum *illud* deportent:

a Ἐπιτετειχίσθαι, τῇδε, &c.] Locum hunc interpunctionis vitio laborentem sic sanavimus: cùm priùs scriberetur— ἐπιτετειχίσθαι τῇδε τῇ χώρᾳ, πρόβολον, &c. Sed dativus iste, χώρᾳ, cum comitantibus particulis, ad πρόβολον, non ad ἐπιτετειχίσθαι, referendus est. Constat hoc tum ex loci sententiâ, tum ex eâdem loquendi formulâ infrà paulò occurrenti: ὅπως ἑαυτοῖς μὲν πρόβολος εἴη πολέμου, τοῖς, &c.

b Οὐκοῦν, ἔφη, &c.] Mavult Stephanus hunc locum et sequentem interrogativè legere. Cui adsentior.

c Επὶ στράτευμα, &c.] Muretus unicâ voce legendum censet ἐπιστράτευμα, et paulò post, ἄξοντες, pro ἄγοντες, ut sit sensus, *proficisci se ad supplementum exercitûs à Sacis et Hyrcaniis adducendum, sca-*

ὁ δὲ εὐνῦχος ἀκούσας προσποιήσαιτο, προαγγεῖλαι βουλόμενος ταῦτα, παρεῖναι. Καὶ ὁ Γωβρύας εἶπεν, Οὕτω μὲν γιγνομένων σαφῶς οἶδα ὅτι παρείη ἂν αὐτὸν, καὶ δέοιτό γ' ἂν αὐτῷ μένειν ἕως σὺ ἀπέλθῃς. Οὐκοῦν ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἴγε ἅπαξ εἰσέλθοι, δύναιτ' ἂν ἡμῖν ὑποχείριον ποιῆσαι τὸ χωρίον; Εἰκὸς γᾶν, ἔφη ὁ Γωβρύας, τὰ μὲν ἔνδον ἐκείνῳ συμπαρασκευάζοντος, τὰ δ' ἔξωθεν σὲ ἰσχυρότερα προσάγοντος. Ἴθι ἴν, ἔφη· καὶ πειρῶ, ταῦτα διδάξας καὶ διαπραξάμενος, παρεῖναι· πιστὰ δὲ αὐτῷ μὴ ἂν μείζω ἅττε εἴποις ἂν ἅττε δείξαις ὧν αὐτὸς σὺ τυγχάνεις παρ' ἡμῶν εἰληφώς.

Ἐκ τούτου ᾤχετο μὲν ὁ Γωβρύας· ἅσμενος δὲ ἰδὼν αὐτὸν ὁ εὐνοῦχος, συνωμολόγει τε πάντα καὶ συνέθετο ἃ ἔδει. Ἐπεὶ δὲ ἀπήγγειλεν ὁ Γωβρύας ὅτι πάντα δοκοίη ἰσχυρῶς τῷ εὐνούχῳ ἔχειν τὰ ἐπισταλέντα, ἐκ τούτου τῇ ὑστεραίᾳ προσέβαλε μὲν ὁ Κῦρος, ἀπεμάχετο δὲ ὁ [a] Γαδάτας· ἦν δὲ καὶ ὃ ἔλαβε χωρίον ὁ Κῦρος,

eunuchus autem, his auditis, adesse se simulet, velut hæc indicaturum. Et Gobryas, Si res ità geratur, ait, certò scio recepturum eum, atque etiam rogaturum, ut secum maneat, donec tu recedas. Ergo, ait Cyrus, si semel castellum ingrediatur, an nostram illud in potestatem redigere possit? Ità videtur, inquit Gobryas, siquidem intus ille adparando juvet, ac tu foris impetu vehementiori exercitum admoveas. Ito igitur, inquit Cyrus; et enitere *castratum* ut *istum* hæc edoceas et re confectâ nobis præstò sis: fidem verò neque dederis neque ostenderis ei majorem illâ quam à nobis ipse accepisti.

Secundùm hæc discessit Gobryas: et eum cùm animo gaudenti videret eunuchus, omnibus de rebus *cum eo* consensit et pactus est ut oportuit. Cúmque renuntiàsset *Cyro* Gobryas: videri sibi apud eunuchum *certa jam et* firma esse omnia quæ mandâsset; tum deindè postero die Cyrus copias admovebat, Gadatas contrà *suos* propugnabat: castellum autem

las, &c. Mihi verò illud ἐπισταλέντα haud probi commatis esse videtur. Monendus tamen est lector, aliam scripturam edit. *Flor. et Ald.* præ se ferre, nimirum hanc: καὶ κλίμακας ἀσπερεὶ τὸ φρούριον ἔξοντες. Sed magìs mihi placet lectio vulgò recepta, quam MS. etiam Bodl. confirmat: in quo tamen ἄξοντες, non ἄγοντες, legitur. Loci autem sententiam satìs explicant illa, quæ mox sequuntur, verba: τοὺς μὲν εἴασιν ὁ Γαδάτας διαφύγειν, ὅπως ἄγοιεν τὰ στρατεύματα, καὶ τὰς κλίμακας κομίζοιεν, p. 271.

a Γαδάτας· ἦν καὶ ὃ, &c.] In MSto Bodl. et editione *Eton.* desunt voces istæ omnes, quæ inter Γαδάτας et τῶν δὲ ἀγγέλων interjectæ sunt. At eas exhibent editiones vetustæ *Flor.* et *Ald.* quas Stephanus, Leunclavius, aliíque hoc in loco secuti sunt. Nobis itaque religio fuit integram simul sententiam expungere, quæ non tot librorum modò testimoniis corroborata est, sed et ex ipso Xenophonte defendi posse videatur: suprà enim paulò dixerat Cyrus—εἰ προσβάλοιμι ἐγὼ πρὸς τὰ χαρία αὐτοῦ—καὶ λάβοιμι μὲν αὐτοῦ τὶ ἐγὼ, &c.

ὁποῖον ἔφη ὁ Γαδάτας· τῶν δὲ ἀγγέλων ὃς ἔπεμψεν ὁ Κῦρος, προειπὼν οἷ πορεύσοιντο, τὰς μὲν εἴασεν ὁ Γαδάτας διαφεύγειν, ὅπως ἄγοιεν τὰ σκαλεύματα, καὶ τὰς κλίμακας κομίζοιεν· [a] ὃς δ' ἔλαβε, βασανίζων ἐναντίον πολλῶν, ὡς ἥκουσεν ἐφ' ἃ ἔφασαν πορεύεσθαι, εὐθέως συνεσκευασμένος ὡς ἐξαγγελῶν, τῆς νυκτὸς ἐπορεύετο. Τέλος δὲ πιστευθεὶς, ὡς βοηθὸς εἰσέρχεται εἰς τὸ φρούριον· καὶ τέως μὲν συμπαρεσκεύαζεν, ὅ,τι ἐδύνατο τῷ φρουράρχῃ· ἐπεὶ δὲ ὁ Κῦρος εἰσῆλθε, καταλαμβάνει τὸ χωρίον, συνεργὸς ποιησάμενος καὶ τὰς [b] παρὰ Κύρῳ αἰχμαλώτους. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, εὐθὺς Γαδάτας ὁ εὐνοῦχος τὰ ἔνδον καλασήσας ἐξῆλθε πρὸς τὸν Κῦρον, καὶ τῷ νόμῳ [c] προσκυνήσας, εἶπε, Χαῖρε ὦ Κῦρε. Ἀλλὰ ποιῶ ταῦτ', ἔφη· σὺ γάρ με σὺν τοῖς θεοῖς ἃ κελεύεις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀναγκάζεις χαίρειν. Εὖ γὰρ ἴσθι, ἔφη, ὅτι ἐγὼ μέγα ποιοῦμαι, φίλον τοῦτο τὸ χωρίον τοῖς ἐνθάδε συμμάχοις καταλιπεῖν· σὲ δ', ἔφη, ὦ Γαδάτα, ὁ Ἀσσύριος παῖδας μὲν, ὡς ἔοικε, τὸ ποιεῖν ἀφείλετο, ἃ μέντοι τόγε φίλους κτᾶσθαι δὲ δύναθαι ἀπεξέρησεν· ἀλλ' εὖ ἴσθι ὅτι ἡμᾶς τῷ ἔργῳ τούτῳ φίλους πεποίησαι,

à Cyro captum, id erat, quod Gadatas jusserat *oppugnari:* nuntios autem, quos Cyrus miserat, et quo proficisci deberent præmonuerat, alios Gadatas elabi sivit ut copias adducerent, et scalas adferrent; de iis verò quos cepit quæstione in multorum præsentiâ habitâ, cùm audîsset, ad quæ proficisci se dicerent, statim rebus *ad iter* adparatis, tanquam hæc enuntiaturus, noctu profectus est. Tandem cùm ei fides habita esset, velut opem laturus castellum ingreditur: ac primùm quidem unà cum castelli præfecto *omnia* pro viribus adparabat; posteaquam verò Cyrus accessit, castellum *Gadatas* occupat, usus ad hoc etiam captivorum de Cyri copiis operâ. Quod cùm confectum esset, statim Gadatas eunuchus rebus in eo constitutis ad Cyrum egreditur, cúmque eum more adorâsset, Gaudere, inquit, te Cyre jubeo. Gaudeo verò, subjecit *ille:* nam tu cum diis non solùm me jubes, sed etiam cogis gaudere. Nam planè scias, magni me facere, quod sociis hîc *nostris* castellum hoc pacatum relinquo: tibi verò, Gadata, inquit, liberorum quidem, utì videtur, procreandorum facultatem ademit Assyrius, amicos parandi facultatem non abstulit: sed velim tibi persuadeas, te nos hoc facto *tibimet* amicos fecisse;

a Οὓς δ' ἔλαβε, &c.] Libri ferè omnes particulam δὲ inter ὡς et ἥκουσεν importunè positam exhibent: unde impedita exoritur orationis structura. Nos Stephanum libenter secuti sumus; qui eam assentiente, ut testatur ipse, libro veteri, expunxit.

b Παρὰ Κύρῳ.] Muretus legendam censet παρὰ Κύρου. Et MS. quidem Bodl. παρὰ τοῦ Κύρου repræsentat. At locum suum teneat, per me licet, vulgata lectio, quam cæteri libri omnes præstant.

c Προσκυνήσας] Vide lib. iv, p. 219, not. 2.

οἱ σοι, ἢν δυνώμεθα, πειρασόμεθα μὴ χείρως βοηθοὶ παρᾶσῆναι ἢ εἰ παῖδας ἢ ἐκγόνως ἐκέκλησο. Ὁ μὲν τοιαῦτα ἔλεξεν·

Ἐν δὲ τούτῳ ὁ Ὑρκάνιος, ἄρτι ἡσθημένος τὰ γεγενημένα, προσθεῖ τῷ Κύρῳ, καὶ λαβὼν τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, εἶπεν, Ὦ μέγα ἀγαθὸν σὺ τοῖς φίλοις Κῦρε, ὡς πολλήν με τοῖς θεοῖς ποιεῖς χάριν ὀφείλειν, ὅτι σοί με συνήγαγον. Ἴθι νῦν τοίνυν, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ λαβὼν τὸ χωρίον ὅπερ ἕνεκά με ἀσπάζῃ, διαλίθει αὐτὸ ὅτως, ὡς ἂν τῷ [a] ὑμετέρῳ φύλῳ πλείστου ἄξιον ᾖ, καὶ τοῖς ἄλλοις συμμάχοις, μάλιστα δ', ἔφη, Γαδάτᾳ τούτῳ, ὃς ἡμῖν λαβὼν αὐτὸ παραδίδωσι. Τί οὖν; ἔφη ὁ Ὑρκάνιος, ἐπειδὰν Καδούσιοι ἔλθωσι καὶ Σάκαι, καὶ οἱ ἐμοὶ πολῖται, καλέσωμεν καὶ τοῦτον, ἵνα κοινῇ βουλευσώμεθα πάντες, ὅσοις προσήκει, πῶς ἂν συμφορώτατα χρώμεθα τῷ φρουρίῳ; Ταῦτα μὲν ὅτως συνήνεσε καὶ ὁ Κῦρος· ἐπεὶ δὲ συνῆλθον οἷς ἔμελε περὶ τὸ φρούριον, ἐβουλεύσαντο κοινῇ φυλάττειν οἵσπερ ἀγαθὸν ἦν φίλιον ὄν, ὅπως ἑαυτοῖς μὲν πρόβολος εἴη πολέμου, τοῖς δ' Ἀσσυρίοις ἐπιτετειχισμένον. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐγένετο, πολὺ δὴ προθυμότερον καὶ Καδούσιοι συνεφαιεύοντο καὶ Σάκαι καὶ Ὑρκάνιοι· καὶ συνελέγη ἐντεῦθεν στράτευμα, Καδουσίων μέν,

qui, si poterimus, haudquaquam deteriores in ope tibi ferendâ esse conabimur, quàm si filios, vel nepotes haberes. Hujusmodi verba fecit *Cyrus:*

Atque hîc Hyrcanius, qui jam primùm animadverteret quid esset gestum, adcurrit ad Cyrum; prehensâque ejus dextrâ, inquit, O ingens tu bonum amicis Cyre, quantam ut diis gratiam *modò* debeam effecisti, quod tibi me conjunxerunt. Jam verò abito, inquit Cyrus, et recepto *in potestatem tuam* castello, cujus causâ me *tantoperè* complecteris, ità res ejus componito, nationi ut vestræ maximo sit commodo, et reliquis sociis, inque primis, ait, huic Gadatæ, qui captum id nobis tradit. Quid igitur? inquit Hyrcanius, an ubi Cadusii Sacæque venerint, et cives mei, hunc etiam vocabimus, ut omnes, ad quos res pertinet, in commune consulamus, quo pacto maximâ cum utilitate nostrâ castello fruamur? Hæc Cyrus etiam comprobavit: cúmque convenissent, ad quos castelli cura pertinebat, hoc consilii ceperunt, ut communiter ad iis custodiretur, quibus expediret illud habere pacatum, quò ipsis belli *tempore* propugnaculo esse, ac munimento Assyriis objecto. Id ubi factum esset, multò alacriùs et Cadusii, et Sacæ, et Hyrcanii militiæ societatem amplectebantur; coactúsque hinc est exercitus, ex Cadusiis,

a Ὑμετέρῳ φύλῳ] Sic emendavimus, partim ex MS. Bodl. in quo legitur ὑμετέρῳ φίλῳ· partim ex conjecturâ Stephani, qui se non dubitare ait, quin vera lectio sit τῷ ἡμετέρῳ φύλῳ, i. e. *nostræ nationi.* Addit Stephanus, de hâc lectione Camerarii vetus exemplar et Gabrielium etiam sibi adsentiri. Falsum hoc quidem: nam Gabrielius vertit, *vestræ nationi.*

πελάσαι εἰς δισμυρίους, καὶ ἱππεῖς εἰς τετρακισχιλίους· Σακῶν δὲ, τοξόται εἰς μυρίους, καὶ ἱπποτοξόται εἰς δισχιλίους· ἡ Ὑρκάνιοι δὲ πεζούς τε ὅσους ἐδύναντο προσεξέπεμψαν, καὶ ἱππέας προσεπλήρωσαν εἰς δισχιλίους· τὸ γὰρ πρόσθεν καταλελειμμένοι ἦσαν πλείους οἶκοι αὐτῶν ἱππεῖς, ὅτι οἱ Καδούσιοι καὶ οἱ Σάκαι τῶν Ἀσσυρίων πολέμιοι ἦσαν. Ὅσον δὲ χρόνον ἐκαθέζετο ὁ Κῦρος ἀμφὶ τὴν περὶ τὸ φρούριον οἰκονομίαν, τῶν Ἀσσυρίων τῶν κατὰ ταῦτα τὰ χωρία πολλοὶ μὲν ἀπῆγον ἵππους, πολλοὶ δὲ ἀπέφερον ὅπλα, φοβούμενοι ἤδη πάντας τοὺς προσχώρους.

Ἐκ δὲ τούτου προσέρχεται τῷ Κύρῳ ὁ Γαδάτας, καὶ λέγει ὅτι ἥκουσιν αὐτῷ ἄγγελοι ὡς ὁ Ἀσσύριος, ἐπεὶ πύθοιτο τὰ περὶ τὸ φρούριον, χαλεπῶς τε ἐνέγκοι, καὶ συσκευάζοιτο ὡς ἐμβαλῶν εἰς τὴν αὐτοῦ χώραν. Ἢν οὖν ἀφῇς με, ὦ Κῦρε, τὰ τείχη ἂν πειραθείην διασῶσαι, τῶν δὲ ἄλλων μείων λόγος. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἢν οὖν ἴῃς νῦν, πότε ἔσῃ οἴκοι; Καὶ ὁ Γαδάτας εἶπεν, Εἰς τρίτην δειπνήσω ἐν τῇ ἡμελέρᾳ; Ἦ καὶ τὸν Ἀσσύριον, ἔφη, οἴει ἐκεῖ ἤδη καταλήψεσθαι; Εὖ μὲν οὖν, ἔφη, οἶδα· σπεύσει γὰρ ὅσῳ σὺ πρόσω [a] δοκεῖς ἰέναι. Ἐγὼ δὲ, ἔφη ὁ Κῦρος, ὅσῳ ἂν σὺν

ad vicies mille peltastæ, equitúmque circiter quatuor millia; de Sacis, decies mille sagittarii, et ad duo hippotoxotarum millia; et Hyrcanii pedites, quot poterant, cæteris adjiciendos emiserunt; equitúmque numerum ad duo millia expleverunt; nam domi antehac major equitum pars relicta erat, quòd Cadusii et Sacæ hostes Assyriorum essent. At toto illo tempore, quo sedebat *hîc* Cyrus, ut castelli res constitueret, multi Assyriorum, qui his locis erant vicini, equos adducebant, multi deferebant arma, quòd jam finitimos omnes metuerent.

Ad Cyrum deindè accedit Gadatas, et nuntios ad se venisse dicit, *qui narrarent*, Assyrium, posteaquam de castello inaudîsset, graviter *molestéque* tulisse, séque ad incursionem in ipsius *Gadatæ* agrum faciendam parare. Quamobrem si me, Cyre, dimiseris, ait, *saltem* tueri munitiones enitar; res utique cæteras minoris facio. Et Cyrus, Si ergo jam discesseris, inquit, quando futurus es domi? Tertio *sanè* die, inquit Gadatas, meâ in regione cænabo. An et Assyrium istic, ait *Cyrus*, offensurum te jam arbitraris? Sat quidem certè scio, inquit *Gadatas: tantò magìs* enim festinabit, quanto tu abiisse longiùs videris. Verùm ego, subjecit Cyrus,

a Δοκεῖς ἰέναι.] Muretus legit εἶναι, MS. Bodl. σπεύσει γὰρ ὅσῳ ὅτι πρόσω δοκεῖς ἀπεῖναι. Sed contrà aliorum exemplarium fidem, serie sententiáve orationis non postulante, nihil muto.

τῷ στρατεύματι ἐκεῖσε ἀφικοίμην; Πρὸς τοῦτο δὴ ὁ Γαδάτας λέγει, Πολὺ ἤδη, ὦ δέσποτα, ἔχεις τὸ στράτευμα, καὶ οὐκ ἂν [a] δύναιο μεῖον ἢ ἐν ἓξ ἢ ἑπτὰ ἡμέραις ἐλθεῖν πρὸς τὴν ἐμὴν οἴκησιν. Σὺ μὲν τοίνυν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἄπιθι ὡς τάχιστα· ἐγὼ δὲ ὡς ἂν δυνατὸν ᾖ πορεύσομαι. Ὁ μὲν δὴ Γαδάτας ᾤχετο· ὁ δὲ Κῦρος συνεκάλεσε πάντας τοὺς ἄρχοντας τῶν συμμάχων· καὶ ἤδη πολλοί τε ἐδόκουν καὶ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ παρεῖναι· ἐν [b] οἷς δὴ ὁ Κῦρος λέγει τοιάδε·

"Ἄνδρες σύμμαχοι, Γαδάτας διέπραξεν ἃ ἐδόκει πᾶσιν
"ἡμῖν πολλοῦ ἄξια εἶναι· καὶ ταῦτα, πρὶν ἡμᾶς ὅτιοῦν ἀγαθὸν ὑφ'
"ἡμῶν παθεῖν. Νῦν δὲ ὁ Ἀσσύριος εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ ἐμ-
"βάλλειν ἀγγέλλεται, δηλονότι ἅμα μὲν τιμωρεῖσθαι αὐτὸν βου-
"λόμενος, ὅτι δοκεῖ μέγα βεβλάφθαι ὑπ' αὐτοῦ· ἅμα δ' ἴσως
"καὶ ἐκεῖνο ἐννοεῖται, ὡς εἰ οἱ μὲν πρὸς ἡμᾶς ἀφισάμενοι μηδὲν
"ὑπ' ἐκείνου κακὸν πείσονται, οἱ δὲ σὺν ἐκείνῳ ὄντες ὑφ' ἡμῶν
"ἀπολοῦνται, ὅτι ὡς τάχιστα οὐδένα εἰκὸς σὺν αὐτῷ βούλεσθαι
"εἶναι. Νῦν οὖν, ὦ ἄνδρες, καλόν τι ἂν μοι [c] δοκοῦμεν ποιῆσαι,

quoto die, cum copiis eò pervenire possim? Ad hoc respondet Gadatas, Magnas tu jam, domine, copias habes, nec poteris meum ad domicilium minori quàm sex septémve dierum spatio pervenire. Tu ergo, inquit Cyrus, *eò* quàm celerrimè proficiscitor: ego pro viribus iter faciam. Discessit igitur Gadatas: Cyrus autem omnes sociorum principes convocavit; et multi jam ac præclari fortésque viri videbantur adesse; apud quos adeò talem orationem habuit Cyrus:

"Perfecit ea, socii, Gadatas, quæ nobis omnibus magni æstimanda
"videbantur; et quidem priùs quàm ullo à nobis beneficio esset ad-
"fectus. Nunc verò Assyrius in fines ejus incursionem facere nun-
"tiatur, qui nimirum eâdem vult operâ supplicium de eo sume-
"re, propterea quòd magnum se ab eo detrimentum accepisse pu-
"tet; et illud fortassis etiam cogitat, si nihil ex ipso mali iis ac-
"cidat, qui ad nos deficiunt, et qui cum ipso stant à nobis dele-
"antur, par esse creditu, brevissimo tempore secum velle stare ne-
"minem. Jam ergo, viri, præclarum quiddam facere videbimur,

a Δύναιο μεῖον ἢ, &c.] Voces μεῖον ἢ desunt in edit. *Flor.* et *Ald.* Quare notas iis, suspectæ lectionis indices, adpinxêre Stephanus et Leunclavius. Eas verò exhibent adstruúntque MS. Bodl. edit. *Eton.* et *Gabrielii* versio. *Zonaras* autem *Annal.* lib. iii, legit, Οὐκ ἂν δύναιο, ἀτειχίστου, Δέσποτα, εἰ μὴ ἐν ἓξ ἢ ἑπτὰ, &c.

b Οἷς δὴ.] Editio Stephaniana, οἷς δὲ, operarum, ut opinor, vitio.

c Μοι δοκοῦμεν.] Ità resposuimus ex MSto Bodl. adstipulante Stephano, et admonente ipsâ orationis serie. Hactenùs editum, μοι δοκῶ.

" εἰ προθύμως Γαδάτᾳ βοηθήσαιμεν, ἀνδρὶ εὐεργέτῃ· καὶ ἅμα
" δίκαια ποιοῖμεν ἄν, χάριν ἀποδιδόντες· ἀλλὰ μὴν καὶ σύμφορον
" γ' ἄν, ὡς ἐγὼ δοκῶ, πράττοιμεν ἡμῖν αὐτοῖς. Εἰ γὰρ πᾶσι
" φαινοίμεθα τοὺς μὲν κακῶς ποιοῦντας νικᾶν πειρώμενοι κακῶς
" ποιοῦντες, τοὺς δ' εὐεργετοῦντας ἀγαθοῖς ὑπερβαλλόμενοι, εἰκὸς ἐκ
" τῶν τοιούτων φίλους μὲν ἡμῖν πολλοὺς βούλεσθαι γίγνεσθαι, ἐχθρὸν
" δὲ μηδένα ἐπιθυμεῖν εἶναι· εἰ δὲ ἀμελήσαι δόξαιμεν Γαδάτα,
" πρὸς τῶν θεῶν ποίοις λόγοις ἄλλους πείθοιμεν ἂν χαρίζεσθαί
" τι ἡμῖν; πῶς δ' ἂν τολμῶμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπαινεῖν; πῶς δ'
" ἂν ἀνθελέψαι τις ἡμῶν δύναιτο Γαδάτᾳ, εἰ ἡττώμεθα αὐτοῦ εὖ
" ποιοῦντος, τοσοίδε ὄντες, ἑνὸς ἀνδρὸς, καὶ τούτου ὅτῳ διακει-
" μένου;" Ὁ μὲν δὴ ὅτως εἶπεν· οἱ δὲ πάντες συνεπῄνουν ἰσχυρῶς
ταῦτα ποιεῖν.

Ἄγετε τοίνυν, ἔφη, ἐπείπερ καὶ ὑμῖν συνδοκεῖ ταῦτα, ἐπὶ μὲν
τοῖς ὑποζυγίοις καὶ ὀχήμασι καταλείπωμεν ἕκαστοι τοὺς μετὰ τούτων
ἐπιτηδειοτάτους πορεύεσθαι. Γωβρύας δὲ ἡμῖν ἀρχέτω αὐτῶν, καὶ
ἡγείσθω αὐτοῖς· καὶ γὰρ ὁδῶν ἔμπειρος, καὶ τἄλλα ἱκανός· ἡμεῖς
δὲ, ἔφη, σὺν ἵπποις τοῖς δυναλωλάτοις καὶ ἀνδράσι πορευώμεθα, τὰ
ἐπιτήδεια τριῶν ἡμερῶν λαβόντες· ὅσῳ δ' ἂν κουφότερον συσκευα-
ζώμεθα καὶ εὐτελέστερον, τοσούτῳ τὰς ἐπιούσας ἡμέρας ἥδιον ἂν

" si alacribus animis opem Gadatæ tulerimus, homini benè *de nobis*
" promerenti: et justè simul fecerimus, si gratiam referamus: et verò
" etiam, meâ sententiâ, rebus nostris rectè consuluerimus. Nam si nos
" palam omnibus eniti videbimur, ut eos, qui nos lædunt, lædendo
" vincamus, et benè merentes beneficiis superemus; consentaneum est,
" talibus ex causis futurum ut multi se nobis amicos adscribi velint, et
" nemo inimicum esse cupiat; sin Gadatam negligere videamur, qui-
" bus verbis, per deos *immortales*, aliis persuaserimus, ut nobis grati-
" ficentur aliquid? quî nosmet ipsos audeamus laudare? quî possit ali-
" quis nostrûm coràm intueri Gadatam, si ab eo beneficiis, tot *nempe*
" *ipsi* numero, uno ab homine, eóque tali qui sit in statu, superemur?"
In hunc modum dixit *Cyrus:* eáque consenserunt omnes acriter esse
facienda.

Agite igitur, inquit, quandò hæc vobis etiam placent, relinquamus apud
jumenta et vehicula, qui quàm maximè sint ad iter cum his faciendum
idonei: Gobryas iis præfectus sit, eósque præcedat: est enim peritus iti-
nerum, et ad *quævis* alia idoneus; nos, ait, cum valentissimis tum equis
tum viris, trium dierum commeatu instructi, pergamus: quanto autem
levius et viliùs nos oneraverimus, tanto sequentibus *hisce* diebus *proximis*

ἀρισήσομέν τε καὶ δειπνήσομεν καὶ καθευδήσομεν. Νῦν δ', ἔφη, πορευώμεθα ὧδε. Πρῶτον μὲν ἄγε σὺ Χρυσάντα τὺς θωρακοφόρυς (ἐπεὶ ὁμαλή τε καὶ πλατεῖα ἡ ὁδός ἐσι), τὺς ταξιάρχους ἔχων ἐν μετώπῳ πάντας· ἡ δὲ τάξις ἑκάση ἐφ' ἑνὸς ἴτω· ἀθρόοι γὰρ ὄντες, καὶ τάχιστα ἢ ἀσφαλέστατα ἂν πορευοίμεθα. Τύτυ δὲ ἕνεκα, ἔφη, τὺς θωρακοφόρυς κελεύω ἡγεῖσθαι, ὅτι τῦτο βαρύτατόν ἐσι τῦ στρατεύματος. Τῦ δὲ βαρυτάτυ ἡγεμένυ, ἀνάγκη ῥᾳδίως ἕπεσθαι [a] πάντα τὰ θᾶττον ὄντα· ὅταν δὲ τὸ τάχιστον ἡγῆται ἐν νυκτί, ἀδέν ἐσι θαυμαστὸν ἢ διασπάσθαι τὰ στρατεύματα· τὸ γὰρ προλαχθὲν ἀποδιδράσκει. Ἐπὶ δὲ τύτοις, ἔφη, Ἀρτάβαζος τὺς Περσῶν πελτασὰς καὶ τοξότας ἀγέτω· ἐπὶ δὲ τύτοις Ἀνδραμίας ὁ Μῆδος, τὸ Μήδων πεζικόν· ἐπὶ δὲ τύτοις, Ἔμβας τὸ Ἀρμενίων πεζικόν· ἐπὶ δὲ τύτοις, Ἀρτύχας Ὑρκανίυς· ἐπὶ δὲ τύτοις, Θαμβράδας τὸ Σακῶν πεζικόν· ἐπὶ δὲ τύτοις, Δαμάτας Καδουσίους. Ἀγόντων δὲ ἢ ὅτοι πάντες, ἐν μετώπῳ μὲν τὺς ταξιάρχυς ἔχοντες, δεξιὺς δὲ τὺς πελτασὰς, ἀριστερὺς δὲ τὺς τοξότας τῦ ἑαυτῶν πλαισίου· ὕτω γὰρ πορευόμενοι, καὶ εὐχρηστότεροι γίγνονται. Ἐπὶ δὲ τύτοις, ἔφη, οἱ σκευοφόροι πάντων ἑπέσθωσαν· οἱ δὲ ἄρχοντες αὐτῶν

jucundiùs et pransuri, et cœnaturi, et dormituri sumus. Nunc verò, inquit, iter hoc modo instituamus: Primùm tu Chrysanta thoracatos ducito (quandò plana et lata via est), cohortium præfectis omnibus in fronte constitutis; et cohors quælibet ità procedito, ut singuli singulis succedant: quippe conferti, et celerrimè et tutissimè iter fecerimus. Hâc de causâ thoracatos præire jubeo, quòd exercitûs ea pars sit maximè gravis. Gravissima verò si præeant, faciliùs omnia sequantur necesse est, quæ expeditiora sunt: cùm verò pars expeditissima noctu præeat, mirum non est diveltii copias: id enim quod primâ est in acie aufugit. Post hos, ait, Artabazus Persas, qui peltastæ sunt et sagittarii, ducat: post eos Andramias Medus, peditatum Medicum: post eos, peditatum Armeniorum, Embas: post eos, Artuchas Hyrcanios: post eos, Thambradas peditatum Sacarum: post eos, Damatas Cadusios. Atque omnes hi sic ducant, ut cohortium præfectos in fronte habeant, peltastas ad dextram, ad lævam agminis sui sagittarios: nam si hoc modo incedant, etiam paratiores quemlibet ad usum fuerint. Post hos, inquit, calones *cum impedimentis* omnium sequantur: eorúmque præfecti dent

a Πάντα τὰ θᾶττον, &c.] Scholii hæc sive glossæ verba, textum autem esse, πάντα τὰ ἐλάττονα vel ἐλάσσονα, censuit Leunclavius. Et hoc quidem modo in edit. *Flor.* legitur. Nos MSti Bodl. Stephani, edit. *Ald. Eton.* aliarúmque fidem secuti sumus.

ἐπιμελείσθωσαν πάντων, ὅπως ἂν συνεσκευασμένοι τε ὦσι πάντα πρὶν καθεύδειν, καὶ πρωὶ σὺν τοῖς σκεύεσι παρῶσιν εἰς τὴν τεταγμένην χώραν, καὶ ὅπως κοσμίως ἕπωνται. Ἐπὶ δὲ τοῖς σκευοφόροις, ἔφη, τὺς Πέρσας ἱππέας Μαδάτας ὁ Πέρσης ἀγέτω, ἔχων καὶ ὅτους τὺς ἑκατονταρχὺς τῶν ἱππέων ἐν μετώπῳ· ὁ δ' ἑκατόνταρχος τὴν τάξιν ἀγέτω εἰς ἕνα, ὥσπερ οἱ πέζαρχοι. Ἐπὶ δὲ τούτοις Ῥαμβάκας ὁ Μῆδος ὡσαύτως τὺς ἑαυτῷ ἱππέας· ἐπὶ δὲ τούτοις σύ, ὦ Τιγράνη, τὸ σαυτῷ ἱππικόν· καὶ οἱ ἄλλοι δ' ἵππαρχοι, μεθ' ὧν ἕκαστος ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς· [a] ἐπὶ τούτοις Σάκαι ἄγετε· ἔσχατοι δ' ὥσπερ ἦλθον Καδούσιοι ἀγόντων στράτευμα· [b] σὺ δὲ ὁ ἄγων αὐτὺς ἐπιμελοῦ, τὸ νῦν εἶναι, πάντων τῶν ὄπισθεν, καὶ μηδένα ἔα ὕστερον τῶν σῶν ἱππέων γίγνεσθαι. Ἐπιμελεῖσθε δὲ τῷ σιωπῇ πορεύεσθαι οἵ τε ἄρχοντες καὶ πάντες οἱ σωφρονοῦντες· διὰ γὰρ τῶν ὤτων ἐν τῇ νυκτὶ ἀνάγκη μᾶλλον ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἕκαστα καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ πράττεσθαι· καὶ τὸ ταραχθῆναι δ' ἐν νυκτὶ πολὺ μεῖζόν ἐστι πρᾶγμα ἢ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, καὶ δυσκατασατώτερον· ὃ ἕνεκα ἥ τε σιωπὴ ἀσκητέα, καὶ ἡ τάξις διαφυλακτέα. Τὰς δὲ νυκτερινὰς,

operam ut omnes vasa omnia sarcinásque colligant priùs et componant, quàm somnum capiant, ac manè cum impedimentis ad locum constitutum adsint, et compositè sequantur. Post calones, inquit, Persas equites Madatas Persa ducat, et is etiam centuriones equitum in fronte habeat; centurio autem *quilibet* cohortem ducat singillatim, perinde atque peditum præfecti *faciunt*. Post hos Rambacas Medus equites itidem suos: et post eos, tu, Tigranes, tuas equestres copias: et *deinde* reliqui etiam equitum præfecti *ducant eos*, cum quibus ad nos quisque venit: post hos vos, Sacæ, ducite: ultimi quemadmodùm venerunt, ità etiam copias ducant, Cadusii: túque eorum ductor studiosè curam gerito, in hoc quidem tempore, omnium qui postremo sunt in agmine, neque permittito ut quisquam tuos sequatur equites. Date verò etiam operam vos præfecti, et omnes qui sapitis, ut cum silentio progrediamini: quippe noctu magìs auribus quàm oculis singula tum percipi tum agi oportet: quin et multò majoris res est negotii sedatúque difficilior, si noctu perturbatio indicat, quàm interdiu: quapropter et silentium teneri, et ordines servari necesse est. Nocturnæ verò excubiæ,

a Ἐπὶ τούτοις Σάκαι, &c.] Tum ex MSti Bodl. editionísque *Eton.* fide, tum ex admonitu Stephani sic rescripsimus: cùm priùs in omnibus ferè editis legeretur, ἐπὶ τούτοις ἡ ἄγεσθε. Leunclavius ex libro Budensi aliam lectionem adfert probátque; nimirum hanc; ἐπὶ δὲ τούτοις Σάκαι ἀγέτωσαν. At illud ἄγετε tum cæterorum librorum tum versionum vetustarum auctoritate stabilitum est.

b Σὺ δὲ ἄγων, &c.] Edit. *Flor.* et *Ald.* exhibent——καδούσιοι ἰόντων· ἀλκιῦνα, σὺ δὲ, &c. ut sit Ἀλκιῦνα, σὺ δὲ, &c. pro σὺ δὲ, ὦ Ἀλκιῦνα, &c. Sed nos MStum Bodl. edit. *Eton.* et Stephanum, qui receptam probat scripturam, sequi maluimus.

ἔφη, φυλακὰς, ὅταν μέλλητε νυκτὸς ἐξαναστήσεσθαι, ἀεὶ χρὴ ὡς βραχυτάτας καὶ ὡς πλείστας ποιεῖσθαι, ὡς μηδένα ἡ ἐν τῇ φυλακῇ ἀγρυπνία πολλὴ ὅσα λυμαίνηται ἐν τῇ πορείᾳ· ἡνίκα δ' ἂν ὥρα ᾖ πορεύεσθαι, σημαίνειν τῷ κέρατι. Ὑμεῖς δὲ ἔχοντες ἃ δεῖ ἕκαστον, πάρεσε εἰς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ὁδόν· [a] ὁ δὲ ὁρμώμενος, ἀεὶ τῷ κατ' ἀρὰν παρεγυάτω ἕπεσθαι.

Ἐκ τούτου δὴ ᾤχοντο ἐπὶ τὰς σκηνὰς, καὶ ἅμα ἀπιόντες διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους, [b] ὡς μνημονικὸς ὁ Κῦρος, ὁπόσοις συνέτατλε, πῶς ὀνομάζων ἐνετέλλετο. Ὁ δὲ Κῦρος ἐπιμελείᾳ τοῦτο ἐποίει· πάνυ γὰρ αὐτῷ θαυμασὸν ἐδόκει εἶναι, εἰ οἱ μὲν βάναυσοι ἴσασι τῆς ἑαυτοῦ τέχνης ἕκαστος τῶν ἐργαλείων τὰ ὀνόματα, καὶ ἰατρὸς δὲ οἵδε καὶ τῶν ὀργάνων καὶ τῶν φαρμάκων οἷς χρῆται πάντων τὰ ὀνόματα·

inquit, quoties noctu castra vobis erunt movenda, semper quàm brevissimæ constituendæ sunt et frequentes; nè cui vigiliæ in excubiis, si diuturniores sint, in itinere noceant; cùm autem proficiscendi tempus erit, cornu signum est dandum. Vos *denique* rebus iis, quas quemque habere oportet, instructi, ad viam Babylonem versùs *ineundam* adeste: quisquis autem progredi cœperit, semper à tergo *iter facientem* ad sequendum hortetur.

Secundùm hæc ibant ad tabernacula, et inter eundum colloquebantur inter se, quantum memoriâ valeret Cyrus, quàm multos *ad officii munera* instrueret, quo modo nominatim adpellatis *suis* præciperet. At Cyrus hoc studiosè faciebat: nam ei perquàm mirum videbatur, eorum qui sordidas exercent artes, tenere suæ quemque artis instrumentorum adpellationes, et medico quoque tum instrumentorum tum medicamentorum omnium quibus utitur, nota esse nomina;

a Ὁ δὲ ὁρμώμενος, &c.] Editio *Flor.* dat, Ὁ δὲ ὁρμώμενος ἀεὶ τῷ κατ' ἀρὰν ἐγγυάτω ἕπεσθαι (mendosè, proculdubiò, pro ἐγγυτάτω ἑπέσθω. Quam lectionem, in libro Budensi repertam, sequitur Camerarius. At scripturam eam, quam secuti sumus, MS. Bodl. edit. *Ald. Steph. Eton.* aliæque repræsentant: nisi quòd in *Aldinâ* vocula δὴ post ἕπεσθαι legatur.

b Ὡς μνημονικὸς ὁ, &c.] In hujus loci explicatione se haud parum exercuerunt interpretes: dum alii aliam horum verborum, ὁπόσοις συνέτατλε, πῶς ὀνομάζων ἐνετέλλετο, structuram sequendam putârunt. Camerarius ità vertit, *si quid cùm aliquibus esset constituendum, quàm præclarè mandaret, nomina commemorans.* Leunclavius, *si quid cùm aliquibus esset constituendum, quo modo nominatim adpellatis suis præciperet.* Philelphus, *quot instruxit! quomodo nominatim præcepit!* Gabrielius, *quàm multos uno tempore instruxit; ut singulis singula mandavit, hísque nomine appellatis.* Ego autem Stephano adsentior; qui non hæc tantùm verba, ὁπόσοις συνέτατλε, πῶς ὀνομάζων ἐνετέλλετο, sed illa etiam, ὡς μνημονικὸς ὁ Κῦρος, sub uno membro includenda putat: ut dicatur (verba sunt Stephani) Cyrus valere memoriâ, et quâ in re id ostenderit, adjiciatur: perinde ac si diceretur, Quomodo Cyrus se valere memoriâ ostendisset, cùm singulos, quibus inter instruendum mandata dabat, nomine suo vocaret. Quamvis autem (*pergit Stephanus*) ὁπόσοις συνέτατλε aptius esset, ita accipiendo hoc verbum, tamen et dativus ferri posse videtur: ut perinde sit ac si diceretur, πῶς ὀνομάζων ἐνετέλλετο ὁπόσοις συνέτατλε, et resolveretur, ὁπόσοις in ἐκείνοις ὁπόσους.

[a] ὁ δὲ στρατηγὸς ὅτως ἠλίθιος ἔσοιτο, ὥσε ἂκ εἴσεται τῶν ὑφ' αὑτὸν ἡγεμόνων τὰ ὀνόματα, οἷς ἀνάγκη ἐστὶν αὐτῷ ὀργάνοις χρῆσθαι, ἢ ὅταν προκαλαλαβεῖν τι βέλῃαι, καὶ ὅταν φυλάξαι, καὶ ὅταν θαῤῥῦναι, καὶ ὅταν φοβῆσαι. Καὶ ὅταν τιμῆσαι δέ ποτε τινὰ βέλοιτο, πρέπον αὐτῷ ἐδόκει εἶναι ὀνομαστὶ προσαγορεύειν. Ἐδόκων δὲ αὐτῷ οἱ γιγνώσκεσθαι δοκοῦντες ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος καὶ τοῦ καλόν τι [b] ποιοῦντες ὁρᾶσθαι μᾶλλον ὀρέγεσθαι, καὶ τοῦ αἰσχρόν τι ποιεῖν μᾶλλον προθυμεῖσθαι ἀπέχεσθαι. [c] Ἠλίθιον δὲ ἢ τοῦτο αὐτῷ ἐδόκει εἶναι, τὸ, ὁπότε βέλοιτό τι πραχθῆναι, ὅτω προσάτλειν, ὥσπερ ἐν οἴκῳ ἔνιοι προσάτλουσι δεσπόται, Ἴτω τις ἐφ' ὕδωρ, Ξύλα τις σχισάτω· ὅτω γὰρ προσατλομένων, εἰς ἀλλήλους τε ὁρᾶν ἅπαντες ἐδόκουν αὐτῷ, καὶ ἁδεὶς περαίνειν τὸ προσαχθέν· καὶ πάντες ἐν αἰτίᾳ εἶναι, ἢ ἁδεὶς τῇ αἰτίᾳ ὅτε αἰσχύνεσθαι, ὅτε φοβεῖσθαι [d] ὅμως,

imperatorem verò tam stolidum esse, ut ducum sub se nomina ignoraret, quibus ei tanquam instrumentis necessariò esset utendum, et cùm quid occupare, et cùm custodire, et cùm *aliquibus* animos addere, et cùm terrere vellet. Quinetiam si quem honore adficere aliquando vellet, ei decorum esse videbatur, ut nominatim *hunc* compellaret. Præterea existimabat, eos, qui se principi notos esse arbitrarentur, tum magìs expetere, ut præclarum aliquid gerentes conspicerentur, tum studiosè magìs curare, ut ab omni se turpi facinore abstinerent. Hoc ei quoque stolidum esse videbatur, *imperatorem*, cùm aliquid geri vellet, ità præcipere, quemadmodùm domini quidam domi *suæ* imperant, Eat aliquis ad aquam, ligna quis findat: nam cùm hoc modo *negotium aliquod famulis* mandatum est, mutuò se respicere putabat omnes neminemque imperata facere; et omnes in culpâ esse, neque tamen quenquam vel ob culpam pudore adfici, vel sibi me-

a Ὁ δὲ στρατηγὸς, &c.] Leunclavius scribit, ὁ ἢ στρατηγὸς pessimè, invitísque libris, quos videre licuit omnibus. Ex hoc autem loco constat, quàm temerè minúsque exploratè *Plinius*, N. H. l. vii, c. 24. *Valer. Max.* l. viii, c. 7, aliíque Latini scriptores tradiderunt, Cyrum omnium in exercitu suo militum edidicisse nomina, virúmque adeò quemque ἐξονομαχλήδην ab eo compellatum fuisse. Xenophon enim, à quo illi vel uno, vel præcipuè (ut ante nos eruditissimus *Harduinus* ad appellatum modò *Plinii* locum observavit), quæ de Cyro dicebant, accipere potuerunt, istud tam incredibile non dicet: sed tantùm eum tenuisse nomina τῶν ὑφ' αὐτὸν ἡγεμόνων, Præfectorum militiæ, qui sub ipso ducebant ordines: quod ut in imperatore laudabile est, ità non excedit fidem. Fieri autem potest, ut Latinorum aliquis, qui locum hunc Xenophontis malè accepisset, alios posteà auctoritate suâ in errorem induxerit.

b Ποιοῦντες.] Ità rescripsimus admonitu MS. Bodl. Stephani, Leunclavii, ipsiúsque adeò orationis Xenophontéæ. Quare istas nil moramur editiones, in quibus legitur ποιοῦντος.

c Ἠλίθιον δὲ ἢ] Edit. *Flor.* et *Ald.* voculam ultimam non agnoscunt: nos MSti Bodl. editionis *Eton.* aliarúmque auctoritate nixi intrepidè eam admisimus.

d Ὅμως.] Veram hanc lectionem esse putat Stephanus: cui libens adsentior. Priùs legebatur ὁμοίως.

διὰ τὸ σὺν πολλοῖς αἰτίαν ἔχειν· διὰ ταῦτα δὴ αὐτὸς πάντας ὠνόμαζεν, ὁπότε προσάτοι. Καὶ ὁ Κῦρος μὲν δὴ ὅτω περὶ τούτων ἐγίγνωσκεν·

Οἱ δὲ στρατιῶνται τότε μὲν δειπνήσαντες, καὶ φύλακας καταστησάμενοι, καὶ συσκευασάμενοι πάντα ἃ ἔδει, ἐκοιμήθησαν. Ἡνίκα δ' ἦν ἐν μέσῳ νυκτῶν, ἐσήμαινε τῷ κέρατι. Κῦρος δ' εἰπὼν τῷ Χρυσάντᾳ ὅτι ἐπὶ τῇ ὁδῷ ἐπιμένοι δὴ [a] ἐν τῷ πρόσθεν τοῦ στρατεύματος, ἐξήει λαβὼν τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὑπηρέτας· βραχεῖ δὲ χρόνῳ ὕστερον παρῆν Χρυσάντας ἄγων τοὺς θωρακοφόρους. Τούτῳ μὲν δὴ ὁ Κῦρος δοὺς ἡγεμόνας τῆς ὁδοῦ, πορεύεσθαι ἐκέλευεν ἡσύχως, ἕως ἄγγελος ἔλθοι, [d] ὅτι ἐν ὁδῷ πάντες εἶησαν· αὐτὸς δὲ ἑσηκὼς ἐν τῷ αὐτῷ τὸν μὲν προσιόντα προὔπέμπετο ἐν τάξει, ἐπὶ δὲ τὸν ὑστερίζοντα ἔπεμπε καλῶν. Ἐπεὶ δὲ πάντες ἐς ὁδῷ ἦσαν, πρὸς μὲν Χρυσάνταν ἱππέας ἔπεμψεν, [c] ἐρησόντας ὅτι,

tuere, quòd ea cum multis ipsi communis esset: his de causis cùm *aliquid* imperaret, nominatim adpellabat omnes. Atque hæc Cyri erat de his sententia:

Milites verò tum cœnati, locatis excubiis, et necessariis rebus omnibus collectis *compositísque*, quieti se dederunt. Nocte autem mediâ, signum cornu datum est. Cúmque Cyrus Chrysantæ dixisset, illum in itinere mansurum ante exercitum, secum sumptis qui circa eum erant ministris, egrediebatur; et paulò post aderat Chrysantas, thoracatos ducens. Huic itaque Cyrus datis ducibus itineris, sensim ut procederet, præcepit, donec nuntius adesset, in viâ omnes esse: ipse autem eodem in loco consistens, quemlibet advenientem ordine progredi jubebat, cunctantem verò missis nuntiis arcessebat. Cúmque omnes essent in itinere, ad Chrysantam misit equites, qui dicerent,

a Ἐν τῷ πρόσθεν, &c.] In editione *Eton.* aliisque recentioribus desunt voculæ ἐν τῷ. Quas tamen retinere non dubitavimus, cùm et in MSto Bodl. et libris editis vetustis optimísque legantur.

b Ὅτι ἐν ὁδῷ, &c.] Ità restituimus admonitu marginalis scripturæ MSti Bodl. editionis *Florent.* Stephani, Camerarii et Gabrielii: nam ille locum hunc sic vertit, *jussítque placidè pergere, donec nuntius venisset, in viâ esse jam universos:* hic autem ità, *præcepit ut tardè progrederetur, quoad certior fieret omnes in viâ esse.* In editione quidem *Florent.* deest illud εἶησαν, quod tamen reposuimus partim ex conjecturâ Stephani, partim ex libris hactenus vulgatis, in quibus totus locus sic legitur——ἔλθοι (ἃ γὰρ πρῶ ἐν ὁδῷ πάντες ἦσαν) αὐτὸς δὲ, &c. Nostram verò lectionem non tantùm librorum, quos modò appellavimus, consensus, sed ipsa orationis series constabilire videatur, nam paulò post sequitur,—πρὸς μὲν Χρυσάνταν ἱππέας ἔπεμψεν, ἐρησόντας ὅτι, Ἐν ὁδῷ ἤδη πάντες. Addit autem et hoc Stephanus, absimile verò non esse, scriptum fuisse, ἕως ἄγγελος ἔλθοι ὅτι ἐν ὁδῷ εἶησαν· ἃ γὰρ πρῶ ἐν ὁδῷ πάντες ἦσαν· ut utriusque lectionis verba locum hîc habere possent. Conjecturam indico, de eâ judicet lector. Novum autem videri non debet, ἄγγελος ὅτι pro ἀγγέλλων τὶς ὅτι, &c. Eadem enim ista ferè locutio est, quæ supra paulò occurrit,——ἢ λέγω ὅτι ἥκουσιν αὐτῷ ἄγγελοι ὡς ὁ Ἀσσύριος, &c.

c Ἐρησόντας ὅτι, &c.] Stephanum ad hunc locum libenter audio, qui illud ὅτι hîc, sicut plerisque locis (vide p. 256), πρόσεστιν sibi persuasit, et post ipsum ponendam hypostigmen, ut Ἐν ὁδῷ initium sit

Ἐν ὁδῷ ἤδη πάντες· ἄγε δὴ ἓν θᾶσσον. Αὐτὸς δὲ παρελαύνων τὸν ἵππον εἰς τὸ πρόσθεν, [a] ἡσυχος καθεζετο τὰς τάξεις· καὶ ὃς μὲν ἴδοι εὐτάκτως καὶ σιωπῇ ἰόντας, προσελαύνων αὐτοῖς, οἵτινες εἶεν ἠρώτα, καὶ ἐπεὶ σύθοιτο, ἐπῄνει· εἰ δέ τινας θορυβομένους αἴσθοιτο, τὸ αἴτιον τούτου σκοπῶν, καθασβεννύναι τὴν ταραχὴν ἐπειρᾶτο.

Ἓν μόνον [b] παραλέλειπται τῆς ἐν νυκτὶ ἐπιμελείας αὐτῷ, ὅτι πρὸ πάντων τῷ στρατοπέδῳ πεζοὺς εὐζώνους ὡς πολλοὺς προέπεμπεν, ἐφορωμένους ὑπὸ Χρυσάντα, καὶ ἐφορῶντας αὐτὸν, ὡς ὠτακουστοῦντες, καὶ εἴπως ἄλλως δύναιντο αἰσθάνεσθαί τι, σημαίνοιεν τῷ Χρυσάντᾳ ὅ, τι καιρὸς δοκοίη εἶναι· [c] ἄρχων δὲ καὶ ἐπὶ τούτοις ἦν, ὃς καὶ τούτους ἐκόσμει· καὶ τὸ ἄξιον μὲν λόγου ἐσήμαινε, τὸ δὲ μὴ, οὐκ ἠνώχλει λέγων. Τὴν μὲν δὴ νύκτα οὕτως ἐπορεύοντο· ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, τοὺς μὲν τῶν Καδουσίων ἱππέας, ὅτι αὐτῶν καὶ οἱ πεζοὶ ὕστατοι

Omnes jam in viâ sunt; quare celeriùs ducito. Ipse profectus equo ad partem anteriorem, tacitus ordines inspectabat; et quos compositè et cum silentio videbat incedere, ad eos adequitans, quinam essent interrogabat; et cùm cognovisset, *eos* collaudabat: sin quosdam tumultuari animadverteret, compertâ causâ, motum sedare nitebatur.

Unum modò curæ ejus nocturnæ *exemplum* exponendum restat, quod ante copias universas pedites *quosdam* expeditos *eósque* non multos præmisit, qui conspicerentur à Chrysantâ, et eum conspicerent, ut auribus captando, et alio quodam modo si persentiscere aliquid possent, Chrysantæ significarent, quidquid opportunum esse videretur: *suus* autem et his erat præfectus, hos qui instruebat; et si quid esset narratu dignum, significabat; sin autem, indicando minimè molestus erat. Et *hâc* quidem nocte iter hoc modo fecerunt: cùm verò illuxisset, quosdam Cadusiorum equites, propterea quod eorum pedites ultimi

orationis: hoc modo,—ἐρῶντας ὅτι, Ἐν ὁδῷ ἤδη πάντες· ἄγε δὴ ἓν θᾶσσον. Hoc autem cùm ab interpretibus non animadverteretur, coacti fuerunt illa etiam verba ἄγε δὴ ἓν θᾶσσον, ità reddere quasi obliquæ orationis formâ dictum esset, ἄγειν ἓν δεῖν θᾶσσον.

a Ἡσυχος] Conjicit Stephanus scribendum esse, ἡσύχως. At novum non est adjectivum seu participium adverbii vice fungi: sic, ἀσμενοι πολλοὶ προσεφάνησαν, pro ἀσμένως, lib. vi, p. 234. Exemplum si quod aliud desideres, adi *Herodot.* l. i, c. 98. Malè itaque in quibusdam exemplaribus N. T. αἰφνιδίως scribitur, Luc. xxi, 34, pro αἰφνίδιον.

b Παραλέλειπται] Sic in editis ad hunc diem libris scribitur. Legit autem ex conjecturâ *Muretus*, παραλέλειπται· eandémque lectionem ex veteri suo libro adfert, auctore Stephano, *Camerarius*; cui nonnihil favet etiam MSto Bodl. in quo reperitur παραλείπεται.

c Ἄρχων δὲ καὶ ἐπὶ, &c.] Sic MS. Bodl. et *Muretus* legendum admonent: quibus favet *Camerarius*, qui veteris libri auctoritate nitens, legit, ἄρχων δὲ ἐν ἐπὶ τούτων εἷς ἦν. Libri autem hactenùs vulgati locum hunc sic repræsentant: ἄρχων δὲ καὶ ἐπιτάττων εἷς ἦν, &c.

ἐπορεύοντο, παρὰ τούτοις κατέλιπεν, ὡς μηδ' ὅτοι φίλοι ἱππέων ἴοιεν· τοὺς δ' ἄλλους εἰς τὸ πρόσθεν παρελαύνειν ἐκέλευσεν, ὅτι καὶ οἱ πολέμιοι ἐν τῷ πρόσθεν ἦσαν· ὅπως εἴ τι που ἐναντίον αὐτῷ ὑπανθῷη, ὑφ' αὑτῷ ἔχων ἐν τάξει τὴν ἰσχὺν μάχοιτο· εἴτέ τι που φεύγον ὀφθείη, ὅπως ἐξ ἑτοιμοτάτου διώκοι. Ἦσαν δὲ αὐτῷ αἰεὶ τεταγμένοι, εἰ δέοι διωξομένους, οὓς τε διώκειν δέοι, καὶ οὓς παρ' ἑαυτῷ μένειν· πᾶσαν δὲ τὴν τάξιν [a] λυθῆναι οὐδέποτε εἴα. Κῦρος μὲν δὴ οὕτως ἦγε τὸ στράτευμα· οὐ μέντοι αὐτός γε μιᾷ χώρᾳ ἐχρῆτο, ἀλλ' ἄλλοτε ἀλλαχῆ περιελαύνων ἐφεώρα τε καὶ ἐπεμελεῖτο εἴ τι δέοιντο. Οἱ μὲν δὴ ἀμφὶ Κῦρον οὕτως ἐπορεύοντο.

Ἐκ δὲ τῶν Γαδάτα ἱππικῶν τῶν δυνατῶν τις ἀνδρῶν, ἐπεὶ ἑώρα αὐτὸν ἀφεσηκότα ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, [b] ἐνόμισεν, εἴτι οὕτος πάθοι, αὐτὸς ἂν λαβεῖν παρὰ τοῦ Ἀσσυρίου πάντα τὰ Γαδάτα· οὕτω δὴ πέμπει τινὰ τῶν ἑαυτοῦ πιστῶν πρὸς τὸν Ἀσσύριον, καὶ κελεύει τὸν ἰόντα, εἰ καταλάβοι ἤδη ἐν τῇ Γαδάτα χώρᾳ τὸ Ἀσσύριον στράτευμα, λέγειν τῷ Ἀσσυρίῳ ὅτι, εἰ βούλοιτο ἐνεδρεῦσαι, λάβοι ἂν τὸν Γαδάταν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Δηλοῦν δὲ ἐνετέλλετο ὅσην τε εἴχε

pergerent, apud eosdem reliquit, nè ab equitibus hi nudi progrederentur: reliquos in anteriorem partem provehi jussit, quòd et hostes in eâ essent parte: ut si quid uspiam ei se opponeret, cum instructo suo robore dimicaret: sive aliqui conspecti essent, qui fugerent, ut quàm expeditissimè persequeretur. Erant etiam apud eum semper instructi, si persequendum esset, qui persequi deberent, et qui apud eum manere: universos autem ordines dissolvi nunquam patiebatur. Hoc modo Cyrus exercitum ducebat: neque tamen ipse uno tantùm loco utebatur, sed aliàs alibi circumvectus inspectabat, ac si quo *suis* esset opus, *id* curabat. Atque ità quidem exercitus Cyri pergebat.

In equitatu verò Gadatæ quidam ex potentibus viris, cùm eum ab Assyrio defecisse videbat, arbitrabatur se, si quid illi accidisset, omnia quæ possideret Gadatas ab Assyrio impetraturum; itaque quendam de iis qui sibi fidi erant ad Assyrium mittit, et eunti mandat, ut, si jam in agro Gadatæ Assyriorum copias offenderet, diceret Assyrio, posse ab eo et Gadatam et qui essent cum illo capi, si *quidem* insidias *illi* tendere vellet. Prætereà indicare jussit, quem copiarum numerum

a Λυθῆναι] Editio *Florent.* habet χυθῆναι, quod in margine expressit reddiditque Leunclavius. Verùm ea, quæ vulgatis libris continetur lectio, non ope tantùm MSti Bodl. sed editorum omnium, probatioris notæ, librorum consensu constabilitur.

b Ἐνόμισεν, εἴ τι] In edit. *Ald.* et *Florent.* ἐνόμισεν ὅτι εἴ τι, &c. legitur; vacante scilicet, utì fit, ὅτι ante λαβεῖν: cum alioqui dicendum fuisset ὅτι λήψεται vel λήψοιτο. Ista quidem particula ὅτι nec in MSto Bodl. nec in libris, optimæ notæ, editis exstat: sed sublatam ab aliquo qui pleonasmum ejus supra, p. 256, notatum, cognitum non haberet, non immeritò suspicatur Stephanus, *Append.* de *Dial. Attica*, p. 77.

δύναμιν ὁ Γαδάτας, καὶ ὅτι Κῦρος ἅ συνείπετο αὐτῷ· καὶ τὴν ὁδὸν ᾗ μέλλει προσιέναι ἐδήλωσε. Προσεπέσειλε δὲ καὶ τοῖς αὑτοῦ οἰκέταις, ὡς πιστεύοιτο μᾶλλον, καὶ τὸ τεῖχος, ὃ ἐτύγχανεν αὐτὸς ἔχων ἐν τῇ Γαδάτα χώρᾳ, παραδῶναι τῷ Ἀσσυρίῳ, καὶ τὰ ἐνόπλα· ἥξειν δὲ καὶ αὐτὸς ἔφη, εἰ μὲν δύναιτο, ἀποκτείνας Γαδάταν, εἰ δὲ μή, ὡς σὺν τῷ Ἀσσυρίῳ τὸ λοιπὸν ἐσόμενος. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐπὶ ταῦτα ταχθεὶς ἐλαύνων ὡς δυνατὸν ἦν τάχιστα ἀφικνεῖται πρὸς τὸν Ἀσσύριον, καὶ ἐδήλωσεν ἐφ' ἃ ἥκοι· ἀκούσας ἐκεῖνος τό, τε χωρίον εὐθὺς καταλαμβάνει, καὶ πολλὴν ἵππον ἔχων καὶ ἅρματα ἐνήδρευεν ἐν κώμαις ἀθρόαις. Ὁ δὲ Γαδάτας ὡς ἐγγὺς ἦν τούτων τῶν κωμῶν, πέμπει τινὰς προερευνησομένους. Ὁ δὲ Ἀσσύριος ὡς ἔγνω προσιόντας τοὺς διερευνήσοντας, φεύγειν κελεύει ἅρματα ἐξανασάντα δύο ἢ τρία [a] καὶ ἵππους ὀλίγους, ὡς δὴ φοβηθέντας καὶ ὀλίγους ὄντας. Οἱ δὲ διερευνηταὶ ὡς εἶδον ταῦτα, αὐτοί τε ἐδίωκον, καὶ τῷ Γαδάτᾳ καλέσειον. Καὶ ὃς ἐξαπατηθεὶς διώκει ἀνὰ κράτος. Οἱ δὲ Ἀσσύριοι, ὡς ἐδόκει ἀλώσιμος εἶναι ὁ Γαδάτας, εὐθέως ἀνίσαντο ἐκ τῆς ἐνέδρας. Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ Γαδάταν ἰδόντες, ὥσπερ εἰκὸς, ἔφευγον· οἱ δ' αὖ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐδίωκον.

Gadatas duceret, quódque Cyrus eum non comitaretur; viam quoque quâ accessurus esset indicavit. Dedit etiam famulis suis mandata, quo fidei plus haberetur ei, ut castellum, quod in agro Gadatæ possidebat, Assyrio cum universis in eo rebus traderent: se venturum quoque aiebat, occiso Gadatâ, si quidem posset; sin autem, velle se tamen deinceps cum Assyrio facere. Is verò, cui datum hoc erat negotii, cùm equitando quàm fieri poterat celerrimè ad Assyrium pervenisset, et cujus rei causâ veniret, exposuisset: auditâ re, castellum ille mox occupat, et cum magno equitum numero et *multis* curribus in vicis *illic* frequentibus insidias locavit. Gadatas, cùm propè ab his vicis abesset, exploratum quosdam præmittit. Assyrius, ut exploratores advenire animadvertit, curros duos trésve, cum paucis equitibus, prodire et fugére jubet, quasi qui et territi et numero pauci essent. Hæc cùm exploratores viderent, et ipsi persequebantur, et Gadatæ signum dederunt. Is deceptus totis viribus insequitur. Assyrii cùm Gadatam capi jam posse putarent, statim ex insidiis surgunt. His Gadatæ milites conspectis, ut par erat, fugiunt: illi contrà, quemadmodùm fieri solet, insequebantur.

a Καὶ ἵππους] Stephano placet ἵππῃς: quam lectionem interpretes omnes secutos esse dicit. Sed nil mutandum: nam ἵππος eodem planè modo in his paulo post sequentibus, Διεσπαρμένοις δὲ τοῖς ἵπποις, &c. pro *equitatu*, seu *equitibus* accipitur. Eidem autem huic versui alium subesse errorem suspicatur Stephanus: ac scribendum esse, ἅτε καὶ ὀλίγους ὄντας, aut tale quid. Nisi potiùs, *pergit Stephanus*, deest adjectivum, quod particula ᾗ jungat cum ὀλίγους. Mihi verò nihil deesse videtur.

Καὶ ἐν τούτῳ ὁ ἐπιβουλεύων τῷ Γαδάτᾳ παίει αὐτὸν, καὶ καιρίας μὲν πληγῆς ἁμαρτάνει, τύπτει δὲ αὐτὸν εἰς τὸν ὦμον, ἢ τιτρώσκει. Ποιήσας δὲ τοῦτο, ἐξανίσταται, ὡς σὺν τοῖς διώκουσι γένοιτο· ἐπεὶ δὲ ἐγνώσθη ὃς ἦν, ὁμοῦ δὴ σὺν Ἀσσυρίοις προθύμως ἐκείνων τὸν ἵππον, σὺν τῷ βασιλεῖ ἐδίωκεν. Ἐνταῦθα δὴ ἡλίσκοντο μὲν δηλονότι οἱ βραδυτάτους ἵππους ἔχοντες ὑπὸ τῶν ταχίστων· [a] ἦσαν δὲ μάλα πάντες πιεζόμενοι, διὰ τὸ καταπεπτύχθαι ὑπὸ τῆς πορείας, οἱ τοῦ Γαδάτα ἱππεῖς· καθορῶσι δὲ τὸν Κῦρον προσιόντα σὺν τῷ στρατεύματι· δοκεῖν δὲ χρὴ ἀσμένως καὶ ἡδέως, ὥσπερ εἰς λιμένα ἐκ χειμῶνος, προσφέρεσθαι αὐτούς. Ὁ δὲ Κῦρος τὸ μὲν πρῶτον ἐθαύμασεν, ὡς δ' ἔγνω τὸ πρᾶγμα, [b] ἔς τε μὲν πάντες ἀνίσιοι ἦλαυνον, ἀνίσιος καὶ αὐτὸς ἦγεν ἐν τάξει τὴν στρατιάν· ὡς δὲ γνόντες οἱ πολέμιοι τὸ ὂν, ἐτράπεσαν εἰς φυγήν, ἐνταῦθα δὴ ὁ Κῦρος ἐκέλευσε διώκειν τοὺς πρὸς τοῦτο τεταγμένους, αὐτὸς δὲ εἵπετο σὺν τοῖς ἄλλοις ὡς ᾤετο συμφέρειν. Ἔνθα δὴ καὶ ἅρματα ἡλίσκετο, ἔνια μὲν ἢ ἐκπιπόντων τῶν ἡνιόχων, τῶν μὲν ἐν τῇ ἀναστροφῇ, τῶν δὲ καὶ ἄλλως· ἔνια δὲ ἢ περιτεμνόμενα ὑπὸ τῶν ἱππέων ἡλίσκετο.

Atque hîc Gadatæ is qui struxerat insidias eum ferit, et à vulnere quidem letali aberrat; sed icto *tamen* humero, vulnus ei inflixit. Hoc cùm patrâsset, discedit, ut persequentibus se conjungeret: agnitus autem quis esset, alacriter unà cum Assyriis equo concitato, regem in persequendo juvat. Atque hîc quidem illi scilicet quibus erant equi tardissimi ab iis capiebantur, qui velocissimos haberent: cúmque jam equites Gadatæ omnes valdè premerentur, quòd itinere confecti essent, Cyrum cum exercitu advenientem conspiciunt: credíque adeò par est eos *tunc* tanquam in portum ex tempestate cum gaudio voluptatéque adpulisse. Cyro primùm res admirationi erat, verùm ubi quid ageretur animadvertit, quamdiu quidem omnes adversi ferebantur, et ipse copias instructas in eos ducebat: cùm autem hostes eo, quod erat, cognito, in fugam versi sunt, ubi tum Cyrus illos, quibus hoc negotii dederat, persequi jussit, et ipse cum cæteris subsequebatur, prout expedire putabat. Ibi verò et currus capti sunt, de quorum nonnullis aurigæ delabebantur, partim dum converterentur, partim aliis modis; aliqui etiam in potestatem ab equitibus intercepti venêre.

a Ἦσαν δὲ, &c.] Ità libri hactenùs editi; nisi quòd *Ald.* et *Florent.* καταπάτησθαι pro καταπεπτύχθαι perperam exhibeant. Mihi verò in primis placet MSti Bodl. lectio; in quo, sublatâ particulâ δὲ post καθορῶσι, et continuatâ oratione, sic legitur: ἤδη δὲ μάλα πάντες πιεζόμενοι, διὰ τὸ καταπεπτύχθαι ὑπὸ τῆς πορείας, οἱ τοῦ Γαδάτα ἱππεῖς καθορῶσι τὸν Κῦρον, &c.

b Ἔς τε μὲν πάντες, &c.] Leunclavius paulò aliter, ἴσε μὲν πάντες ἐναντίοι ἤλαυνον, ἐναντίος καὶ, &c. Nos edit. *Stephan. Eton. Ald. Florent.* secuti sumus. MS. quidem Bodl. habet: ὡς πάντες ἐναντίοι ἤλαυνον, ἐναντίος καὶ, &c. At in orâ eam, quam damus, lectionem exhibet.

Καὶ ἀποκτείνουσιν ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν παίσαντα τὸν Γαδάταν. Τῶν μέντοι πεζῶν Ἀσσυρίων, οἳ ἔτυχον τὸ Γαδάτα χωρίον πολιορκοῦντες, οἱ μὲν εἰς τὸ τεῖχος κατέφυγον τὸ ἀπὸ Γαδάτα ἀποστὰν, οἱ δὲ, [a] φθάσαντες εἰς πόλιν τινὰ τοῦ Ἀσσυρίου μεγάλην· ἔνθα καὶ αὐτὸς σὺν τοῖς ἅρμασι καὶ τοῖς ἵπποις κατέφευγεν ὁ Ἀσσύριος.

Κῦρος μὲν δὴ διαπραξάμενος ταῦτα ἐπαναχωρεῖ εἰς τὴν Γαδάτα χώραν· καὶ προστάξας οἷς ἔδει ἀμφὶ τὰ αἰχμάλωτα ἔχειν, εὐθὺς ἐπορεύετο ὡς ἐπισκέψαιτο τὸν Γαδάταν, ὅπως ἔχει ἐκ τοῦ τραύματος. Πορευομένῳ δ' αὐτῷ ἤδη ὁ Γαδάτας ἐπιδεδεμένος τὸ τραῦμα ἀπήντα. Ἰδὼν σὲ ὁ Κῦρος αὐτὸν ἥσθη τε καὶ εἶπεν, Ἐγὼ πρὸς σὲ ἤϊα ἐπισκεψόμενος πῶς ἔχεις. Ἐγὼ δὲ, εἶπεν ὁ Γαδάτας, ναὶ μὰ τοὺς θεοὺς, σὲ ἐπαναθεασόμενος ἤϊα, ὁποῖός τις ποτὲ φαίνῃ ἰδεῖν, ὁ τοιαύτην ψυχὴν ἔχων· ὅστις οὔτ' οἶδ' ἐγὼ ὅ,τι νῦν μοῦ δεόμενος, οὔτε μὴν ὑποσχόμενος γέ μοι ταῦτα πράξειν, οὔτε μὴν εὖ πεπονθὼς ὑπ' ἐμοῦ (εἴς γε τὸ ἴδιον) οὐδ' ὁτιοῦν, ἀλλ' ὅτι τοὺς φίλους σοι ἔδοξά τι ὀνῆσαι, οὕτως ἐμοὶ προθύμως ἐβοήθησας, ὡς νῦν τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ [b] οἴχομαι, τὸ δ' ἐπὶ σοὶ

Interficiunt etiam cùm alios multos, tum illum ipsum qui Gadatam vulnerârat. Pedites verò Assyrii, qui tunc fortè Gadatæ castellum obsidebant, partim in illam munitionem, quæ à Gadatâ defecerat, fugâ se recipiunt; partim, antevertendo in magnam quandam Assyrii *regis* urbem *se conferunt*; in quam et ipse cum curribus et equis confugerat.

His rebus confectis, Cyrus in regionem Gadatæ recedit; et cùm eos quos oportuit captivis operam dare jussisset, confestim pergit Gadatæ visendi causâ, *cognoscendíque* quo pacto se *is* ex vulnere haberet. Illi autem pergenti Gadatas obligato jam vulnere occurrit. Eum Cyrus ut vidit, gavisus est dixítque, Ad te ibam visurus quî valeres. Ego verò, inquit Gadatas, iterum te profectò spectatum veni, ut videam quæ vultûs tui, tali animo præditi *viri*, species sit; qui cùm ipse nesciam quâ nunc in re mei indigeas, nec mihi sanè hæc te facturum promiseris, nec adfectus ullo à me vel tantillo sis beneficio privatim, sed *ideò duntaxat* quòd tibi visus sum amicis aliquid utilitatis adferre, usque adeò alacriter opem tulisti, ut jam me quod adtinet, perierim; quod te,

a Φθάσαντες, &c.] Stephano adsentior, qui repetendum esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ verbum κατέφυγον putat; alioqui videri posset dicendum fuisse ἔφθασαν.

b Οἴχομαι.] De quo verbo sic *Eustath.* ad Il. α', p. 119, λαμβάνεταί ποτε καὶ ἐπὶ θανάτου——ἐξ οὗ καὶ οἰχόμενος καὶ ἀποικόμενος ὁ θανών. Soph. *Elect.* v. 145, 146.

Ηλ. Νήπιος ὅστις τῶν οἰκτρῶς.
Οἰχομένων γονέων ἐπιλάθεται.

Idem, *Ajac.* v. 1146, 1147.

Τευ.—δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών.
Με. Θεὸς γὰρ ἐκσώζει με, τῷ δεδ' οἴχομαι.

σέσωσμαι. Οὐ μὰ τὰς θεὰς, ὦ Κῦρε, εἰ ἦν οἷος ἔφυν ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐπαιδοποιησάμην, οὐκ οἶδα εἰ ἐκλησάμην παῖδά ποτ' ἂν τοιοῦτον περὶ ἐμέ· ἐπεὶ ἄλλως τε οἶδα παῖδας, καὶ τοῦτον τὸν νῦν Ἀσσυρίων βασιλέα, πολὺ πλείω ἤδη τὸν αὑτοῦ πατέρα ἀνιάσαντα, ἢ σὲ νῦν δύνασθαι ἀνιᾶν. Καὶ ὁ Κῦρος πρὸς ταῦτα εἶπεν ὧδε, Ὦ Γαδάτα, ἦ πολὺ μεῖζον παρεῖς θαῦμα, ἐμὲ νῦν θαυμάζεις. Καὶ τί δὴ τοῦτ' ἐστίν; ἔφη ὁ Γαδάτας. Ὅτι τοσοῦτοι μὲν Περσῶν, ἔφη, ἐσπέδασαν περὶ σὲ, τοσοῦτοι δὲ Μήδων, τοσοῦτοι δὲ Ὑρκανίων· πάντες δὲ οἱ παρόντες Ἀρμενίων καὶ Σακῶν καὶ Καδουσίων. Καὶ ὁ Γαδάτας ἐπεύξατο, Ἀλλ', ὦ Ζεῦ, ἔφη, οὐ τούτοις πολλὰ ἀγαθὰ δοῖεν οἱ θεοὶ, καὶ πλεῖσα τῷ αἰτίῳ τοῦ καὶ τούτους τοιούτους εἶναι. Καὶ ὅπως μέντοι ὃς ἐπαινεῖς τούτους, ὦ Κῦρε, οὐ ξενίσωμεν καλῶς, δέχου τὰ ξένια, οἷα ἐγὼ δύναμαι· ἅμα δὲ προσῆγε πάμπολλα, ὥστε οὐ θύειν τὸν βουλόμενον, οὐ ξενίζεσθαι πᾶν τὸ στράτευμα ἀξίως τῶν καλῶς πεποιημένων καὶ καλῶς συμβάντων.

salvus sim. Per deos *immortales*, Cyre, etiam si talis essem qualis initio natus sum, liberósque procreâssem, haud scio an filium sic erga me adfectum unquam habiturus fuerim: nam et alios *aliorum* filios novi et hunc ipsum Assyriorum modò regem, multò plus doloris *molestiæque* patri suo adtulisse, quàm tibi jam adferre possit. Ad hæc Cyrus sic respondit, Multò, Gadata, majori certè miraculo prætermisso, me jam admiraris. Et quidnam illud est? ait Gadatas. Quòd, inquit, tot Persæ tibi navârunt operam, tot Medi, tot Hyrcanii; atque *adeò* quotquot adsunt Armenii, Sacæ, Cadusii. Et Gadatas adjecto voto, Verùm his, ait, ô Jupiter, multa dii bona largiantur, et illi qui auctor est ut et hi tales sint. Ut tamen eos, quos tu, Cyre, laudas, egregiè hospitio excipiamus, accipe hæc munera, qualia *quidem* ipse *dare* possum: simúlque permulta adduxit, ut et rem sacram facere, qui vellet, posset, et universus exercitus hospitio exciperetur, pro dignitate illarum rerum, quæ et præclarè gestæ erant et præclarè successerant.

Eadem est significatio τοῦ ὑτάλω, Matt. xxvi, 24. Operæ pretium est notare, quali studio consensúque diversæ gentes omnem in *mortis* mentione *δυσφημίαν* vitârunt. Hinc enim tum *Hebræi* tum *Arabes* suum הלך, quod propriè *abire, proficisci*, &c. sonat, ad *interitum* etiam significandum adhibent, Quomodo Gen. xv, 2, usurpatum esse videtur: ערירי ואנכי הולך LXX. Interpret. ἐγὼ δὲ ἀπολύομαι ἄτεκνος, h. e. *moriar sine liberis*: et Genes. xlii, 20,——*et non parealis*. Vide Psalm. xlviii, 11. Ejusdem *euphemismi* exempla suppeditat etiam lingua Latina: nam, *Pom. Festo* auctore, *abitionem* antiqui dicebant *mortem*. Rem scilicet ingratam mitiori visum est exprimere vocabulo; atque adeò si quem è vitâ decessisse veteres indicarent, dicebant. *Fuit, Vixit, Abiit*.

Ὁ δὲ Καδούσιος ὠπισθοφυλάκει, καὶ ἐμελέσχε τῆς διώξεως· βουλόμενος δὲ καὶ αὐτὸς λαμπρόν τι ποιῆσαι, ἅτε ἀνακοινωσάμενος ἢ εἰπὼν οὐδὲν τῷ Κύρῳ, καλέσει τὴν πρὸς Βαβυλῶνα χώραν. Διεσπαρμένοις δὲ τοῖς ἵπποις αὐτῷ [a] ἀπιὼν ὁ Ἀσσύριος ἐκ τῆς ἑαυτοῦ πόλεως, ἣν δὴ καλέφυλε, συνεσχάνει μάλα δὴ συνεσταλμένον ἔχων τὸ ἑαυτοῦ στράτευμα. Ὡς δ' εἶδε μόνους εἶναι τοὺς Καδουσίους, ἐπιθέσθαι, καὶ τόν τε ἄρχοντα τῶν Καδουσίων ἀποκτείνει, καὶ ἄλλους πολλούς· καὶ ἵππους δὲ πολλοὺς λαμβάνει τῶν Καδουσίων, καὶ ἦν ἀγωνίας λείαν ἐτύγχανον ἀφαιρεῖται. Καὶ ὁ μὲν Ἀσσύριος διώξας ἄχρις οὗ ἀσφαλὲς ᾤετο εἶναι, ἀπεστράπετο· οἱ δὲ Καδούσιοι ἐσώζοντο πρὸς τὸ στρατόπεδον ἀμφὶ δείλην οἱ πρῶτοι. Κῦρος δὲ ὡς ἤσθετο τὸ γεγονός, ὑπήντα τε τοῖς Καδουσίοις, καὶ ὅν τινα ἴδοι τετρωμένον, ἀναλαμβάνων, τοῦτον μὲν ὡς Γαδάταν ἀπέπεμπεν, ὅπως θεραπεύοιτο· τοὺς δ' ἄλλους συγκαλέσκηνε, καὶ ὅπως τὰ ἐπιτήδεια ἔχοιεν συνεπεμελεῖτο, παραλαμβάνων τῶν ὁμοτίμων Περσῶν συνεπιμελητάς· (ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις οἱ ἀγαθοὶ συνεπιπονεῖν ἐθέλουσι) καὶ ἀνιώμενος μέντοι αὐτὸς ἰσχυρῶς δῆλος ἦν· ὡς καὶ τῶν ἄλλων δειπνούντων, ἡνίκα ἤδη ὥρα ἦν, Κῦρος ἔτι σὺν

Cadusius autem extremi custos erat agminis, nec hostium persequendorum particeps: qui *tamen* cùm et ipse vellet facinus illustre quoddam edere, neque communicatâ re cum Cyro, neque ad eum delatâ, in regionem Babylonem versùs excurrit. Dispersis verò ipsius equitibus, *rex* Assyrius cùm ex urbe suâ, quò confugerat, proficisceretur, cum instructis egregiè copiis occurrit. Cúmque solos esse hos Cadusios persepisset, impetum in eos facit, et tum Cadusiorum principem interficit, tum multos alios: quin et complures Cadusiorum equos capit, quámque illi fortè tunc agebant prædam, aufert. Et Assyrius quidem *Cadusios* eò usque persequutus, quò tutum esse putabat, reversus est: Cadusii verò primi ad castra circa vesperam salvi pervenerunt. Cyrus ubi rem, sicuti gesta fuerat, cognovit, et obviam Cadusiis prodiit, et quem vulneratum videret, *eum* recipiens, ad Gadatam mittebat, ut curaretur; cæteros in eodem tabernaculo collocabat, studioséque cum aliis *et ipse* dabat operam ut eis necessaria suppeterent, adsumtis in partem curationis *hujus* nonnullis de Persis qui ὁμότιμοι appellantur; (nam in hujusmodi rebus *viri* boni libenter operas suas conjungunt, ipse verò gravem etiam præferebat dolorem; adeò ut cœnantibus aliis, cùm jam *cœnandi* tempus erat, Cyrus etiam tum

a Ἀπιὼν ὁ, &c.] Leunclavio placuit ἀπιὼν εἰ, &c. Nos lectionem damus, quam edit. *Steph. Eton. Ald. Flor.* et MS. Bodl. præ se ferunt. Quin et *Zonaras* pro nobis facit; qui *Annal.* lib. iii, c. 20, rem eandem Xenophontéis ferè verbis, uti solet, persequitur: Ἀπιὼν δὲ ὁ Ἀσσύριος ἐκ τῆς πόλεως ἣν καλέφυλε, συνεσχάνει αὐτοὺς, &c.

τοῖς ὑπηρέταις καὶ τοῖς ἰατροῖς, ὀδένα ἑκὼν ἀτημέλητον παρέλιπεν, ἀλλ' ἢ αὐτόπτης ἐφεώρα, ἢ, εἰ μὴ αὐτὸς ἐξανύτοι, πέμπων φανερὸς ἦν τὰς θεραπεύοντας. Καὶ τότε μὲν ὅτως ἐκοιμήθησαν· ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ κηρύξας συνιέναι τῶν μὲν ἄλλων τὰς ἄρχοντας, τὰς δὲ Καδουσίους πάντας, ἔλεξε τοιάδε.

" Ἄνδρες σύμμαχοι, ἀνθρώπινον μὲν τὸ γεγενημένον πάθος. " Τὸ γὰρ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας, ὀδὲν, οἶμαι, θαυμαστόν. " Ἀξιοί γε μέντοι ἐσμὲν τῷ γεγενημένῳ τούτῳ πράγματος ἀπο- " λαῦσαί τι ἀγαθὸν, τὸ μαθεῖν μήποτε διασπᾶν ἀπὸ τοῦ ὅλου " δύναμιν ἀσθενεστέραν τῆς τῶν πολεμίων δυνάμεως. [a] Καὶ ἐχὶ " τοῦτ', ἔφη, λέγω, ὡς ὁ δεῖ ποτε καὶ ἐλάσσονι ἔτι μορίῳ ἰέναι " ὅπου ἂν δέῃ, ἢ νῦν ὁ Καδούσιος ᾤχετο· ἀλλ' ἤν τις [b] κοινούμενος " ὁρμᾶται τῷ ἱκανῷ βοηθῆσαι, ἔστι μὲν ἀπατηθῆναι, ἔστι δὲ τῷ " ὑπομένοντι, ἐξαπατήσαντι τοὺς πολεμίους, ἄλλοσε τρέψαι ἀπὸ " τῶν ἐξεληλυθότων· ἔστι δὲ, ἄλλα παρέχοντα πράγματα " τοῖς πολεμίοις, τοῖς φίλοις ἀσφάλειαν παρέχειν· καὶ ὅτω μὲν " ὁδ' ὁ χωρὶς ὢν ἀπέσαι, ἀλλ' ἐξαρτήσεται τῆς ἰσχύος· ὁ δὲ

cum ministris ac medicis neminem suâ quidem sponte neglectum relinqueret, sed vel ipsemet suis oculis inspiciebat *omnes*, vel, ipse si hoc perficere non posset, palam mitteret qui *eorum* curam gererent. Ac tum quidem ità se quieti dederunt: primâ autem luce cùm per præcones reliquorum quidem duces, Cadusios verò universos convenire jussisset, talia quædam verba fecit:

" Humanum est, socii, *nobis* quod accidit. Nam eos, homines qui " sint, errare; minimè, meâ quidem sententiâ, mirum est. Verùm " par est fructum nos ut aliquem ex eo quod contigit capiamus, " *nimirum* utì discamus copias, hostium quæ sint copiis imbecilliores, ab " exercitu toto nunquam avellendas esse. Neque hoc dico, ait, non de- " bere *aliquem* etiam minori cum agmine illuc unquam proficisci " quò sit opus, quàm illud fuerit, cum quo Cadusius modò exiit: " sed si quis re cum illo communicatâ, qui satìs virium ad opem " ferendam habeat, egreditur, fieri quidem posse ut decipiatur; at *illud* " *etiam* fieri posse, ut is qui remanet, hostes fallendo ab iis, qui " egressi sunt, avertat: quin et alia hostibus negotia facessendo, ami- " cos in tuto collocare potest: atque ità *fiet*, *ut* nè quidem is, qui seor- " sùm fuerit *à cæteris*, absit; sed ab *exercitûs* robore pendeat: qui verò

a Καὶ ἐχὶ τοῦτ', &c.] Vocem penultimam admonitu edit. *Steph. Eton.* et *Flor.* in cæteris prætermissam, restituimus. Quam lectionem probat etiam *Muretus*.

b Κοινούμενος.] Editiones *Ald.* et *Flor.* κινούμενος perperam exhibent. *Muretus* κοινωσάμενος adfert. Sed præferenda videtur ea scriptura, quæ majorem cum κινούμενος affinitatem habet. Itaque Stephanus et Leunclavius omninò rectè reposuerunt κοινούμενος, quod in MSto Bodl. et edit. etiam *Eton.* legitur.

" ἀπελθὼν μὴ ἀνακοινωσάμενος ὅπῃ ἂν ᾖ, ἀδέν τι διάφορον
" πάσχει ἢ εἰ μόνος ἐστρατεύετο. Ἀλλ' ἀντὶ μὲν τούτου, ἔφη, ἢν
" θεὸς θέλῃ, ἀμυνούμεθα τοὺς πολεμίους ἀφ' εἰς μακράν. Ἀλλ'
" ἐπειδὰν τάχιστα ἀριστήσητε, ἄξω ὑμᾶς ἐγὼ ἔνθα τὸ πρᾶγμα
" ἐγένετο· ἢν ἅμα μὲν θάψομεν τοὺς τελευτήσαντας, ἅμα δὲ δείξο-
" μεν τοῖς πολεμίοις, ἔνθα κρατῆσαι νομίζουσιν, ἐνταῦθα ἄλλους
" αὐτῶν κρείττους, ἢ θεὸς θέλῃ· [a] καὶ ὅπως γε μηδὲ τὸ χωρίον
" ἡδέως ὁρῶσιν, ἔνθα κατέκαινον ἡμῶν τοὺς συμμάχους· ἢν δὲ
" μὴ ἀνέπεξίωσι, [b] καύσωμεν αὐτῶν τὰς κώμας, καὶ δῃώσωμεν
" τὴν χώραν· ἵνα μὴ ἃ ἡμᾶς ἐποίησαν ὁρῶντες εὐφραίνωνται, ἀλ-
" λὰ τὰ ἑαυτῶν κακὰ θεώμενοι ἀνιῶνται. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι,
" ἔφη, ἀρίστατε ἰόντες, ὑμεῖς δὲ, ὦ Καδούσιοι, πρῶτον μὲν
" ἀπελθόντες ἄρχοντα ὑμῶν αὐτῶν ἕλεσθε ἥπερ ὑμῖν νόμος, ὅστις
" ὑμῶν ἐπιμελήσεται σὺν τοῖς θεοῖς καὶ σὺν ἡμῖν, ἤν τι πρόσ-
" δεησθε· ἐπειδὰν δὲ ἕλησθε καὶ ἀριστήσητε, πέμψατε πρὸς
" ἐμὲ τὸν αἱρεθέντα." Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπραξαν· ὁ δὲ Κῦ-
ρος, ἐπειδὴ ἐξήγαγε τὸ στράτευμα, καὶ κατέστησεν εἰς τάξιν,
τὴν ἠρημένον ὑπὸ τῶν Καδουσίων, ἐκέλευσε πλησίον αὐτῷ ἄγειν

" discesserit, neque *cum aliquo* communicaverit quò iturus sit, illi nihil
" diversi accidit, quàm si solus expeditionem susceperit. At enim pro
" *facinore* hoc, volente deo, hostes brevi ulciscemur. Sed cùm primùm
" pransi fueritis, eò vos ego ducam ubi res est gesta ; simúlque mortuos
" sepeliemus, simul hostibus, si deus volet, ostendemus, illic alios ipsis
" esse potiores, ubi se superiores evasisse censent : atque etiam *efficie-*
" *mus*, ut nè locum quidem illum libenter intueantur, nostros ubi socios
" interemerunt : sin adversi non prodierint, incendemus eorum vicos,
" agrúmque populabimur ; nè lætitiam ex conspectu eorum, quæ in nos
" patrârunt, capiant ; sed intuentes mala propria mœrore adficiantur.
" Itaque vos, inquit, alii pransum ite : vos autem, Cadusii, primùm hinc
" digressi, more vestro vobis aliquem ipsis in principem eligite, qui cum
" diis ac nobis vestri curam gerat, ubicunque opus fuerit : *hunc* ubi dele-
" geritis ac pransi fueritis, delectum ad me mittite." Atque hæc illi fe-
cerunt : Cyrus autem postquam copias eduxisset, suúmque illi, qui à Ca-
dusiis fuerat delectus, in acie locum tribuisset, jussit *eum* propter se *suorum*

a Καὶ ὅπως, &c.] Est ἔλλειψις Ἀτθικὴ· et subaudiendum videtur πράξομεν, vel aliud verbum simile. Adverbium autem illud jam supra, lib. i, p. 25, et lib. v, p. 260, (ubi ὅρα, σκόπει vel μελέτα σοι subintelligi oportet) et alibi passim ἐλλειπτικῶς usurpatum videre est.

b Καύσωμεν, &c.] Sic in libris hactenus vulgatis scribitur : MS. autem Bodl. repræsentat καύσομεν——καὶ δηώσομεν, quod mihi quidem magis arridet.

τὴν τάξιν, Ὅπως, ἔφη, ἢν δυνώμεθα, ἀναθαῤῥύνωμεν τὼς ἄνδρας. Οὕτω δὴ ἐπορεύοντο· καὶ ἐλθόντες ἔθαπτον μὲν τὼς Καδουσίους, ἐδήουν δὲ τὴν χώραν. Ποιήσαντες δὲ ταῦτα, ἀπῆλθον τὰ ἐπιτήδεια ἐκ τῆς πολεμίας ἔχοντες πάλιν εἰς τὴν Γαδάτα.

Ἐννοήσας δ' ὅτι οἱ πρὸς αὐτὸν ἀφεστηκότες, ὄντες πλησίον Βαβυλῶνος, κακῶς πείσονται, ἂν μὴ αὐτὸς αἰεὶ παρῇ, ὅτως ὅσους τε τῶν πολεμίων ἀφίη, καὶ τούτους ἐκέλευε λέγειν τῷ Ἀσσυρίῳ, καὶ αὐτὸς κήρυκα ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν λέγοντα ταῦτα, ὅτι ἕτοιμος εἴη ἐᾶν τὼς ἐργαζομένους τὴν γῆν, καὶ μὴ ἀδικεῖν, εἰ καὶ ἐκεῖνος βούλοιτο ἐᾶν ἐργάζεσθαι τὼς τῶν πρὸς αὐτὸν ἀφεστηκότων ἐργάτας. Καίτοι, ἔφη, σὺ μὲν, ἢν καὶ δύνῃ κωλύειν, ὀλίγους τινὰς κωλύσεις· (ὀλίγη γάρ ἐσι γῆ ἡ τῶν πρὸς ἐμὲ ἀφεστηκότων), ἐγὼ δὲ πολλὴν ἄν σοι γῆν ἐῴην ἐνεργὸν εἶναι. Εἰς δὲ τὴν τοῦ καρποῦ κομιδὴν, ἢν μὲν πόλεμος ᾖ, ὁ κρατῶν μὲν, οἶμαι, κομίσεται· ἢν δὲ εἰρήνη γένηται, δηλονότι σὺ, ἔφη. Ἢν μέντοι τὶς ἢ τῶν ἐμῶν ὅπλα ἀνταίρηταί σοι, ἢν τῶν σῶν ἐμοί, τούτους, ἔφη, ὡς ἂν δυνώμεθα, ἑκάτεροι ἀμυνώμεθα. Ταῦτα ἐπισείλας τῷ κήρυκι ἀπέπεμπεν. Οἱ δὲ Ἀσσύριοι, ἐπεὶ ἦκουσαν ταῦτα, πάντα ἐποίουν πείθοντες τὸν βασιλέα

aciem ducere, Quò illorum, inquit, si quidem poterimus, rursum excitemus animos. Atque ità *quidem* proficiscebantur: cúmque *ad locum* pervenissent, et Cadusios sepeliebant, et agrum populabantur. His rebus confectis, commeatum ex hostico secum ferentes, in *regionem* Gadatæ reversi sunt.

Cùm autem ad animum *Cyro* accidisset, futurum, ut qui ad se defecerant, quòd prope Babylonem essent, miserè adfligerentur, nisi præsens ipse semper adesset, idcircò tum eos, quotquot ex hostibus dimittebat, Assyrio dicere jussit, tum ipse caduceatorem misit qui ad eum hæc deferret: se *nempe* paratum agricolis parcere, nullâque *hos* adficere injuriâ, si *quidem* et ille eorum, qui ad se defecissent, agricolis, suas ut operas facerent, permittere vellet. Ac tu quidem, ait, etiamsi prohibere possis, non nisi paucos prohibebis: (nam eorum, qui ad me defecerunt, exiguus est ager) ego verò permitterem, amplam tibi regionem cultam esse. Quod autem ad fructus colligendos adtinet, si quidem bellum fuerit, is qui potentior est, meâ sententiâ, *hos* colliget: sin pacem *inter nos* fecerimus, tu scilicet *colliges*, ait. Si quis verò vel meorum adversùs te arma sumpserit, vel tuorum adversùs me, ab his, inquit, pro virili pœnas uterque reposcemus. His cum mandatis caduceatorem dimisit. Assyrii verò, cùm hæc audîssent, omni studio à rege

συγχωρῆσαι ταῦτα, καὶ ὁτισμικρόταλον τῷ πολέμῳ λιπεῖν. Καὶ ὁ Ἀσσύριος μένΤοι, εἴτε ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων πεισθεὶς, εἴτε καὶ αὐτὸς ἅτω βεληθεὶς, συνήνεσε ταῦτα· [a] καὶ ἐγένοντο συνθῆκαι, τοῖς μὲν ἐργαζομένοις εἰρήνην εἶναι, τοῖς δ' ὁπλοφόροις πόλεμον. Ταῦτα μὲν δὴ περὶ τῶν ἐργατῶν διεπέπρακτο ὁ Κῦρος· τὰς μέντοι νομὰς τῶν κτηνῶν τὰς μὲν ἑαυτῷ φίλους ἐκέλευσε καλαθέσθαι, εἰ βόλοιντο, ἐν τῇ ἑαυτῶν ἐπικρατείᾳ· τὴν δὲ τῶν πολεμίων [b] λείαν ἦγον ὁπόθεν δύναιντο, ὅπως εἴη ἡ [c] στρατεία ἡδίων τοῖς συμμάχοις. Οἱ μὲν γὰρ κίνδυνοι, οἱ αὐτοὶ, ἢ ἄνευ τοῦ λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια· ἡ δὲ ἐκ τῶν πολεμίων τροφὴ κρείττονα τὴν στρατείαν ἐδόκει παρέχειν.

contendebant, ut in his *Cyro* accederet, ac quàm minimum belli reliquum faceret. Assyrius verò, sive quòd ei gens sua persuaserat, sive quod ipse sic vellet, hæc comprobavit: pactísque *adeò* convenit, ut cum agricolis pax esset, cum armatis bellum. Hæc igitur de agricolis perfecit Cyrus; jumentorum quidem pascua amicos suos, si vellent, in ditione suâ collocare jussit; hostium verò prædam agebant undecunque poterant, ut militia sociis jucundior esset. Nam tametsi commeatus pararetur nullus, *tamen* eadem pericula *proposita erant:* at militiam leviorem efficere videbatur alimenta ex hostium *regione quærendi ratio.*

a Καὶ ἐγένοντο, &c.] Eadem consuetudo apud *Indos* belli tempore servari solebat, referente *Diodor. Sic.* lib. ii, p. 122. Συμβάλλονται δὲ παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς, ἢ τὰ νόμιμα πρὸς τὸ μηδέποτε λιμὸν γενέσθαι παρ' αὐτοῖς. Παρὰ μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις οἱ πολέμιοι καλαφθείροντες τὴν χώραν, ἀγεώργητον κατασκευάζουσι· παρὰ δὲ τούτοις τῶν γεωργῶν ἱερῶν καὶ ἀσύλων ὑπαρχόντων, οἱ πλησίον παρατάξεων γεωργῆσαι ἀνεπαίσθητοι τῶν κινδύνων εἰσίν. Ἀμφότεροι γὰρ οἱ πολεμοῦντες ἀλλήλοις μὲν ἀποκλείουσιν ἐν ταῖς μάχαις, τοὺς δὲ περὶ τὴν γεωργίαν ὄντας ἐῶσιν ἀβλαβεῖς, ὡς κοινοὺς ὄντας ἁπάντων εὐεργέτας, &c.

b Λείαν ἦγον, &c.] Ità clarè MS. Bodl. editíque omnes. Leunclavius autem conjicit legendum et distinguendum sic, τὴν δὲ τῶν πολεμίων, λείαν ἄγειν, videlicet, ἐκέλευσε. Voces verò τὴν δὲ non conjungit cum λείαν, sed illud præcedens nomen hoc modo repetit, τὴν δὲ ἐπικρατείαν τῶν πολεμίων ἐκέλευσε λείαν ἄγειν. *Nam alioquin,* inquit, *hostium prædam abducere, parum convenienter dicitur, et ambiguè.* Quod ad mutationem τῷ ἦγον in ἄγειν attinet, haud pœnitenda forsan est emendatio. At de constructione verborum illi nequaquam adsentior: nam, τῶν πολεμίων λείαν ἄγειν, rectè dicitur, qui *prædam de hostibus captam agit.* Simili prorsùs loquendi modo utitur *Herod.* lib vii, c. 8, *edit. Oxon.* Τί γάρ ἦν ὄφελος βαρβάρων, ἀναιρουμένων;——ἢ λείας αἰχμαλώτους ἀπάγειν τῶν ἐχθρῶν, γυμνέοντα ἢ τὰς οὐσίας ἀφαιρούμενον τῶν οἰκείων; ubi, nisi omnia me fallunt; parum feliciter rem gessit interpres ille sermonis, si diis placet, elegantiæ studiosus; quem tamen miro sanè consensu editores *Herodi,* secuti sunt. At se sistat *Politianus;* téque penes, lector, de versione sit arbitrium: *Quid enim proderat Barbaros interimi? Quid prædam aut captivos abactos, si suis fortunis Romanæ ditionis mortales quotidie despoliabantur?*—Ego verò locum sic verto:—*vel cum captivam hostium prædam abducere, suos qui facultatibus exueret spoliarétque?* nec non Thucyd. lib vi, p. 406. Καὶ Ἀργεῖοι μετὰ ταῦτα ἐσέβαλον ἐς τὴν Θυρεάτιν ὁμορον ἅπασαν, λείαν τῶν Λακεδαιμονίων πολλὴν ἔλαβον, ἥ, &c.—*magnam Lacedæmoniorum prædam ceperunt,* &c.

c Στρατεία] Ità rectè in edit. *Steph. Eton.* et MS. etiam Bodl. scribitur; et paulò post στρατείαν. Cæteri autem libri στρατιὰ et στρατιὰν perperam exhibent.

Ἐπεὶ δὲ παρεσκευάζετο ὁ Κῦρος ἤδη ὡς ἀπιών, παρῆν ὁ Γαδάτας ἄλλα τε δῶρα πολλὰ καὶ παντοῖα φέρων καὶ ἄγων, ὡς ἂν ἐξ οἴκου μεγάλου, καὶ ἵππους γε πολλοὺς ἀφελόμενος τῶν ἑαυτοῦ ἱππέων, οἷς ἠπιστήκει διὰ τὴν [a] ἐπιβουλήν. Ὡς δ' ἐπλησίασεν, ἔλεξεν ὧδε, Ὦ Κῦρε, νῦν μέν σοι ἐγὼ ἄγω ταῦτα, ἵνα ἐν τῷ παρόντι χρῇ αὐτοῖς ἄν τι δέοι. Νόμιζε δ', ἔφη, καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἐμὰ, σὰ εἶναι. Οὔτε γάρ ἐστιν, ὅτ' ἔσαι ποτὲ, ὅτῳ ἐγὼ ἀπ' ἐμοῦ φύντι καταλείψω τὸν ἐμὸν οἶκον· ἀλλ' ἀνάγκη, ἔφη, σὺν ἐμοὶ τελευτῶντι πᾶν ἀποσβῆναι τὸ ἡμέτερον γένος καὶ ὄνομα. Καὶ ταῦτα, ἔφη, ὦ Κῦρε, (ὄμνυμί σοι τοὺς θεοὺς, οἳ καὶ ὁρῶσι πάντα καὶ ἀκούουσιν) οὔτε ἄδικον, οὔτε αἰσχρὸν οὐδὲν οὔτ' εἰπὼν οὔτε ποιήσας, ἔπαθον. Καὶ ἅμα ταῦτα λέγων κατεδάκρυσε τὴν αὑτοῦ τύχην, καὶ οὐκέτι ἠδυνήθη πλείω εἰπεῖν.

Καὶ ὁ Κῦρος ἀκούσας, τοῦ μὲν πάθους ᾤκτειρεν αὐτὸν, ἔλεξε δὲ ὧδε, Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἵππους δέχομαι, ἔφη· σέ τε γὰρ ὠφελήσω, εὐνουστέροις δοὺς αὐτούς, [b] ἢ οἳ νῦν σοι εἶχον, ὡς ἔοικεν· ἐγώ τε (ὃ δὴ πάλαι ἐπεθύμουν) τὸ Περσῶν ἱππικὸν θᾶττον ἐκπληρώσω εἰς τὰς μυρίας ἱππέας· τὰ δὲ ἄλλα χρήματα σὺ ἀπαγαγὼν φύλαττε, ἔφη,

Cùm autem Cyrus se jam ad discessum pararet, aderat Gadatas cùm alia dona multa variáque adferens adducénsque, velut ex amplâ copiosâque domo, tum permultos equos suis equitibus ademptos, quibus *jam* propter *illas* insidias fidem non habebat. Ubi propiùs accessisset, ità loquutus est, Hæc ego jam ad te adduco, Cyre, ut iis in præsenti si quid opus sit utaris. Existimes verò, inquit, *velim*, etiam alia, mea quæ sunt, esse tua. Quippe nemo est, nec erit unquam, cui ex me nato domum ego meam relicturus sim: sed necesse est, inquit, me moriente, mecum et genus nostrum et nomen extingui. Atque hæc, Cyre, sum perpessus, ait, (deos juratus testor, qui et vident et audiunt omnia) cùm tamen nihil injustum, nihil turpe, neque dixerim, neque fecerim. Simúlque hæc dicens, suam cum lacrimis deploravit fortunam, neque loqui plura potuit.

Quibus auditis Cyrus calamitatem ejus miseratus, atque his verbis usus est, Equidem equos, ait, accipio: tuæ enim utilitati consulam, hominibus eos dando majori te benevolentiâ prosequentibus, quàm quorum modò erant, utì *quidem* adparet: et Persicum equitatum (id quod jamdudum expetiverim) celeriter explebo ad decem equitum millia: reliquas autem pecunias opésque tecum avectas servato, inquit,

a Ἐπιβουλήν] Vide supra p. 282.

b Ἢ οἳ νὺν, &c.] Sic restituimus partim ex MSto Bodl. editionéque *Flor.* in quibus scribitur ἢ οἳ νῦν, &c. partim ex conjecturâ Stephani; qui, re quidem ipsâ duce, illud οἳ in οἷ mutandum statuit. In aliis verò libris editis, omissâ prorsùs voculâ istâ, legitur, ἢ νῦν σοι, &c.

ἕς' ἂν με ἴδῃς ἔχοντα, ὥστε σὲ μὴ ἠτιᾶσθαι ἀντιδωρούμενον. εἰ δὲ πλείω μοι δοὺς ἀπίοις, ἢ λαμβάνων παρ' ἐμοῦ, μὰ τοὺς θεοὺς οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν δυναίμην μὴ αἰσχύνεσθαι. Πρὸς ταῦτα ὁ Γαδάτας εἶπεν, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πιστεύω σοι (ὁρῶ γάρ σου τὸν τρόπον)· φυλάττειν μέντοι ὅρα εἰ ἐπιτήδειός εἰμι. Ἕως μὲν γὰρ φίλοι ἦμεν τῷ Ἀσσυρίῳ, καλλίστη δὴ ἐδόκει εἶναι ἡ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς κλῆσις· (τῆς γὰρ μεγίστης πόλεως Βαβυλῶνος ἐγγὺς ὄντος, ὅσα μὲν ὠφελεῖσθαί ἐστιν ἀπὸ μεγάλης πόλεως, ταῦτα ἀπελαύομεν· ὅσα δὲ ἐνοχλεῖσθαι, οὐκαδε δεῦρο ἀπιόντες τούτων ἐκποδὼν ἦμεν) νῦν δ' ἐπεὶ ἐχθροί ἐσμεν, [a] δῆλον ὅτι ἐπειδὰν σὺ ἀπέλθῃς καὶ αὐτοὶ ἐπιβουλευσόμεθα, καὶ ὁ οἶκος ὅλος· καὶ οἶμαι, λυπηρῶς βιωσόμεθα, ὅλως τοὺς ἐχθροὺς καὶ πλησίον ἔχοντες, καὶ κρείττους ἡμῶν αὐτῶν ὁρῶντες. Τάχ' ἂν εἴποις ἄν, καὶ τί δὴ ταῦτα οὐκ ἐνενόουν πρὶν ἀποσῆναι; Ὅτι, ὦ Κῦρε, ἡ ψυχή μου, διὰ τὸ ὑβρίσθαι καὶ ὀργίζεσθαι, οὐ τὸ ἀσφαλέστατον σκοποῦσα διῆγεν, ἀλλ' ἀεὶ τοῦτο κύουσα, εἰ ἆρά ποτε ἔσται ἀποτίσασθαι τὸν μὴ θεοῖς ἐχθρὸν καὶ ἀνθρώποις, ὃς διαλελεῖ μισῶν οὐκ ἦν τις τὶ αὐτὸν ἀδικῇ, ἀλλ' ἤν τινα ὑποπτεύσῃ βελτίονα ἑαυτοῦ εἶναι. Τοιγαροῦν, οἶμαι, αὐτὸς πονηρὸς ὢν,

donec *tantum* me habere videris, ut remunerando te non sim inferior: quòd si ità abeas ut plura mihi des, quàm à me acceperis; nescio profectò, quo pacto *facere* possim, ut pudore non adficiar. Ad ea Gadatas, Equidem hæc tibi credo, ait (nam ingenium tuum video): verùm consideres, an *satis* ad hæc conservanda sim idoneus. Etenim quamdiu Assyrio amici eramus, paterna sanè possessio pulcherrima esse videbatur: (quippe cùm ad urbe maximâ Babylone prope absit, quæcunque commoda ex urbe amplâ percipi possunt, hisce *omnibus* fruebamur; quæcunque autem molestiam *nobis* exhibere poterant, ab his domum huc profecti longè aberamus) nunc cùm inimici simus, manifestum est, ubi tu discesseris, futurum, ut et nobis et toti domui *nostræ* insidiæ struantur; atque *adeò*, meâ sententiâ, vitam cum dolore *miseriâque* degemus, qui et omninò vicinos habituri simus hostes, eósque nobis ipsis potentiores conspecturi. Fortassè dixeris, cur ista non cogitârim priùs, quàm deficerem? Quia, Cyre, animus meus propter acceptam injuriam et iram, non quod esset tutissimum considerabat, sed hoc perpetuò parturiebat; ecquando licebit ulcisci hominem et diis et hominibus invisum, qui non desinit odisse, non si quis eum lædat, sed si quem se præstantiorem suspicetur. Itaque, utì opinor, cùm malus ipse sit,

[a] Δῆλον ὅτι, &c.] Scriptura hæc est MSti Bodl. editionisque *Eton.* cum Stephanus quoque vulgatæ illi, δηλονότι, hoc loco anteponendam vidit.

πᾶσι πονηροῖς ἑαυτῷ συμμάχοις χρήσεσθαι. Ἢν δέ τις ἄρα καὶ βελτίων αὐτῷ φανῇ, θάρρει, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἐδέν σε δεήσει τῷ ἀγαθῷ ἀνδρὶ μάχεσθαι, ἀλλ' ἐκεῖνος ἀρκέσει τοῦτο μηχανώμενος, [a] ὡς ἀνέλῃ τὸν αὐτῷ βελτίονα. [b] Τῷ μέντοι ἐμὲ ἀνιᾷν, καὶ σὺν τοῖς πονηροῖς ῥᾳδίως, οἶμαι, κρείττων ἔσαι.

Ἀκούσαντι τῷ Κύρῳ ταῦτα ἔδοξεν ἄξια ἐπιμελείας λέγειν· καὶ εὐθὺς εἶπε, Τί ἔν, ἔφη, ὦ Γαδάτα, ἐχὶ τὰ μὲν τείχη φυλακῇ ἐχυρὰ ἐποίησας, ὅπως ἄν σοι εἴη ἀσφαλῶς χρῆσθαι, ὁπότ' ἂν εἰς αὐτὰ ἴῃς· αὐτὸς δὲ σὺν ἡμῖν στρατεύῃ, ἵνα ἦν οἱ θεοὶ ὥσπερ νῦν σὺν ἡμῖν ὦσιν, ἔτός σε φοβῆται, ἀλλὰ μὴ σὺ τοῦτον; Ὅ,τι δὲ ἡδύ σοι ὁρᾷν τῶν σῶν ἢ ὅτῳ συνὼν χαίροις ἔχων, σὺν ἐμοὶ πορεύου. Καὶ σύ τ' ἂν ἐμοί, ὡς γε μοι δοκῶ, πάνυ χρήσιμος εἴης, ἐγώ τέ σοι, ὡς ἂν δύνωμαι, πειράσομαι. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Γαδάτας ἀνέπνευσέ τε καὶ εἶπεν, Ἆρ' ἔν, ἔφη, δυναίμην ἂν συσκευασάμενος φθάσαι, πρίν σε ἐξιέναι; βούλομαι γάρ τοι, ἔφη, καὶ τὴν μητέρα ἄγειν μετ' ἐμαυτοῦ. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, [c] φθάσεις μέντοι.

omnes *etiam* se deteriores socios habebit. Quòd si quis *inter hos* eo præstantior visus fuerit, certus esto, Cyre, nequaquam tibi adversùs *ejusmodi* virum egregium dimicandum esse, sed illius industria ad hoc machinandum sufficiet, quonam *videlicet* pacto se præstantiorem è medio tollat. Verùm ut mihi molestus sit, *in eo*, quamvìs mali *ignavique* sibi adsint socii, facilè superior est, ut opinor, futurus.

Hæc cùm Cyrus audîsset, visus est ei digna consideratione dicere: atque *adeò* statim, Quid ergò, inquit, Gadata, nonne castella præsidiis munisti, quò tutò iis uti tibi liceat, cùm ea fueris ingressus; ipse verò *nonne* nobiscum es in expeditione, ut si dii perinde ac modo nobiscum fuerint, hic te metuat, non tu ipsum? Quin tu, tecum habens quidquid tuorum adspectu tibi jucundum sit, aut cujus consuetudine delecteris, mecum proficiscitor. *Nimirum* et tu mihi, ut equidem arbitror, admodùm usui fueris, et esse tibi ego conabor, ut potero. Hæc Gadatas cùm audîsset, respiravit ac dixit, Num possim res meas citiùs colligere, quàm tu discedas? nam et matrem, ait, mecum abducere volo. Poteris, inquit, profectò citiùs:

a Ὡς ἀνέλῃ.] Ità editio *Etonensis*. MS. Bodl. paulò aliter, ὡς ἀνέλῃ. Edit. *Flor.* ὡς ἀπολέσει quod glossam prorsùs sapit. *Ald.* autem *Steph.* et *Leuncl.* dant ὡς ἂν ἕλῃ. Horum tamen uterque probat, locíque ratio postulat, scripturam quam recepimus. Illud ὡς certè si retineatur (ut sensus fit, *idoneus ad hoc machinandum, donec*, &c. tunc) utì rectè notat Stephanus, non videbitur dicere ad *hoc machinandum* quod videlicet sequitur, *quo pacto hominem*, &c. Sed aliud quidpiam quod præcesserit. Atqui nihil in præcedentibus, ad quod illud τοῦτο referri queat, inveniemus.

b Τῷ μέντοι, &c.] Sic libri editi pariter et MSti Bodl. Leunclavio tamen ea lectio non satisfacit. Sic autem rectiùs scribi posse putat, Τῷ μέντοι, &c. Mihi magìs arridet vulgata lectio.

c Φθάσεις.] Ità MS. Bodl. editíque libri omnes, præter unum *Etonensem*, in quo mendosè legitur φθάσης.

ἐγὼ γὰρ ἐπισχήσω ἕς' ἂν καλῶς σὺ φῇς ἔχειν. Οὕτω δὴ ὁ Γαδάτας ἀπελθὼν, [a] ἐφύλαξε μὲν τὰ τείχη σὺν Κύρῳ ᾧ ὠχυρώσαλο, συνεσκευάσαλο δὲ πάνλα ὁπόσοις ἂν οἶκος μέγας καλῶς οἰκοῖτο. Ἦγελο δὲ καὶ τῶν ἑαυτῆ τῶν τε πιςῶν, οἷς ἥδελο, καὶ ὧν ἠπίσει πολλὰς, ἀναλκάσας τὰς μὲν αὐτῶν ἢ γυναῖκας ἄξειν, τὰς δὲ ἢ [b] ἀδελφὰς, ὡς δεδεμένας τούτοις κατέχοι αὐτάς. Καὶ τὸν μὲν Γαδάταν ὁ Κῦρος ἐν τοῖς περὶ αὑτὸν ἔχων ἦει, καὶ ὁδῶν φρασῆρα ἢ ὑδάτων ἢ χιλῆ καὶ σίτου, ὡς ἀεὶ ἐν τοῖς ἀφθονωτάτοις [c] σραλοπεδεύοιλο.

etenim subsistam, donec tibi commodum esse dixeris. Itaque digressus inde Gadatas, castellis quæ communierat, unà cum Cyro præsidia imposuit, et omnia quibus ampla domus instrui commodè posset, collegit. Prætereà suorum complures secum abducebat, tum fidos, quibus delectabatur, tum quibus diffidebat; quorum alios cogebat secum uxores ducere, alios sorores, ut his *quasi vinculis* eos constrictos teneret. Itaque Cyrus cum Gadatâ iisque qui circum se essent, abibat; qui et index ei viarum esset, et aquarum, et pabuli, et frumenti, ut castra semper locis in uberrimis haberet.

a Ἐφύλαξε μὲν, &c.] Ità quidem locus hic conspirante editorum exemplarium consensu solet exprimi. Mihi verò impensiùs placet hæc MSti Bodl. lectio,—ἀπελθὼν, φύλαξε μὲν τὰ τείχη σὺν Κύρῳ ὠχυρώσαλο,——suffragante, uti opinor, ipsâ Cyri oratione; qui suprà paulò Gadatam sic adfatus est, οὐχὶ τὰ μὲν τείχη φυλακῇ ἐχυρὰ ἐποίησας,——ubi τὰ τείχη φυλακῇ ἐχυρὰ ποιεῖν, idem videtur esse, atque id quod φύλαξι τὰ τείχη ὀχυροῦσθαι hoc in loco significat. Hanc porrò emendationem laudat etiam *Muretus*; nullo tamen, eam unde hauserat, indicato libro.

b Ἀδελφὰς, &c.] Aldus et Leuncl. legunt ἀδελφούς· hic tamen in versione suâ receptam lectionem sequitur, quam tum MS. Bodl. tum cæteri libri editi, adsentientibus *Gabrielio* et *Philelpho*, præstant. Illud autem ἀδελφοὺς ab imperitiâ librariorum primò manâsse puto, qui cùm genus pronominis, τούτοις, observâssent, nomen antecedens aliquod masculini etiam generis haud dubiè præcessisse perperam autumarent. Atticorum verò moris est masculinis uti pro fœmininis; *Sophoc.* Elect. v. 615, 616.

Ἦτις τοιαῦτα τὸν τικοῦσαν ὕβρισε,
Καὶ ταῦτα τικικοῦτος;——

pro τικικαύτα· loquitur enim de Electrâ Clytemnestra. Similiter paulò post, Noster: τὸ γυναῖκι, pro τὰ.—Vide tamen, si libet, Cl. *Barn.* ad Hom. Il. ε', v. 778, et ad Eurip. Hippol. v. 387. *Achill. Tat.* p. 143, edit. Lugd. Bat. οὐδὲς γυνή. Quanquam hîc σχῆμα forsan, quod dicitur, πρὸς τὸ σημαινόμενον locum habere queat; adeò ut τούτοις ad nomen in δεδεμένας inclusum, v. g. δεσμοῖς, referatur. Haud absimili modo Noster paulò post adhibet relativum αὐτοῖς,——ᾠόμην καὶ βούλεσθαι ἄν σε νῦν ὅτι ἐγκύκλια ἄγειν τῆς πόλεως, ἵνα ἢ ἐπιδείξῃς αὐτοῖς τὸ, &c. ubi αὐτοῖς respicit nomen aliquod in voce πόλεως subintellectum, v. g. ἐνοίκοις, vel Βαβυλωνίοις, vel aliud his simile. Conf. Job. viii, 44, ubi pronomen αὐτοῦ, utì rectè notavit Cl. *Blackwall* Sacr. Class. p. 95, respicit, τοῦ ψεύδους, ex nomine ψεύσης, sub quo latet, nullo negotio colligendum. Similiter Rom. x, 5, admonente loci sententiâ, illud αὐτὰ ad ἐντάλματα τοῦ νόμου (quæ licèt non disertè scripserit, voluit tamen apostolus) referendum videtur.

c Σραλοπεδεύοιλο.] Ità rescripsimus admonitu Leunclavii et MSti Bodl. in quo totus hic locus sic repræsentatur:—— ἢ σίτου, ὡς εἶη ἐν τοῖς ἀφθονωτάτοις σραλοπεδεύεσθαι. Rectius erit, si vel scribas ὡς sine accentu, vel in ὥς mutes, et legat ὥς' ἀεὶ, &c. Illam verò nostram emendationem confirmant *Philelphus* et *Gabrielius*: qui, in loco vertendo, utuntur verbis *castrametari*, et *castra facere*. In vulgatis hactenùs libris perperam legitur σραλεύοιλο.

Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος καθεώρα τὴν τῶν Βαβυλωνίων πόλιν, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ἡ ὁδὸς, ἣν ἤει, παρ' αὐτὸ τὸ τεῖχος φέρειν, καλέσας τὸν Γωβρύαν καὶ τὸν Γαδάταν, ἠρώτα εἰ ἄλλη ὁδὸς εἴη, ὥστε μὴ πάνυ πλησίον ἄγειν τῷ τείχει. Καὶ ὁ Γωβρύας εἶπεν, Εἰσὶ μὲν, ὦ δέσποτα, καὶ πολλαὶ ὁδοί· ἀλλ' ἔγωγ', ἔφη, ᾠόμην καὶ βούλεσθαί ἄν σε νῦν ὅτι ἐγγύτατα ἄγειν τῆς πόλεως, ἵνα καὶ ἐπιδείξῃς αὐτοῖς τὸ στράτευμα, ὅτι σοι ἤδη πολύ τε ἐστὶ καὶ καλόν· ἐπεὶ καὶ ὅτε ἔλαττον εἶχες, προσῆλθές τε πρὸς αὐτὸ τὸ τεῖχος, καὶ ἐθεῶντο [a] ὑμᾶς ὑπὸ πολλῶν ὄντας· νῦν δὲ καὶ εἰ παρεσκευασμένος τε ἐστὶν, [b] ὥσπερ πρὸς σὲ εἶπεν ὅτι παρασκευάσοιτο ὡς μαχούμενος, οἶδα ὅτι ἰδόντι αὐτῷ τὴν σὴν δύναμιν, πάλιν ἀπαρασκεύαστα τὰ αὑτοῦ φανεῖται.

Καὶ ὁ Κῦρος πρὸς ταῦτα εἶπε, Δοκεῖς μοι, ὦ Γωβρύα, θαυμάζειν ὅτι ἐν ᾧ μὲν χρόνῳ πολὺ μείονα ἔχων στρατιὰν ἦλθον, πρὸς αὐτὸ τὸ τεῖχος προσήγαγον· νῦν δὲ πλεῖω δύναμιν ἔχων οὐκ ἐθέλω ὑπ' αὐτὰ τὰ τείχη ἄγειν. Ἀλλὰ γὰρ μὴ θαύμαζ', ἔφη· οὐ γὰρ τὸ αὐτό ἐστι προσάγειν τε καὶ [c] παράγειν. Προσάγουσι

Cùm verò pergens iter Babyloniorum urbem adspiceret, atque ei via, quâ incedebat, ducere propter ipsa urbis mœnia videretur, arcessito Gobyrâ Gadatâque, aliáne via esset interrogabat, ut tam prope ad mœnia *copias* non ducerent. Et Gobryas, Sunt, inquit, domine, permultæ quidem viæ: sed existimabam equidem te quàm proximè jam ad urbem iter facere velle, quò ipsis commonstrares exercitum tibi nunc et magnum esse et præclarum: nam cùm etiam tibi minor esset, ad murum ipsum accessisti, et vos *illi* haud multos numero spectabant: nunc autem tametsi paratus si *Assyrius* tibi quemadmodùm dixit ipsum ad pugnandum se parare, scio futurum ut, si copias tuas conspexerit, imparata rursùs ipsi sua videantur.

Ad hæc Cyrus ait, Videris mihi, Gobrya, mirari, quòd id temporis quo multo cum minori exercitu veni, ad ipsa usque mœnia duxerim; nunc majoribus copiis instructus *eas* ducere sub muros nolim. Verùm nè mireris, ait; non enim idem est adducere, et præterducere. Omnes

a Ὑμᾶς] Ità Stephanus et editio *Eton.* at alii libri minùs, utì quidem videtur, commodè, ἡμᾶς exhibent. Vide p. 263.

b Ὥσπερ πρὸς σὲ, &c.] Vide suprà p. 268.

c Παράγειν] Gabrielius ex vetusto quodam exemplari adfert ἀπάγειν· pro quâ lectione facit ἀπάγουσι, quod mox, paucis interjectis, sequitur. At in hunc locum *transeundi* seu *prætereundi* significatio aptiùs quadrat, ut idem valeat, atque illa, παρὰ πόλιν ἄγειν, quæ, mutatâ per tmesin loquendi formâ, extant lib. i, p. 74. Quare contra aliorum exemplarium fidem nihil muto. De usitatâ verbi hujus apud Tacticos significatione consule quæ notavimus lib. ii, p. 113.

μὲν γὰρ ἅπαντες, ἕτω ταξάμενοι, ὡς ἂν οἴωνται ἄριστα μάχεσθαι· ἀπάγεσι μέντοι οἱ σώφρονες ἢ ἂν ἀσφαλέσατα, ἢ ἧ ἂν τάχιστα ἀπέλθοιεν. Παριέναι δὲ ἀνάγκη ἐστὶν ἐκτεταμέναις μὲν ταῖς ἁμάξαις, [a] ἀνειμένοις δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις σκευοφόροις ἐπιπολύ· ταῦτα δὲ δεῖ πάντα προκεκαλύφθαι τοῖς ὁπλοφόροις, καὶ μηδαμῆ τοῖς πολεμίοις γυμνὰ ὅπλων τὰ σκευοφόρα φαίνεσθαι. Ἀνάγκη ἕν, ἕτω πορευομένων, ἐπὶ λεπτὸν καὶ ἀσθενὲς τὸ μάχιμον τετάχθαι. Εἰ ἕν βέλοιντο ἐκ τῆ τείχες ἀθρόοι πη προσπεσεῖν, ὅπη προσμίξαιεν, πολλῷ ἂν ἐῤῥωμενέστερον συμμιγνύοιεν τῶν παριόντων. Καὶ τοῖς μὲν ἐπὶ μακρὸν πορευομένοις μακραὶ καὶ αἱ ἐπιβοήθειαι, τοῖς δ' ἐκ τῆ τείχους βραχὺ πρὸς τὲς ἐγγὺς καὶ προσδραμεῖν ἢ πάλιν ἀπέλθεῖν. Ἦν δὲ μὴ μεῖον ἀπέχοντες παρίωμεν, ἢ [b] ἐφ' ὅσον καὶ νῦν ἐκτεταμένοι πορευόμεθα, τὸ μὲν πλῆθος κατόψονται ἡμῶν, ὑπὸ δὲ τῶν παρυφασμένων ὅπλων πᾶς ὄχλος δεινὸς φαίνεται. Ἦν δ' ἄρα καὶ ἕτως ἰόντων [c] ἐπεξίωσί πη,

enim sic instructas copias adducunt, utì se quàm optimè pugnaturos arbitrantur; at qui sapiunt, sic abducunt, ut quàm tutissimè, non quàm celerrimè abscedant. In prætereundo autem exporrigi plaustra necesse est, et impedimenta quoque cætera multùm laxari: atque hæc omnia armatis prætentis tegi oportet, nec uspiam impedimenta hostibus ab armis nuda conspici. Sic utique procedentibus *copiis*, necesse est aptos pugnæ milites juxta debiles et imbecillos collocari. Si ergo velint ex munitione conferti *hostes* in aliquos *prætereuntes* impetum facere, ubicunque *tandem* manus conserent, multò validiores erunt in conflictu, quàm qui prætereunt. Et iis quidem, longo qui procedunt agmine, etiam subsidia non nisi longo ex intervallo mitti possunt; qui verò munitione *se erumpunt*, brevi spatio ad illos qui prope absunt et excurrere possunt, et rursùs abscedere. Quòd si intervallo non minori interjecto, præteribimus, quàm quanto nunc extensis ordinibus procedimus, multitudinem *illi* nostram conspicient, et omnis multitudo propter arma adtexta formidabilis adparet. Quòd si nobis hoc modo incedentibus aliquo loco erumpent,

a Ἀνειμένοις] Sic ex conspirante Leunclavii Muretique conjecturâ rescripsimus. Vulgò legitur *ἀνειμένοις*· cui verbo non subest huic loco apta vis, imò proximè præcedentibus illis, *ἐκτεταμένοις μὲν ταῖς ἁμάξαις*, atque adeò Cyri menti, adversa penitùs. Ut igitur hæc invicem sibi respondeant, aliud recepi verbum, in quo *laxitatis* inest, apta loco, significatio.

b Ἐφ' ὅσον καὶ, &c.] Sincera hæc est MSto Bodl. et editionis *Eton.* lectio: quam sic libri alii, quos vidi, omnes, interpolatam exhibent——ἢ ἐφ' ὅσον καὶ τόφονται ἡμᾶς, καὶ νῦν ἐκτεταμένοι, πορευόμεθα, τὸ μὲν πλῆθος κατόφονται ἡμῶν, &c. Fatetur quidem Stephanus, verba hæc, *καὶ τόφονται ἡμᾶς*, in codicibus, quibus usus est, veteribus non extare; hisque adeò se potiùs quàm vulgatis editionibus adsentiri. *Camerarius* etiam, auctore Stephano, et *Gabrielius*, illa verba in loco interpretando omiserunt. Quocirca credi par est, exemplaria, quibus isti usi sunt interpretes, ea non agnovisse.

c Ἐπεξίωσί πη] Sic MS. Bodl. *Etonensisque editio:* cùm in cæteris ferè om-

ἐκ πολλῶ προορῶντες αὐτὸς οὐκ ἂν ἀπαράσκευοι λαμβανοίμεθα. Μᾶλλον δ', ἔφη, ὦ ἄνδρες, οἶδ' ἐπιχειρήσουσιν ὁπόταν πρόσω δέῃ ἀπὸ τῶ τείχους ἀπιέναι, ἢν μὴ τῷ ὅλῳ ὑπολάβωσι τῶ παντὸς κρείττους εἶναι· φοβερὸν γὰρ ἡ ἀποχώρησις. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπεν, ἔδοξέ τε ὀρθῶς τοῖς παροῦσι λέγειν, καὶ ὁ Γωβρύας ὥσπερ ἐκέλευσεν ἡγεῖτο. Παραμειβομένω δὲ τὴν πόλιν τῶ σταλεύμαλος, ἀεὶ τὸ ὑπολειπόμενον ἰσχυρότερον ποιούμενος ἀπεχώρει.

Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος ἔτως ἐν ταῖς γιγνομέναις ἡμέραις ἀφικνεῖται πρὸς τὰ μεθόρια τῶν [a] Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, ὅθενπερ ὥρμᾶτο, ἐνταῦθα δὴ [b] τρία ὄντα τῶν Ἀσσυρίων φρούρια, ἓν μὲν αὐτῶν τὸ ἀθενέσατον προσβαλὼν βίᾳ ἔλαβε, [c] τὼ δὲ δύο φρουρίω φοβῶν μὲν Κῦρος, [d] πείθων δὲ Γαδάτας ἔπεισε παραδῶναι τὼς φυλάττοντας. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διεπράξατο, πέμπει πρὸς

quia multò eos ante prospicimus, imparati minimè deprehendemur. Quin potiùs, viri, inquit, nè quidem adgredientur, cùm ipsis procul à muro recedendum erit, nisi se cum universis copiis *suis* futuros toto exercitu *nostro* superiores existimaverint: nam receptus res est plena formidinis. Hæc cùm dixisset, visus est iis qui aderant rectè dicere, et Gobryas, ità utì jusserat, præibat. Cúmque præteriret urbem exercitus, inter abscedendum *Cyrus* postremum semper agmen firmiùs efficiebat.

Postquam autem hoc modo pergens diebus insequentibus ad Assyriorum Medorúmque fines pervenit, unde initium expeditionis fecerat, ubi cùm tria essent Assyriorum castella, unum eorum quod erat infirmissimum vi adortus cepit; *reliqua* duo castella, Cyro metum incutiente, suadente Gadatâ, perfectum est ut custodes dederent. His rebus confectis,

nibus perperam legatur ἐπεξίωσι σιωπῇ· quam lectionem ex errore subortam, illámque adeò, quam damus, germanam existimavit Stephanus.

a Ἀσσυρίων] Ità libri editi, quos vidi, omnes. In MS. Bodl. scribitur tum hîc, tum versu proximè sequenti, Σύρων: eámque lectionem secutus est *Philelphus*. Zonaras quoque, qui Xenophontem solet transcribere, Σύρων bis exhibet. *Annal.* lib. iii, c. 20. Nihilominùs, minimè rejicienda videtur librorum impressorum scriptura.

b Τρία ὄντα τῶν, &c.] Absolutè hoc in loco, ut aliàs sæpè, ponitur accusandi casus: cujus cùm structuræ ignari essent librarii interpretésque quidam N. T. textum sacrum importunis temerârunt additamentis. Celebris ille MS. Alex. verba S. Lucæ, Act. xxvi, 3, sic pessimè repræsentat: Μάλιστα γνώστην ὄντα σε τῶν κατὰ Ἰουδαίους ἐθνῶν τε καὶ ζητημάτων ἐπισάμενος διὸ, &c. Confer. Luc. xxiv, 47. Marc. ix. 28. Act. vii, 21. Ephes. i, 18.

c Τὼ δὲ δύο, &c.] Ità restituimus admonitu tum vetusti exemplaris, quo usus est Gabrielius, tum MSti Bodl qui veram sanè lectionem, scripturæ vitio paululùm deformatam, sic exhibet, τῶ δὲ δύω φρουρία. Stare quidem potest illud δύω: nam Atticæ notæ lectio est. Malo tamen cum Stephano vulgatam sequi scripturam. Priùs legebatur, τῶν δὲ δύο φρουρίων, &c.

d Πείθων δὲ Γαδάτας ἔπεισε] Hanc loquendi formam, quâ verbo participium ejusdem originis additur, *Vorstius et Gatakerus* inter eas recensendam phrases autumârunt, quæ τοῖς ἔξω minùs notæ sunt,

Κυαξάρην, καὶ ἐπέσελλεν ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ τὸ στράτευμα, ὅπως περί τε τῶν φρυρίων ὧν εἰλήφεσαν βουλεύσαιντο ὅ,τι χρήσαιντο, καὶ ὅπως θεασάμενος τὸ στράτευμα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων σύμβουλος γίγνοιτο ὅ,τι ἂν δοκοίη ἐκ τούτου πράττειν· ἢν δὲ κελεύῃ, εἰπὲ, ἔφη, ὅτι ἐγὼ ἂν ὡς ἐκεῖνον ἴοιμι στρατοπεδευσόμενος. Ὁ μὲν δὴ ἄγγελος ᾤχετο ταῦτ' ἀπαγγέλλων·

Ὁ δὲ Κῦρος ἐκέλευσεν ἐν τούτῳ τὸν Γαδάταν τὴν τοῦ Ἀσσυρίου σκηνὴν, [a] ἣν Κυαξάρει οἱ Μῆδοι ἐξεῖλον, ταύτην καλλασκευάσαι ὡς κάλλιστα τῇ τε ἄλλῃ κατασκευῇ, ἣν εἶχε, καὶ τῷ γυναῖκε εἰσαγαγεῖν εἰς τὸν γυναικῶνα τῆς σκηνῆς, καὶ σὺν αὐταῖς τὰς μουσοργοὺς αἵπερ ἐξῃρημέναι ἦσαν Κυαξάρει. Οἱ μὲν δὴ ταῦτ' ἔπραττον. Ὁ δὲ πεμφθεὶς πρὸς τὸν Κυαξάρην, ἐπεὶ ἔλεξε τὰ ἐντεταλμένα, ἀκούσας ὁ Κυαξάρης αὐτοῦ, ἔγνω βέλτιον εἶναι τὸ στράτευμα μένειν ἐν τοῖς μεθορίοις. Καὶ γὰρ οἱ Πέρσαι, οὓς μετεπέμψατο ὁ Κῦρος, ἦκον· ἦσαν δὲ μυριάδες τέτταρες τοξοτῶν καὶ πελτασῶν. Ὁρῶν δὲ ταῦτα πολλὰ σινομένους τὴν Μηδικὴν, τούτων οὔ ἐδόκει ἥδιον [b] ἀπαλλαγῆναι μᾶλλον ἢ ἄλλον ὄχλον εἰσδέξασθαι.

ad Cyaxarem mittit, atque utì ad exercitum veniret per epistolam petiit, quò et de castellis captis quid esset agendum deliberarent, et quò exercitum *ipse* contemplatus, de cæteris etiam rebus consilium daret quid deinceps agendum arbitraretur: quòd si jusserit, ait, dicito me ad ipsum venturum et *istic* castra locaturum. Atque nuntius, hæc qui exponeret, abibat:

Cyrus interea Gadatæ mandat ut tabernaculum Assyrii, quod Cyaxari Medi selegerant, cum adparatu reliquo, quem habebat, instrueret elegantissimè; tum utramque mulierem in conclave tabernaculi muliebre deduceret, et cum his *etiam alteras illas* musicæ peritas, quæ Cyaxari selectæ fuerant. Atque hæc illi quidem exsequebantur. Qui verò missus erat ad Cyaxarem, cùm mandata exposuisset, his Cyaxari auditis visum est potiùs, ut *istic* in finibus maneret exercitus. Nam et Persæ, quos Cyrus arcessiverat, aderant: qui *quidem* erant numero quadragies mille sagittarii et peltastæ. Quamobrem cùm videret hos etiam magnum Medorum agro detrimentum adferre, libentiùs his quoque liberari velle videbatur, quàm ut aliam turbam *in agrum suum* admitteret.

quasque adeò scriptores sacri ab Hebræo fronte hauserunt. Utut hæc se res habeat, ex hoc certè loco abundè liquet, phrasin esse ejusmodi, quam nè Attica quidem respueret elegantia. Vide Heb. vi, 14. Act. vii, 34. Matt. xiii, 14. Marc. iv, 12.

a Ἣν Κυάξαρει, &c.] Vide lib. iv, p. 233.

b Ἀπαλλαγῆναι μᾶλλον] Vox ultima in MSto Bodl. non comparet: quod mihi sanè nonnihil suspicionis de librarii movet imperitiâ. Ex variis autem, quæ passim obvia sunt, exemplis constat,

Ὁ μὲν δὴ ἐκ Περσῶν ἄγων τὸν στρατὸν, ἐρόμενος τὸν Κυαξάρην, κατὰ τὴν Κύρου [a] ἐπιστολὴν, εἴ τι δέοιτο τοῦ στρατεύματος, ἐπεὶ οὐκ ἔφη δεῖσθαι, αὐθημερὸν, ἐπεὶ ἤκουσε παρόντα Κῦρον, ᾤχετο πρὸς αὐτὸν ἄγων τὸ στράτευμα.

Ὁ δὲ Κυαξάρης τῇ ὑστεραίᾳ ἐπορεύετο σὺν τοῖς παραμείνασι Μήδων ἱππεῦσιν· ὡς δ' ἤσθετο ὁ Κῦρος προσιόντα αὐτὸν, λαβὼν τοὺς Πέρσας ἱππέας, πολλοὺς ἤδη ὄντας, καὶ τοὺς Μήδους πάντας καὶ τοὺς Ἀρμενίους καὶ τοὺς Ὑρκανίους, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων τοὺς εὐιππολάτους τε καὶ εὐοπλοτάτους, ἀπήντα· καὶ ἐπιδείκνυσι τῷ Κυαξάρει τὴν δύναμιν. Ὁ δὲ Κυαξάρης, ἐπεὶ εἶδε σὺν μὲν τῷ Κύρῳ πολλούς τε καὶ καλοὺς κἀγαθοὺς συνεπομένους, σὺν ἑαυτῷ δὲ ὀλίγην τε καὶ ὀλίγου ἀξίαν θεραπείαν, ἄτιμόν τι ἔδοξεν αὐτῷ εἶναι, καὶ ἄχος αὐτὸν ἔλαβεν. Ἐπεὶ δὲ καταβὰς ὁ Κῦρος ἀπὸ τοῦ ἵππου προσῆλθεν [b] ὡς φιλήσων αὐτὸν καθὰ νόμον, ὁ Κυαξάρης καθέβη μὲν ἀπὸ τοῦ ἵππου, ἀπεστράφη δέ· καὶ ἐφίλησε μὲν οὔ, δακρύων δὲ φανερὸς ἦν. Ἐκ

Et cùm quidem is, qui è Persiâ copias *hasce* ducebat, Cyaxarem interrogaret, quemadmodùm Cyrus præceperat, an *hoc* ipsi opus esset exercitu, atque is sibi opus esse negaret, eodem die Cyrum ubi prope abesse audierat, ad eum exercitum *secum* ducens abibat.

Cyaxares postridiè cum iis, qui secum manserant, equitibus Medis, iter est ingressus: cúmque eum Cyrus advenire sensit, sumptis *secum* et Persicis equitibus, qui jam multi erant, et Medis omnibus, et Armeniis et Hyrcaniis, et reliquorum sociorum equis et armis instructissimis, obviam prodiit: atque *adeò* Cyaxari copias spectandas exhibuit. Cyaxares autem, ubi multos et egregios fortésque *viros* in Cyri comitatu conspexit, secum verò et exiguam et parvi ducendam famulorum manum; *id* sibi dedecori esse putavit, *adeòque* dolor eum invasit. Cúmque Cyrus ex equo descendisset, ac de more osculaturus ipsum accederet, Cyaxares descendit quidem ex equo, sed sese avertit; nec *eum* osculatus est, sed lacrimas palam profudit. Tum

optimos quosque Græciæ scriptores τὸ μᾶλλον comparativis addidisse vocibus. Eadem occurrit loquendi ratio, Phil. i, 23. Hujus autem farinæ exempla suppeditabit Budæus; imò et grammatici.

a Ἐπιστολὴν] Ità MS. Bodl. et edit. *Steph. Eton. Ald. Flor.* aliæque: ut mirari subeat cur Leunclavius aliúsque Xenophontis editor, cui vel errantem utique ducem religio fuit deserere, contra optimorum codicum fidem, ἐντολὴν reponerent. Mihi suspicio sanè insidet, hos editores haud satìs intellexisse, mandata quoque ἐπιστολὰς apud veteres appellari. *Æschyl.*

Ἥφαιστ', σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς,
Ἃς σοι πατὴρ ἐφῆκε,—*Prom. Vinc.* v. 3.
Schol. Ἐπιστολὰς] Ἐντολάς. Eodem prorsùs modo *Schol.* in Sophoc. *Oed. Col.* p. 323, *edit.* H. Steph. vocem illam exponit. *Hesych.* Ἐπιστολαὶ, ἐντολαὶ, ἐπιταγαί. *Thomas Magister*: Ἐπιστεῖλαι, οὐ μόνον τὸ διὰ γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοπροσώπως κελεῦσαι καὶ ἐπιστολὴ ὡσαύτως.

b Ὡς φιλήσων, &c. Vide quæ notavimus, lib. i, p. 42.

τότε δὲ ὁ Κῦρος τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας ἀποστάντας ἐκέλευσεν ἀναπαύσασθαι· αὐτὸς δὲ λαβόμενος τῆς δεξιᾶς τοῦ Κυαξάρους, καὶ ἀπαγαγὼν αὐτὸν τῆς ὁδοῦ ἔξω ὑπὸ φοινικάς τινας, [a] τῶν τε Μηδικῶν στρωμάτων ὑποβάλλειν ἐκέλευσεν αὐτῷ, ἢ καθίσας αὐτὸν ἢ παρακαθισάμενος ἤρετο ὧδε·

Εἰπέ μοι, ἔφη, πρὸς τῶν θεῶν, ὦ θεῖε, τί μοι ὀργίζῃ; καὶ τί χαλεπὸν ὁρῶν οὕτω χαλεπῶς φέρεις; Ἐνταῦθα δὴ ὁ Κυαξάρης ἀπεκρίνατο τοιάδε, Ὅτι, ἔφη, ὦ Κῦρε, δοκῶν γε δή, ἐφ' ὅσον ἀνθρώπων μνήμη ἐφικνεῖται, ἢ τῶν πάλαι προγόνων καὶ πατρὸς βασιλέως πεφυκέναι, καὶ αὐτὸς βασιλεὺς νομιζόμενος εἶναι, ἐμαυτὸν μὲν ὁρῶ οὕτω ταπεινῶς καὶ ἀναξίως ἐλαύνοντα, σὲ δὲ τῇ ἐμῇ θεραπείᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει [b] μέγαν τε καὶ μεγαλοπρεπῆ παρόντα· Καὶ ταῦτα χαλεπὸν μὲν οἶμαι καὶ ὑπὸ πολεμίων παθεῖν, πολὺ δέ, ὦ Ζεῦ, χαλεπώτερον ὑφ' ὧν ἥκιστα ἐχρῆν ταῦτα πεπονθέναι. Ἐγὼ μὲν γὰρ δοκῶ δεκάκις ἂν καλὰ τῆς γῆς ἥδιον δῦναι,

verò Cyrus alios quidem omnes secedere jussit et quiescere: ipse dextrâ Cyaxaris prehensâ, de viâ sub palmas quasdam eum abduxit, et stragula *quædam* ei Medica substerni jussit, *in quæ* cùm eum collocâsset et adsedisset *ipse*, sic interrogavit:

Dic mihi, per deos *immortales*, inquit, avuncule, quamobrem mihi irasceris? et quid rei molestæ vides, quod usque adeò fers graviter? Hîc Cyaxares hujusmodi quædam respondit, Quia cùm, Cyre, existimer inde usque ab omni hominum memoriâ tum majoribus *jam* olim *regibus* tum patre rege procreatus esse, atque *etiam* ipse rex habear, me quidem adeò vilem indignúmque in modum advehi conspicio, te verò meis cum famulis cæterísque copiis magnum et magnificum adesse. Atque hæc, meâ sententiâ, vel ab hostibus pati grave est; sed multò, prò Jupiter, graviùs ab illis, à quibus hæc *quenquam* perpessum esse minimè decebat. Equidem arbitror esse satius decies sub terram condi,

a Τῶν τε Μηδικῶν, &c.] MS. Bodl. τόν τε Μηδικὸν στίλεν, imperitè. Græcis enim familiare est, quando *aliquid* ex universo rei alicujus genere sumptum aut captum dicere volunt, jungere tunc genitivum isto sensu, per ellipsin voculæ τι, verbis activis. *Ælian.* H. V. l. ix, c. 5,—ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων, pro τι ἐκ τῶν, &c. Noster lib. ii, p. 98, καὶ τοῖσδε τοῖς φίλοις τότε τῶ ὀλίγα ἀξία γάλατος ἐπιδαψιλεύσῃ· pro τι ἐκ τούτου, &c. Similiter *Aristophanes*:

—— δὸς τῷ φαλακρῷ
Τῶν τραγαλίσκων,—— Eiq. v. 771, et seq.

b Μέγαν τε] Vorstius *Comment. de Hebraïs.* N. T. c. 25. Hebraïsmorum numero adscribendum putat cum vocis μίγας usum, quo *non staturam et quantitatem, sed conditionem hominum*, Heb. viii, 11, designat. At hæc ultima vocis istius significatio Græcis perquam familiaris est. Libet Xenophontéo huic exemplo alterum ex Aristophane prolatum adjicere:

Ἔστιν γὰρ ἡμῖν δισπότης ἐκεινοσὶ,
Ἄνω καθεύδων, ὁ μίγας ὁ ὑπὲρ τῦ τίγυς.

Ubi *Schol.* Ὁ μίγας] Οὐ τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ τῇ ἐξουσίᾳ, καὶ τῇ σεμνότητι. Σφιγξ. v. 67. et seq.

ἢ ὀφθῆναι οὕτω ταπεινὸς, καὶ ἰδεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐμοῦ ἀμελήσαντας καὶ ἐπεγγελῶντας ἐμοί. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοῦτ', ἔφη, ὅτι σὺ μοῦ μόνον μείζων εἶ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐμοὶ δοῦλοι ἰσχυρότεροι ἐμοῦ ὑπανιάζουσί μοι, καὶ παρεσκευασμένοι εἰσὶν ὥστε δύνασθαι ποιῆσαι μᾶλλον ἐμὲ κακῶς ἢ παθεῖν ὑπ' ἐμοῦ. Καὶ ἅμα ταῦτα λέγων, πολὺ ἔτι μᾶλλον ἐκαίετο ὑπὸ τῶν δακρύων· ὥστε καὶ τὸν Κῦρον ἐπεσπάσατο ἐμπλησθῆναι δακρύων τὰ ὄμματα. Ἐπισχὼν δὲ μικρὸν ἔλεξε τοιάδε ὁ Κῦρος·

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἔφη, ὦ Κυαξάρη, οὔτε λέγεις ἀληθῶς, οὔτε ὀρθῶς γιγνώσκεις, εἰ οἴει τῇ ἐμῇ παρουσίᾳ Μήδους κατεσκευάσθαι ὥστε ἱκανοὺς εἶναί σε κακῶς ποιεῖν. Τὸ μέντοι σὲ θυμοῦσθαι καὶ φοβεῖσθαι οὐ θαυμάζω· εἰ μέντοι γε δικαίως ἢ ἀδίκως αὐτοῖς χαλεπαίνεις, παρήσω τοῦτο· (οἶδα γὰρ ὅτι βαρέως ἂν φέροις ἀκούων ἐμοῦ ἀπολογουμένου ὑπὲρ αὐτῶν) τὸ μέντοι ἄνδρα ἄρχοντα πᾶσιν ἅμα χαλεπαίνειν τοῖς ἀρχομένοις, τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ μέγα ἁμάρτημα εἶναι. Ἀνάγκη γὰρ, διὰ τὸ πολλοὺς μὲν φοβεῖν, πολλοὺς ἐχθροὺς ποιεῖσθαι· διὰ δὲ τὸ ἅμα πᾶσι χαλεπαίνειν, πᾶσιν αὐτοῖς ὁμόνοιαν ἐμβάλλειν. Ὧν ἕνεκα, εὖ ἴσθι, ἐγὼ οὐκ ἀπέπεμπον ἄνευ ἐμαυτοῦ τούτους, φοβούμενος μή τι γένοιτο διὰ τὴν σὴν ὀργὴν ὅ,τι πάντας ἡμᾶς λυπήσει. Ταῦτα μὲν οὖν σὺν τοῖς θεοῖς ἐμοῦ

quàm adeò vilem me conspici, meósque mei negligentes, me irridentes cernere. Neque enim hoc, ait, ignoro, non te solum me majorem esse, sed mihi etiam servos meos, me potentiores, occurrere, atque ità paratos esse, ut faciliùs me lædere possint quàm à me lædi. Atque hæc dum proferret, multò etiam magìs eum superabant lacrimæ : adeò ut Cyrum etiam *eò* pertraheret, ut oculi ejus lacrimis implerentur. Cùm autem paulùm se cohibuisset, ità Cyrus loquutus est :

Hæc verò Cyaxares, nec verè dicis nec rectè judicas, si Medos arbitraris, ipse quòd hic adsim, sic instructos esse, ut ad te lædendum satìs virium habeant. Te sanè et irasci et in metu esse non miror : utrùm verò jure an injuriâ eis succenseas, id *equidem* omittam : (quippe novi te graviter laturum, si me pro eis causam dicere audias) sed enim virum, qui cum imperio sit, subjectis sibi pariter omnibus succensere, magnum equidem errorem arbitror. Est enim necesse, multos inimicos fieri, cùm quis terrorem multis incutit ; *necesse* etiam, ut concordiam eis omnibus injiciat, cùm quis omnibus succenset. His de causis, me certò scias *velim* hos *ad te* sine me non remisisse, quòd metuerem nè quid ob iracundiam tuam accideret, quod nobis universis dolorem adferret. Itaque deûm ope nullum hæc tibi me

παρόντος ἀσφαλῶς ἔξει σοι· τὸ μέντοι σὲ νομίζειν ὑπ' ἐμοῦ ἀδικεῖσθαι, τοῦτ' ἐγὼ χαλεπῶς πάνυ φέρω, εἰ ἀσκῶν ὅσον δύναμαι τοὺς φίλους ὡς πλεῖστα ἀγαθὰ ποιεῖν, ἔπειτα τἀναντία τούτου δοκῶ ἐργάζεσθαι. Ἀλλὰ γάρ, ἔφη, μὴ ὅτως εἰκῇ ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτιώμεθα· ἀλλ', εἰ δυνατόν, σαφέστατα κατίδωμεν ὁποῖόν ἐστι τὸ παρ' ἐμοῦ ἀδίκημα. Καὶ τὴν ἐν φίλοις δικαιοτάτην [a] ὑπόθεσιν ἐγὼ ὑποτίθεμαι· ἢν γάρ τι ἐγὼ φανῶ κακὸν πεποιηκὼς, ὁμολογῶ ἀδικεῖν· ἢν μέντοι [b] μηδὲν φαίνωμαι κακὸν πεποιηκῶς, μηδὲ βεβλημένος, ἃ καὶ σὺ αὖ ὁμολογήσεις μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ ἀδικεῖσθαι; Ἀλλ' ἀνάγκη, ἔφη. Ἦν δὲ δὴ καὶ ἀγαθὸν πεπραχώς σοι δῆλος ὤν, καὶ προθυμούμενος πρᾶξαι ὁπόσα πλεῖστα ἠδυνάμην, ἆρ' ἂν ἐπαινοῖ σοι ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἢ μέμψεως; Δίκαιον γοῦν, ἔφη. Ἄγε τοίνυν, ἔφη ὁ Κῦρος, σκοπῶμεν τὰ ἐμοὶ πεπραγμένα πάντα καθ' ἓν ἕκαστον· ὅτω γὰρ δὴ μάλιστα δῆλον ἔσται ὅ,τι τε αὐτῶν ἀγαθόν ἐστι, καὶ ὅ, τι κακόν. Ἀρξώμεθα δὲ, ἔφη, ἐκ τῆσδε τῆς ἀρχῆς, εἰ καὶ σοὶ δοκεῖ ἀρκούντως ἔχειν. Σὺ γὰρ δήπου ἐπεὶ ἦσθου πολλοὺς πολεμίους ἠθροισμένους, καὶ τούτους ἐπί σε καὶ τὴν σὴν

præsente periculum creabunt: quòd existimas injuriâ te adfectum à me esse, id graviter admodùm fero, si dum pro virili laboro ut in amicos plurima beneficia conferam, contrarium facere videar. Verùm enimverò, inquit, nè nosmet ipsos adeò temerè criminemur; sed, si fieri potest, planissimè videamus qualis illa sit à me *illata* injuria. Atque ego *quidem* æquissimam inter amicos conditionem propono: nam si me constat mali quidquam fecisse, injustum me fatebor; sin me nihil admisisse maleficii manifestum sit, ac nè cogitâsse quidem, annon et ipse vicissim fatebere, nullâ te adfectum à me injuriâ? Id verò necesse fuerit, ait. Quòd si autem manifestum sit etiam boni me auctorem extitisse tibi, studioséque in id incubuisse, ut quàm plurima beneficia possem, in te conferrem; annon potiùs laude tibi dignus habear, quàm reprehensione? Æquum scilicet, ait. Age igitur, inquit Cyrus, consideremus singillatim omnia quæ à me gesta sunt; sic enim maximè perspicuum erit, quid in iis boni sit, quid mali. Ordiamur autem ab hoc, ait, principio, si et tibi sufficere videtur. Tu nimirum cùm animadverteres multos coïvisse hostes, et quidem adversùs te tuámque regionem

a Ὑπόθεσιν ἐγὼ, &c.] MS. Bodl. dat ὑπόθεσιν ἔχω ὑποτιθέναι· ἐὰν γάρ τί σε φανῶ, &c. Eandem lectionem ex vetere quodam libro adfert Stephanus: malui tamen vulgatam retinere, quam editi libri præstant omnes. Nec addendum videtur, sed potiùs subaudiendum, pronomen σὲ, inter τί et φανῶ.

b Μηδὲν φαίνωμαι] In editione Leunclavianâ legitur μηδὲ φαίνομαι, &c. in MS. Bodl. μηδὲ ὡς φαίνωμαι, &c. At lectionem receptam cæteri libri omnes defendunt.

χώραν ὥρμημένους, εὐθὺς [a] ἔπεμπες πρός τε τὸ Περσῶν κοινὸν, συμμάχους αἰτούμενος, καὶ πρὸς ἐμὲ ἰδίᾳ, δεόμενος πειρᾶσθαι αὐτόν με ἐλθεῖν ἡγούμενον, εἴ τινες Περσῶν ἴοιεν. Οὐκοῦν ἐγὼ ἐπείσθην τε ταῦτα ὑπὸ σοῦ, καὶ παρεγενόμην, ἄνδρας ἄγων σοι ὡς ἐδυνάμην πλείστους τε καὶ ἀρίστους; Ἦλθες γὰρ ἄν, ἔφη. Ἐν τούτῳ τοίνυν μοι πρῶτον εἰπὲ, ἔφη, πότερον ἀδικίαν ἐμοῦ πρός σε κατέγνως, ἢ μᾶλλον εὐεργεσίαν; Δῆλον, ἔφη ὁ Κυαξάρης, ὅτι ἔκ γε τούτων εὐεργεσίαν. Τί γὰρ; ἔφη, ἐπειδὴ οἱ πολέμιοι ἦλθον, καὶ διαγωνίζεσθαι ἔδει πρὸς αὐτούς, ἐν τούτῳ κατενόησάς με ἢ πόνου τινὸς ἀποσάντα, ἢ κινδύνου φεισάμενον; Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, ὅ μὲν δή. Τί γὰρ; ἐπεὶ νίκης γενομένης σὺν τοῖς θεοῖς ἡμετέρας, ἠνάχωρησάντων τῶν [b] πολεμίων, παρεκάλουν σε ἐγὼ ὅπως κοινῇ μὲν αὐτοὺς διώκοιμεν, κοινῇ δὲ τιμωροίμεθα, κοινῇ δὲ, [c] εἴ τι καλὸν κἀγαθὸν συμβαίνοι, τοῦτο καρποίμεθα· ἐν τούτοις ἔχεις τινὰ πλεονεξίαν ἐμοῦ κατηγορῆσαι; Ὁ μὲν δὴ Κυαξάρης πρὸς ταῦτα ἐσίγα· ὁ δὲ Κῦρος πάλιν ἔλεγεν ὧδε, Ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς τοῦτο σιωπᾷν ἥδιόν σοι ἢ ἀποκρίνασθαι, τόδε γε, ἔφη, εἰπὲ,

domo progressos esse, illicò tum ad Persas publicè misisti copias auxiliares petitum, tum ad me privatim, rogans ut operam darem quò venirem ipse, copiarúmque Persicarum, si quæ *ad te* irent, ductor essem. Annon in his abs te persuasus sum, adfuíque viros ducens numero quàm potui maximo, eosdémque præstantissimos? Venisti verò, inquit. Ergò, ait, mihi primùm dicito, utrùm in hoc injuriam adversùm te meam deprehenderis, an potiùs beneficium? Manifestum est, inquit Cyaxares, ex his beneficium *me tuum cognovisse*. Quid verò? inquit, ubi venerunt hostes, et dimicandum adversùs eos erat, an tum animadvertisti me vel laborem ullum detrectâsse, vel pepercisse periculo? Non profectò, ait, non equidem. Quid? ubi deûm ope victoria penes nos stetit, hostésque *jam* cederent, atque ego te rogarem ut communibus eos copiis insequeremur, communi operâ ulcisceremur, communem denique, siquid benè felicitérque eveniret, ex eo fructum caperemus: in his an me accusare possis, quasi proprii emolumenti plus æquo cupidum? Ad hæc quidem Cyaxares subticuit: Cyrus autem rursùm ità loquutus est, Quando tibi ad hoc tacere potiùs libet, quàm respondere, id mihi dicito,

a Ἔπεμπες πρός τε, &c.] Vide supra lib. i, p. 46.

b Πολεμίων, παρεκάλουν] Editiones *Ald.* et *Florent.* exhibent οὐ ante παρεκάλουν, et notam interrogationis post καρποίμεθα. Perperam; nisi quis illud ἐπεὶ delendum censuerit. Sed nobis omninò visum est lectionem, quæ consensù auctoritatéque MSti Bodl. et edit. *Steph. Leunc. Eton.* nititur, exprimendam curare.

c Εἴ τι καλὸν κἀγαθὸν, &c.] In plerisque libris hactenùs editis legitur εἴ τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, &c. Nos libenter MS. Bodl. et Stephanum secuti sumus.

εἴτι ἀδικεῖσθαι ἐνόμισας ὅτι, ἐπεί σοι ἐδόκει οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι τὸ διώκειν, σὲ μὲν [a] αὐτὸν οὐκ ἀφῆκα τούτου τοῦ κινδύνου μετέχειν, ἱππέας δὲ τῶν σῶν πέμψαι ἐδεόμην σοῦ; εἰ γὰρ μὴ τοῦτο αἰτῶν ἠδίκουν, ἄλλως τε καὶ προπαρεσκηκὼς ἐμαυτόν σοι σύμμαχον, τοῦτ' αὖ παρὰ σοῦ, ἔφη, ἐπιδεικνύσθω. Ἐπεὶ δ' αὖ καὶ πρὸς ταῦτα ἐσίγα ὁ Κυαξάρης, Ἀλλ' εἰ μηδὲ τοῦτ', ἔφη, βούλει ἀποκρίνασθαι, σὺ τοῦτο τοίνυν λέγε, εἴτι αὖ ἠδίκουν ὅτι σοῦ ἀποκρινομένου ἐμοί, ὡς οὐκ ἂν βούλοιο, εὐθυμουμένους ὁρῶν [b] Μήδους τούτους παύσας αὐτοὺς ἀναγκάζειν κινδυνεύσοντας ἰέναι, εἴτι αὖ σοι δοκῶ τοῦτο χαλεπὸν ποιῆσαι, ὅτι ἀμελήσας τοῦ ὀργίζεσθαί σοι, ἐπὶ τούτοις πάλιν ἦτουν σὲ [c] ὃ ἥδειν ἥτε σοὶ μεῖον ὂν δοῦναί μοι ἡδὲν, ἥτε ῥᾷον Μήδοις ἐπιταχθῆναι ἑδέν· τὸν γὰρ βουλόμενον δήπου ἕπεσθαι ἤτησά σε δοῦναί μοι. Οὐκοῦν τούτου τυχὼν παρὰ σοῦ, ἡδὲν ἦνυον εἰ μὴ τούτους πείσαιμι. Ἐλθὼν οὖν ἔπειθον αὐτούς, καὶ οὓς ἔπεισα, τούτους λαβὼν ἐπορευόμην, σοῦ ἐπιτρέψαντος. Εἰ δὲ τοῦτό γε αἰτίας ἄξιον

adfectúmne te sis arbitratus injuriâ quòd, cùm tibi tutum non esse videretur persequi, te quidem ipsum periculi hujus participem fieri non sum passus, sed ut equites mihi quosdam de tuis mitteres, rogavi? num enim id abs te petens injustè fecerim, præsertim qui jam ante me tibi socium belli præbuissem, hoc abs te, inquit, demonstretur. Ad hæc itidem cùm taceret Cyaxares, At si nè ad hoc quidem, inquit, respondere vis, illud deinceps dicito, an injurius fuerim quòd, cùm tu mihi responderes nolle te, qui Medos hilaritati operam dare videres ab hâc revocatos cogere *tunc* ad profectionem cum periculo conjunctam; an, *inquam*, videar molestum aliquid tibi fecisse, quod irasci tibi noluerim, sed post hæc rursùm abs te id petiverim, quo sciebam nihil à te mihi dari posse levius, nihil Medis imperari facilius: rogabam enim ut eos mihi dares, qui sequi vellent. Atqui hoc cùm abs te impetrâssem, perfeci nihil, extra quàm his *ut me sequerentur* persuadendo. Itaque eos accessi, persuasi, iísque quibus persuaseram adsumptis abii, tuo permissu. Quòd si hoc meritò culpandum

a Αὐτὸν οὐκ ἀφῆκα] In vetustis quibusdam exemplaribus vocula illa negativa, teste Stephano, non invenitur: in iisdem etiam, eodem teste, infinitivum μετέχειν non exstat. Cum istis autem exemplaribus nostrum etiam Bodl. conspirat. Hujus tamen in orâ lectio exstat ea, quam secuti sumus, quámque libri tuentur omnes. Utraque sanè lectio eundem sensum efficit. Nostra ad verbum sonat, *Teipsum hujus periculi partem subire non permisi.* Altera autem (in quâ οὐκ et μετέχειν omittuntur) significat, *Teipsum hoc discrimine liberavi*, quod videlicet adeundum tibi alioqui fuisset.

b Μήδους τούτους, &c.] Ità restituimus ex conspirantibus Stephani Leunclavíique conjecturis. Priùs Μήδους τούτους legebatur. Pro eo autem quod hîc παύσας dicit, anteà ἐξανασήσας dixerat, lib. iv, p. 190,—βουλόμενον ἂν ἄγωγε νῦν ὁρῶν Μήδους εὐθυμουμένους, ἐξανασήσας ἀναγκάζειν κινδυνεύσοντας ἰέναι.

c Ὃ οὐ ἥδειν, &c.] Ità editiones *Steph.* et *Eton.* In aliis legitur τὸ ὃ ἥδειν, &c. Sed pro ὃ reponendum οὗ, comparativa μεῖον et ῥᾷον apertè monent. Stephanus etiam nostram hanc lectionem veter. exemplar. auctoritate confirmatam esse tradit.

νομίζεις, ἀδ' ὅ,τι ἂν δίδως, ὡς ἔοικε, δέχεσθαι παρὰ σὲ ἀναίτιόν ἐσιν. Οὐκῶν ἐξωρμήσαμεν ὅτως. Ἐπεὶ δ' ἐξήλθομεν, τί ἡμῖν πεπραγμένον ἀ φανερόν ἐσιν; ἀ τὸ σραλόπεδον ἡλώκει τῶν πολεμίων; ἀ τεθνᾶσι πολλοὶ τῶν ἐπὶ σὲ ἐλθόντων; Ἀλλὰ μὴν τῶν γε ζώντων [a] ἐχθρῶν ἀ πολλοὶ μεν ὅπλων ἐσέρηνται, πολλοὶ δὲ ἵππων; Χρήματα γεμὴν τὰ τῶν φερόντων [b] καὶ ἀγόντων τὰ σὰ πρότερον νῦν ὁρᾷς τὰς σὰς φίλας καὶ ἔχοντας καὶ ἄγοντας, τὰ μὲν σοὶ, τὰ δ' αὐτοῖς ὑπὸ τὴν σὴν ἀρχήν. Τὸ δὲ πάντων μέγισον ἢ κάλλισον, τὴν μὲν σὴν χώραν αὐξανομένην ὁρᾷς, τὴν δὲ τῶν πολεμίων, μειωμένην· καὶ τὰ μὲν τῶν πολεμίων φρούρια ἐχόμενα, τὰ δὲ σὰ, τὰ πρότερον εἰς τὴν Σύρων ἐπικράτειαν συγκατασπασθέντα, νῦν τἀναντία σοι προσκεχωρηκότα· τούτων δὲ εἴτι κακόν σοι ἢ εἴτι ἀγαθὸν, μαθεῖν μὲν ἔγωγε βούλεσθαι ἂν οἶδ' ὅπως ἂν εἴποιμι· ἀκοῦσαι μέντοι, ἔφη, ἀδὲν κωλύει. Ἀλλὰ λέγε ὅ,τι γιγνώσκεις περὶ αὐτῶν. Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ὅτως εἰπὼν ἐπαύσατο· ὁ δὲ Κυαξάρης ἔλεξε πρὸς ταῦτα τάδε,

existimas, nè quidem culpâ vacat, utì videtur, aliquid abs te accipere, quod dederis. Sic igitur profecti sumus. At postquam discessimus, quid gestum à nobis est, quod *omnibus* notum non sit? annon hostium castra capta sunt? annon plures eorum interfecti sunt, qui contra te venerant? Quin et ex vivis hostibus annon multi spoliati sunt armis, equis multi? Fortunas verò eorum qui antehac ferebant et agebant res tuas, jam vides amicos tuos tenere *et secum* adferre partim tibi, partim sibi qui tuo *tamen* imperio subjecti sunt. Quod verò omnium maximum est et præclarissimum, vides ditionem tuam ampliorem fieri, hostium imminui: *vides* hostium castella teneri, ac tua, quæ avulsa Syrì anteà suam in potestatem redegerant, nunc è contrario tibi cessisse: an horum aliquid perniciosum tibi, an aliquid bonum sit, cognoscere *me* velle, equidem haud scio quomodo dixerim; quo minùs tamen audiam, nihil impedit. Quare dic, quæ tua de his sententia sit. Et hæc quidem cùm dixisset Cyrus, finem fecit: Cyaxares verò hæc ad ista respondit,

a Ἐχθρῶν ἀ πολλοὶ] Particula illa negativa hîc quoque, sicut in loco suprà paulò adnotato, in MS. Bodl. et plerisque ex vetustis exemplaribus, quibus Stephanus usus est, non invenitur. Nec verò ejus omissio sensum quidquam immutat. Palam enim est id significare *nonne*, et responsionem affirmativam postulare. Ideóque, utì rectè observat Stephanus, eâ additâ non minùs affirmativè hæc dicentur, quàm eâ prætermissâ.

b Καὶ ἀγόντων] Edit. *Ald. Flor. Leunclav.* aliæque dant ἀγαγόντων. Cujus scripturæ vitium ante nos subodoratus est Stephanus; quíque adeò ἀγόντων, quod cum φερόντων congruit, ex vet. exempl. reposuit. Quam emendationem constabiliunt etiam MS. Bodl. et editio *Eton.*

Ἀλλ', ὦ Κῦρε, ὡς μὲν ταῦτα ἃ σὺ πεποίηκας κακά ἐστιν, οὐκ οἶδα ὅπως χρὴ λέγειν· εὖγε μέντοι, ἔφη, ἴσθι, ὅτι ταῦτα τὰ ἀγαθὰ τοιαῦτά ἐστιν οἷα ὅσῳ πλείω φαίνεται, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμὲ βαρύνει. Τήν τε γὰρ χώραν, ἔφη, ἐγὼ ἂν τὴν σὴν ἐβουλόμην τῇ ἐμῇ δυνάμει μείζω ποιεῖν, μᾶλλον ἢ τὴν ἐμὴν ὑπὸ σοῦ ὁρᾶν ἔτως αὐξανομένην· σοὶ μὲν γὰρ ταῦτα ποιοῦντι καλὰ, ἐμοὶ δέ γε ἐσί πη ταῦτα ἀτιμίαν φέροντα. [a] Καὶ χρήματά γε, ἔφη, ἐγὼ ἄν μοι δοκῶ ἥδιον σοὶ δωρεῖσθαι, ἢ παρὰ σοῦ λαμβάνειν, ὧν σὺ νῦν ἐμοὶ δίδως· τούτοις γὰρ πλουτιζόμενος ὑπὸ σοῦ καὶ μάλα αἰσθάνομαι οἷς πενέστερος γίγνομαι. Καὶ τοὺς γε ἐμοὺς ὑπηκόους ἰδὼν μικρά γε ἀδικουμένους ὑπὸ σοῦ, ἧττον ἂν δοκῶ λυπεῖσθαι, ἢ νῦν ὁρῶν ὅτι μεγάλα ἀγαθὰ πεπόνθασιν ὑπὸ σοῦ. Εἰ δέ σοι ταῦτα, ἔφη, δοκῶ ἀγνωμόνως ἐνθυμεῖσθαι, μὴ ἐν ἐμοὶ ταῦτα, ἀλλ' ἐν σοὶ τρέψας πάντα, καταθέασαι οἷά σοι φαίνεται· Τί γὰρ ἄν, ἔφη, εἴ τις κύνας, ἃς σὺ τρέφεις φυλακῆς ἕνεκα σαυτοῦ τε καὶ τῶν σῶν, ταύτας θεραπεύων ἑαυτῷ γνωριμωτέρας ἢ σοὶ ποιήσειεν, ἆρ' ἂν εὐφραίνοι σε τούτῳ τῷ θεραπεύματι; Εἰ δὲ τοῦτό σοι δοκεῖ μικρὸν εἶναι, κἀκεῖνο κατανόησον· εἴ τις τοὺς σὲ θεραπεύοντας, οὓς σὺ

Nescio, Cyre, quî dici possit, ea quæ tu fecisti, mala esse: verùm scire te volo, inquit, hæc bona ejusmodi esse, ut quanto plurium speciem habent, tanto magìs mihi sunt oneri. Nam malim equidem ditionem tuam, inquit, copiis meis ampliorem facere, quàm videre tali modo abs te augeri meam; quippe tibi hæc gerenti honesta sunt, mihi quodammodo ignominiam inurunt. Etiam opes, ait, tibi me donare malim, quàm abs te accipere, quæ tu nunc mihi das: nam iis abs te locupletari me planè sentio, quibus *ipse* pauperior fio. Atque eos sanè, meo qui sunt imperio subjecti, si modicâ quâdam abs te adfectos injuriâ viderem, minùs, meâ sententiâ, dolerem, quàm nunc, ubi magnis à te beneficiis adfecti sunt. Quòd si tibi, inquit, hæc absque judicio iniquéque cogitare videar, non ea in me, sed in te conversa omnia, qualia tibi videantur, considera. Quid enim, ait, si quis canes, quos tu aleres custodiæ tuæ tuorúmque causâ, *tales* commodè curando reddat, *ut* ipsum magìs quàm te nôrint; an te hoc curationis genere delectaturus sit? Quòd si exiguum hoc tibi videtur, illud etiam considera; si quis tuos *à familiâ* ministros, quos tu

a Καὶ χρήματά γε, &c.] Sic partim ex MSto Bodl. partim ex libris editis rescripsimus. Illud autem manu exaratum exemplar totum hunc locum sic repræsentat: καὶ χρήματα ἔτως ἂν μοι δοκῶ ἥδιον σοὶ δωρεῖσθαι, ἢ παρὰ σοῦ ἔτω λαμβάνειν, ἃς σὺ, &c. Edita paulò aliter cum expressêre: Καὶ χρήματά γε, ἔφη, ἐγὼ ἄν σοι δοκῶ ἥδιον ἔτω δωρεῖσθαι, ἢ παρὰ σοῦ λαμβάνειν, ἂν σὺ νῦν ἐμοὶ δίδως. In illo tum displicet repetitio particulæ ἔτως, tum mutatio articuli ὧν in ἃς: in his, pro σοὶ ante δοκῶ substituere μοὶ, et ἔτω post ἥδιον in σοὶ mutare visum est.

καὶ φρουρᾶς καὶ θεραπείας ἕνεκα κίκτησαι, τούτους οὕτω διαθείη ὥστ' ἐκείνου μᾶλλον ἢ σοῦ βούλεσθαι εἶναι, ἆρ' ἀντὶ ταύτης τῆς εὐεργεσίας χάριν αὐτῷ εἰδείης; Τί δέ; (ὃ μάλιστα ἄνθρωποι ἀσπάζονταί τε καὶ θεραπεύουσιν οἰκειότατα) εἴ τις γυναῖκα τὴν σὴν οὕτω θεραπεύσειεν ὥστε αὐτὴν φιλεῖν μᾶλλον ποιήσειεν ἑαυτὸν ἢ σὲ, ἆρ' ἄν σε τῇ εὐεργεσίᾳ ταύτῃ εὐφράνοι; Πολλοῦ γ' ἄν, ἔφη, οἶμαι, καὶ δέοι· ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι πάντων ἂν μάλιστα ἀδικοίη σε τοῦτο ποιήσας. Ἵνα δὲ εἴπω καὶ τὸ μάλιστα τῷ ἐμῷ πάθει ἐμφερὲς, εἴ τις οὓς σὺ ἤγαγες Πέρσας οὕτω θεραπεύσειεν ὥστ' αὐτῷ ἥδιον ἕπεσθαι ἢ σοὶ, ἆρ' ἂν φίλον αὐτὸν νομίζοις; Οἶμαι μὲν, οὐ, ἀλλὰ πολεμιώτερον ἂν ἢ εἰ πολλοὺς αὐτῶν κατακάνοι. Τί δέ; εἴ τις τῶν σῶν φίλων, φιλοφρόνως σου εἰπόντος, Λάμβανε τῶν ἐμῶν ὁπόσα ἐθέλεις, εἰ τοῦτο ἀκούσας οἴχοιτο λαβὼν πάντα ὁπόσα δύναιτο, καὶ αὐτὸς μὲν τοῖς σοῖς γε πλουτοίη, σὺ δὲ μηδὲ μετρίοις ἔχοις χρῆσθαι· ἆρ' ἂν δύναιο τὸν τοιοῦτον ἄμεμπτον φίλον νομίζειν; Νῦν μέντοι ἐγὼ, Κῦρε, εἰ μὴ ταῦτα, ἀλλὰ τοιαῦτα ὑπὸ σοῦ δοκῶ πεπονθέναι. Σὺ γὰρ ἀληθῆ λέγεις· εἰπόντος ἐμοῦ τοὺς ἐθέλοντας ἄγειν, λαβὼν ᾤχου πᾶσαν μοῦ τὴν δύναμιν, ἐμὲ δὲ ἔρημον κατέλιπες· καὶ νῦν ἃ ἔλαβες τῇ ἐμῇ δυνάμει, ἄγεις δή μοι, καὶ τὴν ἐμὴν χώραν αὔξεις σὺν τῇ ἐμῇ δυνάμει· ἐγὼ δὲ δοκῶ, οὐδὲν συναίτιος ὢν

tum præsidii tum obsequii *tibi* præstandi causâ *tecum* habes, ejusmodi efficiat, ut illius esse malint quàm tui: an pro hoc beneficio gratiam ei sis habiturus? Quid verò? (quod *unum* amore maximo complectuntur homines, et curæ in primis ut sibi proprium habent) si quis uxorem tuam sic obsequiis demereretur, ut eam *tandem* sui magìs, quàm tui, amantem efficeret; num hoc te beneficio delectaret? Longè secùs, meâ quidem, ait, sententiâ, res se habere videretur; imò sat scio injuriam eum hoc facto maximam tibi illaturum. Ut autem quod simillimum est ei, mihi quod accidit, dicam, si quis Persas eos, quos tu ad nos duxisti, sic demereretur, ut ipsum libentiùs quàm te sequerentur, an eum in amicorum numero haberes? Equidem arbitror, *talem* non *duceres*, sed infestiorem, quàm si multos eorum occideret. Quid? si amicus quispiam tuus, te amanter dicente, Accipe de rebus meis, quantum voles, posteaquam id audîsset, omnia, quæ posset acciperet et discederet, tuísque adeò rebus ditatus esset is, cùm tu nè modicum quidem earum fructum perciperes: an posses expertem culpæ amicum hunc existimare? Nunc verò abs te, Cyre, si non hæc, tamen his similia perpessum me arbitror. Nam vera narras; cùm ego dixissem, *licere tibi sequi* volentes tecum ducere, copiis meis omnibus acceptis discessisti, méque solum reliquisti; jam autem quæ mei exercitûs operâ cepisti, adfers sanè mihi, ac meam copiis meis ditionem auges: atqui ego, nullius boni

τῶν ἀγαθῶν, παρέχειν ἐμαυτὸν [a] ὥσπερ γυνὴ εὖ ποιεῖν καὶ τοῖς τε ἄλλοις ἀνθρώποις, ϗ τοῖσδε τοῖς ἐμοῖς ὑπηκόοις· σὺ μὲν γὰρ ἀνὴρ φαίνῃ, ἐγὼ δὲ ȣ̓κ ἄξιος ἀρχῆς. Ταῦτα ȣ̃ν σοι δοκεῖ εὐεργετήματα εἶναι, ὦ Κῦρε; Εὖ ἴσθ' ὅτι, εἴτι ἐμȣ̃ ἐκήδȣ, ȣ̓δενὸς ἂν ȣ̃τω με ἀποστερεῖν ἐφυλάττȣ ὡς ἀξιώματος καὶ τιμῆς. Τί γὰρ ἐμοὶ πλέον τὸ τὴν γῆν πλατύνεσθαι, αὐτὸν δὲ ἀτιμάζεσθαι; ȣ̓ γάρ τοι ἐγὼ Μήδων ἦρχον διὰ τὸ κρείττων πάντων αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον διὰ τὸ καὶ αὐτȣ̀ς τȣ́τȣς ἀξιȣ̃ν [a] ἡμᾶς αὐτῶν πάντα βελτίονας εἶναι.

Καὶ ὁ Κῦρος, ἔτι λέγοντος αὐτȣ̃ [c] ὑπολαβὼν εἶπε, Πρὸς τῶν θεῶν, ἔφη, ὦ θεῖε, εἴτι κἀγώ σοι πρότερον ἐχαρισάμην, καὶ σὺ νῦν ἐμοὶ χάρισαι ὧν ἄν σȣ δεηθῶ· παῦσαι, ἔφη, τὸ νῦν εἶναι μεμφόμενός μοι· ἐπειδὰν δὲ πεῖραν ἡμῶν λάβῃς ὅπως ἔχομεν πρός σε, ἢν μέν σοι φαίνηται τὰ ὑπ' ἐμȣ̃ πεπραγμένα

tecum auctor, instar fœminæ me *offerre* videor et exhibere, ut beneficia tum ab aliis hominibus, tum etiam ab his imperio meo subjectis accipiam: tu viri speciem habes, ego indignus *videor* imperio. Hæccine tibi, Cyre, videntur esse beneficia? Certò scias, ulla mei si te cura tangeret, in primis tibi cavendum, ut nullâ re minùs me spoliares, quàm auctoritate ac dignitate. Nam quid *ex eo* mihi accedit, si regio *mea* dilatetur, ipse *per ignominiam* contemptui sim? nec enim *idcirco* Medorum ego potitus sum imperio, quòd *unus* præstantior universis essem; sed potiùs quia ducerent ipsi nos in omnibus se meliores esse.

Et Cyrus, eo adhuc loquente sermonem suscipiens, Per deos *immortales*, inquit, avuncule, si quid ego tibi antehac feci, gratum quod esset, etiam tu hæc mihi gratificare, quæ à te petam: finem *scilicet* de me querendi hoc tempore facito; ubi verò periculum nostrûm feceris, quo pacto erga te simus adfecti, si quidem tibi constiterit, ea quæ sunt à me gesta,

a Ὥσπερ γυνὴ εὖ, &c.] Ità MS. Bodl. et editi primæ notæ libri. Quare *Ald.* et *Florent.* nil moror, in quibus invenies εὖ ποιεῖς. Illud autem ποιεῖν, ex Atticorum consuetudine, patiendi hîc significationem obtinet: sicut ab *Aristotele* adhibitum esse videtur, Rhetor. l. ii, c. 20. Διὰ ταῦτα ϗ εἰ ἐν ὁρμῇ τȣ̃ ποιεῖν, &c.

b Ἡμᾶς αὐτῶν] Vox ultima spiritu tenui in plerisque libris editis notatur. Nos edit. *Eton.* secuti sumus, suffragante MS. Bodl. in quo scribitur ἑαυτῶν.

c Ὑπολαβὼν εἶπε] *Vorstius* et *Gatakerus* observant, novè fieri, quod sacri scriptores simul τῷ ἀποκρίνεσθαι et verbo *dicendi* utantur. At simili modo hîc et lib. ii, p. 92, locutus est *Xenoph.* Reponunt illi, verbum ὑπολαμβάνειν auctores adhibere solitus, ubi alius potiùs post alium loquitur, quàm ubi interrogatus respondet: ut sit quasi *excipere* vel *suscipere sermonem*: id quod verissimum est, atque ex hoc ipso loco Xenophontis maximè liquet. Esto: quid tum posteà? Forma certè dictionis est eadem; et quid est, cur putent Græcos, qui dicere solent, ὑπολαβὼν εἶπε, vel ἔφη, ab ἀποκριθεὶς εἶπε planè abhorrere? Ubi sufficiebat ἀπεκρίνατο, ibi ἀποκριθεὶς εἶπε dixêre scriptores sacri: ità verò vicissim, ubi vox ὑπέλαβε ad complendam orationem satìs erat, ὑπολαβὼν εἶπε vel ἔφη dixerunt οἱ ἔξω.

ἐπὶ τῷ ἀγαθῷ τῷ σῷ πεποιημένα, ἀσπαζομένῳ τε ἐμὲ σὲ ἀνταspάζῃ με, εὐεργέτην τε νόμιζε εἶναι· ἢν δ' ἐπὶ θάτερα, τότε μοι μέμφῃ, Ἀλλ' ἴσως τοι, ἔφη ὁ Κυαξάρης, καλῶς λέγεις· κἀγὼ ποιήσω ταῦτα. Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἢ καὶ φιλήσω σε; Εἰ σὺ βούλει, ἔφη. Καὶ οὐκ ἀποστρέψεις με ὥσπερ ἄρτι; Οὐκ ἀποστρέψομαι, ἔφη. Καὶ ὃς ἐφίλησεν αὐτόν. Ὡς δὲ εἶδον οἱ Μῆδοι καὶ οἱ Πέρσαι καὶ ἄλλοι (πᾶσι γὰρ ἔμελλεν ὅ,τι ἐκ τούτων ἔσοιτο), εὐθὺς ἥσθησάν τε καὶ ἐφαιδρύνθησαν. Καὶ ὁ Κυαξάρης δὲ καὶ ὁ Κῦρος ἀναβάντες ἐπὶ τοὺς ἵππους ἠγοῦντο, καὶ ἐπὶ μὲν τῷ Κυαξάρει οἱ Μῆδοι εἵποντο (Κῦρος γὰρ αὐτοῖς ὅτως ἐπένευσεν), ἐπὶ δὲ τῷ Κύρῳ οἱ Πέρσαι, ἐπὶ δὲ τούτοις οἱ ἄλλοι.

Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ καλέσησαν τὸν Κυαξάρην εἰς τὴν κατεσκευασμένην σκηνήν, οἷς μὲν ἐπετέτακτο, παρεσκεύαζον τὰ ἐπιτήδεια τῷ Κυαξάρει· οἱ δὲ Μῆδοι ὅσον χρόνον σχολὴν πρὸ δείπνου ἦγεν ὁ Κυαξάρης, ἦσαν πρὸς αὐτὸν, οἱ μὲν, καὶ αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν, οἱ δὲ πλεῖστοι, ὡς κεκέλευστο ὑπὸ Κύρου, δῶρα ἄγοντες, ὁ μέν τις, οἰνοχόον καλόν· ὁ δὲ, ὀψοποιὸν ἀγαθόν· ὁ δὲ, ἀρτοποιόν· ὁ δὲ, μουσουργόν· ὁ δὲ, ἐκπώματα· ὁ δὲ, ἐσθῆτα καλήν· πᾶς δέ τις ὡς ἐπιτοπολὺ ἕν γέ τι ὧν εἰλήφει ἐδωρεῖτο αὐτῷ· ὥστε τὸν Κυαξάρην μεταγινώσκειν ὡς οὔτε Κῦρος ἀφίσῃ

tui boni causâ facta esse, me amplectentem te vicissim amplectere, benéque de te promeritum existima: sin aliter, tum demùm de me queritor. Fortassis, ait Cyaxares, rectè dicis: atque equidem hoc faciam. Quid igitur, ait Cyrus, an etiam te osculabor? Si voles, inquit. Neque me aversaberis, ut modò? Non aversabor, ait. Itaque *Cyrus* eum est osculatus. *Quod* cùm Medi, Persæ, cæteri viderent (erant enim omnes soliciti quid de his futurum esset) statim adfecti lætitiâ et exhilarati sunt. Cyaxares autem et Cyrus conscensis equis præibant, Cyaxarémque Medi sequebantur (sic enim nutu Cyrus eis significârat), Persæ Cyrum, post deindè alii *sequebantur*.

Ubi verò ad castra pervenissent, Cyaxarémque in tabernaculum paratum collocâssent, *ii* quibus hoc datum erat negotii, necessaria ei parabant: et Medi, quamdiu ante cœnam otiosus erat Cyaxares, adibant eum, nonnulli etiam sponte suâ, plerique ex mandato Cyri, dona ferentes; alius, bellum pocillatorem; alius, bonum coquum; alius, pistorem; alius, musicæ artificem; alius, pocula; vestem alius elegantem: maximâ *quidem* ex parte quilibet unum quiddam eorum, quæ ceperat, ei donabat: adeò ut Cyaxares, mutatâ sententiâ *tandem* agnosceret, neque Cyrum eo-

αὐτὲς ἀπ' αὐτῆ, οὔτε οἱ Μῆδαι ἧττόν τι αὐτῷ προσεῖχον τὸν νῶν ἢ καὶ πρόσθεν.

Ἐπειδὴ δὲ δεῖπνου ὥρα ἦν, καλέσας ὁ Κυαξάρης ἠξίου τὸν Κῦρον, διὰ χρόνου ἰδόντα αὐτὸν, συνδειπνεῖν. Ὁ δὲ Κῦρος εἶπε, Μὴ δὴ σὺ κέλευε, ὦ Κυαξάρη. Ἦ οὐχ ὁρᾷς ὅτι οὗτοι οἱ παρόντες ὑφ' ἡμῶν πάντες ἐπῃρμένοι πάρεισιν; οὔκουν καλῶς ἂν πράττοιμι, εἰ τούτων ἀμελῶν τὴν ἐμὴν ἡδονὴν θεραπεύειν δοκοίην· ἀμελεῖσθαι δὲ δοκοῦντες οἱ στρατιῶται, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, πολὺ ἂν ἀθυμότεροι γίγνοιντο, οἱ δὲ πονηροὶ, πολὺ ὑβριστότεροι. Ἀλλὰ σὺ μὲν, ἔφη, ἄλλως τε καὶ ὁδὸν μακρὰν ἥκων, δεῖπνει ἤδη· καὶ εἴ τινές σε τιμῶσιν, ἀνταspάζῃ καὶ εὐώχει αὐτὲς, ἵνα σε καὶ θαῤῥήσωσιν· ἐγὼ δὲ ἀπιὼν, ἐφ' ἅπερ ἔλεγον τρέψομαι· αὔριον δ', ἔφη, πρωὶ δεῦρο ἐπὶ τὰς σὰς θύρας παρέσονται [a] πάντες οἱ ἐπικαίριοι, ὅπως βουλευσώμεθα σύν σοι τί χρὴ ποιεῖν τὸ ἐκ τῦδε. Σὺ δὲ ἡμῖν [b] ἔμβαλε παρὼν περὶ τύτου, πότερον ἔτι δοκεῖ

rum abs se animos avertisse, neque ipsum minùs quàm ante Medos observare.

Cùm autem cœnæ tempus adpetiisset, Cyrum arcessivit Cyaxares ac rogavit; ut, quando jam eum ex longo temporis intervallo, videret, secum cœnaret. *Cui* Cyrus, Nè me jusseris, inquit, Cyaxares. Annon vides, hos omnes qui adsunt, à nobis impulsos adesse? Quamobrem non rectè fecero, si hos negligens, voluptati meæ indulgere videar: quippe ubi se negligi putant milites, *tum* fortes qui sunt, multò minùs alacres evadunt, improbi multò petulantiores. Verùm tu, qui præsertim, ait, longo itinere confecto advenisti, cœnato jam: et si qui te colunt, eos vicissim complectere epulísque accipito, ut per eos bono sis animo: ego verò ad ea me convertam, quæ dixi: cras autem manè, inquit, hîc ad portam tuam omnes, rebus qui sunt conficiendis idonei, aderunt: ut tecum deliberemus, quidnam deinceps agendum sit. Tu verò præsens de hoc ad nos referto, videatúrne ampliùs bellum esse

a Πάντες οἱ ἐπικαίριοι] Hi sunt, quos paulò post dicit ἱκανωτέρους ἢ φρονεῖν ἢ συμπράττειν εἴ τι δέοι. Vide p. 248.

b Ἔμβαλε] Non mihi minùs quàm Stephano suspectum est verbum ἔμβαλε absolutè positum. Ità tamen libri omnes, quos quidem vidimus. Alibi sanè pleniùs dicere solet Noster ἐμβαλεῖν λόγον, p. 106, ἐμβαλεῖν βουλὴν, p. 100, ibid. ἐμβαλεῖν λόγον. Et ibid. ἐμβαλεῖν ῥῆμα: Eodemque modo passim loquitur. Itaque forsan aut λόγον aut βουλὴν aut denique ῥῆμα hîc deesse dicendum est. Nec tamen omitti post ἔμβαλε accusativum potuisse pertinaciter negaverim: sæpè enim supprimitur βουλή. Iliad. β, v. 379.

Εἰ δέ που ἧς γε μίαν βουλεύσομεν,—

sc. βουλὴν vel συμβουλίαν. Similiter Act. iv, 15, συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους, sc. βουλάς. *Euripides* plenè ——συμβαλεῖν βουλεύματα, *Phœniss.* v. 700. *Aristophanes* etiam μι-

στρατεύεσθαι, ἢ καιρὸς ἤδη διαλύειν τὴν στρατιάν. Ἐκ τούτου ὁ μὲν Κυαξάρης ἀμφὶ δεῖπνον εἶχεν· ὁ δὲ Κῦρος, συλλέξας τοὺς [a] ἱκανωτέρους τῶν φίλων καὶ φρονεῖν καὶ συμπράττειν εἴτι δέοι, ἔλεξε τοιάδε·

" Ἄνδρες φίλοι, ἃ μὲν δὴ πρῶτα εὐξάμεθα, σὺν θεοῖς πάρ-
" εσιν ἡμῖν. Ὅποι γὰρ ἂν πορευώμεθα, κρατοῦμεν τῆς χώρας·
" καὶ μὲν δὴ καὶ τοὺς πολεμίους ὁρῶμεν μειουμένους, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς
" πλείονάς τε καὶ ἰσχυροτέρους γιγνομένους. Εἰ δὲ ἡμῖν ἔτι θελή-
" σειαν οἱ νῦν προσγενόμενοι σύμμαχοι παραμεῖναι, καὶ πολ-
" λῷ ἂν μᾶλλον ἀνύσαι δυναίμεθα καὶ εἴτι βιάσασθαι καιρὸς,
" καὶ εἴτι πεῖσαι δέοι. Ὅπως ἂν τὸ μένειν ὡς πλείοσι συνδοκῇ
" τῶν συμμάχων, ἀδὲν μᾶλλον τοῦτο ἐμὸν ἔργον ἢ καὶ ὑμέτερον
" μηχανᾶσθαι. Ἀλλ' ὥσπερ καὶ ὅταν μάχεσθαι δέῃ, ὁ πλεί-
" στους χειρωσάμενος ἀλκιμώτατος δοξάζεται εἶναι, οὕτω καὶ
" ὅταν που δέῃ βουλῆς, ὁ πλείστους ὁμογνώμονας ἡμῖν ποιήσας,
" οὗτος δικαίως ἂν λεκτικώτατός τε καὶ πρακτικώτατος κρί-
" νοιτο ἂν εἶναι. Μὴ μέντοι ὡς λόγον ἡμῖν ἐπιδειξόμενοι
" οἷον ἂν εἴποιτε πρὸς ἕκαστον αὐτῶν, τοῦτο μελετᾶτε, ἀλλ' ὡς

gerendum, an opportunum sit jam exercitum dimittere. Post hæc Cyaxares cœnabat: Cyrus autem convocatis amicis, qui maximè et ad intelligendum, et ad navandum operam, si quid usus postularet, idonei erant, hujusmodi orationem habuit:

" Quæ primùm optavimus, amici, ea deorum benignitate nobis ad-
" sunt. Quo enim cunque *tandem* pergimus, *hostium* agro potimur: et
" verò etiam hostes imminui videmus, cùm nos et numero et robore au-
" geamur. Quod si manere nobiscum velint socii, qui ad nos jam acces-
" serunt, multò etiam magìs *ea omnia quæ aggrediemur* perficere poteri-
" mus, sive quid vi peragendi sit opportunitas, sive quid persuadendo sit
" obtinendum. Quapropter non magìs mei quàm vestri muneris fuerit
" moliri, ut maximæ sociorum parti nobiscum manere placeat. Quem-
" admodùm verò, cùm pugnandum est, is qui plurimos capit, fortis-
" simus existimatur; ità qui plurimos nostram in sententiam addu-
" cit, cùm consilium ineundum est, is jure tam dicendi quàm agen-
" di peritissimus habeatur. Neque tamen in hoc vos exercueritis, ut
" orationem nobis ostentetis, quâ usuri ad quemque sitis; sed ità *eos*

κύνειν absolutè dixit, *Lysistr.* v. 1134, pro μηχύνειν τὸν λόγον, uti *Bisetus* ad locum monet. Nihilominùs existimaverim λόγον post ἐμβαλεῖν librariorum incuriâ excidisse; cùm toties alibi accusativum verbo illi adjunxerit Xenophon.

a Ἱκανωτέρους] MS. Bodl. ἱκανωτάτους. Sed vide sis p. 187, not. 3.

" τὰς πεπεισμένας ὑφ' ἑκάστου, δήλας ἐσομένας οἷς ἂν πράττωσιν, " ὅτω παρασκευάζεσθε." Καὶ ὑμεῖς μὲν, ἔφη, τούτων ἐπιμελεῖσθε· ἐγὼ δὲ, ὅπως ἂν ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια, ὅσα ἂν ἐγὼ δύνωμαι, οἱ στρατιῶται, περὶ τοῦ στρατεύεσθαι βουλεύωνται, τότε πειράσομαι ἐπιμελεῖσθαι.

" parate, ut se persuasos à quolibet vestrûm factis declarent." Ac vobis quidem hæc, inquit, curæ sint: ego pro meâ virili curare conabor, ut milites à commeatu instructi, de expeditione deliberent.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ ε'.

Ταυτην μὲν δὴ τὴν ἡμέραν ἕτω διαγαγόντες, καὶ δειπνήσαντες, ἀνεπαύοντο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωὶ ἦκον ἐπὶ τὰς Κυαξάρου θύρας πάντες οἱ σύμμαχοι. Ἐν ᾧ δ' ἂν ὁ Κυαξάρης ἐκοσμεῖτο, ἀκούων ὅτι πολὺς ὄχλος [a] ἐπὶ ταῖς θύραις εἴη, ἐν τούτῳ οἱ φίλοι τῷ Κύρῳ προσῆγον οἱ μὲν Καδουσίους, δεομένους αὐτοῦ μένειν, οἱ δὲ, Ὑρκανίους, ὁ δέ τις, Γωβρύαν, [b] ὁ δέ τις, Σάκας· Ὑστάσπης δὲ Γαδάτην τὸν εὐνοῦχον προσῆγε, δεόμενον τοῦ Κύρου μένειν. Ἔνθα δὴ ὁ Κῦρος γιγνώσκων ὅτι ὁ Γαδάτας πάλαι ἀπολώλει τῷ φόβῳ μὴ λυθείη ἡ στρατιὰ, ἐπιγελάσας εἶπεν, Ω Γαδάτα, δῆλος, ἔφη, εἰ ὑπὸ Ὑστάσπου τοῦδε πεπεισμένος ταῦτα γιγνώσκειν, ἃ λέγεις. Καὶ ὁ Γαδάτας, ἀναλείνας τὰς χεῖρας πρὸς τὸν οὐρανὸν, [c] ἀπώμοσεν ἦ μὴν μὴ ὑπὸ τοῦ Ὑστάσπου ταῦτα πεπεῖσθαι, ἃ γιγνώσκοι· Ἀλλ' οἶδα, ἔφη,

Cum hoc modo diem hunc exegissent, cœnassèntque, quieti se dederunt: postridiè autem manè ad Cyaxaris portam socii omnes conveniunt. Itaque dum Cyaxares ornaretur, qui audiret magnam multitudinem ad portam adesse, interèa ad Cyrum amici adducebant, alii quidem Cadusios, rogantes utì maneret; alii Hyrcanios; Gobryam hic, ille, Sacas; Gadatam eunuchum adducebat Hystaspes, orantem Cyrum, utì maneret. Ibi Cyrus, qui Gadatam jam dudum interiisse nôsset præ metu nè exercitus dimitteretur, cum risu ait, Manifestum est, Gadata, te ab hoc Hystaspe persuasum ea sentire, quæ dicis. Et Gadatas, sublatis ad cœlum manibus, jurejurando negavit ab Hystaspe *sibi* persuasa hæc esse, quæ sentiret: Sed scio futurum, inquit,

a Ἐπὶ ταῖς θύραις] Vide quæ notavimus, p. 221.

b Ὁ δέ τις, Σάκας] Ità rescripsimus ex MSto Bodl. suffragantibus versionibus *Gabrielii et Philelphi*. Priùs legebatur Σάκαν; quod in Σάκας mutandum vidit ante nos *Muretus*.

c Ἀπώμοσεν ἦ μὴν] De usu particularum ἦ μὴν in jurejurando, vide p. 195, not. iii. *Eustathius* ad Hom. Odyss. β. p. 1450, dicit ἀπομνύναι διαφέρειν τὸ ἐπομνύναι κατὰ τοὺς παλαιούς· καθότι ἐπόμνυσθαι μέν ἐστι, τὸ καλαφαλικῶς ὀμνύειν· ἀπομνυσθαι δὲ, τὸ ἐν ὅρκῳ ἀποφάσκειν. Idem ferè tradit is Il. κ', p. 809. Hanc *Eustathii* observationem elegantissimi vir ingenii satìs

ὅτι ἢν ὑμεῖς ἀπέλθητε, ἐρήει τὰ ἐμὰ παντελῶς· διὰ ταῦτ', ἔφη, καὶ τούτῳ ἐγὼ αὐτὸς προσῆλθον, ἐρωτῶν εἰ εἰδείη τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς διαλύσεως τοῦ πολέμου. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, [a] Ἀδίκως γὰρ ἐγὼ, ὡς ἔοικεν, Ὑσάσπην αἰτιῶμαι. Καὶ ὁ Ὑσάσπης εἶπε, Ναὶ μὰ Δία, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἀδίκως μὲν δή· ἐπειδὴ ἔγωγε ἠξίουν ἀντέλεσον Γαδάτᾳ, ὡς οὐχ οἷόν τέ σοι μένειν, λέγων ὅτι ὁ πατήρ σε μεταπέμποιτο. Καὶ ὁ Κῦρος, Τί λέγεις; ἔφη· καὶ τοῦτο σὺ ἐτόλμησας ἐξενεγκεῖν, εἴτ' ἐγὼ ἐβουλόμην, εἴτε μή; Μὰ Δί', ἔφη· ἰρῶ γάρ σε ὑπερεπιθυμοῦντα ἐν Πέρσαις περίβλεπτον περιελθεῖν, καὶ τῷ πατρὶ ἐπιδείξασθαι ἢ ἔπραξα διεπράξω. Ὁ δὲ Κῦρος ἔφη, Σὺ δὲ οὐκ ἐπιθυμεῖς οἴκαδε ἀπελθεῖν; [a] Μὰ Δί', ἔφη ὁ Ὑσάσπης, οὐδὲ ἄπειμί γε· ἀλλὰ μένων στρατηγήσω ἕως ἂν ποιήσω Καδάταν τοῦτον δεσπότην τοῦ Ἀσσυρίου.

ut vos si discedatis, meæ res prorsùs perierint: propterea, inquit, ad hunc egomet adivi, ut interrogarem num sciret quæ tua de copiis dimittendis esset sententia. Et Cyrus inquit, Ergo injustè in Hystaspem, utì *quidem* adparet, culpam ego confero. Profectò, Cyre, ait Hystaspes, injustè: nam ego sanè Gadatæ, etiam contradicebam, fieri non posse, ut maneas, quod arcessi te à patre dicerem. Tum Cyrus, Quid ais? inquit: et tu hoc efferre ausus es, sive ego vellem, sive non? *Ego* verò, inquit: nam te nimìs quàm cupere video, conspicuum in Persia circumire, ac patri demonstrare, quo pacto singula peregeris. At tu, subjecit Cyrus, non es domum redeundi cupidus? Non profectò, inquit Hystaspes, nec discedam sanè; sed *hîc* manens imperatorio fungar munere, donec Gadatam hunc Assyrii dominum fecero.

dignam censuit, quam Homero nuper in sermonem à se Anglicanum verso subjiceret: at de illo, quod tum Eustathio tum Anglicano interpreti visum est notatu dignum, inter ea verba discrimine, alia forsan hujus erit sententia, cùm tandem Odyss. σ', v. 436, ad examen revocaturus est: Ὡς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπώμνυον, οὐκ ἐτέλεσσαν. Certè hîc ἐπώμνυον adhibendum potiùs fuerat, ista si differentia perpetuò fuisset observanda. Adeò nimirum difficile est, vocum Græcarum notiones quàm latè pateant, quibusve potestas earum cuique propria concludatur terminis, definire.

a Ἀδίκως γάρ, &c.] *Muretus* legit Ἀδίκως ἄρ' ἐγὼ, &c. à quo accentu tantùm discrepat MS. Bodl. dat enim ἄρα. Sed nihil muto; cùm partic. γαρ in interrogationibus adhiberi soleat, sive expressæ sint, sive tacitæ.

b Μὰ Δί', &c.] *Eustathius*, ad locum Odyss. supra paulò adpellatum *Ælium Dionysium* laudat auctorem discriminis inter jurandi particulas hasce μὰ et νή· cujus ex mente, νὴ τὸν—in *dejerando*; μὰ τὸν—in *negando* cum jurejurando, adhibetur. Huic accedit etiam *Budæus*, Comm. L. G. p. 897. Uterque verò suos, opinor, passus est manes. Nam istæ particulæ sæpè sunt *simplices* jurandi notæ qualitatémque suam ex orationis serie desumunt; atque adeò particula μὰ affirmationi sociata, affirmativum jusjurandum efficit; negationi autem, negativum. Nolo hîc exemplis lectorem obruere, quia passim occurrunt: vide sis tamen quæ notavimus, p. 212, et *Decar.* libel. de G. L. particulis.

Οἱ μὲν δὴ τοιαῦτα ἔπαιζον σπουδῇ πρὸς ἀλλήλους· ἐν δὲ τούτῳ ὁ Κυαξάρης σεμνῶς κεκοσμημένος ἐξῆλθε, καὶ ἐπὶ θρόνου Μηδικοῦ ἐκαθέζετο. Ὡς δὲ πάντες συνῆλθον οὓς ἔδει, καὶ σιωπὴ ἐγένετο, Κυαξάρης εἶπεν ὧδε, Ἄνδρες σύμμαχοι, ἴσως ἐπειδὴ παρὼν τυγχάνω, καὶ πρεσβύτερός εἰμι Κύρου, εἰκός με ἄρχειν λόγου. Νῦν ἄν μοι δοκεῖ καιρὸς, ἔφη, εἶναι περὶ τούτου διαλέγεσθαι πρῶτον, πότερον στρατεύεσθαι καιρὸς δοκεῖ εἶναι ἔτι, ἢ διαλύειν ἤδη τὴν στρατιάν· λεγέτω ἄν τις, ἔφη, περὶ αὐτοῦ τούτου ᾗ γιγνώσκει. Ἐκ τούτου πρῶτος μὲν εἶπεν ὁ Ὑρκάνιος, Ἄνδρες σύμμαχοι, ἐκ οἴδα μὲν ἔγωγε εἴτι δεῖ λόγων, ὅπου αὐτὰ τὰ ἔργα δεικνύει τὸ κράτιστον. Πάντες γὰρ ἐπισάμεθα ὅτι ὁμοῦ μένοντες πλείω κακὰ ποιοῦμεν τοὺς πολεμίους ἢ πάσχομεν· ὅτε δὲ χωρὶς ἦμεν ἀλλήλων, ἐκεῖνοι ἡμῖν ἐχρῶντο ὡς ἐκείνοις ἦν ἥδιστον, ἡμῖν γεμὴν ὡς χαλεπώτατον. Ἐπὶ τούτῳ ὁ Καδούσιος εἶπεν, Ἡμεῖς δὲ τί ἂν λέγοιμεν, ἔφη, περὶ τοῦ οἴκαδε ἀπελθόντες ἕκαστοι χωρὶς εἶναι, ὅπου γε ἤδη στρατευομένοις, ὡς ἔοικε, χωρίζεσθαι συμφέρει; Ἡμεῖς γοῦν ἐπὶ πολὺν χρόνον δίχα τοῦ ἡμετέρου πλήθους στρατευσάμενοι, δίκην ἔδομεν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἐπίστασθε. Ἐπὶ τούτῳ Ἀρτάβαζος, [a] ὁ συγγενὴς εἶναι ποτὲ φήσας Κύρῳ, εἶπε τάδε, Ἐγὼ δὲ, ἔφη,

Hujusmodi quædam illi dum seriò inter se jocarentur, interea Cyaxares augustè ornatus prodiit, ínque Medico solio consedit. Cúmque *jam* convenissent omnes quos oportebat, et silentium factum esset, Cyaxares in hunc modum locutus est, Quia præsens, socii, et Cyro major natu sum, par fortassis est me priore loco verba facere. Equidem arbitror, ait, nunc tempus esse, ut de eo primùm disseramus, utrum adhuc commodum esse videatur, bellum geri, an copias jam dimitti: itaque de hoc ipso dicat aliquis sententiam suam. Tum primus Hyrcanius dixit, Equidem nescio, socii, num verbis sit opus, ubi res ipsæ quod optimum est demonstrant. Omnes enim intelligimus, plus hostibus detrimenti nos adferre, dum unà manemus, quàm ipsi accipiamus: quo verò tempore alii ab aliis sejuncti eramus, agebant illi nobiscum, prout ipsis jucundissimum, nobis sanè gravissimum erat. Post hunc Cadusius, Nos autem quid dicamus, ait, de eo, ut domum hinc profecti separatim singuli vivamus, cùm nè militantibus quidem, ut adparet, conducat sejunctionem fieri? Nimirum nos, cùm non magno temporis spatio seorsùm à copiis universis militaremus, pœnas dedimus, quemadmodùm et ipsi nôstis. Post hunc Artabazus, qui se cognatum Cyri aliquando dixerat, hæc protulit, Ego verò, ait, hactenùs,

a Ὁ συγγενὴς, &c.] Vide lib. i, p. 42.

ὦ Κυαξάρη, τοσοῦτον διαφέρομαι τοῖς πρόσθεν λέγουσιν· οἵτοι μὲν γάρ φασιν ὅτι δεῖ μένοντας στρατεύεσθαι· ἐγὼ δὲ λέγω ὅτι ὅτε οἴκοι ἦμην, ἐστρατευόμην. Καὶ γὰρ ἐβοήθουν πολλάκις, τῶν ἡμετέρων ἀγομένων, καὶ περὶ τῶν σφετέρων φρουρίων, [a] ὡς ἐπιβουλευσομένων, πολλάκις πράγματα εἶχον, φοβούμενός τε καὶ φρουρῶν· καὶ ταῦτα ἔπραττον τὰ οἰκεῖα δαπανῶν· νῦν δὲ ἔχω μὲν τὰ ἐκείνων φρούρια, καὶ ὑφ' ὧν φοβοῦμαι ἐκείνους, εὐωχοῦμαι δὲ τὰ ἐκείνων, πίνω δὲ τὰ τῶν πολεμίων. Ὡς ἂν τὰ μὲν [b] οἴκοι στρατείαν ὄσαν, τὰ δ' ἑορτήν, ἐμοὶ μὲν ὑ δοκεῖ, ἔφη, διαλύειν τήνδε τὴν πανήγυριν. Ἐπὶ τούτῳ ὁ Γωβρύας εἶπεν, Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες σύμμαχοι, μέχρι μὲν τοῦδε ἐπαινῶ [c] τὴν Κύρου δεξιάν· οὐδὲν γὰρ ψεύδεται, ὧν ὑπέσχετο· εἰ δ' ἄπεισιν ἐκ τῆς χώρας, [d] δῆλον ὅτι ὁ μὲν Ἀσσύριος ἀναπαύσεται, ὑ τίνων ποινὰς ὧν τε ὑμᾶς ἐπεχείρησεν ἀδικεῖν, ἢ ὧν ἐμὲ ἐποίησεν· ἐγὼ δὲ ἐν τῷ μέρει πάλιν ἐκείνῳ δώσω δίκην, ὅτι ὑμῖν φίλος ἐγενόμην.

Ἐπὶ τούτοις πᾶσι Κῦρος εἶπεν, "Ὦ ἄνδρες, ὑδ' ἐμὲ λανθάνει "ὅτι ἐὰν διαλύωμεν τὸ στράτευμα, τὰ μὲν ἡμέτερα ἀσθενέστερα "γίγνοιτο ἄν, τὰ δὲ τῶν πολεμίων πάλιν αὐξήσεται· Ὅσοι μὲν γὰρ

Cyaxares, ab his qui ante me dixêre dissentio: aiunt nempe hi oportere nos hîc manentes in expeditione versari; ego autem dico me, domi cùm essem, in expeditione versatum esse. Nam sæpè ad vim arcendam adcurrebam, cùm res nostræ *ferrentur et* agerentur; atque etiam de castellis nostris, utì quibus insidiæ struerentur, sæpè negotium mihi exhibitum est, cùm et metuerem et in præsidio essem; atque hæc meo sumptu faciebam: nunc castella eorum teneo, et ipsos non metuo, et de iis quæ hostium sunt tum epulor tum bibo. Itaque tanquam si vita domestica militia sit; hæc verò militaria, feriæ, conventum hunc equidem, ait, celebrem minimè dimittendum arbitror. Post hunc Gobryas ait, Ego verò, socii, hactenùs Cyri dextram laudo: nihil enim eorum non præstitit, quæ promisit; at si ex hâc regione discesserit, manifestum est, Assyrium quietem habiturum, nec pœnas earum injuriarum quas vobis inferre conatus est, nec illorum quæ in me patravit, luiturum: ego autem vicissim ei pœnas iterum dabo, quòd vestræ amicitiæ me adjunxerim.

Post omnes hos Cyrus inquit, " Nec ego sum, viri, nescius futurum, " ut si copias dimittamus, nostræ quidem imbecilliores reddantur, hos- " tium verò res rursùm incremento augeantur. Nam quibuscunque

a Ὡς ἐπιβουλευσομένων] MS. Bodl. et edit. *Ecm.* repræsentant ἐπιβουλευομένων quam lectionem *Philelphus* etiam in suo exemplari invenit. Nos Stephanum, Leunclavium, edit. *Florent. et Ald.* secuti sumus.

b Οἴκοι στρατείαν ὄσαν] Vide p. 298, not. 2.

c Τὴν τῷ Κύρῳ δεξιάν] Scil. *fidem integram:* cujus pignus erat, quam mihi porrexit, dextra. Vide lib. iv, p. 195, not 2.

d Δῆλον ὅτι] Ità Stephanum secuti rescripsimus. In aliis libris minùs rectè *δηλονότι* conjunctim scribitur.

" αὐτῶν ὅπλα ἀφῆρηνται, ταχὺ ἄλλα ποιήσονται· ὅσοι τε ἵππους
" ἀπεστέρηνται, ταχὺ πάλιν ἄλλους κτήσονται· ἀντὶ δὲ τῶν ἀποθα-
" νόντων ἕτεροι καὶ ἐφηβήσουσι καὶ ἐπιγενήσονται· ὥστε [a] οὐδὲ θαυμα-
" στὸν, εἰ ἐν τάχει πάλιν ἡμῖν πράγματα παρέχειν δυνήσονται.
" Τί δῆτα ἐγὼ Κυαξάρει λόγον ἐκέλευσα ἐμβαλεῖν περὶ κατα-
" λύσεως τῆς στρατιᾶς; Εὖ ἴστε, ἔφη, ὅτι φοβούμενος τὸ μέλλον.
" Ὁρῶ γὰρ ἡμῖν ἀντιπάλους προσιόντας, οἷς ἡμεῖς, εἰ ὧδε στρατευ-
" σόμεθα, οὐ δυνησόμεθα μάχεσθαι. Προσέρχεται μὲν γὰρ δήπου
" χειμὼν, στέγαι δ' εἰ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς εἰσὶν, ἀλλὰ μὰ Δία οὐχ
" ἵπποις, οὐδὲ θεράπουσιν, οὐδὲ τῷ δήμῳ τῶν στρατιωτῶν· ὧν ἄνευ
" ἡμεῖς οὐκ ἂν δυναίμεθα στρατεύεσθαι· τὰ δ' ἐπιτήδεια, ὅπου μὲν
" ἡμεῖς ἐληλύθαμεν, ὑφ' ἡμῶν [b] ἀνάλωται· ὅποι δὲ οὐκ ἀφίγμεθα,
" διὰ τὸ [c] ἡμᾶς φοβεῖσθαι, [d] ἀνακεκομισμένοι εἰσὶν εἰς ἐρύματα·
" ὥστε αὐτοὺς μὲν ἔχειν, ἡμᾶς δὲ ταῦτα μὴ δύνασθαι λαμβάνειν.
" Τίς οὖν ὕτως ἀγαθὸς, ἢ τίς ὕτως ἰσχυρὸς, ὃς λιμῷ καὶ ῥίγει
" δύναιτ' ἂν μαχόμενος στρατεύεσθαι; Εἰ μὲν οὖν ὕτω στρα-
" τευσόμεθα, ἐγὼ μέν φημι χρῆναι ἑκόντας ἡμᾶς καταλῦσαι

" ipsorum arma sunt ademta, ii celeriter alia facturi sunt: quicunque spo-
" liati sunt equis, celeriter alios *sibi* de integro comparabunt: pro inter-
" fectis alii pubescent et *iis* succedent: adeò ut minimè mirum *videri*
" *debeat*, si celeriter nobis rursùm negotia facessere poterunt. Cur igitur
" ego Cyaxari, ut de copiarum dimissione ad vos referret, auctor fui?
" Nempe quia quod futurum est metuo. Video enim adversarios nobis
" *eos* adventare, cum quibus nos, hoc si modo in expeditione versamur,
" dimicare non poterimus. Nam hyems utique adpetit, ac tametsi tecta
" nos habeamus, non tamen equis *ea*, non ministris, non militum vulgo
" *suppetunt*; sine quibus bellum *hosti* facere non poterimus: commeatus
" autem, iis in locis in quæ nos venimus, à nobismet absumptus est; quo
" non accessimus, nostri metu in munitiones subvexerunt *hostes*: adeò ut
" ii hunc habeant, nos capere non possimus. Quis ergo tam fortis, quisve
" tam robustus, ut adversùs famem et frigus pugnando bellum gerere pos-
" sit? Quapropter si hoc modo militaturi sumus, aio nos ultrò dimittere

a Οὐδὲ θαυμαστὸν] MS. Bodl. οὐδὲν θαυμαστόν· quod, opinor, vulgato melius est.

b Ἀνάλωται] MS. Bodl. ἀνήλωται· imperitè. Audi *Thomam Magistrum*: Ἀνάλωσα καὶ ἀνήλωκα, Ἀττικοί· τὸ δὲ μετὰ αὐξήσεως ταῦτα λέγειν, οἷον ἀνήλωσα καὶ ἀνήλωκα, κοινόν. Quod vulgus etiam Grammaticorum recentiorum docet.

c Ἡμᾶς] Editiones *Eton. et Ald.* perperam ὑμᾶς. Nos secuti sumus MStum Bodl. editiones *Steph. Leunel. et Florent.*

d Ἀνακεκομισμένοι εἰσὶν] Sic rectè MS. Bodl. et primariæ notæ editiones omnes. In *Aldinâ* verò et *Florent.* reperitur ἀνακεκομισμένα. Sed neminem ferè latet, passivæ formæ significationem activam sæpenumerò convenire. Sic Noster ipsum hoc adhibet participium, ἀναβ. lib. iv, p. 198, edit Steph. χωρία γὰρ οὐκ ἦν ἰσχυρὰ οἱ Τάοχοι, ἐν οἷς καὶ τὰ ἐπιτήδεια πάντα εἶχον ἀνακεκομισμένοι.

" τὴν στρατιὰν μᾶλλον, ἢ ἄκοντας ὑπ' ἀμηχανίας ἐξελαθῆναι.
" Εἰ δὲ βουλόμεθα ἔτι στρατεύεσθαι, τόδ' ἐγώ φημι ἔτι χρῆναι
" ποιεῖν, πειρᾶσθαι ὡς τάχιστα τῶν μὲν ἐκείνων ὀχυρῶν ἡμᾶς ὡς
" πλεῖστα παραιρεῖν, ἡμῖν δ' αὐτοῖς ὡς πλεῖστα ὀχυρὰ ποιεῖσθαι·
" ἐὰν γὰρ ταῦτα γένηται, τὰ μὲν ἐπιτήδεια πλείονα ἕξουσιν ὁπότε-
" ροι ἂν πλείω δύνωνται λαμβάνοντες ἀποτίθεσθαι, πολιορκήσονται
" δὲ ὁπότεροι ἂν [a] ἧσσους ὦσι. Νῦν δ' οὐδὲν διαφέρομεν τῶν ἐν πε-
" λάγει πλεόντων· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι πλέουσι μὲν ἀεί, τὸ δὲ πε-
" πλευσμένον οὐδὲν οἰκειότερον τοῦ ἀπλεύστου καταλείπουσιν. [b]Ἢν δὲ
" φρούρια ἡμῖν γένηται, ταῦτα δὴ τοῖς μὲν πολεμίοις ἀλλοτριώσει
" τὴν χώραν, ὑμῖν δὲ [b] ὑπ' εὐδίας μᾶλλον ἔσαι πάντα. Ὁ δὲ ἴσως
" ἄν τινες ὑμῶν φοβηθεῖεν, εἰ δεήσει πόρρω τῆς ἑαυτῶν φρουρεῖν,
" μηδὲ τοῦτο ὀκνήσητε. Ἡμεῖς μὲν γὰρ, [c] ἐπείπερ ὡς οἴκοθεν ἀπο-
" δημοῦμεν, [d] φρουρήσειν ὑμῖν ἀναδεχοίμεθα τὰ ἐγγύτατα χωρία
" τῶν πολεμίων· ὑμεῖς δὲ [e] τὰ πρόσορα ὑμῖν αὐτοῖς τῆς Ἀσσυρίας,

" potiùs exercitum debere, quàm invitos à difficultate rerum profligari.
" Sin *hâc* in militiâ perseverare volumus, sic nobis agendum esse censeo,
" ut quàm celerrimè loca munita quàm plurima hostibus adimere cone-
" mur, ac nobismet quàm plurima munire: nam si ità fiat, comme-
" atûs majorem habituri sunt copiam, qui majorem rapere copiam et
" recondere potuerint; et obsidebuntur, qui fuerint *ex alterutris* infe-
" riores. Jam verò nihil inter nos et in mari navigantes discriminis
" est: quippe navigant illi quidem semper, sed nihilo magìs partem
" *maris jam* navigatam sibi propriam relinquunt, quàm quæ ipsis ena-
" vigata non est. At si castella nobis accesserint, ab hostibus ea regio-
" nem alienabunt, nobísque omnia magìs erunt in tranquillo. Quod
" verò nonnulli vestrûm fortasse metuerint, nè procul à patrio *solo* col-
" locentur in præsidiis, id minimè vobis formidandum est. Nos enim
" qui sic *quoque* domo peregrinantes absumus, loca nos hostibus
" proxima custodituros vobis recipiemus: vos Assyriæ loca vobismet

a Ἧσσους] MS. Bodl. habet κρείττους· quod quidem ferri potest, si πολιορκήσονται activè sumatur; sin passivè (quod cum Stephano potiùs credo) tunc vulgata lectio omninò retinenda fuerit.

b Ὑπ' εὐδίας] Stephanus scribendum monet ἐπ' εὐδίας. Eodémque teste, Camerarius in suo vet. exempl. legit ὑπεύδια. MS. Bodl. paulò aliter atque cæteri libri, ὑμῖν δὲ ὑπ' εὐδίαν. At nulla, opinor, causa est, cur à receptâ lectione, quam editiones constabiliunt omnes, desciscamus.

c Ἐπείπερ ὡς] MS. Bodl. εἴπερ καὶ ὡς, &c. quod rectius forsan est; si modò εἴπερ interpreteris ὑπευδήπερ quandoquidem (quâ de re vide Budæum, p. 991), et ὡς accipias pro ἅτως, quo sensu particulæ illi meliùs accentum adposueris: quod Stephanus etiam hoc in loco faciendum monet.

d Φρουρήσειν ὑμῖν, &c.] Leunclavius mendosè prorsùs, et contra librorum omnium fidem, scribit φρουρήσειν ἡμῖν ἀναδεχοίμεθα. Haud existimaverim doctum illum virum latuisse, ἀναδέχομαι ὑμῖν idem ferè Græcis esse, quòd Planco, *recipio vobis*, Cicer. Fam. x, 27. Sic Noster iterum paulò infra, ἐγώ σοι ἀναδέχομαι, &c.

e Τὰ πρόσορα, &c.] Editiones *Ald. et Florent.* dant τὰ προσόρια ὑμῖν αὐτοῖς τοῖς

" ἐκεῖνα κλᾶσθε καὶ ἐργάζεσθε. Ἢν γὰρ ἡμεῖς τὰ πλησίον αὐτῶν
" δυνάμεθα φρουρεῖν σώζεσθαι, ἐν πολλῇ ὑμεῖς εἰρήνῃ, οἱ τὰ
" πρόσω αὐτῶν ἔχοντες, βιοτεύσετε· ὡ γὰρ, οἶμαι, δυνήσονται τῶν
" ἐγγὺς ἑαυτῶν ὄντων κακῶν ἀμελοῦντες τοῖς πρόσω ὑμῖν ἐπιβου-
" λεύειν."

Ὡς δὲ ταῦτα ἐρρήθη, οἵ τε ἄλλοι πάντες ἀνισάμενοι [a] συμπροθυμήσεσθαι ταῦτ' ἔφασαν, καὶ Κυαξάρης. Γαδάτας δὲ καὶ Γωβρύας καὶ τεῖχος αὐτῶν ἑκάτερος, ἢν ἐπιτρέψωσιν οἱ σύμμαχοι, τειχιεῖσθαι ἔφασαν, ὥστε καὶ ταῦτα φίλια τοῖς συμμάχοις ὑπάρχειν. Ὁ δὲ Κῦρος, ἐπεὶ ἑώρα πάντας προθύμως ὅντας πράσσειν ὅσα ἔλεξε, τέλος ἔφη, Εἰ τοίνυν περαίνειν βουλόμεθα ὅσα [b] φαμὲν χρῆναι ποιεῖν, ὡς τάχιστα ἃ ἂν δέοι γενέσθαι μηχανὰς μὲν εἰς τὸ καθαιρεῖν τὰ τῶν πολεμίων τείχη, τέκτονας δὲ εἰς τὸ ἡμῖν ὀχυρὰ πυργοῦσθαι. Ἐκ τούτου ὑπέσχετο μὲν Κυαξάρης μηχανὴν αὐτὸς ποιησάμενος παρέξειν, ἄλλην δὲ Γαδάτας τε καὶ Γωβρύας,

" finitima possidete et colite. Nam si nos ea, quæ ab ipsis prope ab-
" sunt, tueri custodiendo poterimus, altâ vos in pace, qui loca possidetis
" procul ab ipsis *dissita*, victuri estis: neque enim, ut arbitror, neglec-
" tis malis sibi proximis, insidiari vobis procul remotis poterunt."

Hæc ubi dicta fuerunt, cùm alii omnes surgentes in ea operas suas *et studia* promptis se animis collaturos aiebant, tum etiam Cyaxares. Gadatas verò et Gobryas munitionem uterque se extructuros aiebant, si potestatem ejus sibi facerent socii; ut etiam illæ sociis essent amicæ. Cyrus ergò, cùm videret omnes animis esse promptis ad ea omnia quæ dixisset facienda, tandem ait, Quòd si igitur perficere, quæcunque dicimus conficienda esse, volumus, quam primùm machinas parari necesse est ad muros hostium demoliendos, et fabros qui munitiones nobis excitent. Tum verò Cyaxares machinam se fabricaturum et suppeditaturum pollicitus est, aliam Gadatas et Gobryas,

[a] Ἀσσυρίοις, &c. Camerarius, teste Stephano, ex suo vetusto codice adfert, ὑμεῖς δὲ τὰ προσόρια ὑμῖν αὐτοῖς, τῆς δὲ Συρίας ἐκεῖνα κλᾶσθε ἄν, &c. et intelligit, *Illa jam capta atque occupata loca Syriæ*. Jam suprà quidem, p. 298, notavimus, pro Ἀσσυρίων in exemplaribus quibusdam vet. scribi Σύρων. Atque, ut de aliis taceam locis, paulò infra legimus ἐν τῇ Μηδίᾳ ἢ Συρίᾳ. Sed MS. Bodl. et omnes melioris notæ editiones vulgatam lectionem tuentur.

a Συμπροθυμήσεσθαι] Vetusti duo libri, *Ald. et Florent.* exhibent συμπροθυμήσεσθαι, quos et Budæus *Comment.* p. 527, secutus est. Sed perperam; ut cuilibet locum adtentis oculis circumspicienti perspicuum erit. Rectè Stephanus aliique ex auctoritate vet. cod. (quibus accedit MS. Bodl.) συμπροθυμήσεσθαι reposuerunt.

b Φαμὲν χρῆναι, &c.] Sic reposuimus ex MS. Bodl. et editione Stephani, suffragantibus vestustis exemplaribus huic et Gabrielio visis. In aliis libris non una est hujus loci facies: *Ald. Florent.* et *Leuncl.* exhibent φαμὲν, χρῆναι ποιεῖν ὡς τάχιστα, ἃ ἂν δέοι γενέσθαι. *Eton.* aliique φαμὲν, χρῆ ποιεῖν ὡς τάχιστα ἃ ἂν δέοι, &c.

ἄλλην Τιγράνης· [a] ἄλλην δὲ αὐτὸς ὁ Κῦρος ἔφατο πειρᾶσθαι ποιήσασθαι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτ' ἔδοξεν, ἐπορίζοντο μὲν μηχανοποιούς, παρεσκευάζοντο δ' ἕκαστοι εἰς τὰς μηχανὰς ὧν ἔδει· ἄνδρας δ' ἐπέσηναν, οἳ ἐδόκουν ἐπιτηδειότατοι εἶναι ἀμφὶ ταῦτ' ἔχειν.

Κῦρος δ', ἐπεὶ ἔγνω ὅτι διατριβὴ ἔσαι ἀμφὶ ταῦτα, ἐκάθισε μὲν τὸ στράτευμα ἔνθα ᾤετο ὑγιεινότατον εἶναι καὶ εὐπροσοδώτατον ὅσα ἔδει προσκομίζεσθαι· ὅσα τε ἐρυμνότητος προσεδεῖτο, ἐποιήσατο ὡς ἐν ἀσφαλεῖ οἱ ἀεὶ μένοντες εἶεν, εἴποτε καὶ πρόσω τῇ ἰσχύϊ [b] ἀποστρατοπεδεύσαιντο. Πρὸς δὲ τούτοις, ἐρωτῶν ὃς ᾤετο μάλιστα εἰδέναι τὴν χώραν, ὁπόθεν ἂν ὡς πλεῖστα ὠφελοῖτο τὸ στράτευμα, ἐξῆγεν ἀεὶ [c] εἰς πρόνομας, ἅμα μὲν ὅπως ὅτι πλεῖστα λαμβάνοι τῇ στρατιᾷ τὰ ἐπιτήδεια, ἅμα δ' ὅπως μᾶλλον ὑγιαίνοιεν καὶ ἰσχύοιεν διαπονούμενοι ταῖς πορείαις, ἅμα δ' ὅπως ἐν ταῖς ἀγωγαῖς τὰς τάξεις ὑπομιμνήσκοιντο. Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἐν τούτοις ἦν.

aliam Tigranes; aliam Cyrus ipse curaturum se utì conficeret aiebat. His decretis, machinarum structores conquirebant, et adparabant singuli quæ ad machinas requirerentur; nonnullos etiam *operi* præficiebant, qui ad hæc curanda maximè viderentur esse idonei.

Cyrus verò, quòd animadverteret hæc sine morâ perfectum non iri, eo loco castra metatus est, quem putabat saluberrimum esse, et propter illa quæ advehi oporteret, accessu facillimum; et quæcunque munitione adhuc indigebant, *sic* perficiebat, ut quovis tempore qui remanerent, in tuto essent, quamvis cum *exercitûs* robore aliquando castris motis longiùs *ipse cæterique ab iis* abscederent. Prætereà, interrogans eos, quos regionem maximè cognitam habere putabat, quibus ex locis exercitus plurimum emolumenti capere posset, *suos* semper pabulatum eduxit, tum ut res exercitui necessarias maximâ copiâ pararet, tum ut rectiùs valerent et robusti essent, itineribus exercitati, tum etiam ut inter ducendum ordinis servandi recordarentur. His in rebus Cyrus erat *occupatus:*

a Ἄλλην δὲ αὐτὸς, &c.] Hanc lectionem veteres optimæque notæ editi libri omnes præstant. *Camerarius*, auctore Stephano, in suo vet. libro invenit αὐτὸς δὲ Κῦρος ἔφη δύο πειρᾶσθαι, &c. In MSto Bodl. legitur αὐτὸς δὲ Κῦρος ἔφη δύο πειράσισθαι ποιήσειν. Et interpretes quidem ità locum vertunt, quasi πειράσισθαι legissent.

b Ἀποστρατοπεδεύσαιντο] MS. Bodl. dat ἀποστρατοπεδεύσοιντο. *Camerarii* liber vetus ἀποστρατοπεδεύσοιντε, quod de Cyro intelligendum sit. Nec malè quidem sic procedet loci sententia, si cum illo dativo τῇ ἰσχύϊ subaudias, utì monuit olim Stephanus, ἅμα vel σύν.

c Εἰς πρόνομας] *Ald.* et *Florent.* editione habent ἀεὶ προσνομάς. Budæus etiam *Comment.* p. 732, mutatâ paulùm, non emendatâ, loci scripturâ, legit ἐξῆγεν ἀεὶ πρὸς νομάς. Ipse tamen libens secutus sum lectionem MSti Bodl. et editionum *Steph. Leunclav.* et *Eton.* præsertim cùm πρόνομή sit vox apud Nostrum alibi usurpata, Ἀνάβ. ε', p. 203, edit. Steph. ἀλλὰ μοὶ δοκεῖ σὺ προνομαῖς λαμβάνειν τὰ ἐπιτήδεια, &c. Ἑλλην. δ', p. 253. Ἄγις ἐκ τῆς Δεκελείας πρόνομον ποιούμενος, &c. et ejusdem Histor. δ', p. 279, προνομὰς δὲ ποιούμενοι, &c.

Ἐκ δὲ Βαβυλῶνος οἱ αὐτόμολοι καὶ οἱ ἁλισκόμενοι ταῦτ' ἔλεγον, ὅτι ὁ Ἀσσύριος οἴχοιτο ἐπὶ Λυδίας, [a] πολλὰ τάλαντα ἀργυρίου καὶ χρυσίου ἄγων, καὶ ἄλλα κτήματα καὶ κόσμον παντοδαπόν. Ὁ μὲν δὴ ὄχλος τῶν στρατιωτῶν ὑπελάμβανεν, ὡς ὑπεκτίθοιτο ἤδη τὰ χρήματα φοβούμενος· ὁ δὲ Κῦρος, γιγνώσκων ὅτι οἴχοιτο συσήσων εἴ τι δύναιτο [b] ἀντίπαλον ἑαυτῷ, ἀντιπαρεσκευάζετο ἐρρωμένως, ὡς μάχης ἔτι δεῆσον· καὶ ἐξεπίμπλα μὲν τὸ τῶν Περσῶν ἱππικόν, τοὺς μὲν ἐκ τῶν αἰχμαλώτων, τοὺς δέ τινας καὶ παρὰ τῶν φίλων λαμβάνων ἵππους· ταῦτα γὰρ παρὰ πάντων ἐδέχετο, καὶ ἀπεωθεῖτο οὐδέν, οὔτε εἴ τις ὅπλον ἐδίδου καλὸν, οὔτε ἵππον. Κατεσκευάζετο δὲ καὶ ἅρματα ἔκ τε τῶν αἰχμαλώτων ἁρμάτων, καὶ ἄλλοθεν ὁπόθεν δύναιτο. Καὶ τὴν μὲν [c] Τρωϊκὴν διφρείαν πρόσθεν ὅσαν,

E Babylone verò transfugæ et captivi narrabant, Assyrium multa auri argentíque talenta secum ferentem opésque alias et omnis generis ornamenta, in Lydiam esse profectum. Quamobrem militum vulgus suspicabatur, adductum metu jam pecunias eum *alibi deponendas ex regione suâ* clam exportâsse: Cyrus verò, qui hominem intelligeret eâ de causâ discessisse, ut si quam posset adversariorum sibi manum conflaret, et ipse præsenti se animo parabat, tanquam prælium adhuc ineundum esset: explebat quoque Persarum equitatum, partim à captivis, partim ab amicis acceptis equis: nam hæc ab omnibus accipiebat, neque rejiciebat *eorum* quidquam, sive quis arma *ipsi* elegantia daret, seu æquum. Prætereà currus parabat cùm de iis quos ceperat, tum undecunque poterat. Ac curruum quidem rationem superiori tempore Troiæ usitatam

a Πολλὰ τάλαντα, &c.] Apud Veteres Talentum fuit multiplex. Babylonicum, auctore Æliano Hist. V, l. i, c. 22, valuit 72 *minas Atticas*. De cæteris consule *Jul. Poll.* lib. ix, c. 6. *Waser.* de Antiq. Num. l. ii, c. 18. *Brerew.* de Pond. c. 4. *Casp. Eisenschmid.* de Pond. et Mens. *Sect.* i, c. 4. Notat autem J. Pollux, loco jam adpellato, Homeri tempore minimum fuisse talenti valorum: id quod vel ex præmiis ludorum quæ apud eum Iliad. ψ', ponuntur, intelligi potest. Tertio enim ponitur Lebes, quarto duo auri talenta.

b Ἀντίπαλον ἑαυτῷ.] Sic ex MS. Bodl. restituimus, adstipulante Stephano. In libris autem hactenùs editis ità legitur et distinguitur locus—ἀντίπαλον, ἑαυτὸν ἀντιπαρεσκευάζετο, &c. Voci autem ἀντίπαλος dativum itidem supra paulò adjunxit Auctor: Ὁρῶ γὰρ ἡμῖν ἀντιπάλους προσιόντας, &c. et mox infra: ταῦτα ἀνίπαλα ἡμῖν προσιόντα. Porrò *Gabrielius* etiam ex vetustis suis exemplaribus adfert ἑαυτῷ.

c Τρωϊκὴν διφρείαν, &c.] Apud Veteres duplex erat pugnandi ratio, quoties curribus prælia committebant: una vetustissima, quam Noster adpellat Τρωϊκὴν, quod scil. temporibus Trojanis fuerit usitata: alia recentior, quam adpellat Κυρηναϊκὴν, quòd Cyrenaïcis recepta esset. *Cyrenaïcam* eam opinatur esse *Schefferus*, quæ habebat pugnatores perpetuò insistentes curribus: *Trojanam* verò, quæ desilientes, cùm pugnandum esset. Hanc in rem vide sis *Homer.* Il. λ', v. 91, et seq. item Il. π', v. 426, 427. Genus hoc utrumque sustulit Cyrus ob rationes à Xenophonte mox adlatas. Fusiùs de loco hoc et secuturo statim illo, ubi de curribus agitur falcatis, Cl. *Schefferus* de re vehic. lib. ii, c. 15, à quo rem in nostram quæ fuerint hausimus.

καὶ τὴν Κυρηναίων ἔτι νῦν ὄσαν ἁρματηλασίαν [a] κατέλυσε· τὸν γὰρ πρόσθεν χρόνον καὶ οἱ ἐν τῇ Μηδίᾳ ἢ Συρίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, τοῖς ἅρμασιν ὅτως ἐχρῶντο ὥσπερ νῦν οἱ Κυρηναῖοι. Ἔδοξε δ' αὐτῷ, ὃ κράτιστον εἰκὸς ἦν εἶναι τῆς δυνάμεως, ὄντων τῶν βελτίστων ἐπὶ τοῖς ἅρμασι, [b] τοῦτο ἐν ἀκροβολισῶν μέρει εἶναι, καὶ εἰς τὸ κραλεῖν [c] ὀδὲν μέγα μέρος συμβάλλεσθαι. Ἅρματα γὰρ τριακόσια τοὺς μὲν μαχομένους παρέχεται τριακοσίους, ἵπποις δ' ὅτοι χρῶνται διακοσίοις καὶ χιλίοις· ἡνίοχοι δ' αὐτοῖς εἰσι μέν, ὡς εἰκὸς, οἷς μάλιστα πιστεύουσιν [d] οἱ βέλτιστοι, εἰς τριακοσίους· ὅτοι δέ εἰσιν οἳ ὀδ' ὁτιοῦν τοὺς πολεμίους βλάπτουσιν. Ταύτην μὲν οὖν τὴν διφρείαν κατέλυσεν· [e] ἀντὶ δὲ τούτου πολεμιστήρια καλεσκεύασεν ἅρματα τροχοῖς τε ἰσχυροῖς, ὡς μὴ ῥᾳδίως συντρίβηται, ἄξοσί τε μακροῖς·

et aurigationem, quâ hodieque Cyrenæi utuntur, sustulit *et abrogavit :* nam superiori tempore Medi et Syri et Arabes et omnes Asiatici curribus sic utebantur ut nunc Cyrenæi. Existimavit autem *Cyrus*, partem exercitûs eam quam esse præstantissimam sit verisimile, cùm fortissimi *quique* sint in curribus, velitum vicem explere, neque magnum aliquod ad victoriam momentum adferre. Nam trecenti currus pugnantes quidem suppeditant trecentos, equis hi mille ducentis utuntur ; iis prætereà aurigæ sunt, utì par est, quibus *illi* optimi *in exercitu* maximè fidunt, ad trecentos : at hi sunt ii qui nihil prorsus hostibus detrimenti adferunt. Hanc igitur curruum *agendorum* rationem sustulit ; próque eâ bello aptos currus instruxit, et rotis firmis, ut nè facilè comminuerentur, et axibus longis ;

a Κατέλυσε] Eadem hîc est verbi hujus notio, atque ea quam Matt. v, 17, obtinet. Immeritò igitur *Capellus* spicileg. ad loca quædam N. T. καταλῦσαι νόμον per Hebraïsmum dici autumâsse videtur: quamvis enim respondeat phrasi Hebræorum בטל תורה, non tamen Græciâ statim exulat.

b Τοῦτο ἐν ἀκροβολισῶν, &c.] Intelligit Noster eos, qui tela solùm emiserunt, nec de curribus in ulterius et gravius certamen descenderunt. In aliquot libris legitur, τοῦτο μὴ ἐν, &c. Sed negationi isti locus hîc omnino nullus est.

c Οὐδὲν μέγα.] Sic ex fide MSti Bodl. (cum quo *Gabrielii* vet. exempl. consentiunt) rescribendum curavimus; cùm priùs legeretur ὐδὲ μέγα, &c. Nostram verò lectionem vulgatæ huic præferendam viderunt Stephanus et Muretus.

d Οἱ βέλτιστοι, εἰς, &c.] Stephanus dat οἱ βέλτιστοι, ἄλλοι δὲ, &c. nec aliter MS. Bodl. Leunclavius, οἱ βέλτιστοι, ἄλλοι δὴ, &c. Nos secuti sumus editiones *Eton. Ald.* et *Flor.* Stephanus etiam, ἄλλοι δὲ, supervacanea esse fatetur, eáque itidem delenda censuit Muretus. Rectè.

e Ἀντὶ δὲ τούτου, &c.] Id nempe peculiare fuit, quod hi currus axes haberent longiores, et rotas firmiores, quàm bigæ aut quadrigæ communes. Illud quoque animadvertendum est, aurigam solum, non propugnatorem insuper aliquem, hos conscendisse currus ; hoc enim genere quicquid effici debebat, id efficiendum erat, non per homines, sed currus ipsos falcibus armatos.

[a] ἧττον γὰρ ἀναῤῥέπεσθαι πάντα τὰ πλατέα· τὸν δὲ δίφρον τοῖς ἡνιόχοις ἐποίησεν, ὥσπερ πύργον, ἰσχυρῶν ξύλων· ὕψος δὲ τέτων ἐστὶ [b] μέχρι τῶν ἀγκώνων, ὡς δύνωνται ἡνιοχεῖσθαι [c] οἱ ἵπποι ὑπὲρ τῶν δίφρων· τὰς δ' ἡνιόχας ἐθωράκισε πάντα πλὴν τῶν ὀφθαλμῶν. [d] Προσέθηκε δὲ καὶ δρέπανα σιδήρεα ὡς δικήχεα πρὸς τὰς ἄξονας ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν τροχῶν, καὶ ἄλλα κάτω ὑπὸ τῷ ἄξονι εἰς γῆν βλέποντα, ὡς ἐμβαλοῦντων εἰς τὰς ἐναντίας τοῖς ἅρμασιν. Ὡς δὲ τότε Κῦρος ταῦτα κατεσκεύασεν, [e] ἕτως ἔτι καὶ νῦν τοῖς ἅρμασι χρῶνται καὶ οἱ ἐν τῇ βασιλέως χώρᾳ. Ἦσαν δὲ αὐτῷ καὶ κάμηλοι πολλαὶ παρά τε τῶν φίλων

quippe minùs everti solent omnia quæ lata sunt: sellam verò aurigis struxit, veluti turrim, ex lignis firmis; atque harum *sellarum* altitudo usque ad *aurigæ* cubitos *pertingebat*, ut equi supra sellas habenis regi possent: aurigas verò *ipsos* totos, exceptis oculis, loricis armavit. Prætereà falces ferreas duûm ferè cubitorum ad axes ab utrâque rotarum parte adposuit, et alias infrà sub axem, quæ terram respicerent; tanquam his in adversos cum curribus impetum facturis. Atque ut Cyrus id temporis hæc instituit, sic etiam hâc tempestate curribus *hisce* utuntur ii qui regis in ditione degunt. Habebat etiam permultas camelos tum ab amicis

a Ἧττον γὰρ ἀναῤῥέπεται, &c.] Muretus notat in veteribus libris legi, ἧττον ἂν ἀνατρέποιτο. MS. Bodl. paulò aliter, ἧσσον γὰρ ἂν ἀνατρέπηται. Sed à lectione vulgatâ minimè recedendum censeo.

b Ἐστὶ μέχρι τῶν, &c.] *Philelphus* legisse videtur μέχρι ἀγκώνων πέντε. At rectiùs locum cæteri libri exhibent; in quibus πέντε illud non comparet. Eo verò fine sellæ factæ sunt altæ, rotundæ, ac undequaque clausæ, ii quoque currus qui regebant, thoracibus galeísque muniti, ut nulla eorum pars vulneribus pateret; atque adeò obsistentia quævis impunè possent perrumpere.

c Οἱ ἵπποι ὑπὲρ, &c.] In libris nonnullis legitur οἱ ἵπποι ὑπὸ τῶν, &c. Nos MS. Bodl. *Steph. Leuncl.* et vetustas editiones secuti sumus.

d Προσέθηκε δὲ καὶ, &c.] Hactenùs nimirum nudi inermésque erant Persarum currus; quales *Arrianus* Tactic. p. 9, ψιλὰ ἅρματα vocat: quo in loco cùm nominatim Persicorum curruum meminit, sine dubio respexit ad hoc institutum Cyri, ejúsque ἅρματα δρεπανηφόρα opposuit ψιλοῖς, et hæc Τρωϊκὰ, illa Περσικὰ vocavit. Quanquam autem apud Persas aliósque quosdam Asiæ incolas Cyrus primus veterem immutârit vehiculorum bellicorum formam, currúsque falcatos instituerit; tamen haud facilè quisquam dixerit, quis curruum istorum cæteros apud Orientis populos primus extiterit auctor, aut quo tempore eos conficiendi ratio primùm fuerit inventa. Ninus, referente *Diodoro Sic.* lib. ii, p. 91, istiusmodi currus habuit. Sed omnino frustrà est Cl. *Schefferus*, qui (*de re vehic.* lib. ii, p. 193.) Nini ante tempora, tales apud Chananæos fuisse currus ex monumentis sacris se deprehendisse putat. Nam neque in iis, quæ adpellat, locis, neque alibi, opinor, usquam Scriptura falcium ex curribus eminentium meminit: adpellat autem Jud. i, 19, et iv, 3, ubi sanè versio vulg. Lat. *currus falcatos* perperam exhibet, et in primo loco vertendo mirum in modum LXX. Interp. cespitârunt. At textus Hebræus רכב ברזל vertendus est *currus ferrei* seu *ferrati*, h. è. ferro tecti, nè facilè confringi aut securibus secari possent. Hanc interpretationem Targum Jonath. et versiones *Syr.* et *Arab.* confirmant.

e Οὕτως ἔτι ἔν νῦν, &c.] Hunc vocum istarum ordinem, adprobante Stephano, ex MSto Bodl. restituimus. Hic autem illud ἔν, quod χρῶνται statim sequitur, abesse maluit. Sed invitis libris omnibus, hujus consilio non paremus. Priùs hic locus sic se habuit, ἕτω ἔν ἔτι νῦν τοῖς, &c.

συνειλεγμένας, καὶ αἰχμαλώτους πᾶσας συνηθροισμένας. Καὶ ταῦτα μὲν ὅπως ἐπεραίνετο·

[a] Βαλόμενος δέ τινα κατάσκοπον πέμψαι ἐπὶ Λυδίας, καὶ μαθεῖν ὅ,τι πράσσει ὁ Ἀσσύριος, ἔδοξεν αὐτῷ ἐπιτήδειος εἶναι Ἀράσπας [b] ἐλθεῖν ἐπὶ τοῦτο, ὁ φυλάττων τὴν καλὴν γυναῖκα. Συνεβεβήκει γὰρ τῷ Ἀράσπᾳ τοιάδε· ληφθεὶς ἔρωτι τῆς γυναικὸς, ἠναγκάσθη προσενεγκεῖν λόγους αὐτῇ περὶ συνουσίας. Ἡ δὲ ἀπέφησε μὲν, καὶ ἦν πιστὴ τῷ ἀνδρὶ, καίπερ ἀπόντι· (ἐφίλει γὰρ αὐτὸν ἰσχυρῶς) ἀ μέντοι κατηγόρησε τοῦ Ἀράσπου πρὸς τὸν Κῦρον, ὀκνοῦσα συμβαλεῖν φίλους ἄνδρας. Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀράσπας δοκῶν [c] ὑπηρετήσειν τῷ τυχεῖν ἃ ἐβούλετο, ἠπείλησε τῇ γυναικὶ, ὅτι εἰ μὴ βούλοιτο ἑκοῦσα, ἄκουσα [d] ποιήσοι ταῦτα· ἐκ τούτου ἡ γυνὴ, ὡς ἔδεισε τὴν βίαν, οὐκέτι κρύπτει, ἀλλὰ πέμπει τὸν εὐνοῦχον πρὸς τὸν Κῦρον, καὶ κελεύει λέξαι ἅπαντα. Ὁ

collectas, tum omnes *illas*, quæ captæ fuerant, congregatas. Et hæc quidem ità peragebantur:

Cùm autem in Lydiam speculatorem quendam mittere vellet, ac quid rerum Assyrius ageret cognoscere, visus ei fuit idoneus, qui eò hanc ad rem proficisceretur, illius formosæ fœminæ custos, Araspas. Nam huic Araspæ hujusmodi quiddam evenerat; cùm mulieris *ejus* amore captus esset, coactus est eam adpellare de consuetudine. At negabat illa quidem, viróque *suo* fida erat, tametsi abesset: (quippe vehementer eum amabat) non tamen Araspam apud Cyrum accusabat, amicos inter se committere verita. Sed ubi Araspas existimans has momentum aliquod ad ea, quæ volebat, consequenda adlaturas, mulieri minas intendisset, ni libens faceret, invitam esse facturam; tum verò mulier, ut quæ vim verita fuerit, *rem* non amplius occultat, sed ad Cyrum eunuchum mittit, eíque mandat ut exponat omnia. Is

a Βαλόμενος δὲ, &c.] Nominativus *βαλόμενος* absolutè hîc videtur poni pro *βαλομένῳ*, nec habere quò referatur. Simili planè modo loquitur *Arrianus* de *Exped. Alex.* l. 7, p. 287, ed. *Gronov.*—καὶ ἰδών τι τατεινῶς διακειμένους, καὶ ἀκούσας σὺν οἰμωγῇ τῶν στολλῶν βοώντων, καὶ αὐτῷ προσχεῖται δάκρυα· pro ἰδόντι καὶ ἀκούσαντι αὐτῶν. Conf. Act. xx, 3, ubi ποιήσας ponitur pro ποιήσαντι.

b Ἐλθεῖν] Verbum hoc *proficiscendi* significationem hîc obtinet; ideóque falluntur ii, qui Hebræorum more evangelistas locutos esse putant, cùm *eundi* vel *proficiscendi* vim τῷ ἔρχεσθαι tribuerint. Vid. Act. xxviii, 14. Luc. ii, 44. Jo. vi. 17.

c Ὑπηρετήσειν τῷ, &c.] Hæc MS. Bodl. et editionis *Eton.* est lectio: quam et Stephanus vulgatæ huic—ὑπηρετεῖν, ἀπετύγχανεν ἃ ἐβούλετο, &c. anteferendam censuit. *Muretus* ex conjecturâ legit, ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀράσπας δοκῶν ὑπηρετήσειν, ἀπέτυχεν ὧν ἐβούλετο—et ità interpretatur, *Postquam autem Araspas, qui eam sibi morem gesturam putabat, spe suâ frustratus est.* Ubi verbum ὑπηρετήσειν ad *mulierem*, non ad *Araspan*, referendum statuit. Mihi magìs arridet recepta scriptura.

d Ποιήσοι] Sic MS. Bodl. et editio *Eton.* In cæteris libris ferè omnibus legitur ποιήσοιτο. At Stephanus exemplaria ea sequenda censuit, quæ nostram exhibent lectionem. *Muretus*, conjecturæ nimiùm indulgens, legit ποιήσοιτο ταῦτα.

δ' ὡς ἤκουσεν, ἀναγελάσας ἐπὶ τῷ κρείττονι τὸ ἔρωτος φάσκοντι εἶναι, πέμπει Ἀρτάβαζον σὺν τῷ εὐνούχῳ, καὶ κελεύει αὐτῷ εἰπεῖν, βιάζεσθαι μὲν μὴ τοιαύτην γυναῖκα, πείθειν δὲ, εἰ δύναιτο, οὐκ ἔφη κωλύειν. Ἐλθὼν δὲ ὁ Ἀρτάβαζος πρὸς τὸν Ἀράσπαν ἐλοιδόρησεν αὐτὸν, παρακαλαθήκην τὲ ὀνομάζων τὴν γυναῖκα, ἀσέβειάν τε αὐτῷ λέγων, ἀδικίαν τὲ καὶ ἀκράτειαν· ὥστε τὸν Ἀράσπαν πολλὰ μὲν δακρύειν ὑπὸ λύπης, καταδύεσθαι δ' ὑπὸ τῆς αἰσχύνης, ἀπολωλέναι δὲ τῷ φόβῳ μή τι καὶ πάθῃ ὑπὸ Κύρου.

Ὁ δὲ Κῦρος καταμαθὼν ταῦτα, ἐκάλεσέ τε αὐτὸν, καὶ μόνος μόνῳ ἔλεξεν, Ὁρῶ σε, ἔφη, ὦ Ἀράσπα, φοβούμενόν τε ἐμὲ, καὶ ἐν αἰσχύνῃ δεινῶς ἔχοντα. Παῦσαι δὲ τούτων· ἐγὼ γὰρ θεούς τε ἀκούω ἔρωτος [a] ἡσσᾶσθαι, ἀνθρώπους τὲ οἶδα καὶ μάλα φρονίμους δοκοῦντας εἶναι οἷα πεπόνθασιν ὑπ' ἔρωτος· καὶ αὐτὸς δὲ ἐμαυτῷ κατέγνων μὴ ἂν καρτερῆσαι ὥστε συνὼν καλοῖς ἀμελῆσαι αὐτῶν. Καὶ σοὶ δὲ [b] τούτου τοῦ πράγματος ἐγὼ αἴτιός εἰμι· ἐγὼ γάρ

autem ubi rem audivit, edito risu de homine qui ab amore se *nuper* invictum dixisset, Artabazum cum eunucho mittit, et Araspæ dicere jubet, vim quidem tali fœminæ adferri non debere, quo minùs autem persuadeat, si posset, non se vetare. Et Artabazus, cùm ad Araspam venisset, conviciis eum proscindebat, cùm mulierem illam depositum adpellans, tum ipsi impietatem, injustitiam, incontinentiam objiciens; adeò ut Araspas quidem præ dolore multas profunderet lacrimas, pudore opprimeretur, atque etiam metu exanimaretur, nè quid ipsi gravius à Cyro accideret.

Cyrus igitur hæc ubi cognovisset, arcessivit eum, et solus cum solo locutus est, Video te, inquit, Araspa, metuere me, et maximo pudore adfici. Verùm de his desiste; nam audio equidem deos etiam ab amore victos fuisse, et non ignoro, qualia ab amore iis etiam hominibus, qui prudentes admodùm viderentur, acciderint: atque etiam ipse de meipso animadverti ità me continentem non esse, ut si cum formosis unà sim, mihi neglectui sint. Quin hujus ego tibi rei sum auctor; quippe qui

a Ἡσσᾶσθαι] Sic editiones *Ald Flor. Steph. Eton.* MS. Bodl. ἡττᾶσθαι. Operarum typographicarum haud dubiè vitio in edit. *Leunclaviana* legitur ὑσσᾶσθαι: atque adeò importunum prorsùs duxerim, nostrâ de scripturâ quidquam adtulisse, nisi quendam Xenophontis operum editorem, hoc etiam nihili verbum, pro mirâ suâ solitâque fide, è Leunclavianâ editione in suam transtulisse viderim.

b Τούτου τοῦ πράγματος, &c.] Scil. *quod amore erga eam tam impotenter arseris.* Nempe Græcis πρᾶγμα dicitur res quælibet, dè quâ sermo ipsis est. Ità mox sequitur, ἐγὼ γάρ σε συλλαβέσθαι τούτῳ τῷ ἀμάχῳ πράγματι, scil. cum *Panthéâ*, cujus pudicitiam nullis precibus expugnare potuisti. Quomodo et *Euripidi* in Oedipo apud *Stobæum*, Serm. 7, ἄλλων πάντων δυσμαχώτατον γυνὴ dicitur. Posset quidem

σε συγκαθείρξαι τούτῳ τῷ ἀμάχῳ πράγματι. Καὶ ὁ Ἀράσπας ὑπολαβὼν εἶπεν, Ἀλλὰ σὺ μέν, ὦ Κῦρε, καὶ ταῦτα ὅμοιος εἶ οἷός περ καὶ τἆλλα, πρᾷός τε καὶ συγγνώμων τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων· ἐμὲ δ', καὶ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι καταδύουσι τῷ ἄχει. Ὡς γὰρ ὁ θρῶξ διῆλθε τῆς ἐμῆς συμφορᾶς, οἱ μὲν ἐχθροὶ ἐφήδονταί μοι, οἱ δὲ φίλοι προσιόντες συμβουλεύουσιν ἐκποδὼν ἔχειν ἐμαυτὸν, μή τι καὶ πάθω ὑπὸ σοῦ, ὡς ἠδικηκότος ἐμοῦ μεγάλα. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Εὖ τοίνυν ἴσθι, ὦ Ἀράσπα, ὅτι ταύτῃ τῇ δόξῃ οἷός τ' εἶ ἐμοί τε ἰσχυρῶς χαρίσασθαι, καὶ τὼς συμμάχους μεγάλα ὠφελῆσαι. [a] Εἰ γὰρ γένοιτο, ἔφη ὁ Ἀράσπας, ὅτι ἐγώ σοι ἐν καιρῷ ἂν γενοίμην οὗ χρήσιμος. Εἰ τοίνυν, ἔφη, προσποιησάμενος ἐμὲ φεύγειν ἐθέλοις εἰς τὼς πολεμίους ἐλθεῖν, οἶμαι ἄν σε πιστευθῆναι ὑπὸ τῶν πολεμίων. Ἔγωγε ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ὁ Ἀράσπας, καὶ ὑπὸ τῶν φίλων οἶδα ὅτι ὡς σὲ πεφευγὼς λόγον

te cum illâ re inexpugnabili concluserim. Et Araspas sermonem suscipiens, Enimverò tu, Cyre, inquit, in his etiam sic te geris, ut in aliis; qui et clemens sis et delictis humanis ignoscas: me verò cæteri homines mœrore obruunt. Nam ex quo rumor de calamitate meâ vulgatus est, inimici mihi insultant; amici *me* convenientes, ut è medio me propiam, consulunt; nè quid à te mihi accidat, ut qui magnum *quoddam* scelus admiserim. Et Cyrus, Atqui certò scias, inquit, Araspa, posse te per hanc *hominum de te* opinionem admodùm gratam mihi rem facere, et sociis utilitates maximas adferre. Utinam verò fiat, inquit Araspas, aliquâ ut in re tibi rursùs opportunè commodem. Quòd si ergo volueris, ait, simulare quasi me fugias, atque ad hostes transire, arbitror fore ut ab hostibus tibi fides habeatur. Profectò, inquit Araspas, scio futurum equidem, ut etiam per amicos rumor excitetur,

ἄμαχον πρᾶγμα exponi de amore, quòd ejus vis sit insuperabilis. Sed verbum συγκαθείργειν eam interpretationem vix admittit. Insolens enim et durum nimis esse videtur, *concludere quem cum amore:* at rectè dicatur is, cui mulieris adservandæ cura demandata est, cum eâ conclusus. Haud alio sensu vox πρᾶγμα usurpata est apud *Arrianum* Comment. de Epict. Disput. l. i, c. 11.—κρώτησον εἰ ἡ τίκτουσα εἶη αὐτῷ καὶ γυνὴ· τῆς δ' ὁμολογήσαντος προσιπύθετο, πῶς τί ἔχει χρὴ τῷ πράγματι; ab eodem lib. iii, c. 3, πραγμάτιον dicitur *puella*. Neque absurdum est, vocem πρᾶγμα, quæ locum in *actionibus* ferè alias obtinet, à nativâ nonnunquam sede ad *res animatas* migrare; cùm et χρῆμα, ejusdem ferè notionis vocabulum, ad cervam transferatur, lib. i, p. 29, ad quem locum vide quæ notavimus.

[a] Εἰ γὰρ γένοιτο, &c.] Dubitat Stephanus, utrùm verba hæc optativè, an interrogativè sint sumenda; utrùm vulgata lectio servanda sit, an ἦ γὰρ ejus in locum substituenda. Ipse quidem locum rectè se habere, et εἰ γὰρ optantis esse, censeo. Simili planè modo easdem particulas adhibet *Lucianus* in Prometheo: p. 63, εἰ γὰρ γένοιτο ταῦτα. Nec aliter *Homerus* Odyss. γ'. v. 205.

Αἰ γὰρ ἐμοὶ τοσσήν γε θεοὶ δύναμιν παραθεῖεν
Τίσασθαι, &c.

Ubi αἰ, ex mente Etymologici M. dicitur pro εἰ, significante εἴθε, *utinam*. Atque ità εἰ illud apud *Virgilium* sumendum videtur:

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto!

Æn. l. vi, v. 187

ἂν παρέχοιμι. Ἔλθοις ἂν τοίνυν, ἔφη, ἡμῖν πάντα εἰδὼς τὰ τῶν πολεμίων· οἶμαι δὲ καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων κοινωνὸν ἄν σε ποιοῖντο, διὰ τὸ πιστεύειν· ὥστε μηδὲ ἕν σε λελῆθέναι ὧν βουλόμεθα εἰδέναι. [a] Ὡς πορεύσομαι ἦν, ἔφη, ἤδη νυνί· καὶ γὰρ τοῦτο, ἴσθι, ἓν τῶν πιστῶν ἔσαι, τὸ δοκεῖν με ὑπὸ σοῦ μελλήσοντά τι παθεῖν ἐκπεφευγέναι. Ἦ καὶ δυνήσῃ, ἔφη, ἀπολιπεῖν τὴν καλὴν Πάνθειαν; Δύο γὰρ, ἔφη, ὦ Κῦρε, σαφῶς ἔχω ψυχάς. Νῦν τοῦτο πεφιλοσόφηκα μετὰ τοῦ ἀδίκου σοφιστοῦ τοῦ Ἔρωτος. Οὐ γὰρ δὴ μία γε οὖσα, ἅμα ἀγαθή τέ ἐσι καὶ κακὴ, οὐδ' ἅμα καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν ἔργων ἐρᾷ, καὶ ταῦτα ἅμα βούλεταί τε καὶ οὐ βούλεται πράττειν· ἀλλὰ [b] δῆλον ὅτι δύο ἐσὸν ψυχὰ, καὶ ὅταν μὲν ἡ ἀγαθὴ κρατῇ, τὰ καλὰ πράττεται· ὅταν δὲ ἡ πονηρὰ, τὰ αἰσχρὰ ἐπιχειρεῖται. Νῦν δὲ, ὡς σὲ σύμμαχον ἔλαβε, κρατεῖ ἡ ἀγαθὴ καὶ πάνυ πολύ. Εἰ τοίνυν καὶ σοὶ δοκεῖ πορεύεσθαι, ἔφη ὁ Κῦρος, ὧδε χρὴ ποιεῖν, ἵνα κἀκείνοις πιστότερος ᾖς· ἐξάγγελλέ τε αὐτοῖς τὰ παρ' ἡμῶν, οὕτω τε ἐξάγγελλε, ὡς ἂν αὐτοῖς τὰ

quasi te fugerim. Itaque nobis redires, ait, rebus omnibus hostium cognitis: quin etiam arbitror ità tibi fidem habituros, ut et rationum et consiliorum *suorum* te participem facturi sint; adeò ut nihil latere te possit eorum omnium quæ nos scire cupimus. Proficiscar igitur nunc jam, inquit *Araspas*: nam scire debes, etiam hoc unum fidei argumentum fore, quod effugisse videbor, cùm jam tibi supplicium daturus essem. An et formosam, inquit, Panthéam relinquere poteris? Duæ mihi nimirum, Cyre, ait, certè sunt animæ. Hanc philosophiam didici modò apud improbum illum sophistam, Amorem. Nam una sanè si esset anima, non et bona simul esset et mala, neque res simul honestas et turpes amaret, neque simul eadem et vellet et nollet facere: sed manifestum est, duas esse animas, et ubi quidem penes *animam* bonam imperium est, honestæ conficiuntur res; ubi verò penes malam, res suscipiuntur turpes. Nunc, quia te socium *et adjutorem* nacta est, anima bona viribus, et longè quidem, superior est. Quòd si ergo, inquit Cyrus, tibi quoque hoc iter instituendum videtur, sic erit agendum, ut apud illos etiam majorem habeas fidem: *nimirum* eis enuntiato quæ à nobis gerantur, et *quidem* sic enunciato, ut quæ abs te dicentur, maximo sint ipsis

a Ὡς πορεύσομαι.] *Muretus* legendum censet——— εἰδέναι. Καὶ ὡς πορεύσομαι, &c. Sed nec mutilus videtur locus, et ab omnibus, quos vidi, libris, ista abest particula καὶ.

b Δῆλον ὅτι, &c.] Vulgò scribitur δηλονότι, &c. atque ità sæpè à Librariis peccatum est; utì jam suprà plus vice simplici notavimus. Vide sis Nostri ἀπομνημ. lib. i, ubi de moribus Critiæ Alcibiadísque disserit; qui, quamdiu cùm Socrate versabantur, honestè; posteaquam ab eo discessissent, turpiter, se gesserunt.

παρὰ σῦ λεγόμενα ἐμποδὼν μάλις' ἂν εἴη ὧν βέλονται πράτλειν. Εἴη δ' ἂν ἐμποδὼν, εἰ ἡμᾶς φαίης παρασκευάζεσθαι ἐμβαλεῖν πε τῆς ἐκείνων χώρας· ταῦτα γὰρ ἀκέοντες, ἧτλον ἂν πανλὶ σθένει ἀθροίζοιντο, ἕκασός τις φοβέμενος καὶ περὶ τῶν οἴκοι. Καὶ μένε, ἔφη, παρ' ἐκείνοις ὁτιπλεῖσον χρόνον· ἃ γὰρ ἂν ποιῶσιν, ὅταν ἐγγύτατα ἡμῶν ὦσι, ταῦτα μάλισα ἡμῖν καιρὸς εἰδέναι ἔσαι. Συμβέλευε δ' αὐτοῖς καὶ ἐκτάτλεσθαι ὅπη ἂν δοκῇ κράτισον εἶναι· ὅταν γὰρ σὺ ἀπέλθῃς, εἰδέναι δοκῶν τὴν τάξιν αὐτῶν, ἀναγκαῖον ἔτω τετάχθαι αὐτοῖς· μελαλάσσεσθαι γὰρ οἰκήσασι· ἢ ἤν πη ἄλλη μεταλάτλωνλαι, ἐξ ὑπογύε ταράξονλαι. Ἀράσπας μὲν δὴ ἔτως ἐξελθὼν, συλλαβὼν τὲς πιστοτάτες θεράποντας, καὶ εἰπὼν πρός τινας οἷα ᾤετο συμφέρειν τῷ πράγμαλι, ᾤχελο·

Ἡ δὲ Πάνθεια, ὡς ᾔσθετο οἰχόμενον τὸν Ἀράσπαν, πέμψασα πρὸς τὸν Κῦρον εἶπε, Μὴ λυπῦ, ὦ Κῦρε, ὅτι Ἀράσπας οἴχελαι εἰς τὲς πολεμίες· ἐὰν γὰρ ἐμὲ ἐάσῃς πέμψαι πρὸς τὸν ἐμὸν ἄνδρα, ἐγώ σοι ἀναδέχομαι ἥξειν πολὺ Ἀράσπε πιστέρόν σοι φίλον· καὶ δύναμιν δ' οἵδ' ὅτι ὁπόσην ἂν δύνηλαι ἔχων παρέσαι σοι. Καὶ γὰρ ὁ μὲν πατὴρ τῦ νῦν βασιλεύοντος φίλος ἦν αὐτῷ· ὁ δὲ νῦν βασιλεύων καὶ ἐπεχείρησέ ποτε ἐμὲ καὶ τὸν ἄνδρα διασπάσαι ἀπ'

impedimento ad ea quæ facere volucrint. Fuerit autem impedimento, si nos dixeris adparatum facere, ut alicubi agrum ipsorum invadamus: nam si hæc audient, minùs *collatis* viribus universis in unum se congregabunt locum, metuente quolibet domesticis etiam rebus. Maneto etiam, inquit, apud ipsos quàm diutissimè: nam maximè nobis opportunum fuerit ea rescire quæ faciant, ubi proximè à nobis aberunt. Iis porrò sis auctor, ut aciem, quocunque modo fuerit optimum, instruant; cùm enim tu discesseris, qui nôsse ipsorum quomodo acies structa sit videbere, necesse erit ut eandem ordinum rationem retineant: nam verebuntur aciem mutare; ac si quo alio modo eam sunt mutaturi, subitò perturbabuntur. Et hoc quidem modo digressus Araspas, sumptis secum fidissimis famulis, et ad quosdam prolatis iis, quæ ad negotium *conficiendum* profutura putabat, discessit:

Panthéa verò, cùm discessisse Araspam sensisset, ad Cyrum misit qui diceret, Nè tibi molestum sit, Cyre, quod Araspas ad hostes transierit; nam si potestatem mihi feceris ad maritum mittendi meum, recipio tibi, venturum amicum longè tibi Araspâ fideliorum; atque etiam scio futurum, ut tibi cum quantis maximis poterit copiis adsit. Etenim hujus quidem regis, qui modò imperat, pater ei amicus erat: at is qui jam rerum potitur etiam conatus est aliquando me ac maritum meum

ἀλλήλων· [a] ὕβρισὴν ἂν νομίζων αὐτόν, οἶδ' ὅτι ἀσμένως ἂν πρὸς ἄνδρα οἷος σὺ εἶ ἀπαλλαγείη. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος κελεύει πέμπειν πρὸς τὸν ἄνδρα· ἡ δ' ἔπεμψεν. Ὡς δ' ἔγνω ὁ Ἀβραδάτης τὰ παρὰ τῆς γυναικὸς σύμβολα, καὶ τἆλλα δὲ ἤσθετο ὡς εἶχεν, [b] ἄσμενος πορεύεται πρὸς Κῦρον, ἵππους ἔχων ἀμφὶ τοὺς δισχιλίους. Ὡς δ' ἦν πρὸς τοῖς τῶν Περσῶν σκοποῖς, πέμπει πρὸς τὸν Κῦρον, εἰπὼν ὃς ἦν. Ὁ δὲ Κῦρος εὐθὺς ἄγειν κελεύει αὐτὸν πρὸς τὴν γυναῖκα. Ὡς δ' ἰδέτην ἀλλήλους ἡ γυνὴ καὶ ὁ Ἀβραδάτης, ἠσπάσαντο ἀλλήλους, ὡς εἰκὸς, ἐκ δυσελπίστου. Ἐκ τούτου δὴ λέγει ἡ Πάνθεια τοῦ Κύρου τὴν ὁσιότητα καὶ τὴν σωφροσύνην, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν κατοίκτισιν. Ὁ δὲ Ἀβραδάτης ἀκούσας εἶπε, Τί ἂν ἔν ἐγὼ ποιῶν, ὦ Πάνθεια, χάριν Κύρῳ ὑπέρ τε σοῦ καὶ ἐμαυτοῦ ἀποδιδοίην; Τί δὲ ἄλλο, ἔφη ἡ Πάνθεια, ἢ πειρώμενος ὅμοιος περὶ ἐκεῖνον εἶναι, οἷός περ καὶ ἐκεῖνος περὶ σέ;

Ἐκ τούτου δὴ ἔρχεται πρὸς τὸν Κῦρον ὁ Ἀβραδάτης· καὶ ὡς εἶδεν αὐτὸν, λαβόμενος τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ εἶπεν, Ἀνθ' ὧν σοὶ εὖ πεποίηκας ἡμᾶς, ὦ Κῦρε, οὐκ ἔχω τί μεῖζον εἴπω, ἢ ὅτι φίλον σοι ἐμαυτὸν δίδωμι καὶ θεράποντα καὶ σύμμαχον· καὶ, ὅσα ἂν ὁρῶ σε σπουδάζοντα,

divellere: quamobrem sat scio, cùm eum insolenter injurium *esse* existimet, libenter ad virum talem, qualis tu es, discesserit. Hæc ubi Cyrus audîsset, *ei* mandat ut ad maritum mittat: quod quidem illa fecit. Cùm verò ab uxore signa cognovisset Abradates, atque etiam animadverteret, qui cæterarum rerum status esset, libens ad Cyrum cum duobus circiter equorum millibus profectus est. Ad Persarum verò speculatores ubi pervenisset, mittit ad Cyrum, et quisnam esset significat. Cyrus statim deduci hominem ad uxorem jubet. Cùm autem hæc et Abradates se mutuò vidissent, *ipsi* inter se complexi sunt, utì par erat, ex insperato. Deindè Panthéa Cyri sanctitatem, temperantiam et commiserationem erga se commemorat. Quibus Abradates auditis ait, Quid igitur faciam, Panthéa, quo gratiam Cyro cùm tuo tum meo nomine referam? Quid aliud, inquit Panthéa, quàm ut perinde erga ipsum te gerere coneris, atque se ipse erga te gessit?

Post hæc ad Cyrum venit Abradates; eúmque ubi conspexit, prehensâ ipsius dextrâ, Pro iis, ait, beneficiis, Cyre, quibus nos adfecisti, non habeo quod dicam majus, quàm quod amicum me tibi, et ministrum, et socium trado: et quacunque in re strenuam te navare operam viderim,

a Ὕβριν] Hoc ii nomine veniunt, qui injuriam, immerenti cuilibet oblatam, insolentiâ et effrenatâ cumulant violentiâ. Confer ejusdem vocis usum, Rom. i, 30.

b Ἄσμενος πορεύεται] Vide p. 281, not. 1.

συνεργός σοι πειράσομαι γίγνεσθαι ὡς ἂν δύνωμαι κράτιστος. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἐγὼ δὲ δέχομαι· καὶ νῦν μέν σε ἀφίημι, ἔφη, σὺν τῇ γυναικὶ δειπνεῖν· αὖθις δὲ καὶ παρ' ἐμοὶ δεήσει σὲ σκηνᾶν σὺν τοῖς σοῖς τε καὶ ἐμοῖς φίλοις.

Ἐκ τούτου ὁρῶν ὁ Ἀβραδάτης σπουδάζοντα τὸν Κῦρον [a] περὶ τὰ δρεπανηφόρα ἅρματα καὶ περὶ τοὺς [b] τεθωρακισμένους ἵππους τε καὶ ἱππέας, ἐπειρᾶτο συντελεῖν αὐτῷ εἰς τὰ ἑκατὸν ἅρματα ἐκ τοῦ ἱππικοῦ τοῦ ἑαυτοῦ, [c] ὅμοια ἐκείνῳ· αὐτὸς δὲ ὡς ἡγησόμενος αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ἅρματος παρεσκευάζετο. Συνεζεύξατο δὲ τὸ ἑαυτοῦ [d] ἅρμα τετράρυμόν τε καὶ ἐξ ἵππων ὀκτώ· ἡ δὲ Πάνθεια ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν ἑαυτῆς χρημάτων χρυσοῦν τε αὐτῷ θώρακα ἐποιήσατο καὶ χρυσοῦν κράνος, ὡσαύτως δὲ καὶ περιβραχιόνια· τοὺς δ' ἵππους τοῦ ἅρματος χαλκοῖς πᾶσι προβλήμασι κατεσκεύασατο. Ἀβραδάτης μὲν ταῦτα ἐπραττε. Κῦρος δὲ ἰδὼν τὸ τετράρυμον αὐτοῦ ἅρμα, κατενόησεν

in eâ conabor operam tibi meam exhibere quàm potero præclarissimam. Et Cyrus, Ego verò accipio, inquit; ac nunc te quidem dimitto, ut cum uxore cœnes; deinceps autem tibi etiam meo, cum tuis ac meis amicis, tabernaculo utendum erit.

Secundùm hæc cùm Cyrum Abradates videret falcatorum curruum, at tum equorum tum equitum thoracatorum studio teneri, operam dabat, ut ex equestribus copiis suis ad centum ei currus conficeret, similes ipsius curribus; ac seipsum etiam parabat ut in curru dux eorum esset. Junxit autem currum suum *ità, ut* è temonibus quatuor et equis octo *constaret:* uxor verò ejus Panthéa de facultatibus ipsius loricam ei auream, et auream galeam confecit, itémque brachiorum tegumenta; equos autem curru junctos, totos æreis tegumentis instruxit. In his quidem conficiendis occupatus erat Abradates. Cyrus autem currum ejus cum temonibus quatuor intuitus, animadvertit

a Περὶ τὰ δρεπανηφόρα, &c.] Vide p. 324.

b Τεθωρακισμένους, &c.] Hujusmodi equites *Cataphractos* adpellatos *Servius* adnotat ad Æneid. lib. xi, v. 770, et seq. *Spumantémque agitabat equum*, &c. *Cataphracti* autem dicuntur equites qui et ipsi ferro muniti sunt, et equos similiter munitos habent. *Athenæus*, lib. v, p. 194. Τελευταῖα δ' ἦν ἡ κατάφρακτος ἵππος, οἰκείας τῇ παρασκευῇ, τῶν ἵππων καὶ τῶν ἀνδρῶν ἐσκεπασμένων τοῖς ὅπλοις. Vide porrò quæ notavimus, lib. iii, p. 168, et *Arriani Tactic.* p. 53, edit. *Scheff.*

c Ὅμοια ἐκείνῳ] Sic libri, quos vidi, omnes. Sed, ut nihil dissimulem, non possum non probare conjecturam *Mureti*, qui reponendum censuit ὅμοια τοῖς ἐκείνου, ut et paulò inferiùs ὅμοια τοῖς Κύρου. Attamen contra editorum et MSS. fidem id mutationis inducere nolui.

d Ἅρμα τετράρυμον] Locum hunc expressit Philostratus *Icon.* lib. ii, de *Panthiâ*. Paulò post Noster de ὀκταρύμῳ. Cyri curru loquitur, qui tractus erat ὀκτὼ ζεύγεσι βοῶν. Unde discimus, in veterum curribus, temones singulos singulis respondisse jumentorum paribus. *Temones* autem istos non *juxta* se positos, alios dextros, alios sinistros; sed alios *post* alios, ostendit contra *Salmasium* Scheffierus de *Re Vehic.* lib. i, c. 12. Ex hoc forsan loco suum πολύρυμα hausit *Arrianus*, cujus p. 10 mentionem facit.

ὡς οἷόν τε εἴη καὶ ὀκτάρυμον ποιήσασθαι, ὥστε ὀκτὼ ζεύγεσι βοῶν ἄγειν τῶν μηχανῶν τὸ κατώτατον οἴκημα· ἦν δὲ τοῦτο τριόργυιον μάλιστα ἀπὸ τῆς γῆς σὺν τοῖς τροχοῖς. [a] Τοιοῦτοι δὲ πύργοι σὺν τάξει ἀκολουθοῦντες ἐδόκουν αὐτῷ μεγάλη μὲν ἐπικουρία γενέσθαι τῇ ἑαυτοῦ φάλαγγι, μεγάλη δὲ βλάβη τῇ τῶν πολεμίων τάξει. Ἐποίησε δὲ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων καὶ περιδρόμους καὶ ἐπάλξεις· ἀνεβίβαζε δὲ ἐπὶ τῶν πύργων ἕκαστον ἄνδρας εἴκοσιν.

Ἐπεὶ δὲ πάντα συνεσήκει αὐτῷ τὰ περὶ τοὺς πύργους, πεῖραν ἐλάμβανε τοῦ [b] ἀγωγίμου· καὶ πολὺ ῥᾷον ἦγε τὰ ὀκτὼ ζεύγη τὸν πύργον καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῷ ἄνδρας, ἢ τὸ σκευοφορικὸν βάρος ἕκαστον τὸ ζεῦγος. Σκευῶν μὲν γὰρ βάρος ἀμφὶ τὰ εἴκοσι καὶ πέντε τάλαντα [c] ἦν ζεύγει· τοῦ δὲ πύργου, ὥσπερ τραγικῆς σκηνῆς, τῶν ξύλων πάχος ἐχόντων καὶ εἴκοσιν ἀνδρῶν καὶ ὅπλων, τούτων ἐγένετο ἔλαττον ἢ πεντεκαίδεκα τάλαντα ἑκάστῳ ζεύγει τὸ ἀγώγιον. Ὡς δ' ἔγνω εὔπορον ὂσαν τὴν ἀγωγήν, παρεσκευάζετο ὡς ἅμα

fieri posse currum etiam octo temonum, ut octo boum jugis machinarum infima veheretur structura: et aberat hic *currus* cum rotis à terrâ tribus ulnis. Hujusmodi turres si cum ordinibus sequerentur, videbantur ei et phalangi suæ magno fore adjumento, et hostium aciei magno damno. Etiam structuris in hisce tum circuitus fecit tum propugnacula; et in turrim quamlibet viginti viros imposuit.

Postea verò quàm omnia, quæ ad currus pertinebant, ipsi essent confecta, periculum vecturæ fecit; et multò faciliùs octo illa juga turrim cum *impositis* in eam militibus trahebant, quàm unum jugum id omne ferret, quod ei ex impedimentis imponebatur. Nam jugo impedimentorum onus, *quod* ferè talenta quinque ac viginti *æquabat*, imponi solebat; at cùm in turri materia tragicæ scenæ crassitudinem haberet, et viri essent viginti et arma, fiebat ut hæc in unumquodque jugum oneris minus *plaustro vehendi*, quàm talenta quindecim, conficerent. Postquam animadvertit facilem hanc esse vehendi rationem, parabat sese ut

a Τοιοῦτοι δὲ πύργοι] De turribus istiusmodi consule *Veget.* lib. iv, c. 17, 18, et *Stewechii* Comment. ad locum.

b Ἀγωγίμου] In editis libris sic scribi solet: in MSto Bodl. paulò aliter——— πύργους ἐλάμβανε τοῦ ἀγωγίου πεῖραν. Stephanus suspicatur ἀγωγίου reponi debere; præsertim cùm ἀγώγιον mox sequatur. Sed alia est hujus vocis potestas, alia ἀγωγίμου, quam si substantivè sumas, sic satìs commodè verba exponas: *experiebatur quàm facilè* aut *quâ ratione vehi ea possent.*

c Ἦν ζεύγει τοῦ δι, &c.] Sic reposuimus ex editione *Eton.* et MSto Bodl. in quo veræ lectionis vestigia satìs adparent; dat enim———ἦν ζεύγη τοῦ δι, &c. Priùs vulgò legebatur———ἦν ζευγίτου δι, &c. De tribus autem scenarum generibus, *Tragicis* scil. *Comicis* et *Satyricis*, vide sis *Vitruv.* de *Archit.* lib. v, c. 8.

ἄξων τὰς πύργας σὺν τῷ στρατεύματι· νομίζων τὴν ἐν πολέμῳ πλεονεξίαν, ἅμα σωτηρίαν τε εἶναι καὶ δικαιοσύνην καὶ εὐδαιμονίαν.

Ἦλθον δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ [a] παρὰ τὸν Ἰνδὸν χρήματα ἄγοντες, καὶ ἀπήγγελλον αὐτῷ ὅτι ὁ Ἰνδὸς ἐπιστέλλει τοιάδε, "Ἐγώ, "ὦ Κῦρε, ἥδομαί σοι ἐπηγγειλας ὧν ἐδέου· καὶ [b] βούλομαί σε "ξένος εἶναι, καὶ πέμπω σοι χρήματα· κἂν ἄλλων δέῃ, μετα- "πέμπου. Ἐπέσταλται δὲ τοῖς παρ' ἐμοῦ ποιεῖν ὅ,τι ἂν σὺ κε- "λεύῃς." Ἀκούσας δὲ ὁ Κῦρος εἶπε, Κελεύω τοίνυν ὑμᾶς, τοὺς μὲν ἄλλους μένοντας ἔνθα κατεσκηνώκατε, φυλάττειν τὰ χρήματα, καὶ ζῆν ὅπως ὑμῖν ἥδιστόν ἐστι· τρεῖς δέ μοι [c] ἐλθόντες ὑμῶν εἰς τοὺς πολεμίους, ὡς παρὰ τὸν Ἰνδὸν περὶ συμμαχίας, καὶ τὰ ἐκεῖ μαθόντες, ὅ,τι ἂν λέγωσί τε καὶ ποιῶσιν, ὡς τάχιστα ἀπαγγείλατε ἐμοί τε καὶ τῷ Ἰνδῷ· κἂν ταῦτά μοι καλῶς ὑπηρετήσητε, ἔτι μᾶλλον ὑμῖν χάριν εἴσομαι τότε, ἢ ὅτι χρήματα πάρεσε ἄγοντες. Καὶ γὰρ οἱ μὲν δούλοις ἐοικότες κατάσκοποι οὐδὲν ἄλλο δύνανται

turres unà cum exercitu duceret; quippe qui in bello captationem conditionis potioris existimaret et salutis, et justitiæ, et prosperitatis esse *plenam*.

Id temporis etiam illi venêre, qui pecuniam ab Indo adferebant; ac ei renuntiârunt, Indum talia *quædam ipsis* mandata *ad eum perferenda* dedisse. "Gratum mihi est, Cyre, te mihi significâsse, quibus tibi re- "bus opus esset; atque mihi tecum hospitii jus esse volo, et pecunias "tibi mitto: quòd si aliis tibi sit opus, mitte qui *ad te* ferant. Prætereà "mandatum est iis, qui à me *ad te veniunt*, ut quicquid tu jusseris faciant." *Quæ* cùm audîsset Cyrus, Præcipio igitur, ait, ut vestrûm alii iis in tabernaculis hîc remanentes in quæ vos recepistis, harum pecuniarum custodes sint, et quo ipso modo jucundissimum sit vitam degant; tres autem vestrûm ad hostes profecti, quasi *adsint* ab Indo societatis ineundæ gratiâ, et edocti illic omnia, quæ dicant faciántque, quamprimùm et mihi et Indo renuntient: atque in his si mihi egregiam operam navabitis, majores etiam hoc nomine vobis habebo gratias, quàm quòd pecunias adtuleritis. Etenim speculatores servis similes nihil aliud quod sciant

a Παρὰ τὸν Ἰνδὸν, &c.] Vide supra lib. iii, p. 157.

b Βούλομαί σε ξένος, &c.] Antiquitus in Oriente, uti nec hodiè, exceptis paucis *Kervanseraïis*, ut loquuntur, non erant diversoria, quibus exciperentur peregrini. Conf. Gen. xix, 2. Judic. xix, 15, et seq. Hinc hospitiorum contrahendorum mos: quod amicitiæ genus non privati modò, sed et reges, viri principes, et civitates colere solebant, vel parandæ potentiæ vel stabiliendæ causâ. Vide init. lib. v. *Stuck.* Antiq. Conviv. i, 27. et *Tomasin.* de Tesser. Hospit.

c Ἐλθόντες] Vide p. 325, not. 2.

εἰδότες ἀπαγγέλλειν, ἢ ὅσα πάντες ἴσασιν· οἱ δὲ τοιοῦτοι οἷοί περ ὑμεῖς ἄνδρες πολλάκις καὶ τὰ βουλεύματα καταμανθάνουσιν. Οἱ μὲν δὴ Ἰνδοὶ, ἀκούσαντες ἡδέως καὶ ξενισθέντες τότε παρὰ Κύρῳ, συσκευασάμενοι τῇ ὑστεραίᾳ ἐπορεύοντο, [a] ὑποσχόμενοι ἢ μὴν καταμαθόντες ὅσα ἂν δύνωνται πλεῖσα ἐκ τῶν πολεμίων, ἥξειν ὡς δυνατὸν τάχιστα.

Ὁ δὲ Κῦρος τά τε ἄλλα πρὸς τὸν πόλεμον παρεσκευάζετο μεγαλοπρεπῶς, ὡς δὴ ἀνὴρ οὐδὲν μικρὸν [b] ἐπινοῶν πράττειν· ἐπεμελεῖτο δὲ οὐ μόνον ὧν ἔδοξε τοῖς συμμάχοις, ἀλλὰ καὶ ἔριν ἐνέβαλλε πρὸς ἀλλήλους τοῖς φίλοις, ὅπως αὐτοὶ ἕκαστοι φανήσονται καὶ εὐοπλότατοι καὶ ἱππικώτατοι [c] καὶ ἀκοντιστικώτατοι καὶ τοξικώταται καὶ φιλοπονώταται. Ταῦτα δὲ ἐξειργάζετο ἐπί τε τὰς θήρας ἐξάγων, καὶ τιμῶν τοὺς κρατίστους ἑκάστοτε· καὶ τοὺς ἄρχοντας δὲ ὃς ἑώρα ἐπιμελουμένους τούτου, ὅπως οἱ αὐτῶν κράτιστοι ἔσονται στρατιῶται, καὶ τούτους ἐπαινῶν τε παρώξυνε καὶ χαριζόμενος αὐτοῖς ὅ,τι δύναιτο. Εἰ δέ ποτε θυσίαν ποιοῖτο καὶ ἑορτὴν ἄγοι, καὶ ἐν

renuntiare possunt, quàm quæ nota sunt universis: at ejusmodi viri, quales vos estis, sæpenumerò etiam consilia perdiscunt. Quæ cùm Indi libenter audîssent et hospitio tunc à Cyro liberaliter accepti fuissent, paratis compositísque rebus suis, postridiè proficiscebantur, sanctè polliciti se, ubi de hostibus quantum maximè liceret, didicissent, quàm fieri posset celerrimè redituros.

Cyrus autem cùm alia parabat ad pugnam magnificè, ut erat sanè vir talis, qui nihil exiguum gerere cogitaret, tum non solùm ea curabat, quæ socii censuissent, sed etiam contentionem inter amicos mutuam excitabat, ut eorum singuli armati pulcherrimè, et equitandi, et jaculandi, et sagittandi peritissimi, laborúmque patientissimi conspicerentur. Atque hæc effecit, tum ad venationes eos educendo, tum præstantissimos ubique *præmiis* et honoribus ornando: quin et præfectos eos, quos videret studiosè operam dare, ut milites ipsorum quàm optimi essent, partim collaudando exacuebat, partim eis gratificando quacunque in re posset. Quòd si rem sacram aliquando faceret festúmve diem ageret, tum quoque

a Ὑποσχόμενοι ἢ μὴν] Ornamenti loco istæ, in jurejurando et sponsione, solent adhiberi particulæ. Exemplis parco; quibus pleni sunt omnes Atticorum scriptorum libri. Vide sis tamen, lib. iv, p. 195, not. 3.

b Ἐπινοῶν] In vulgatis quidem editionibus et MSto Bodl. legitur *ὑπονοῶν*: eam verò lectionem libens secutus sum, quam vetusta, Gabrielius quæ vidit, exemplaria suppeditant; quámque Stephanus etiam è vetere quodam adfert probátque.

c Καὶ ἀκοντιστικώτατοι καὶ, &c.] Ità MS. Bodl. editiones *Steph. Leunc. Eton.* aliæque. *Aldina* verò, καὶ ἀκοντιστικώταται καὶ τοξικώτατοι, non habet; nec ea *Gabrielii* agnoscit versio.

ταύτῃ [a] ὅσα πολέμου ἕνεκα μελετῶσιν οἱ ἄνθρωποι, πάντων τούτων ἀγῶνας ἐποίει, καὶ ἆθλα τοῖς νικῶσι μεγαλοπρεπῶς ἐδίδου, καὶ ἦν πολλὴ εὐθυμία ἐν τῷ στρατεύματι.

Τῷ δὲ Κύρῳ σχεδόν τι ἤδη ἀπεπεπερασμένα ἦν, ὁπόσα ἐβούλετο ἔχων στρατεύεσθαι, πλὴν τῶν μηχανῶν. Καὶ γὰρ οἱ Πέρσαι ἱππεῖς ἔκπλεῳ ἤδη ἦσαν εἰς τὰς μυρίους· καὶ τὰ ἅρματα τὰ δρεπανηφόρα, ἃ τε αὐτὸς κατεσκεύασεν, ἔκπλεα ἤδη ἦν εἰς τὰ ἑκατόν· ἃ τε Ἀβραδάτης ὁ Σούσιος ἐπεχείρησε κατασκευάζειν ὅμοια τοῖς Κύρου, καὶ ταῦτα ἔκπλεα ἦν εἰς ἄλλα ἑκατόν. Καὶ τὰ Μηδικὰ δὲ ἅρματα ἐπεπείκει Κῦρος Κυαξάρην [b] εἰς τὸν αὐτὸν τρόπον μεταστρεψάσαι ἐκ τῆς Τρωϊκῆς καὶ Λιβυκῆς διφρείας· καὶ ἔκπλεα καὶ ταῦτα ἦν εἰς ἄλλα ἑκατόν. Καὶ ἐπὶ τὰς καμήλους δὲ ἐκλελεγμένοι ἦσαν ἄνδρες δύο ἐφ' ἑκάστην τοξόται. Καὶ ὁ μὲν πλεῖστος στρατὸς οὕτως εἶχε τὴν γνώμην, ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκὼς, καὶ οὐδὲν ὂν τὰ τῶν πολεμίων·

Ἐπεὶ δὲ οὕτω διακειμένων ἦλθον οἱ Ἰνδοὶ ἐκ τῶν πολεμίων, [c] οὓς ἐπεπόμφει Κῦρος ἐπὶ κατασκοπῇ, καὶ ἔλεγον ὅτι Κροῖσος μὲν ἡγεμὼν ἡμῖν στρατηγὸς πάντων ἠρημένος εἴη τῶν πολεμίων, δεδογμένον

eorum omnium, quæ homines belli causâ exercent, certamina instituebat, et præmia victoribus magnificè largiebatur ; multáque *adeò jam* erat in exercitu hilaritas.

Erant autem Cyro perfecta jam propemodùm omnia, quibus in expeditione uti volebat, extra machinas. Etenim Persicorum equitum numerus ad decem millia plenè jam excreverat ; et falcati currus, quos ipse paraverat, centenarium jam numerum explebant ; ii etiam, quos Abradates ille Susius Cyri curribus similes parandos susceperat, centum alios plenè efficiebant. Etiam Cyaxari Cyrus auctor fuerat, ut currus Medicos ad eundem modum ex Trojanâ Lybicâque curruum formâ immutaret ; qui et ipsi erant omnino ad centenos numero alios. Præterea delecti erant pro camelis milites, in singulas duo sagittarii. Et maxima quidem pars exercitûs hoc erat animo, quasi qui omninò jam vicissent, et *quasi* hostium adparatus nullius essent momenti :

Cùm autem, illis sic adfectis, Indi ab hostibus rediissent, quos Cyrus speculandi causâ miserat, ac dicerent, Crœsum electum esse ducem et imperatorem omnium hostium ; et decretum, ut omnes reges

a Ὅσα πολέμου, &c.] Conf. lib. i, p. 62, et lib. ii, p. 86, et seq. unde *Onosander* ea ferè omnia elicuisse videtur, quæ *Strateg.* cap. x, tradit præcepta.

b Τὸν αὐτὸν τρόπον, &c.] Sic MS. Bodl. et editiones *Ald. Eton.* aliæque. Stephanus autem et Leunclavius τοῦτον etiam post τρόπον exhibent ; quod tamen ipsis supervacaneum esse visum est, ut ex notâ ei adpositâ constat.

c Οὓς ἐπεπόμφει, &c.] Vide p. 333.

δ' εἴη πᾶσι τοῖς συμμάχοις βασιλεῦσι πάσῃ δυνάμει ἕκαστον παρεῖναι, χρήματα δὲ εἰσφέρειν πάμπολλα, ταῦτα δὲ τελεῖν καὶ μισθωμένους οὓς δύναιντο, καὶ δωρουμένους οἷς δέοι· ἤδη δὲ καὶ μεμισθωμένους εἶναι πολλοὺς μὲν [a] Θρᾳκῶν μαχαιροφόρους, Αἰγυπτίους δὲ προσπλεῖν· καὶ ἀριθμὸν ἔλεγον εἰς δώδεκα μυριάδας [b] σὺν ἀσπίσι ταῖς ποδήρεσι, καὶ δόρασι μεγάλοις (οἷά περ καὶ νῦν ἔχουσι), καὶ κοπίσι· προσπλεῖν δὲ καὶ Κυπρίων στράτευμα ἔτι, παρεῖναι δὲ ἤδη καὶ Κίλικας πάντας καὶ Φρύγας ἀμφοτέρους, καὶ Λυκάονας, καὶ Παφλαγόνας, καὶ Καππαδόκας, καὶ Ἀραβίους, καὶ Φοίνικας, καὶ σὺν τῷ Βαβυλῶνος ἄρχοντι τοὺς Ἀσσυρίους· καὶ Ἰωνας δὲ καὶ Αἰολέας, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς Ἕλληνας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἐποικοῦντας σὺν Κροίσῳ ἠναγκάσθαι ἕπεσθαι· πεπομφέναι δὲ Κροῖσον καὶ εἰς Λακεδαίμονα περὶ συμμαχίας· συλλέγεσθαι δὲ τὸ στράτευμα ἀμφὶ τὸν Πακτωλὸν ποταμὸν, προϊέναι δὲ μέλλειν αὐτοὺς εἰς [c] Θύβαῤῥα (ἔνθα καὶ νῦν ὁ σύλλογος τῶν [b] ὑπὸ βασιλέα βαρβάρων τῶν κάτω Συρίας),

socii, suis quisque cum copiis universis, adessent; ut maximam pecuniæ summam conferrent, eámque impenderent ad milites conducendos, quoscunque possent, et ad danda munera, quibus oporteret: prætereà conductos jam permultos esse Thracas machærophoros, Ægyptios navigiis advehi; atque *hos* aiebant esse numero ad centum viginti millia, cum scutis ad pedes usque pertinentibus, hastísque magnis (quales etiam nunc habent) et copidibus: Cypriorum quoque copias navigiis advehi, jamque adesse Cilicas omnes et Phrygas utrosque, et Lycaonas, et Paphlagonas, et Cappadocas, et Arabas, et Phœnicas, et cum Babylonio rege Assyrios; Iones etiam et Æolenses, propéque Græcos omnes Asiam incolentes Crœsum sequi coactos esse: Crœsum porrò societatis ineundæ causâ legatos etiam Lacedæmonem misisse; exercitum *ipsum* propter Pactolum amnem cogi, ac progressuros *deindè* eos ad Thybarra versùs (ubi nunc quoque barbari Syriæ inferioris incolæ, qui sub regis imperio sunt, cogi solent),

a Θρᾳκῶν μαχαιροφόρους] Eandem Thracibus armaturam tribuit *Thucydides*, lib. ii, p. 144.

b Σὺν ἀσπίσι ποδήρεσι] Inusitatâ clypeorum magnitudine insignes erant Ægyptii. *Max. Tyrius* sub initium statim *Dissert.* v,——ἐπιόντος αὐτοῖς βαρβαρικοῦ στόλου, ἵππου Μηδικῆς, ἁρμάτων Περσικῶν, ἀσπίδων Αἰγυπτίων————Clypeis hisce haud ità forsan dissimilis erat is, quem Homerus, Il. β'. v. 389, adpellat ἀσπίδα ἀμφιβρότην, i. e. τὴν πανταχόθεν τὸν βροτὸν, ὅ ἐστι, τὸν ἄνθρωπον, περιέχουσαν καὶ σκέπουσαν. Ità *Scholiastes* ad locum, nec aliter *Eustathius*, p. 243.

c Θύβαῤῥα] Legitur etiam Θύμβαῤῥα, et Θυμβραία, et Θυμβραΐαν, et Θυμβραΐδα. *Philelphus* vertit, Thymbraiam; *Gabrielius*, Thymbrara. Tot hujusce nominis scripturæ variantes, divinandi cuiquam perito gratam forsan artem suam ostentandi occasionem obtulerint. Nos in lectione acquiescendum vulgatâ censemus; cùm ex geographiæ monumentis haud satìs constet, nomen quodvis aliud potiori jure locum hunc sibi vendicare posse.

d Ὑπὸ βασιλέα, &c.] Ità MS. Bodl. et libri editi ferè omnes. Monet autem Leunclavius in Budensi libro legi,——βαρβάρων τῆς κάτω Ἀσίας. Undè reponen-

καὶ ἀγορὰν πᾶσι παρηγγέλθαι ἐνταῦθα κομίζειν· σχεδὸν δὲ τούτοις ταυτὰ ἔλεγον καὶ οἱ αἰχμάλωτοι (ἐπεμελεῖτο γὰρ ὁ Κῦρος, ὅπως ἁλίσκοιντο παρ' ὧν ἔμελλε πεύσεσθαί τι· ἔπεμπε δὲ καὶ δήλοις ἐοικότας κατασκόπους, ὡς αὐτομόλους). Ὡς δ' ἦκουσε ταῦτα ὁ στρατὸς τῷ Κύρῳ, ἐν φροντίδι τε ἕκαστος ἐγίγνετο, ὥσπερ εἰκὸς, ἡσυχαίτεροί τε ἢ ὡς εἰώθασι διεφοίτων, φαιδροί τε οἱ πολλοὶ ἃ πάνυ ἐφαίνοντο· [a] ἐκυκλοῦντό τε, καὶ μεσὰ ἦν πάντα ἀλλήλους ἐρωτώντων περὶ τούτων, καὶ διαλεγομένων. Ὡς δὲ ᾔσθετο ὁ Κῦρος φόβον διαθέοντα ἐν τῇ στρατιᾷ, συγκαλεῖ τούς τε ἄρχοντας τῶν στρατευμάτων, καὶ πάντας ὁπόσων ἀθυμούντων βλάβη ἐδόκει τις γίγνεσθαι, καὶ προθυμουμένων ὠφέλεια. Προεῖπε δὲ τοῖς ὑπηρέταις, καὶ ἄλλος εἴ τις βούλοιτο τῶν ὁπλοφόρων [b] προΐσασθαι ἀκουσόμενος τῶν λόγων, μὴ κωλεύειν. Ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἔλεξε τοιάδε·

" Ἄνδρες σύμμαχοι, ἐγώ τοι ὑμᾶς συνεκάλεσα, ἰδὼν τινὰς

omnibúsque denuntiatum esse, ut res venales eò conferrent : eadem propè captivi etiam dicebant (dabat enim operam Cyrus, ut caperentur *aliqui*, de quibus nonnihil exquirere posset : atque etiam mittebat speculatores servorum specie, tanquam si transfugæ essent). Hæc igitur cùm Cyri exercitus audîsset, et solicitus esse quisque cœpit, utì consentaneum erat, et lento magìs incedebant gradu, quàm consuevissent ; magnáque pars eorum non admodùm hilaris cernebatur : præterea in circulis congregabantur, et omnia plena erant se mutuò interrogantium de his rebus, et colloquentium. Cyrus autem, ubi metum pervagari exercitum animadvertit, tum copiarum præfectos convocat, tum eos omnes, qui si dejectis essent animis, damnum ; si alacribus, utilitatem adlaturi viderentur. Prædixit etiam ministris, ut si quis alius quoque ex armatis adstare vellet, orationem auditurus, nè prohiberent. Ubi convenissent, in hanc sententiam locutus est :

" Convocavi ego vos, socii, quia nonnullos vestrûm video, postea-

dum colligit, τῆς κάτω Συρίας. Et satìs commodè quidem illud κάτω recipit articulum. Sed omnibus libris aliis reclamantibus nihil muto.

a Ἐκυκλοῦντο] Ità editiones *Steph. Leuncl. Ald.* quibus suffragatur etiam *Gabrielius*. In aliis verò libris invenitur ἐλυποῦντο. At cuivis hunc locum propiùs intuenti, multò aptiùs ei verbum esse ἐκυκλοῦντο videbitur. Cur enim, utì rectè quærit Stephanus, post φαιδροὶ ἃ πάνυ ἐφαίνοντο Xenophon ἐλυποῦντό τι addidisset ? Commodè verò verbum illud alterum cum iis, quæ statim sequuntur, junxit, ut significaret, *in circulos passim congregatos milites eâ de re sermones jactâsse*. Sic ἀναβ. ϛ', p. 225, ἐκυκλοῦντο περὶ τὰ ἱερά. Ut enim Latini *circulum* vel *coronam*, multitudinem hominum in circulum (*i. e.* orbem) collectorum, adpellant : sic κύκλον Xenoph. usurpavit, lib. Παιδ. vii. Περσῶν κύκλον μέγαν, εἶπε, &c. Vide etiam, ἀναβ. ά, p. 214, ubi κύκλος ut κυκλοῦμαι hoc in loco) adhibetur de militibus itidem ægrè quiddam ferentibus.

b Προΐσασθαι] MS. Rodl. dat προσίσασθαι : quod tamen contra cæterorum librorum fidem non recipiendum videtur.

" ὑμῶν, ἐπεὶ αἱ ἀγγελίαι ἦλθον ἐκ τῶν πολεμίων, πάνυ ἐοικότας
" πεφοβημένοις ἀνθρώποις. Δοκεῖ γάρ μοι θαυμαστὸν εἶναι, εἴ τις
" ὑμῶν, ὅτι μὲν οἱ πολέμιοι λέγονται συλλέγεσθαι, δέδοικεν, ὅτι
" δὲ ἡμεῖς πολὺ μὲν πλείους συνειλέγμεθα νῦν, ἢ ὅτε ἐνικῶμεν ἐκεί-
" νους, πολὺ δὲ ἄμεινον σὺν θεῷ παρεσκευάσμεθα νῦν, ἢ πρόσθεν·
" [a] ταῦτα δὲ ὁρῶντες ἀθαρρεῖτε. Ὦ πρὸς θεῶν, ἔφη, τί δῆτ' ἂν
" ἐποιήσατε οἱ νῦν δεδοικότες, εἰ ἄγγελόν τινες τὰ παρ' ἡμῖν νῦν
" ὄντα ταῦτα ἀντίπαλα ἡμῖν προσιόντα; ἦ πρῶτον μὲν ἥκετε,
" ἔφη, ὅτι οἱ πρόσθεν νικήσαντες ἡμᾶς, ὅτοι πάλιν ἔρχονται, ἔ-
" χοντες ἐν ταῖς ψυχαῖς ἣν ποτε νίκην ἐκτήσαντο· ἔπειτα δὲ, οἱ
" τότε ἐκκόψαντες τῶν τοξοτῶν ἢ ἀκοντιστῶν τὰς ἀκροβολίσεις, νῦν
" ὅτοι ἔρχονται, ἢ οἱ ἄλλοι ὅμοιοι τούτοις πολλαπλάσιοι· ἔπειτα δὲ
" ὥσπερ ὅτοι ὁπλισάμενοι τοὺς πεζοὺς τότε ἐνίκων, νῦν ὅτως ἢ οἱ ἱπ-
" πεῖς αὐτῶν παρεσκευασμένοι πρὸς τοὺς ἱππέας προσέρχονται· ἢ
" τὰ μὲν τόξα ἢ ἀκόντια ἀποδεδοκιμάκασι, παλτὸν δὲ ἓν ἰσχυρό-
" τερον ἕκαστος λαβὼν, προσελαύνειν διανενόηται, ὡς ἐκ χειρὸς τὴν
" μάχην ποιησόμενος· ἔτι δὲ ἅρματα ἔρχεται, ἃ οὐχ ὅτως ἐσήξεται
" ὥσπερ πρόσθεν ἀποσταφέντα ὡς εἰς φυγήν, ἀλλ' οἵ τε ἵπποι εἰσὶ

" quam ab hostibus venêre nuntii, similes admodùm hominibus esse
" perterritis. Equidem miror, quenquam vestrûm formidine corripi,
" quia dicantur hostes colligi; quòd verò multò majore numero nos
" jam collecti sumus, quàm id temporis, cum eos vinceremus, et
" multò nunc dei ope, quàm anteà, meliùs instructi, *adeóque* hæc cùm
" videatis, non fidentibus *potiùs* vos esse animis. Dii *immortales*, ait,
" quid facturi tandem fuissetis, qui jam metu estis perculsi, si qui nun-
" tium adtulissent, quæ nunc apud nos, hæc nobis adversa adventare?
" et primùm audiretis, inquit, eos, qui prius nos vicissent rursùm ve-
" nire, victoriam in animis habentes, quam aliquando adepti essent;
" deindè eos, qui tum et sagittariorum et jaculatorum velitationes fre-
" gissent, nunc advenire, aliósque his similes multò plures: prætereà
" quemadmodùm hi tunc armati vicissent pedites, sic nunc equites ipso-
" rum instructos ad equites accedere; ac rejectis arcubus et jaculis,
" et accepto quemque palto uno *eóque* firmiore, apud animum statuisse
" adequitare, ut cominùs pugnam ineat; venire item currus, qui non
" ità constituendi sint aversi velut ad fugam, sicut priùs, sed tum equos

a Ταῦτα δὲ ὁρῶντες, &c.] Leunclavius exhibet ταῦτα δὴ ὁρῶντες ἀθαρρεῖτε; positâ scil. post θαρρεῖτε interrogationis notâ: quam tamen abesse malim. Nec, libris ferè omnibus reclamantibus, mutandum erat δὲ in δή.

" [a] καὶ κατεθωρακισμένοι οἱ ἐν τοῖς ἅρμασιν, οἵ τε ἡνίοχοι ἐν πύρ-
" γοις ἑστῶσι ξυλίνοις, [b] τὰ ὑπερέχοντα ἅπαντα συνεσεγασμένοι
" θώραξι καὶ κράνεσι· δρέπανά τε σιδηρᾶ [c] περὶ τοῖς ἄξοσι
" προσήρμοσαι, ὡς ἐλῶντες ᾗ ἕτοι εὐθὺς εἰς τὰς τάξεις τῶν ἐναν-
" τίων· πρὸς δ' ἔτι καμηλοί εἰσιν αὐτοῖς, ἐφ' ὧν προσελῶσιν,
" [d] ὧν μίαν ἑκάστην ἑκατὸν ἵπποι ἂν ἀνάσχοιντο ἰδόντες· ἔτι
" δὲ πύργους ἔχοντες προσίασιν, ἀφ' ὧν τοῖς μὲν αὐτῶν ἀρήξουσιν,
" ὑμᾶς δὲ βάλλοντες κωλύσουσιν ἐν τῷ ἰσοπέδῳ μάχεσθαι· εἰ δὴ
" ταῦτα ἤγγελλέ τις ὑμῖν ἐν τοῖς πολεμίοις ὄντα, οἱ νῦν φοβέ-
" μενοι τί ἂν ἐποιήσατε; ὁπότε ἀπαγγελλομένων, ὅτι Κροῖσος
" μὲν ἥρηται τοῖς πολεμίοις στρατηγὸς, ὃς τοσούτῳ Σύρων κακίων
" ἐγένετο, ὅσῳ Σύροι μὲν μάχῃ ἡττηθέντες ἔφυγον, Κροῖσος δὲ
" ἰδὼν ἡττημένους, ἀντὶ τοῦ ἀρήγειν τοῖς συμμάχοις, φεύγων
" ᾤχετο. Ἔπειτα δὲ διαγγέλλεται δήπου, ὅτι αὐτοὶ μὲν οἱ πο-
" λέμιοι οὐχ ἱκανοὶ ἡγοῦνται ἡμῖν εἶναι μάχεσθαι, ἄλλους δὲ
" μισθοῦνται ὡς ἄμεινον μαχομένους ὑπὲρ σφῶν, ἢ αὐτοί. Εἰ

" in curribus cataphractos esse, tum aurigas in turribus ligneis stare,
" quorum partes *corporis* eminentes omnes loricis ac galeis tectæ sint;
" et falces ferreas ad axes aptatas esse, quo et illi statim in adversario-
" rum ordines impetum faciant: præter hæc habere ipsos came-
" los, quibus advehantur, quorum unum *vel* centum equi videre non sus-
" tineant; adventare item eos cum turribus, de quibus sint opem
" laturi suis, et vos ejaculando impedituri, quo minùs in plani-
" tie dimicetis: hæc igitur si quis vobis nuntiaret hostibus adesse,
" quid tandem facturi essetis, qui jam in metu estis? quando *adeò*
" *perturbamini* adlatis nuntiis, Crœsum hostes imperatorem legisse,
" qui tanto Syris ignavior fuit, ut cùm Syri prælio victi fugerent,
" Crœsus victos esse videns, quibus opem, ut sociis, ferre debebat,
" fugâ se subduceret. Deindè nutiatur sanè hostes ipsos se non
" idoneos *ac pares* arbitrari, qui nobiscum pugnent, sed alios con-
" ducere, quasi pro eis meliùs illi præliaturi sint, quàm ipsimet. Si

a Κατατεθωρακισμένοι, &c.] Vide p. 168.

b Τὰ ὑπερέχοντα] Ità MS. Bodl. et libri editi, quos quidem vidi, omnes. At Stephanus, pro ὑπερέχοντα, legi etiam ὑπάρχοντα testatur: quod perperam fieri nemo, opinor, non videt. Frustrà enim quæsiverit aliquis participii ὑπάρχοντα notionem, loco quæ sit huic apta. At ὑπερέχοντα partes corporis aptissimè designat eas, quæ extra currum prominerent.

c Περὶ τοῖς ἄξοσι, &c.] Editio *Ald.* dat πρὸς τοῖς ἄξοσι, &c. quod forsan ferri potest. Sed non est cur à receptâ lectione, quam tum MS. Bodl. tum editiones principes stabiliunt, recedamus. Camerarius autem, teste Stephano, in suo libro, non προσήρμοσαι, sed προσήλωσαι (i.e. *clavis adfixas esse*) invenit: quod σχόλιον esse rectè statuit Leunclavius.

d Ὧν μίαν ἑκάστην, &c.] Idem ferè tradit *Herodotus*, lib. i c 80

" μέντοι τισὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα ὄντα δεινὰ δοκεῖ εἶναι, τὰ δὲ
" ἡμέτερα φαῦλα, τούτους ἐγώ φημι χρῆναι, ὦ ἄνδρες, ἀφεῖναι
" εἰς τοὺς ἐναντίους· πολὺ γὰρ ἐκεῖ ὄντες πλείω ἂν ἡμᾶς ὠφελοῖεν
" ἢ παρόντες."

Ἐπεὶ ταῦτα εἶπεν ὁ Κῦρος, ἀνέστη Χρυσάντης ὁ Πέρσης, καὶ ἔλεξεν ὧδε· Ὦ Κῦρε, μὴ θαύμαζε εἴ τινες ἐσκυθρώπασαν ἀκούσαντες τῶν ἀγγελλομένων· οὐ γὰρ φοβηθέντες οὕτω διετέθησαν, ἀλλ' ἀχθεσθέντες· ὥσπερ γε ἔφη, εἰ τινῶν βουλομένων τε καὶ οἰομένων ἤδη ἀριστήσειν, ἐξαγγελθείη τι ἔργον, ὃ ἀνάγκη εἴη πρὸ τοῦ ἀρίστου ἐξεργάσασθαι, [a] οὐδεὶς δ' ἄν, οἶμαι, ἥσθείη τοῦτο ἀκούσας· οὕτω τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ἤδη οἰόμενοι πλουτήσειν, ἐπεὶ ἠκούσαμεν ὅτι ἐσί τι λοιπὸν ἔργον, ὃ δεῖ ἐξεργάσασθαι, συνεσκυθρωπάσαμεν, οὐ φοβούμενοι, ἀλλὰ πεποιῆσθαι ἂν ἤδη καὶ τοῦτο βουλόμενοι. Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ οὐ περὶ Συρίας μόνον ἀγωνιούμεθα, ὅπου σῖτος πολὺς καὶ πρόβατά ἐσι, καὶ Φοίνικες οἱ καρποφόροι, ἀλλὰ καὶ περὶ Λυδίας, ἔνθα πολὺς μὲν οἶνος, πολλὰ δὲ σῦκα, πολὺ δὲ ἔλαιον, θάλαττα δὲ προσκλύζει, καθ' ἣν πλείω ἔρχεται ἢ ὅσα τις ἑώρακεν ἀγαθά· ταῦτα, ἔφη, ἐννοούμενοι, οὐκέτι ἀχθόμεθα, ἀλλὰ θαῤῥοῦμεν ὡς μάλιστα, ἵνα θᾶττον καὶ τούτων [b] τῶν Λυδίων ἀγαθῶν ἀπο-

" quibus tamen hæc ità cùm se habeant terribilia videntur esse, nostra
" verò frivola, hos equidem aio, viri, ad hostes ablegandos esse : nam
" multò magìs nobis profuerint, si cum illis sint, quàm si nobis adsint."

Hæc ubi Cyrus dixisset, Chrysantas ille Persa surrexit, et in hunc modum loquutus est ; Nè tibi, Cyre, mirum sit, quosdam auditis hisce, quæ nuntiantur, tristes visos esse : quippe non propter metum sic adfecti fuêre, sed propter indignationem : perinde ac, inquit, si aliquibus jam et prandere cupientibus et existimantibus in futurum, opus aliquod denuntietur, quod necesse sit ante prandium absolvi, neminem, opinor, hoc audito delectatum iri : si et nos quidem, qui fore jam putabamus ut opes consequeremur, poteaquam audivimus restare quoddam opus quod absolvendum sit, vultus *nostros* contraximus, non qui metu percelleremur, sed illud etiam vellemus effectum esse. Verùm enimverò quia non de Syriâ solùm dimicabimus, ubi magna est frumenti copia, et pecudes et palmæ frugiferæ, sed etiam de Lydiâ, in quâ vini, ficorum, olei magna est copia, et quam mare adluit, quo bona plura, quàm quisquam viderit, advehuntur ; hæc, inquit, cogitantes, non *jam* ampliùs indignamur, sed quàm maximè confirmatis animis sumus, ut quamprimùm etiam istis

a Οὐδεὶς δ' ἄν] Ità MS. Bodl. et editio *Eton.* In cæteris deest particula δὲ post οὐδεὶς.

b Τῶν Λυδίων] Mallet *Portus* τῶν Λυδίας. Verùm huic conjecturæ libri, quos vidi, omnes repugnant.

λαύσωμεν. Ὁ μὲν ὅτως εἶπεν· οἱ δὲ σύμμαχοι πάνλες ἥσθησάν τε τῷ λόγῳ καὶ ἐπήνεσαν.

Καὶ μὲν δὴ, ἔφη ὁ Κῦρος, Ὦ ἄνδρες, δοκεῖ μοι καὶ ἰέναι ἐπ' αὐτὰς ὡς τάχισα· ἵνα πρῶτον μὲν αὐτὰς φθάσωμεν ἀφικόμενοι, ἢν δυνώμεθα, ὅπῃ τὰ ἐπιλήδεια αὐτοῖς συλλέγεται· ἔπειλα δὲ ὅσῳ ἂν θᾶττον ἴωμεν, τοσούτῳ μείω μὲν τὰ παρόντα αὐτοῖς εὑρήσομεν, πλείω δὲ τὰ ἀπόντα. Ἐγὼ μὲν δὴ ὅτω λέγω· εἰ δέ τις ἄλλως πως γιγνώσκει ἢ ἀσφαλέστερον εἶναι ἢ ῥᾷον ἡμῖν, διδασκέτω. Ἐπεὶ δὲ συνηγόρευον μὲν πολλοὶ ὡς χρεὼν εἴη ὁτιλάχιστα πορεύεσθαι ἐπὶ τὰς πολεμίας, ἀνέλεγε δὲ ἁδείς, ἐκ τούτου δὴ ὁ Κῦρος ἤρχετο λόγου τοιοῦδε·

" Ἄνδρες σύμμαχοι, αἱ μὲν ψυχαὶ ἡμῖν τὰ σώματα καὶ τὰ ὅπλα
" οἷς δεήσει χρῆσθαι, ἐκ πολλοῦ ἡμῖν σὺν θεῷ παρεσκεύασαι·
" νῦν δὲ τὰ ἐπιλήδεια δεῖ εἰς τὴν ὁδὸν συσκευάζεσθαι αὐτοῖς τε
" ἡμῖν, καὶ ὁπόσοις τετράποσι χρώμεθα, μὴ μεῖον εἴκοσιν ἡμε-
" ρῶν. Ἐγὼ γὰρ λογιζόμενος εὑρίσκω πλειόνων ἢ πεντεκαί-
" δεκα ἡμερῶν ἐσομένην ὁδὸν, ἐν ᾗ ἁδὲν εὑρήσομεν τῶν ἐπι-
" τηδείων· ἀνεσκεύασαι γὰρ, τὰ μὲν ὑφ' ἡμῶν, τὰ δὲ ὑπὸ
" τῶν πολεμίων, ὅσα ἐδύναντο. Συσκευάζεσθαι οὖν χρὴ σῖτον

Lydiæ bonis fruamur. In hunc ille modum loquutus est: socii autem universi sermone delectati sunt *eúmque* probârunt.

Et Cyrus, Equidem, ait, arbitror quàm celerrimè adversus eos pergendum esse; ut primùm ipsos *eò* veniendo antevertamus, *si* quidem poterimus, ubi commeatum colligunt: deindè quanto celeriùs iverimus, tanto pauciora eis adesse, plura abesse inveniemus. Equidem ità censeo; quòd si quis vel tutiùs vel faciliùs *aliquid* aliâ ratione *facturos* nos sentit, *sanè id* doceat. Cùm autem multi in eandem sententiam concurrentes dicerent, necessarium esse ut quàm celerrimè in hostes pergerent, ac nemo contradiceret, tum verò Cyrus hujusmodi orationem est orsus:

" Jam dudum, socii, tum animi, tum corpora, tum arma quibus uten-
" dum erit, ope dei nobis paratas unt: nunc verò commeatus ad iter
" comportandus est, et nobis ipsis et quibuscunque utimur quadrupedi-
" bus, *ísque* non minor quàm viginti dierum. Etenim considerando re-
" perio, plurium quàm quindecim dierum fore viam, in quâ nihil com-
" meatûs inveniemus: nam avecta sunt, partim à nobis, partim ab hos-
" tibus, quæcunque potuerunt. Quamobrem cibi quantum satìs sit nobis

" μὲν ἱκανόν (a ἄνευ γὰρ τούτου οὔτε μάχεσθαι οἷόν τε οὔτε ζῆν δυναίμεθα
" ἄν)· οἶνον δὲ τοσοῦτον χρὴ ἔχειν ἕκαστον, ὅσος ἱκανὸς ἔσται ἐθίσαι
" ἡμᾶς αὐτοὺς ὑδροποτεῖν· πολλὴ γάρ ἐστι τῆς ὁδοῦ ἄοινος, εἰς
" ἣν ἐάν πάνυ πολὺν οἶνον συσκευασώμεθα, διαρκέσει. Ὡς
" ἂν μὴ ἐξαπίνης ἄοινοι γενόμενοι νοσήματι περιπίπτωμεν, ὧδε
" χρὴ ποιεῖν· ἐπὶ μὲν τῷ σίτῳ νῦν εὐθὺς ἀρχώμεθα πίνειν
" ὕδωρ· τοῦτο γὰρ ἤδη ποιοῦντες ὀλίγον μεταβαλοῦμεν. Καὶ γὰρ
" ὅσοις ἀλφιτοσιτεῖ, ὕδατι μεμιγμένην ἀεὶ τὴν μάζαν ἐσθίει· καὶ
" ὅσοις ἀρτοσιτεῖ, ὕδατι δεδευμένον τὸν ἄρτον. Καὶ τὰ ἕφθὰ δὲ
" πάντα μεθ' ὕδατος τοῦ πλείστου ἐσκεύασαι. Μετὰ δὲ τὸν σῖτον
" εἰ οἶνον ἐπιπίνοιμεν, οὐδὲν μεῖον ἔχουσα ἡ ψυχὴ ἀναπαύσεται.
" Ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ μετὰ τὸ δεῖπνον ἀφαιρεῖν χρή, ἕως ἂν b λά-
" θωμεν ὑδροπόται γενόμενοι. Ἡ γὰρ καλὰ μικρὸν c μεθάλλαξις
" πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς· διδάσκει δὲ καὶ ὁ
" θεὸς, ἀπάγων ἡμᾶς καλὰ μικρὸν ἔκ τε τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἀνέ-
" χεσθαι ἰσχυρὰ θάλπη, κἀ ἐκ τοῦ θάλπους εἰς τὸν ἰσχυρὸν χειμῶνα·

" comparandum est (nam absque hoc nec præliari, nec vivere possimus);
" et vini tantum habere quemvis oportet, quantum satìs fuerit ad con-
" suefaciendum nos ut aquam bibamus: nam magna viæ pars vino
" caret, in quam si vel plurimum vini comportemus, non tamen *illud*
" suffecerit. Quare nè, si subitò vinum nos deficiat, in morbos incida-
" mus, sic faciendum erit: ad cibum jam statim aquam bibere incipia-
" mus: nam hoc si jam fecerimus, mutationem non magnam sentie-
" mus. Etenim quicunque polentâ vescitur, is semper mazam aquâ
" mistam: qui pane vescitur, aquâ subactum panem, comedit. Quin et
" elixa omnia plurimâ cum aquâ parantur. Post cibum verò si vini potus
" accedat, nihilo deterius habens animus adquiescet. Deindè de illo
" etiam, quod à cœnâ sumitur, detrahere oportebit *aliquid*, donec im-
" prudentes *quodammodo* aquæ potores evadamus. Nam quæ mutatio
" paulatim declinando fit, ea facit ut quælibet natura mutationes fe-
" rat: id quod deus ipse nos docet, qui paulatim ab hyeme nos ad per-
" ferendum vehementes calores abducit, et ab æstu ad acrem hyemem:

a Ἄνευ γὰρ τούτου, &c.] Simile Homerico illi:

Ἀλλὰ πάσασθαι ἄνωχθι θοῆς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιοὺς
Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γάρ, μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.

Il. τ'. v. 160, et seq.

b Λάθωμεν] Sic rescripsimus admonitu Stephani et Mureti. Camerarius et Gabrielius quoque lectionem hanc in libris suis exstare testantur, cámque adeò in loco vertendo sequuntur. Vulgò obtinet *μάθωμεν*.

c Μεθάλλαξις] MS. Bodl. *παρέλλαξις*, Stobæus *ὑπάλλαξις*· et ità legere mallet Stephanus, præpositione *ὑπὸ* nescio quid latens, ut ait ipse, et occultum significante; quasi dicat, mutationem paulatim fieri, et ità ut vix à nobis sentiatur. Mihi vulgata placet lectio: cæterásque adeò inter glossemata numerandas esse opinor.

" ὃν χρὴ μιμεμένους, εἰς ὃ δεῖ ἐλθεῖν προειθισμένους ἡμᾶς ἀφικ-
" νεῖσθαι. Καὶ τὸ τῶν στρωμάτων δὲ βάρος εἰς τὰ ἐπιτήδεια [a] κα-
" ταδαπανᾶτε· τὰ μὲν γὰρ ἐπιτήδεια περιπεύοντα, ἂν ἄχρηστα
" ἔσαι· στρωμάτων δὲ ἐνδεηθέντες μὴ δείσητε, ὡς ἀχ ἡδέως καθευ-
" δήσετε· εἰ δὲ μή, ἐμὲ αἰτιᾶσθε. Ἐσθὴς μέντοι ὅτῳ ἐστὶν ἀφθο-
" νωτέρα παρεῦσα, πολλὰ καὶ ὑγιαίνοντι καὶ κάμνοντι ἐπικρεῖ.
" Ὄψα δὲ χρὴ συνεσκευάσθαι, ὅσα ἐστὶν ὀξέα ἐπιπλεῖσον, καὶ δρι-
" μέα, καὶ ἁλμυρά· ταῦτα γὰρ ἐπὶ σῖτόν τε ἄγει καὶ ἐπιπλεῖσον
" ἀρκεῖ. Ὅταν δ' ἐκβαίνωμεν εἰς ἀκέραια, ὅπου ἡμᾶς εἰκὸς ἤδη
" σῖτον λαμβάνειν, χειρομύλας χρὴ αὐτόθεν παρασκευάσασθαι,
" αἷς σιτοποιησόμεθα· τοῦτο γὰρ κεφάλαιον τῶν σιτοποιϊκῶν ὀργά-
" νων. Συνεσκευάσθαι δὲ χρὴ καὶ ὧν ἀσθενοῦντες δέονται ἄνθρωποι·
" τούτων γὰρ ὁ μὲν ὄγκος μικρόταλος, ἢν δὲ τύχη τοιάδε γένηται,
" μάλιστα [b] δεήσει. Ἔχειν δὲ χρὴ καὶ ἱμάντας· τὰ γὰρ πλεῖστα καὶ
" ἀνθρώποις καὶ ἵπποις ἱμᾶσιν ἥρτηνται· ὧν καταιρεθέντων καὶ κα-
" ταρρηγνυμένων ἀνάγκη ἀρρεῖν, ἢν μή τις ἔχῃ περιζυγά. Ὅσις
" δὲ πεπαίδευται καὶ παλτὸν ξύσασθαι, ἀγαθὸν καὶ ξυήλης μὴ

" quem imitando pervenire ad id, quod necesse est, *jam* ante consuefacti
" debemus. Quin et stragulorum pondus in res necessarias insumite:
" necessaria enim si supersint, non erunt inutilia; at stragulis si caru-
" eritis, nè metuatis quin suaviter dormituri sitis; sin minùs, me cul-
" pate. Vestis verò cui adsit abundantior, permultùm et rectè va-
" lenti et ægrotandi prodest. Obsonia comportanda sunt, quæcunque
" maximè acida, et acria, et salsa fuerint, nam hæc ad cibum invi-
" tant et quàm diutissimè sufficiunt. Posteaquam verò ad integra *loca*
" pervenerimus, ubi consentaneum est frumentum nos jam *tandem*
" capturos, jam inde manuales molæ parandæ erunt, quibus panem
" conficiamus: nam id ex illis instrumentis, quibus fit panis, levissi-
" mum est. Prætereà comparari oportet etiam illa, quibus homines
" infirmæ valetudinis indigent: nam horum moles est perexigua, et
" si talis fortuna sit, *eis* maximè opus erit. Oportet etiam habere
" lora: nam plurima tum hominibus: tum equis loris adligata sunt;
" quibus attritis et fractis cessare necesse est, nisi vincula quis habeat,
" Quicunque autem et paltum polire didicit, *ei* utile fuerit asciæ non

a Καταδαπανᾶτε] Hanc lectionem *Philelphus* et *Gabrielius* in iis, quibus usi sunt, exemplaribus invenêre. Vulgò legitur καταδαπανᾶται. Pro quo Stephanus et Muretus καταδαπανᾶτε reponendum monuerunt. Rectè.

b Δεήσει] Editio *Ald.* habet ἐδέησεν. Camerarius δεήσουσιν in suo vet. libro exstare dicit. Attamen nec huic nec illi auscultandum.

" ἐπιλαθέσθαι. Ἀγαθὸν δὲ καὶ ῥίνην φέρεσθαι· ὁ γὰρ λόγχην
" ἀκονῶν, ἐκεῖνος καὶ τὴν ψυχήν τι παρακονᾷ. Ἔπεσι γάρ τις
" αἰσχύνη, λόγχην ἀκονῶντα, κακὸν εἶναι. Ἔχειν δὲ χρὴ καὶ
" ξύλα περίπλεα ἢ ἅρμασι ἢ ἁμάξαις· ἐν γὰρ πολλαῖς πράξεσι
" πολλὰ ἀνάγκη καὶ τὰ ἀπαλορεύοντα εἶναι. Ἔχειν δὲ δεῖ καὶ
" τὰ ἀναγκαιότατα ὄργανα ἐπὶ ταῦτα πάντα· ἃ γὰρ ἀπανλαχῆ
" χειρολέχναι παραγίνονλαι· τὸ δ' ἐφ' ἡμέραν ἀρκέσον ὀλίγοι τι-
" νὲς ἂν ἱκανοὶ ποιῆσαι. Ἔχειν δὲ χρὴ ἢ ἅμην ἢ σμινύην καλὰ
" ἅμαξαν ἑκάσην, καὶ καλὰ τὸ νωλοφόρον δὲ ἀξίνην καὶ δρέπανον·
" ταῦτα γὰρ ἢ ἰδίᾳ χρήσιμα ἑκάσῳ, ἢ ὑπὲρ τᾶ κοινᾶ πολλάκις
" ὠφέλιμα γίνεται. Τὰ μὲν ἂν εἰς τροφὴν δέοντα οἱ ἡγεμόνες τῶν
" ὁπλοφόρων ἐξελάζελε τὰς [a] ὑφ' ὑμῖν αὐτοῖς· ἃ γὰρ δεῖ παριέναι
" ὅτα ἄν τις δέηλαι τάτων· ἡμεῖς γὰρ τάτων ἐνδεεῖς ἐσόμεθα. Ὅσα
" δὲ καὶ τὰ ὑποζύγια κελεύω ἔχειν, ὑμεῖς οἱ τῶν σκευοφόρων ἄρ-
" χονλες ἐξελάζελε, καὶ τὸν μὴ ἔχονλα καλασκευάζεσθαι ἀναγκάζελε.
" Ὑμεῖς δ' αὖ οἱ τῶν ὁδοποιῶν ἄρχοντες, ἔχετε μὲν ἀπογεγραμ-
" μένας παρ' ἐμᾶ τὰς ἀποδεδοκιμασμένας καὶ τὰς ἐκ τῶν ἀκοντι-
" στῶν, καὶ τὰς ἐκ τῶν τοξοτῶν, ἢ τὰς ἐκ τῶν σφενδονηλῶν· τάτας

" oblivisci. Profuerit etiam limam ferre: nam qui hastam acuit, is
" animum quoque prætereà nonnihil exacuit. Inest enim *hîc* pudor
" quidam, eum ignavum esse, qui hastam acuit. Oportet autem lig-
" norum etiam habere copiam et curribus et plaustris: nam multis in
" negotiis *et operibus*, necesse est multa quoque deficere. Prætereà
" habere oportet instrumenta maximè necessaria ad hæc omnia; non
" enim ubique adsunt opifices: quod autem in diem satìs fuerit, ad id
" efficiendum pauci quidam non sufficiunt. Oportet etiam sarculum
" et ligonem in curru quovis habere, et in *jumento* dossuario do-
" labram et falcem; nam hæc et cuique privatim usui sunt, et publicè
" frequenter utilitatem adferunt. Et quibus quidem ad cibos opus est,
" de iis vos duces militum gravis armaturæ illos interrogate, qui
" vobis parent: non enim prætermittendum est quidquam horum, quo
" quis indigere poterit; nam eorum indigi nos erimus. Quæcun-
" que verò jumenta habere jubeo, vos impedimentorum præfecti in-
" quirite, et qui non habet, hunc ad parandum *ea* cogite. Vos autem,
" qui vias *exercitui* sternentibus præestis, habetis à me descriptos eos
" qui ex jaculatoribus, et sagittariis, et funditoribus rejecti sunt: hos

a Ὑφ' ὑμῖν] Vulgò, ἐφ' ὑμῖν. Haud cunctanter tamen alteram illam præpositionem, adstipulante Leunclavio, reposui. Facilis erat error, levis mutatio.

" ἓν χρὴ τὲς μὲν ἀπὸ τῶν ἀκοντισῶν πέλεκυν ἔχοντας ξυλοκόπον
" ἀναγκάζειν στρατεύεσθαι, τὲς δ' ἀπὸ τῶν τοξοτῶν, σμινύην, τὲς
" δ' ἀπὸ τῶν σφενδονητῶν, ἄμην· τέτες δ' ἔχοντας ταῦτα, πρὸ
" τῶν ἁμαξῶν κατ' ἴλας πορεύεσθαι, ὅπως, ἤν τι δέῃ ὁδοποιΐας,
" εὐθὺς ἐνεργοὶ ἦτε· καὶ ἐγὼ ἤν τι δέωμαι, ὅπως εἰδῶ ὁπόθεν
" δεῖ λαβόντα τέτοις χρῆσθαι. Ἄξω δὲ καὶ τὲς ἐν τῇ στρατιωτικῇ
" ἡλικίᾳ ξὺν τοῖς ὀργάνοις χαλκέας τε καὶ τέκτονας ἢ σκυτοτόμες,
" ὅπως ὁπόσα ἂν δέηται καὶ τοιέτων τεχνῶν ἐν τῇ στρατιᾷ, μηδὲν
" ἐλλίπηται. Οὗτοι δὲ ὁπλοφόρε μὲν τάξεως ἀπολελύσονται, ἃ δ'
" ἐπίστανται τῷ βελομένῳ μισθῷ ὑπηρετοῦντες, ἐν τῷ τεταγμένῳ
" ἔσονται. Ἤν δέ τις ἢ ἔμπορος βέληται ἕπεσθαι ὠνεῖν τι βε-
" λόμενος, [a] τῶν μὲν προειρημένων ἡμερῶν τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν·
" ἢν δή τι πωλῶν ἁλίσκηται, πάντων στερήσεται. Ἐπειδὰν δ' αὖ-
" ται παρέλθωσιν αἱ ἡμέραι, πωλήσει ὅπως ἂν βέληται· ὅσις
" δ' ἂν τῶν ἐμπόρων πλείστην ἀγορὰν παρέχων φαίνηται, ἔτος ἢ
" παρὰ τῶν συμμάχων καὶ παρ' ἐμοῦ δώρων καὶ τιμῆς τεύξεται.
" Εἰ δέ τις χρημάτων προσδεῖσθαι νομίζει εἰς ἐμπολήν, γνωσῆρας

" itaque cogere oportet, ex jaculatoribus quidem qui sunt rejecti, ut
" sumptâ securi lignum ad secandum aptâ militent; qui ex sagittariis,
" ligone; qui ex funditoribus, sarculo: hos porrò iis instructos *cogere*
" *oportet*, ante plaustra turmatim incedere, ut si quid opus sit munien-
" dâ viâ, statim opus adgrediamini; et ipse sciam, si mihi aliquorum
" opera necessaria sit, unde ad usum meum mihi sumendi sint. Du-
" cam verò *nobiscum* et fabros ærarios militaris ætatis, et fabros ligna-
" rios, et sutores, cum instrumentis *suis*; ut quacunque in re hujus-
" modi etiam artificiis opus sit in exercitu, nihil deficiat. Et hi qui-
" dem ab armatorum *militum* ordinibus erunt soluti, quæ autem sciunt,
" mercede ei ministrantes qui velit, erunt in constituto *loco*. Quòd
" si quis etiam mercator sequi *castra* voluerit, ut aliquid vendat, *is* il-
" lorum dierum, quos antè significavimus, commeatum habere *debet*:
" sin aliquid vendere deprehendatur, omnibus spoliabitur. Posteaquam
" verò dies hi præterierint, quo pacto volet, vendet: et quisquis è
" mercatoribus quàm maximè rerum venalium forum augere videbi-
" tur, is et à sociis, et à me munera et honores consequetur. Quod si
" quis existimat, pecuniâ sibi ad coëmptionem rerum opus esse, is illis

a Τῶν μὲν προειρημένων, &c.] Stephano suspectus est hic locus, quòd in eo idem permitti et vetari videatur. At satis, opinor, exsurget idonea et par sibi loci sententia, si infinitivum ἔχειν pro imperativo poni, utì fit, statuamus; et intelligamus, Cyrum dare quidem mercatoribus exercitum sequendi licentiam, nolle tamen ab iis quidquam vendi, ante exitum dierum, quibus ad victum necessaria miles ipse adferre jussus esset.

" ἐμοὶ προσαγαγὼν καὶ ἐγγυητὰς, ἢ μὴν [a] πορεύεσθαι σὺν τῇ " στρατιᾷ, λαμβανέτω ὧν ἡμεῖς ἔχομεν. Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα " προαγορεύω· εἰ δέ τις τι καὶ ἄλλο δέον ἐνορᾷ, πρὸς ἐμὲ ση- " μαινέτω. Καὶ ὑμεῖς μὲν ἀπιόντες συσκευάζεσθε, ἐγὼ δὲ θύ- " σομαι ἐπὶ τῇ ὁρμῇ· ὅταν δὲ τὰ τῶν θεῶν καλῶς ἔχῃ, σημανῶ- " μεν. Παρεῖναι δὲ χρὴ ἅπαντας τὰ προειρημένα ἔχοντας εἰς " τὴν τεταγμένην χώραν, πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἑαυτῶν. Ὑμεῖς " δὲ, ὦ ἡγεμόνες, τὴν ἑαυτῷ ἕκαστος τάξιν εὐτρεπισάμενος, πρὸς " ἐμὲ πάντες συμβαλεῖτε, ἵνα τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι χώρας κατα- " λάβητε."

Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ μὲν συνεσκευάζοντο· ὁ δ' ἐθύετο. Ἐπεὶ δὲ καλὰ τὰ ἱερὰ ἦν, ὥρμᾶτο σὺν τῷ στρατεύματι· καὶ τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐξεστρατοπεδεύσατο ὡς δυνατὸν ἐγγύτατα, ὅπως εἴ τις τι ἐπιλελησμένος εἴη, μετέλθοι, καὶ [b] εἴ τις τινὸς ἐνδεόμενος γνοίη, τοῦτο ἐπιπαρασκευάσαιτο. Κυαξάρης μὲν ὃν τῶν Μήδων ἔχων τὸ τρίτον μέρος, κατέμενεν, ὡς μηδὲ τὰ οἴκοι ἔρημα εἴη. Ὁ δὲ Κῦρος ἐπορεύετο ὡς ἐδύνατο τάχιστα, τοὺς ἱππέας μὲν πρώτους ἔχων, ἢ πρὸ τούτων διερευνήτας ἢ σκοποὺς ἀεὶ ἀναβιβάζων

" quibus notus est, quíque spondeant futurum, ut cum exercitu profi- " ciscatur, adductis, quam nos habemus accipiat. Atque hæc quidem " prædico: si quis verò aliud quidpiam, quod facto sit opus, perspicit, " mihi significet. At vos quidem *hinc* digressi vasa colligite: ego pro- " fectionis causâ rem sacram faciam: cùm verò res divinæ rectè se ha- " bebunt, signum dabimus. Debent autem adesse omnes cum iis quæ " prædicta sunt, ad locum constitutum, apud duces suos. Vos verò, " duces, ubi suum quisque ordinem instruxeritis, ad me convenietis " omnes, ut suos singuli locos percipiatis."

His illi auditis, *ad iter* sarcinis compositis se comparabant: *Cyrus* verò rei divinæ dabat operam. Ubi verò sacrificia benè se habuerunt, cum exercitu progredi cœpit: ac primo quidem die metatus est castra loco, quàm potuit, proximo, ut si quis alicujus rei esset oblitus, eam quæreret, et si quis esse sibi aliquâ opus animadverteret, eam etiam sibi compararet. Et Cyaxares quidem cum tertiâ parte Medorum remansit, ut domi solitudo non esset. Cyrus quàm celerrimè poterat, faciebat iter, equites quidem primo loco constituens, et ante hos exploratores et speculatores anteriora semper in loca, quæ

a Πορεύεσθαι] Editio *Eton.* habet πορεύσεσθαι nec malè. Cum tamen melioris notæ libri editi et MS. Bodl. πορεύεσθαι repræsentent, non muto.

b Εἴ τις τινὸς, &c.] Ità rectè editio *Eton.* In cæteris est, εἴ τις τι ἐνδεόμενος quod mendosè legi pro τινὸς, &c. vidit olim Stephanus.

ἐπὶ τὰ πρόσθεν εὐσκοπώτατα· μετὰ δὲ τούτους ἦγε τὰ σκευοφόρα, ὅπου μὲν πεδινὸν εἴη, πολλοὺς ὁρμαθοὺς ποιούμενος τῶν ἁμαξῶν ϗ τῶν σκευοφόρων· [a] ὄπισθεν δὲ ἡ φάλαγξ ἐφεπομένη εἴ τι τῶν σκευοφόρων ὑπολείποιτο, οἱ προςυγχάνοντες τῶν ἀρχόντων ἐπεμέλοντο, ὡς μὴ κωλύοιντο πορεύεσθαι. Ὅπου δὲ ςενοτέρα εἴη ἡ ὁδὸς, διὰ μέσου ποιούμενοι τὰ σκευοφόρα ἔνθεν ϗ ἔνθεν ἐπορεύοντο οἱ ὁπλοφόροι· καὶ εἴ τι ἐμποδίζοι, οἱ κατὰ ταῦτα γιγνόμενοι αὖ τῶν ςρατιωτῶν ἐπεμέλοντο. Ἐπορεύοντο δὲ ὡς τὰ πολλὰ αἱ τάξεις παρ' ἑαυταῖς ἔχουσαι τὰ σκευοφόρα· ἐπετέτακτο γὰρ πᾶσι τοῖς σκευοφόροις κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν ἕκαςον ἰέναι, εἰ μή τι ἀναγκαῖον ἀποκωλύοι. Καὶ σημεῖον δὲ ἔχων τοῦ ταξιάρχου ὁ σκευοφόρος ἡγεῖτο γνωςὸν τοῖς τῆς ἑαυτῶν τάξεως· ὥςε ἀθρόοι ἐπορεύοντο, ἐπεμελοῦντό τε ἰσχυρῶς ἕκαςος τῶν ἑαυτοῦ, ὡς μὴ ὑπολείποιντο. Καὶ οὕτω ποιούντων, οὔτε ζητεῖν ἔδει ἀλλήλους, ἅμα τε παρόντα ἅπαντα καὶ σαώτερα ἦν, ϗ θᾶσσον τὰ δέοντα εἶχον οἱ ςρατιῶται.

ad speculandum essent commodissima, præmittens: post hos agebat impedimenta, multos, ubi quidem planities esset, plaustrorum et impedimentorum globos faciens: *hos* cùm à tergo sequeretur phalanx, si quid impedimentorum à tergo relinqueretur, præfecti qui *in ea* inciderent curabant, ut in progressu non impedirentur. Ubi verò angustior erat via, milites armati receptis in medium impedimentis, hinc et illinc incedebant; ac si quid impediret, milites ad hæc constituti *in eo* curam adhibebant. Plerumque verò sic cohortes iter faciebant, ut apud se *sua* haberent impedimenta: omnibus enim qui impedimentis ferendis operam dabant imperatum erat, ut quisque propter cohortem suam progrederetur, nisi quid rei necessariæ vetaret. Atque is etiam cui sarcinarum vectura curæ erat præibat, signum centurionis sui habens, quod militibus ejusdem cohortis notum esset: itaque catervatim faciebant iter, et vehementer intentus erat quilibet, nè qui suorum à tergo relinquerentur. Quod cùm facerent, necesse non erat ut se mutuò quærerent, et omnia præstò magísque salva erant, et ea quibus esset opus citiùs milites habebant.

a Ὄπισθεν δὲ, &c.] Budæus, teste Stephano, post ἐφεπομένη notandam ςιγμὴν, deinde post εἴ τι addendam particulam δὲ censuit. Et istam quidem distinguendi rationem exhibet editio *Ald.* sed rectè animadvertit Stephanus, hæc verba, ὄπισθεν δὲ ἡ φάλαγξ ἐφεπομένη, nec cum præcedentibus connecti, nec idoneum aliquem sensum efficere posse. MS. Bodl. dat—ἁμαξῶν καὶ τῶν σκευοφόρων· εἴ τις δὲ ὑπολείποιτο, &c. quæ lectio haud ità dissimilis est ei, quam margini editionis suæ adscriptam probat Stephanus,—ἁμαξῶν· καὶ τῶν σκευοφόρων εἴ τι ὑπολείποιτο, προςυγχάνοντες, &c.

Ὡς δὲ οἱ προϊόντες σκοποὶ ἔδοξαν ἐν τῷ πεδίῳ ὁρᾶν ἀνθρώπους λαμβάνοντας καὶ χιλὸν καὶ ξύλα, καὶ ὑποζύγια δὲ ἑώρων ἕτερα τοιαῦτα ἄγοντά τε καὶ νεμόμενα, καὶ τὰ πρόσω αὖ ἐφορῶντες ἐδόκουν καταμανθάνειν μετεωριζόμενον ἢ καπνὸν ἢ κονιορτόν· ἐκ τούτων ἁπάντων ἐγίγνωσκον, ὅτι εἴη ὡς πλησίον τὸ στράτευμα τῶν πολεμίων. Εὐθὺς ἂν πέμπει ὁ σκοπάρχης τινὰ ἀγγελοῦντα ταῦτα τῷ Κύρῳ. Ὁ δέ, ἀκούσας ταῦτα, ἐκείνους μὲν ἐκέλευσε μένοντας ἐπὶ ταύταις ταῖς σκοπαῖς, ὅ,τι ἂν ἀεὶ καινὸν ὁρῶσιν, ἐξαγγέλλειν· τάξιν δ' ἔπεμψεν ἱππέων εἰς τὸ πρόσθεν, καὶ ἐκέλευσε πειραθῆναι συλλαβεῖν τινὰς τῶν ἀνὰ τὸ πεδίον ἀνθρώπων, ὅπως σαφέστερον μάθοιεν τὸ ὄν. Οἱ μὲν δὴ ταχθέντες τοῦτο ἔπραττον· αὐτὸς δὲ τὸ ἄλλο στράτευμα αὐτὸς κατεχώριζεν, ὅπως παρασκευάσαιντο ὅσα ᾤετο χρῆναι πρὶν πάνυ ὁμοῦ εἶναι. Καὶ πρῶτον μὲν ἀρισταν παρηγγύησεν, ἔπειτα δὲ μένοντας ἐν ταῖς τάξεσι τὸ παραγγελλόμενον προνοεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἠρίσησαν συνεκάλεσε καὶ ἱππέων καὶ πεζῶν καὶ ἁρμάτων τοὺς ἡγεμόνας, καὶ τῶν μηχανῶν δὲ καὶ τῶν σκευοφόρων τοὺς ἄρχοντας καὶ τῶν ἁρμαμαξῶν. Καὶ ἧκον μὲν συνήεσαν· οἱ δὲ καταδραμόντες εἰς τὸ πεδίον, συλλαβόντες ἀνθρώπους ἦγαγον. Οἱ δὲ ληφθέντες, ἀνερωτώμενοι ὑπὸ τοῦ Κύρου, ἔλεγον ὅτι ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου εἶεν,

Cæterùm speculatores antegressi cùm viderentur in planitie videre homines, qui et pabulum et ligna sumerent, et adspicerent itidem jumenta, quæ ejusmodi alia portarent atque *interim* pascerentur; et remotiora loca intuendo, animadvertere sibi viderentur, vel fumum vel pulverem in sublime ferri; de his omnibus intelligebant, hostium copias alicubi esse in propinquo. Itaque speculatorum præfectus statim quendam mittit, qui Cyro ista nuntiaret. Is autem ubi hæc audiisset, mandavit illis, ut iis ipsis in speculis manerent, ac quicquid semper novi conspicerent, *sibi* renuntiarent: prætereà equitum cohortem ulteriùs misit, mandavitque darent operam ut quosdam illorum qui erant in planitie comprehenderent, quò certiùs id quod esset cognoscere possent. Ac illi quidem, id quibus negotii datum erat, hoc faciebant: *Cyrus* ipse copias reliquas ibidem disponebat, ut præpararent ea quibus opus esse arbitrabatur, antequam omnino congrederentur. Ac primùm quidem edixit utì prandèrent, deindè ut suis in ordinibus manerent ac providerent quod imperaretur. Pransi autem cùm essent, equitum, peditum, curruum duces, atque etiam machinarum, impedimentorum, harmamaxarum præfectos convocavit. Et hi quidem convenerunt: ii verò *interea* qui in planitiem excurrerant, homines comprehensos adducebant. Cúmque à Cyro interrogarentur ii, qui capti erant, aiebant se *hostium* ex castris esse.

[a] προεληλύθοιεν δὲ οἱ μὲν ἐπὶ χιλὸν, οἱ δ' ἐπὶ ξύλα, παρελθόντες τὰς προφυλακάς· διὰ γὰρ τὸ πλῆθος τῆ στρατῆ σπάνια πάντα εἶναι. Καὶ ὁ Κῦρος ταῦτα ἀκούσας, Πόσον δή, ἔφη, ἄπεσιν ἐνθένδε τὸ στράτευμα; Οἱ δ' ἔλεγον, ὡς δύο [b] παρασάγγας. Ἐπὶ τούτοις ἤρετο ὁ Κῦρος, Ἡμῶν δ', ἔφη, λόγος τις ἦν παρ' αὐτοῖς; Ναὶ μὰ Δί', ἔφασαν, καὶ πολύς γε· ὡς ἐγγὺς ἤδη ἦτε προσιόντες. Τί ἦν, ἔφη ὁ Κῦρος, ἢ καὶ ἔχαιρον ἀκούοντες; (τοῦτο δ' ἐπήρετο τῶν παρόντων ἕνεκα.) Οὐ μὰ Δία, εἶπον ἐκεῖνοι, ἀ μὲν δή γε ἔχαιρον, ἀλλὰ καὶ μάλα ἠνιῶντο. Νῦν δ', ἔφη ὁ Κῦρος, τί ποιοῦσιν; Ἐκλάτλονται, ἔφασαν· καὶ χθὲς δὲ καὶ τρίτην ἡμέραν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔπρατλον. Ὁ δὲ τάτλων, ἔφη ὁ Κῦρος, τίς ἐστιν; Οἱ δ' ἔφασαν, αὐτός τε Κροῖσος, καὶ σὺν αὐτῷ Ἕλλην τις ἀνὴρ, καὶ ἄλλος δέ τις Μῆδος· ἧκτος μέντοι ἐλέγετο φυγὰς εἶναι παρ' ὑμῶν. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἀλλ' ὦ Ζεῦ μέγιστε, λαβεῖν μοι αὐτὸν γένοιτο, ὡς ἐγὼ βούλομαι.

Ἐκ τούτου τοὺς μὲν αἰχμαλώτους ἀπάγειν ἐκέλευσεν, εἰς δὲ τοὺς παρόντας ὡς λέξων τι ἀνήκετο. Ἐν τούτῳ δὲ παρῆν ἄλλος αὖ παρὰ τῆ σκοπάρχῃ, λέγων ὅτι ἱππέων τάξις μεγάλη ἐν τῷ πεδίῳ προφαίνοιτο·

ac processisse partim pabulatum, partim lignatum, prætergressos primas excubias: etenim propter exercitûs multitudinem rara esse omnia. Et Cyrus his auditis, Quanto, inquit, intervallo hinc exercitus abest? Parasangas ferè duas, aiunt illi. Post hæc *eos* interrogans Cyrus, An de nobis erat, inquit, apud ipsos aliquis rumor? Erat profectò, inquiunt, et quidem magnus: nimirum vos adventare et prope jam adesse. Quid igitur, ait Cyrus, cùm *id* audirent, an gaudebant? (hoc autem eorum, qui aderant, causâ quærebat.) Non profectò, respondent illi, non sanè gaudebant, sed admodum etiam angebantur. Jam verò, ait Cyrus, quid agunt? Instruuntur, inquiunt; atque in hoc ipso tum herì tum nudiustertiùs occupati fuerunt. Et quis eos instruit? ait Cyrus. Crœsus ipse, inquiunt, et cum eo Græcus quidam, et alius quidam Medus: hic quidem à vobis venisse transfuga dicebatur. Verùm ô maxime Jupiter, inquit Cyrus, utinam eum capiam, utì cupio.

Secundùm hæc captivos abduci jussit, et ad eos qui aderant, quasi dicturus aliquid, se convertit. Interea *quidam* alius à speculatorum adcrat præfecto, qui magnum equitum agmen in planitie conspici dicebat:

a Προεληλύθοιεν δὲ οἱ, &c.] Vulgò, προεληλύθοιεν δὲ ἐπὶ χιλὸν, οἱ, &c. Sed recte conjecit Leunclavius deesse οἱ μὲν, ante ἐπὶ χιλὸν, cui respondet οἱ δ' ἐπὶ ξύλα. De hâc emendatione Leunclavii adsentitur etiam Stephanus. Vide p. 254, not. 3, ubi adlata est felix ejusdem Leunclavii conjectura de ἄλλος μὲν amisso ante ἄλλος δὲ, quod ibidem sequitur.

b Παρασάγγας] Vide p. 124.

καὶ ἡμεῖς μὲν, ἔφη, εἰκάζομεν ἐλαύνειν αὐτὰς βουλομένους ἰδεῖν τόδε τὸ στράτευμα. Καὶ γὰρ πρὸ τῆς τάξεως ταύτης ἄλλοι ὡς τριάκοντα ἱππεῖς [a] συχνῶς προσελαύνουσι, καὶ μέντοι κατ' αὐτὰς ἡμᾶς· ἴσως βουλόμενοι λαβεῖν, ἢν δύνωνται, τὴν σκοπήν· ἡμεῖς δὲ ἐσμὲν [b] μία δεκὰς οἱ ἐπὶ ταύτῃ τῇ σκοπῇ. Καὶ ὁ Κῦρος ἐκέλευσε [c] τῶν περὶ αὐτὸν ἀεὶ ὄντων ἱππέων ἐλάσαντας ὑπὸ τὴν σκοπὴν ἀδήλους τοῖς πολεμίοις ἀτρεμίαν ἔχειν. Ὅταν δ', ἔφη, ἡ δεκὰς ἡ ἡμετέρα λείπῃ τὴν σκοπὴν, ἐξαναστάντες ἐπίθεσθε τοῖς ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὴν σκοπήν. Ὡς δ' ὑμᾶς μὴ λυπῶσιν οἱ ἀπὸ τῆς μεγάλης τάξεως, ἀντέξελθε σὺ, ἔφη, ὦ Ὑστάσπα, τὴν χιλιοστὺν τῶν ἱππέων λαβὼν, καὶ ἐπιφάνηθι ἀντίος τῇ τῶν πολεμίων τάξει. Διώξεις δὲ μηδαμῇ εἰς ἀφανὲς, ἀλλ' ὅπως αἱ σκοπαί σε διαμένωσιν ἐπιμεληθεὶς πάριθι. Ἂν δ' ἄρα ἀνατείνοντες τὰς δεξιὰς προσελαύνωσιν ὑμῖν τινὲς, δέχεσθε φιλίως τοὺς ἄνδρας.

Ὁ μὲν δὴ Ὑστάσπας ἀπιὼν ὡπλίζετο· οἱ δὲ ὑπηρέται ἠλαυνον εὐθὺς, ὡς ἐκέλευσεν. Ἀπανθᾷ δ' αὐτοῖς [d] καὶ δὴ ἐντὸς τῶν σκοπῶν

ac nos quidem, inquit, suspicamur eos provehi studio contemplandi hunc exercitum. Nam ante hanc turmam alii equites ferè triginta celeriter advehuntur, et quidem nos ipsos versùs: fortasse quòd speculam *hanc*, si *quidem* possint, occupare velint: nos autem in istâ speculâ tantummodò decem sumus. Et Cyrus nonnullos equites ex iis quos semper circum se habebat, provectos sub *ipsam usque* speculam clam hostibus immotos *ibi* consistere jussit. Ubi verò, ait, decuria nostra speculam deseruerit, *tum* vos *ex insidiis* exsurgite, eósque invadite, qui speculam conscenderint. Atque ut vos magna illa non lædat turma, egredere tu, inquit, adversùs hos, Hystaspa, equitibus mille adsumptis, et in conspectum hostilis agminis adverso agmine prodi. Nequaquam verò persequaris eos usque ad loca *tibi* non perspecta, sed ubi curaveris, ut tuæ constanter maneant speculæ, progreditor. Quòd si qui porrectis dextris ad vos advehantur, eos amanter excipite.

Hystaspas itaque discedens arma sumebat; et *Cyri* statim ministri, quemadmodùm imperârat, avehebantur. Illis autem Araspas cum fa-

a Συχνῶς προσελαύνουσι, &c.] Ità editiones *Steph. Leunclav. Ald.* In MSto Bodl. legitur συχνὸν προσελαύνουσι ἢ μέντοι, ἔφη, ἢ αὐτὰς ἡμᾶς, &c. in editione *Eton.* συχνῶς προσελαύνουσι, &c. Sed recepta placet lectio.

b Μία δεκὰς, &c.] *Æneas*, vetustissimus *Tacticorum* scriptor, ternos minimùm ἡμεροσκόπους speculatum mitti præcipit, eósque μὴ τοὺς τυχόντας, ἀλλ' ἐμπείρους πολέμου, ὄντας, &c. *Comment. Tact.* c. 6. Idem eodem loco monet, χρῆναι ἡμεροσκόπους πρὸ τῆς πόλεως καθίσαντας ἐπὶ τόπου ὑψηλοῦ καὶ ὡς ἐκ πλείστου φαινομένου. Conf. Nostri verba, p. 346.

c Τῶν περὶ αὐτὸν, &c.] Vide quæ notavimus, p. 301.

d Καὶ δὴ] *Muretus* legit ἤδη. Idem nos aliàs de hâc reponendâ monuit particulâ. Vide p. 130. Sed nihil muto, re ipsâ non postulante, contra librorum omnium fidem.

Ἀράσπας σὺν τοῖς θεράπουσιν, ὁ πεμφθεὶς πάλαι [a] κατάσκοπος, ὁ φύλαξ τῆς Σουσίδος γυναικός. Ὁ μὲν ἔν Κῦρος, [b] ὡς εἶδεν, ἀναπηδήσας ἐκ τῆς ἕδρας ὑπήντα τε αὐτῷ καὶ ἐδεξιοῦτο· οἱ δ' ἄλλοι, ὥσπερ εἰκὸς, μηδὲν εἰδότες, ἐκπεπληγμένοι ἦσαν τῷ πράγματι· ἕως ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἄνδρες φίλοι, ἥκει ἡμῖν ἀνὴρ ἄριστος. Νῦν γὰρ ἤδη πάντας ἀνθρώπους δεῖ εἰδέναι τὰ τούτου ἔργα. Οὗτος ἔτε αἰσχρῶς ἡττηθεὶς ἑδενὸς ᾤχετο, ἔτε ἐμὲ φοβηθεὶς, ἀλλ' ὑπ' ἐμοῦ πεμφθεὶς, ὅπως ἡμῖν μαθὼν τὰ τῶν πολεμίων, σαφῶς τὰ ὄντα ἐξαγγείλειεν. Ἃ μὲν ἔν ἐγώ σοι ὑπεσχόμην, ὦ Ἀράσπα, μέμνημαί τε καὶ ἀποδώσω σὺν τούτοις πᾶσι. Δίκαιον δὲ καὶ ὑμᾶς ἅπαντας, ὦ ἄνδρες, τοῦτον τιμᾶν ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα· ἐπὶ γὰρ τῷ ἡμετέρῳ ἀγαθῷ καὶ κινδύνευσε καὶ αἰτίαν ὑπέσχεν, ἧ ἐβαρύνετο. Ἐκ τούτου δὴ πάντες ἠσπάζοντο τὸν Ἀράσπαν καὶ ἐδεξιοῦντο. Εἰπόντος δὲ Κύρου, ὅτι τούτων μὲν ἄλις εἴη, Ἃ δὲ καιρὸς ἡμῖν εἰδέναι, ταῦτα, ἔφη, διηγοῦ ὦ Ἀράσπα, καὶ μηδὲν μεῖον τοῦ ἀληθοῦς τὰ τῶν πολεμίων. Κρεῖττον γὰρ, μείζονα οἰηθέντας μείονα ἰδεῖν, ἢ μείω ἀκούσαντας μείζονα εὑρίσκειν.

cis ipsas etiam speculas occurrit, is qui dudum explorator missus fuerat, Susiæ mulieris custos. Et Cyrus quidem, *eum* ut vidit, exsiliens de sellâ progressus est ei obviam et dextrâ *hominem* excepit: cæteri, qui nihil *horum* scirent, re *istâ* erant obstupefacti, ut par est *credi*; donec Cyrus ait, Vir ad nos optimus venit, amici. Nam scire jam omnes homines hujus oportet facinora. Hic neque ullâ re turpi victus, neque formidine mei permotus discessit; sed à me missus, ut hostium rebus cognitis, quo loco essent, certò nobis renuntiaret. Tibi quidem, Araspa, quæ sum pollicitus, et memini et præstabo cum his omnibus. Vos autem omnes etiam æquum est, milites, hunc, ut virum fortem, honore prosequi: nam commodi nostri causâ tum periculo se obtulit, tum *sceleris*, quo premebatur, culpam sustinuit. Tum verò Araspam omnes salutantes amplectebantur, et dextris excipiebant. Cùm autem dixisset Cyrus, satìs jam istorum esse, Quæ autem scire nos ex re nostrâ fuerit, inquit, narra nobis Araspa, neque res hostium præter veritatem extenua. Nam melius fuerit, *nos* arbitratos majora, *deindè* minora videre, quàm auditis minoribus, majora reperire.

a Κατάσκοπος, ὁ, &c.] Sic editiones *Leuncl.* et *Eton.* quibus accedit etiam Budæus. In cæteris libris perperam legitur κατάσκοπος, ἡ φύλαξ, &c. Stephanus ipse tandem vidit disjunctivam istam hic locum non habere particulam; cùm non alterutrum, sed utrumque, de Araspâ verè dici possit: atque adeò articulum reponendum censet. Vide p. 248 et 327. Infra paulò de Araspâ loquens Panthéa dicit—ὁ ἐμὶ φυλάττων.

b Ὡς εἶδεν] MS. Bodl. ὡς ἧκουσεν quam lectionem expressit in versione suâ *Philelphus*. Sed nostram illam hâc potiorem judico.

Καὶ μὴν, ἔφη ὁ Ἀράσπας, ὡς σαφέσατά γ' ἂν εἰδείην, ἐποίουν· συνεξέταττον γὰρ [a] παρὼν αὐτός. Σὺ μὲν ἄρα, ἔφη ὁ Κῦρος, ἃ τὸ πλῆθος μόνον οἶσθα, ἀλλὰ καὶ τὴν τάξιν αὐτῶν; Ἐγὼ μὲν ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Ἀράσπας, καὶ ὡς διανοῦνται τὴν μάχην ποιεῖσθαι. Ἀλλ' ὅμως, ἔφη ὁ Κῦρος, τὸ πλῆθος ἡμῖν πρῶτον εἰπὲ ἐν κεφαλαίῳ. Ἐκεῖνοι τοίνυν, ἔφη, πάντες τεταγμένοι εἰσὶν ἐπὶ τριάκοντα τὸ βάθος καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς, πλὴν τῶν Αἰγυπτίων· οὗτοι δ' [b] ἀπέχουσιν ἀμφὶ τὰ τετταράκοντα στάδια· πάνυ γάρ μοι, ἔφη, ἐμέλησεν, ὥστε εἰδέναι ὁπόσον κατεῖχον χωρίον. Οἱ δ' Αἰγύπτιοι, ἔφη ὁ Κῦρος, εἰπὲ πῶς εἰσι τεταγμένοι· ὅτι εἶπας, πλὴν τῶν Αἰγυπτίων. Τούτους δ' οἱ μυριάρχαι ἔταττον εἰς ἑκατὸν πανταχῇ τὴν μυριοσὺν ἑκάστην· τοῦτον γὰρ σφίσι καὶ οἴκοι νόμον ἔφασαν εἶναι τῶν τάξεων. Καὶ ὁ Κροῖσος μέντοι μάλα ἄκων συνεχώρησεν αὐτοῖς οὕτω τάττεσθαι· ἐβούλετο γὰρ ὅτι πλεῖσον [c] ὑπερφαλαγγῆσαι τοῦ σοῦ στρατεύματος. Πρὸς τί δὴ, ἔφη ὁ Κῦρος, τοῦτο ἐπιθυμῶν; Ὡς ναὶ μὰ Δί', ἔφη, τῷ περιττῷ κυκλωσόμενος. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, [d] Ἀλλ' οὗτοι ἂν εἰδεῖεν, εἰ οἱ

Enimverò, inquit Araspas, operam dedi ut rem quàm certissimè cognoscerem: nam præsens unà cum aliis aciem eorum instruxi. Tu igitur, inquit Cyrus, non *eorum* modò numerum, verùm etiam acici rationem tenes? Teneo profectò, inquit Araspas, atque *etiam* quo pacto prælium inire cogitent. Tu tamen, ait Cyrus, primùm nobis *eorum* multitudinem summatim exponito. Sunt igitur illi, inquit, omnes et pedites et equites instructi ad tricenos in altitudinem, exceptis Ægyptiis: occupant autem hi ferè spatium quadraginta stadiorum: mihi, enim, inquit, admodùm curæ fuit, ut quantum loci occuparent scirem. Ægyptii verò, ait Cyrus, quo pacto instructi sint, dicito: aiebas enim, exceptis Ægyptiis. Nimirum hos denûm millium præfecti ità instruebant, ut quælibet denûm millium acies in centenos esset ab omni parte disposita: nam domi quoque sibi hanc ordinum legem esse dicebant. Crœsus sanè perquam invitus eis concessit ut hoc modo instruerentur: quippe phalangem suam sic extendere volebat, ut tuum ultra exercitum quàm longissimè porrigeretur. At quamobrem, ait Cyrus, id cupiebat? *Eâ* profectò *de causâ*, ut exsuperante copias tuas multitudine circumdaret. Et Cyrus ait, At viderint isti, nè

a Παρὼν αὐτός] Vulgata est hæc lectio: aliam verò minimè aspernandam præbent MS. Bodl. et editio *Aldina*, nempe—— παρὼν αὐτοῖς. Sed vide p. 349, lin. 12 et 13.

b Ἀπέχουσι ἀμφὶ] Suspectus est hic locus criticis; quorum alii reponunt ἔχουσιν, alii κατέχουσιν, alii ἐπέχουσιν. Leunclavium auctorem agnoscit ultimum hoc verbum; quod mihi non displicet, cùm proximè ad vulgatam lectionem accedat, et commodè significare possit, *occupare* 40 *stadia*, quemadmodùm statim subjicit Araspas—εἰδέναι ὁπόσον κατεῖχον χωρίον.

c Ὑπερφαλαγγῆσαι] Consule indicem vocum ad *rem militarem* spectantium.

d Ἀλλ' οὗτοι, &c.] Pro οὗτοι placet Leunclavius scribere οἵδε, parvâ quod ad scrip-

κυκλώμενοι κυκλωθεῖεν· Ἀλλ' ἃ μὲν παρὰ σῷ καιρὸς μαθεῖν, ἀκηκόαμεν· ὑμᾶς δὲ χρή, ὦ ἄνδρες, ὅτῳ ποιεῖν· [a] νῦν μὲν, ἐπειδὰν ἐνθένδε ἀπέλθητε, ἐπισκέψασθε ἢ τὰ τῶν ἵππων, ἢ τὰ ὑμῶν αὐτῶν ὅπλα (πολλάκις γὰρ μικρᾷ ἐνδείᾳ καὶ ἀνὴρ καὶ ἵππος καὶ ἅρμα ἄχρειον γίνεται)· αὔριον δὲ πρωΐ, ἕως ἂν ἐγὼ θύωμαι, πρῶτον μὲν χρὴ ἀρισῆσαι καὶ ἄνδρας καὶ ἵππους, ὅπως ὅ, τι ἂν πράττειν καιρὸς ἀεὶ ᾖ, μὴ τοῦτο ἡμῖν ἐνδέῃ· ἔπειτα δὲ σὺ, ἔφη, ὦ Ἀράσπα, τὸ δεξιὸν κέρας ἔχε, ὥσπερ καὶ ἔχεις, ἢ οἱ ἄλλοι μυριάρχοι ἧπερ νῦν ἔχετε· ὁμοῦ γὰρ τοῦ ἀγῶνος ὄντος, ἀδενὲς ἅρμα ἔτι καιρὸς τοὺς ἵππους μεταζευγνύναι. Παραγγείλατε δὲ τοῖς ταξιάρχαις καὶ λοχαγοῖς ἐπὶ φάλαγγος καθίσασθαι, εἰς δύο ἐχοντας ἕκαστον τὸν λόχον. Ὁ δὲ λόχος ἦν ἕκαστος εἰκοσιτέτταρες.

Καί τις εἶπε τῶν μυριάρχων, Καὶ δοκοῦμέν σοι, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἱκανῶς ἔξειν, εἰς τοσοῦτους τεταγμένοι, πρὸς οὕτω βαθεῖαν φάλαγγα; Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Αἱ δὲ βαθύτεραι φάλαγγες, ἢ ὡς ἐξικνεῖσθαι τοῖς ὅπλοις τῶν ἐναντίων, τί σοι δοκοῦσιν, ἔφη, [b] τοὺς πολεμίους

dum circumdare volunt, *ipsimet* circumdentur. Sed enim quæ ex te didicisse *nostram* erat in rem, audivimus: vobis autem ità, viri, faciendum est: nunc quidem, posteaquam hinc abieritis, tum equorum arma, tum vestra inspicite (nam sæpenumerò exiguâ re deficiente, et vir, et equus, et currus inutilis reddatur); cras autem manè, dum sacram ego rem peragam, primum et viris et equis vescendum erit, ut quidquid fieri semper opportunum fuerit, nihil nobis desit quo minùs id conficiamus: deindè tu, inquit, Araspa, cornu dextrum tene, utì nunc tenes, ac cæteri *itidem* denûm millium præfecti *servate* quem nunc locum obtinetis; nam ubi prope adest certamen cùm sit conserendum, non juncti jam equi ullo in curru commodè mutari possunt. Denuntiate verò cohortium præfectis et ductoribus manipulorum, ut in phalange consistant, singulis manipulis densis ad duos. Erant autem *isti* manipuli singuli *militum* viginti quatuor.

Et quidam è denûm millium præfectis, An videmur tibi, Cyre, inquit, si *quidem* in tot ordinati simus, adversùs tam densam phalangem suffecturi? Et Cyrus, Densiores quæ sunt phalanges, ait, quàm ut armis ad hostes possint pertingere, quid tibi videntur hostibus adferre

turam adtinet, magnâ, quod ad sensum mutatione. Receptam ille quidem lectionem in loco vertando sequitur, sed in notis se longè malle ait, ἀλλ' οὕτοι ἄν, &c. ut dicatur, *nequaquam scire poterint*. Verùm satis apta videtur ea lectio, quam in omnibus inveni libris, atque adeò excudendam curavi.

a Νῦν μὲν, ἐπειδὰν, &c.] Monita tradit Agamemnon his ferè similia, Il. β', v 381, et seq.

b Τοὺς πολεμίους, &c.] Illud ἀφεῖναι,

βλάπλειν ἢ τὰς συμμάχους ὠφελεῖν; Ἐγὼ μὲν γὰρ, ἔφη, τὰς εἰς ἑκατὸν τάττους ὁπλίτας εἰς μυρίους ἂν βελοίμην μᾶλλον τεταχθαι· οὕτω γὰρ ἂν ἐλαχίστοις μαχοίμεθα. Ἐξ ὅσων μέντοι ἐγὼ τὴν φάλαγγα βαθυνῶ, οἶμαι ὅλην ἐνεργὸν καὶ σύμμαχον ποιήσειν αὐτὴν ἑαυτῇ. Ἀκοντιστὰς μὲν ἐπὶ τοῖς θωρακοφόροις τάττω, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκοντισταῖς τοξότας. Τάττους γὰρ [a] πρωτοστάτας μὲν τίς ἂν τάττοι, οἳ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι μηδεμίαν μάχην ἂν ὑπομεῖναι ἐκ χειρός; Προβεβλημένοι δὲ τοὺς θωρακοφόρους μενοῦσί γε· καὶ οἱ μὲν, ἀκοντίζοντες, οἱ δὲ τοξεύοντες, ὑπὲρ τῶν πρόσθεν πάντων, λυμανοῦνται τοὺς πολεμίους. Ὅ,τι δ' ἂν κακουργῇ τις τοὺς ἐναντίους, δηλονότι παντὶ τούτῳ τοὺς συμμάχους κωφίζει. Τελευταίους μέντοι σήσω τοὺς ἐπὶ πᾶσι καλουμένους. Ὥσπερ γὰρ οἰκίας οὔτε ἄνευ λιθολογήματος ὀχυρᾶς, οὔτε ἄνευ τῶν τέκτονι ποιούντων ὠδὲν ὄφελος, οὕτως ὠδὲ φάλαγγος οὔτε ἄνευ τῶν πρώτων οὔτε ἄνευ τῶν τελευταίων, ἢν μὴ ἀγαθοὶ ὦσιν, ὄφελος ὠδέν. Ἀλλ' ὑμεῖς τε, ἔφη, ὡς παραγγέλλω τάττεσθε, καὶ ὑμεῖς οἱ τῶν πελτασῶν ἄρχοντες ἐπὶ τούτοις τοὺς λόχους ὡσαύτως καθίστατε καὶ ὑμεῖς οἱ τῶν τοξοτῶν,

damni, sociis quid commodi? Equidem, ait, hos in centenos ordinatos gravis armaturæ milites mallem in decies millenos esse dispositos: nam hoc modo cum paucissimis dimicaremus. At quo militum numero phalangis meæ constabit altitudo, futurum arbitror, ut tota strenua reddatur, et ad opem mutuò ferendam prompta. Jaculatores quidem post loricatos disponam, et post jaculatores, sagittarios. Quis enim eos in acie primâ constituat, qui fateantur ipsi nullam se cominùs pugnam sustinere posse? At si loricatos ante se *hostibus* oppositos habeant, subsistent: et illi quidem tela vibrando, hi sagittas emittendo super omnes ante *collocatos*, hostibus perniciem facient. Quocunque autem maleficio hostes quis infestat, eo nimirum omni socios sublevat. Postremos verò collocabo, qui omnium ultimi vocantur. Nam quemadmodùm domus nec sine lapidum lectorum compositione firmâ, nec absque iis qui tectum faciant, ullam ad rem utilis est, sic neque phalangis vel absque primis vel absque ultimis, si strenui non fuerint, ullus est usus. At vestros ordines, utì præcipio, instruite; ac vos peltastarum præfecti post hos, *vestros* itidem manipulos disponite; vósque *præfecti* sagittariorum,

quod hanc sententiam claudit, omninò delendum censet *Muretus*: quippe quod, ejus ex mente, totam sententiam corrumpit. Huic non accedo; cùm nec incepta sit vulgata lectio, et omnium nitatur librorum consensu.

a Πρωτοστάτας μὲν τίς,' &c.] Alius est harum vocularum tàm in MSto Bodl. quàm in libris editis ordo,—πρωτοστάτας μὲν ἂν τις τάττοι. Ipse verò, ex admonitu Budæi, Stephani, Mureti, aliorum, enclit. τὶς in interrogativum mutavi, et particulæ ἂ præposui.

ἐπὶ τοῖς πελτασταῖς ὡσαύτως. Σὺ δὲ ὃς τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἄρχεις, τελευταίους ἔχων τοὺς ἄνδρας, παράγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ ἐφορᾶν τε ἑκάστῳ τοὺς καθ' ἑαυτὸν, καὶ τοῖς μὲν τὸ δέον ποιοῦσιν ἐπικελεύειν, τοῖς δὲ [a] κακυνομένοις ἀπειλεῖν ἰσχυρῶς· ἢν δέ τις στρέφηται, προδιδόναι θέλων, θανάτῳ ζημιοῦν. Ἔργον γάρ ἐστι τοῖς μὲν πρωτοστάταις θαρρύνειν τοὺς ἑπομένους καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ· ὑμᾶς δὲ δεῖ, τοὺς ἐπὶ πᾶσι τεταγμένους, πλείω φόβον παρέχειν τοῖς κακοῖς τοῦ ἀπὸ τῶν πολεμίων. Καὶ ὑμεῖς μὲν ταῦτα ποιεῖτε. Σὺ δὲ, ὦ Ἀβραδάτα, ὃς ἄρχεις τῶν ἐπὶ ταῖς μηχαναῖς, οὕτω ποίει, ὅπως τὰ ζεύγη τὰ τοὺς ὑπηρέτας καὶ τοὺς πύργους φέροντα ἕψεσθαι ὡς ἐγγύτατα τῆς φάλαγγος. Σὺ δ', ὦ Δαῦχε, ὃς ἄρχεις τῶν [b] σκευοφόρων ἁρμαμαξῶν, ἐπὶ τοῖς πύργοις ἄγε πάντα τὸν τοιοῦτον στρατόν· οἱ δ' ὑπηρέται σοῦ ἰσχυρῶς κολαζόντων τοὺς προϊόντας τοῦ καιροῦ ἢ λειπομένους. Σὺ δ', ὦ Καρδοῦχε, ὃς ἄρχεις τῶν ἁρμαμαξῶν αἳ ἄγουσι τὰς γυναῖκας, κατάσηπον αὐτὰς τελευταίας ἐπὶ τοῖς σκευοφόροις. Ἑπόμενα γὰρ ταῦτα πάντα καὶ πλῆθος δόξαν παρέξει, καὶ ἐνεδρεύειν [c] ἡμῖν ἐξ-

itidem post peltastas. At tu, qui præfectus es ultimis omnium, extremâ esto in acie cum tuis, eísque præcipe, ut quisque suos respiciendo observet, et officium facientes adhortetur, ignaviores minitabundus acriter increpet: quòd si quis tergum vertat, prodendi consilio, *eum* morte multet. Est enim eorum qui principe constituti sunt loco munus, ut sequentes verbis et factis animosos efficiant: vos autem, qui post omnes estis collocati, *etiam* metum hostili majorem ignavis incutere debetis. Ac vos quidem hæc facite. Tu verò, Abradata, qui præfectus es iis quibus machinæ curæ sunt, sic fac, ut vehicula jugalia, quæ ministros ac turres vehunt, quàm proximè phalangem sequantur. Tu, Dauche, qui præfectus es sarcinariis *harmamaxis*, post turres copias ejusmodi omnes ducito: et ministri tui vehementer in eos animadvertant, qui *vel* intempestivè præcesserint vel à tergo manserint. Tu, Carduche, qui *harmamaxis* mulieres vehentibus es præfectus, postremo eas loco post impedimenta constitue. Nam si hæc omnia sequantur, et multitudinis opinionem præbebunt, et insidias struendi facultatem, nobis suppeditabunt.

a Κακυνομένοις] *Camerarius*, auctore Stephano, non κακυνομένοις sed μαλακυνομένοις, in suo vet. lib. scriptum invenit. In cæteris verò omnibus cùm receptum exstet verbum, nihil muto.

b Σκευοφόρων ἁρμαμαξῶν] Ità editiones *Ald. Steph. et Eton.* In aliis verò, necnon in MSto Bodl. deest vox ultima. Haud ità malè. Nam ἱλλιστῶς aliàs à Nostro adhibetur σκευοφόρας, pro σκευοφόρους ἅμαξα. Hist. Græc. lib iii, p. 293, et ab *Æliano* Histor. Variæ, lib ix, c. 30, ubi vide quæ hâc de ellipsi notat. cl. Perizonius.

c Ἡμῖν] Editio *Eton.* dat ὑμῖν, quam et lectionem exhibet Leunclavius, licet in versione suâ nostram illam, cæterorum librorum consensu firmatam, sequatur

σία ἔσαι, καὶ τοῖς πολεμίοις, ἢν κυκλῶσθαι βάλωνται, μείζω τὴν περιβολὴν ἀναγκάσει ποιεῖσθαι· ὅσῳ δ' ἂν μεῖζον χωρίον περιβάλλωνται, τοσούτῳ αὐτοὺς ἀσθενεστέρους ἀνάγκη γίγνεσθαι. Καὶ ὑμεῖς μὲν ἕτω ποιεῖτε· σὺ δὲ, ὦ Ἀρταβάζη καὶ Ἀρταγέρσα, τὴν χιλιοστὺν ἑκάτερος τῶν σὺν ὑμῖν ἐπὶ τούτοις ἔχετε πεζῶν. Καὶ σὺ, ὦ Φαρνοῦχε καὶ Ἀσιαδάτα, τὴν τῶν ἱππέων χιλιοστὺν, ἧς ἑκάτερος ὑμῶν ἄρχει, μὴ συγκαταπίπτετε εἰς τὴν φάλαγγα, ἀλλ' ὄπισθεν τῶν ἁρμαμαξῶν ἐξοπλίσθητε καθ' ὑμᾶς αὐτούς· ἔπειτα πρὸς ἡμᾶς ἥκετε σὺν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσιν. Οὕτω δὲ δεῖ ὑμᾶς παρεσκευάσθαι, ὡς πρώτους δεῆσον ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. Καὶ σὺ δὲ, [a] ὁ ἄρχων τῶν ἐπὶ ταῖς καμήλοις ἀνδρῶν, ὄπισθεν τῶν ἁρμαμαξῶν ἐκτάττου· ποίει δ' ὅ,τι ἄν σοι παραγγέλλῃ Ἀρταγέρσας. Ὑμεῖς δ' οἱ τῶν ἁρμάτων ἡγεμόνες διακληρωσάμενοι, ὁ μὲν λαχὼν ὑμῶν πρὸς τῇ φάλαγγος, τὰ μεθ' ἑαυτοῦ ἑκατὸν ἔχων ἅρματα καλασησάτω· αἱ δ' ἕτεραι ἑκατοσύες τῶν ἁρμάτων, ἡ μὲν κατὰ τὸ δεξιὸν πλευρὸν τῆς στρατιᾶς στοιχοῦσα, ἐπέσθω τῇ φάλαγγι [b] ἐπὶ κέρως, ἡ δὲ κατὰ τὸ εὐώνυμον. Κῦρος μὲν ἕτω διέτασσεν.

Ἀβραδάτης δὲ ὁ Σούσων βασιλεὺς εἶπεν, Ἐγώ σοι, ὦ Κῦρε, ἐθελό-

et cogent hostes, si *quidem* circumdare nos velint, ut majorem ambitum faciant: quanto autem majus spatium circumdando complectantur, tanto necesse est imbecilliores fiant. At vos quidem ità facite: tu verò Artabaze, et *tu* Artagersa, uterque mille pedites, ex his qui vobiscum sunt, post hos habete. Túque, Pharnuche et *tu* Asiadata, equites illos mille, quibus præestis uterque, nè in phalange unà cum cæteris disponite, sed armis vosmet pone *harmamaxas* seorsum ipsi instruite: deindè cum ducibus cæteris ad nos accedite. Sic autem paratos vos esse oportet, quasi primi prælium sitis inituri. Tu quoque illorum qui in camelos sunt *impositi* præfecte, pone *harmamaxas* locum obtineto; et quidquid Artagersas imperârit, facito. Vos autem curruum duces, cùm sortem duxeritis, cui vestrûm id sorte obvenerit, is ante phalangem suos centum currus constituat: de cæteris curruum centuriis altera quidem ad latus dextrum exercitûs procedens, phalangem ad cornu sequatur, ad lævum altera. Sic *adeò* Cyrus *omnes* disponebat.

Abradatas autem Susorum rex, Ego, Cyre, ait, ultro in me recipio,

a Σὺ δὲ ὁ, &c.] Sic rescripsimus editionem *Eton.* suffragante Stephano, secuti. Vulgò scribitur ὦ ἄρχων. Sed anteà dixit, ὑμεῖς οἱ ἄρχοντες, non ὦ ἄρχοντες, et infra paulò ὑμεῖς δ' οἱ τῶν ἁρμάτων ἡγεμόνες, non ὑμεῖς δ' ὦ τῶν, &c.

b Ἐπὶ κέρως] Vulgò, ἐπὶ κέρας. Parum interest, utro tandem modo legas; nam sua utrique formæ constat auctoritas. Nos MSto Bodl. et Stephano paruimus.

σιος ὑφίσαμαι τὴν κατὰ πρόσωπον τῆς ἀντίας φάλαγγος τάξιν ἔχειν, εἰ μή τι σοι ἄλλο δοκεῖ. Καὶ ὁ Κῦρος ἀγασθεὶς αὐτὸν καὶ δεξιωσάμενος, ἐπήρετο τοὺς ἐπὶ τοῖς ἅρμασι [a] Πέρσας, Ἦ καὶ ὑμεῖς, ἔφη, ταῦτα συγχωρεῖτε; Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνοι ἀπεκρίναντο ὅτι οὐ καλὸν εἴη ταῦτα ὑφίεσθαι, διεκλήρωσεν αὐτούς, καὶ ἔλαχεν Ἀβραδάτης ἥπερ ὑφίσατο, καὶ ἐγένετο κατὰ τοὺς Αἰγυπτίους. Τότε μὲν δὴ ἀπιόντες, καὶ ἐπιμεληθέντες ὧν προεῖπον, ἐδειπνοποιοῦντο, καὶ φυλακὰς καθασησάμενοι ἐκοιμήθησαν. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωὶ μὲν ὁ Κῦρος ἐθύετο· ὁ δ' ἄλλος στρατὸς ἀρισήσας καὶ σπονδὰς ποιησάμενος ἐξωπλίζετο πολλοῖς μὲν καὶ καλοῖς χιτῶσι, πολλοῖς δὲ καὶ καλοῖς θώραξι καὶ κράνεσιν· ὥπλιζον δὲ καὶ ἵππους [b] προμετωπιδίοις καὶ προστερνιδίοις· καὶ τοὺς μὲν μονίππους παραμηριδίοις, τοὺς δ' ἐπὶ τοῖς ἅρμασι, παραπλευριδίοις· ὥστε [c] ἠστράπτο μὲν χαλκῷ, [d] ἠνθει δὲ φοινικίσι πᾶσα ἡ στρατιά.

Καὶ τῷ Ἀβραδάτῃ δὲ τὸ τετράρυμον ἅρμα καὶ ἵππων ὀκτὼ παγκάλως ἐκεκόσμητο. Ἐπεὶ δ' ἔμελλε [e] τὸν λινοῦν θώρακα, ὃς ἐπι-

ut hunc è regione phalangis adversæ locum obtineam, nisi quid aliud tibi videtur. Et Cyrus hominem admiratus dextrâ prehendit, ac Persas qui cæteris erant in curribus interrogabat, An et vos hæc conceditis? Illis respondentibus, honestum non esse, hæc permittere; rem sorte decernendam ipsis proposuit, et Abradatæ sorte id obvenit, quod ipse in se recipere statuerat, atque *adeò* Ægyptiis oppositus fuit. Ac tum quidem cùm discessissent et curâssent ea, de quibus prædixerant, cœnabant, et constitutis excubiis quieti se dabant. Postridiè manè Cyrus rem divinam faciebat: reliquus verò exercitus cùm pransus esset ac libâsset armabant se *et instruebant* multis et elegantibus tunicis, multis et elegantibus loricis et galeis: equos etiam frontalibus et pectorabus armabant: et equitum quidem equos illis armis, quæ femora; curribus verò junctos armis illis, quæ latera tegerent; adeò ut totus exercitus ære fulgeret, et florido vestium punicearum colore niteret.

Erat et Abradatæ currus temonum quatuor et equorum octo perelegantur exornatus. Cúmque *jam* thoracem more patrio lineum induere

a Πέρσας, Ἦ καὶ] Sic Stephanus; nec aliter MS. Bodl. nisi quod ἡ pro ἦ, librarii festinantis vitio repræsentet. Vulgò scribitur, εἰ καὶ.

b Προμετωπιδίοις, &c.] Equos pariter ac equites tegumentis muniri solitos, quæ à partibus, quas tegebant, erant nominata, tradit *J. Pollux*, lib. i, c. 10. Vide p. 331, initium lib vii, et Arr. *Tact.* p. 14.

c Ὥστε ἠστράπτο.] Sic editiones *Flor. Ald. Steph. Leuncl.* In aliis quidem editis et MSto Bodl. activâ formâ legitur ἤστραπτε: quod malim. Ità ferè Noster *Anab.* δ, p. 156.—τάχα δὴ καὶ χαλκὸς τις ἤστραπτε, ἢ, &c.

d Ἤνθει δὲ φοινικίσι, &c.] Adi sis *A. Gell.* lib. ii, c. 26, ubi sermones de coloribus vocabulisque eorum agitantur.

e Τὸν λινοῦν θώρακα] Linteis sive lincis

χώριος ἦν αὐτοῖς, ἐνδύεσθαι, προσφέρει αὐτῷ ἡ Πάνθεια χρυσῆν κράνος, καὶ περιβραχιόνια, καὶ ψέλλια πλατέα περὶ τὰς καρπὰς τῶν χειρῶν, καὶ χιτῶνα πορφυρᾶν, ποδήρη, [a] σολιδωτὸν τὰ κάτω, καὶ λόφον ὑακινθινοβαφῆ. Ταῦτα δὲ ἐποιήσαλο, λάθρα τῷ ἀνδρὸς ἐκμελετησαμένη τὰ ἐκείνῳ ὅπλα. Ὁ δὲ ἰδὼν ἐθαύμασέ τε, καὶ ἐπήρελο τὴν Πάνθειαν, Σὺ δή πω, ὦ γύναι, συσκόψασα τὸν σαυτῆς κόσμον τὰ ὅπλα μοι ἐποιήσω; Μὰ Δί', ἔφη ἡ Πάνθεια, τόν γε πλείστου ἄξιον· σὺ γὰρ ἔμοιγ', ἢν καὶ τοῖς ἄλλοις φανῇς οἷος ἐμοὶ δοκεῖς εἶναι, μέγιστος κόσμος ἔσῃ. Ταῦτα δὲ λέγουσα ἐνέδυέ τε τὰ ὅπλα, καὶ λανθάνειν μὲν ἐπειρᾶτο, [b] ἐλείβελο δὲ αὐτῇ τὰ δάκρυα κατὰ τῶν παρειῶν.

vellet, adfert ei Panthéa galeam auream et tegumenta brachiorum, et armillas latas circum internodia manuum, et purpuream tunicam, ad pedes usque demissam, extremâ in *orâ* rugatam, et cristam hyacinthino colore tinctam. Hæc *illa* fecerat, clam viro mensurâ armorum ejus diligenter initâ. Quibus ille conspectis miratus est, et Panthéam interrogavit, Túne verò, *mea* uxor, ornatu tuo conscisso *hæc* mihi arma confecisti? Non profectò, ait Panthéa, *ornamento* illo, quod maximi pretii est: nam tu, si *quidem* talis etiam aliis videaris, qualis esse mihi videris, maximo mihi fueris ornamento. Hæc dicens armis eum induebat, et quanquam id occultare conaretur, lacrimæ tamen ei per genas manabant.

loricis pro thoracibus esse usos veteres, nôrunt omnes: sed quomodo illæ fierent, et quâ ratione linum indurescceret, ut etiam ferro resisteret, hoc verò nôrunt non omnes. Fiebant autem linei thoraces operâ atque artificio coactiliariorum et πιλοποιῶν, qui linum aceto vel austero vino, cui sal esset adjectum, probè macerabant: deindè ità cogebant, ut soliditatem ac crassitiem lintei octies, decies, aut sæpiùs in se complicati haberet. Hæc ferè *Causabono* debemus; qui rationem thoraces illos conficiendi ex *Nicetæ Choniatæ* libro i, de imperio *Isaacii Angeli*, p. 191, edit. *Wolf.* in animadv. suas in *Sueton.* lib. vii, p. 202, edit. in fol. transtulit. Vide sis etiam Homer. Il. β', v. 529 et 830, ubi minor ille Ajax et Amphius λινοθώρηκες adpellantur. Quos locos adspicit *Plinius*, Nat. Hist. lib. xix, c. i. Consule etiam *Lipsii* de Milit. Rom. lib. iii, dial. 6.

a Στολιδωτὸν τὰ, &c.] Rugæ illæ, quæ in vestium fimbriis de industriâ ad ornatum iis aliquem conciliandum, formantur, σολίδες, auctore *Polluce*, solent vocari. Unde σολιδωτοὶ χιτῶνες dicuntur, qui in rugas hujusmodi et plicaturas contrahuntur. Vide, si libet, *Salmas.* in Pall. Tertul. p. 334, et J. Poll. lib vii, c. 13.

b Ἐλείβετο δὲ αὐτῇ] Vulgò αὐτῆς. Gabrielius nostram lectionem ex vetusto quodam adfert exemplari, cui libens obsecutus sum. Nam eodem prorsùs modo Noster de Panthéa dixit, p. 244. Δῆλα δ' ἦν αὐτῇ καὶ τὰ δάκρυα κατασάζοντα. Similiter *Hesiodus* loquitur, de apro dentes acuente,

—ἄφρος δὲ περὶ στόμα μαιμώωντι
Λείβεται——— *Scut. Herc.* v. 389.

Rectè verò notat Stephanus Nostrum hîc Homericum loquendi genus bellè παραποιήσασθαι. Sic autem poëtarum princeps, cùm alibi passim, tum *Odyss.* Υ'. v. 531, et seq.

Ὡς Ὀδυσσεὺς ἐλεεινὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβεν.

Ἔνθ' ἄλλους μὲν πάντας ἐλάνθανε δάκρυα λείβων.

Ἐπεὶ δὲ καὶ πρόσθεν ὢν ἀξιοθέαλος ὁ Ἀβραδάτης ὡπλίσθη τοῖς ὅπλοις τούτοις, ἐφάνη μὲν κάλλιστος καὶ ἐλευθεριώταλος, ἅτε καὶ τῆς φύσεως ὑπαρχούσης· λαβὼν δὲ παρὰ τοῦ ὑφηνιόχου τὰς ἡνίας, παρεσκευάζετο ὡς ἀναβησόμενος ἤδη ἐπὶ τὸ ἅρμα. Ἐν δὲ τούτῳ ἡ Πάνθεια, ὑποχωρῆσαι κελεύσασα τοὺς παρόντας πάντας, ἔλεξεν, "Ἀλλ' "ὅτι μέν, ὦ Ἀβραδάτα, εἴ τις καὶ ἄλλη πώποτε γυνὴ τὸν αὑτῆς "ἄνδρα μεῖζον τῆς ἑαυτῆς ψυχῆς ἐτίμησεν, οἶμαί σε γιγνώσκειν ὅτι "καὶ ἐγὼ μία τούτων εἰμί. Τί γὰρ με δεῖ καθ' ἓν ἕκαστον λέγειν; "τὰ γὰρ ἔργα οἶμαί σοι πιθανώτερα παρεσχῆσθαι τῶν νῦν λεχθέν- "των λόγων. Ὅμως δ' ὅτως ἔχουσα πρός σε, ὥσπερ σὺ οἶσθα, "ἐπομνύω σοι τὴν ἐμὴν καὶ σὴν φιλίαν, ἣ μὴν ἐγὼ βούλεσθαι ἂν "[a] μετὰ σοῦ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γενομένη κοινῇ γῆν [b] ἐπιέσασθαι "μᾶλλον, ἢ ζῆν μετ' αἰσχυνομένου αἰσχυνομένη· ὅτως ἐγὼ καὶ "σὲ τῶν καλλίστων καὶ ἐμαυτὴν ἠξίωκα. Καὶ Κύρῳ δὲ δοκῶ "μεγάλην τινὰ ἡμᾶς χάριν ὀφείλειν, ὅτι με αἰχμάλωτον "γεγενημένην καὶ ἐξαιρεθεῖσαν ἑαυτῷ, ὅτε με ὡς δούλην ἠξίωσε κεκ-

Abradatas autem jam ante spectatu dignus; posteaquam his armis erat instructus, pulcherrimus adparebat et maximè liberali formâ præditus, quippe qui talis esset etiam à naturâ: cúmque ab aurigâ inferiore habenas accepisset, jam se parabat ut in currum adscenderet. Ibi tum Panthéa, secedere jussis omnibus qui aderant, dixit, "Enimverò, Abra- "data, si quæ mulier unquam maritum suum pluris quàm suam æstima- "vit animam, agnoscere te arbitror etiam me harum unam esse. Quid "ergo necesse est omnia singillatim commemorare? nam factis ea me "tibi præstitisse existimo, quæ plus apud te fidei mereantur, quàm verba "à me nunc prolata. Sed enim tametsi hoc sim erga te animo, quem "ipse nôsti, jurata tamen et meum et tuum amorem sanctè testor, "malle me tecum, strenuè cùm te gesseris, terrâ simul obrui, quàm "cum infami et ipsam infamem vivere: usque adeò equidem et te et "meipsam honestissimis quibusque dignos judicavi. Quin etiam Cyro, "meâ sententiâ, magnas quasdam gratias debemus, quòd redactam "me ad captivæ fortunam et sibi selectam, nec ut servilis fœminam

a Μιᾶ σοῦ, &c.] Edit. *Eton.* operarum, opinor, vitio, habet κατὰ σοῦ. Aliam verò lectionem in illo Camerarii libro extare tradit Stephanus, μετὰ σοῦ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γενομένου. Nil muto. Cæterum (quòd Stephanus etiam indicat) illud ipsum loquendi genus retinere videmus Xenophontem in Abradatæ morte, lib. vii, sub init. ubi de Abradatâ et aliis qui cum eo ceciderunt, dicitur, ἧ οὗτοι μὲν ἐνταῦθα ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, καλὴν ὑπῆσαν—

b Ἐπιέσασθαι] Scribitur etiam ἐπιπιέσασθαι, perperàm. MS. Bodl. et optimæ quæque notæ editiones receptam lectionem tuentur. Dicitur autem (utì Stephanus ante nos observavit) poëticâ quâdam audaciâ ἐπιέσασθαι γῆν, i. e. *induere* terram, qui terrâ conditur, quasi eâ *amiciatur*.

" τῆσθαι, ὅτε ὡς ἐλευθέραν ἐν ἀτίμῳ ὀνόματι διεφύλαξε δέ σοι
" ὥσπερ ἀδελφῷ γυναῖκα λαβών. Πρὸς δὲ, καὶ ὅτε ὁ Ἀράσπας
" ἀπέση αὐλῷ, ὁ ἐμὲ φυλάττων, ὑπεσχόμην αὐλῷ, εἴ με ἐάσειε πρός
" σε πέμψαι, ἥξειν αὐλῷ σὲ πολὺ Ἀράσπα πιστότερον καὶ ἀμείνονα."

Ἡ μὲν ταῦτα εἶπεν· ὁ δὲ Ἀβραδάτης [a] ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις, καὶ θίγων αὐτῆς τῆς κεφαλῆς, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐπεύξαλο· Ἀλλ', ὦ Ζεῦ μέγιστε, δός μοι φανῆναι ἀξίῳ μὲν Πανθείας ἀνδρὶ, ἀξίῳ δὲ Κύρου φίλῳ τε ἡμᾶς τιμήσαντος. Ταῦτα εἰπὼν, κατὰ τὰς θύρας τοῦ ἁρμαμαξίου ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ ἅρμα. Ἐπεὶ δὲ ἀναβάντος αὐτοῦ κατέκλεισε τὸν δίφρον ὁ ὑφηνίοχος, ὃν ἔχουσα ἡ Πάνθεια πῶς ἂν ἔτι ἄλλως ἀσπάσαιτο αὐτὸν, κατεφίλησε τὸν δίφρον· καὶ τῷ μὲν προήει ἤδη τὸ ἅρμα, ἡ δὲ λαθοῦσα αὐτὸν συνεφείπετο, ἕως ἐπισραφεὶς καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ Ἀβραδάτης εἶπε, Θάῤῥει Πάνθεια, καὶ χαῖρε, καὶ ἄπιθι ἤδη. Ἐκ [b] τούτου δὴ οἱ εὐνοῦχοι καὶ αἱ θεράπαιναι λαβοῦσαι αὐτὴν ἀπῆγον εἰς τὴν ἁρμάμαξαν,

" conditionis, nec ut liberam sub ignominioso nomine possidendam
" censuerit; sed posteaquam me accepit, tibi tanquam fratris uxorem
" custodiverit. Prætereà, cùm Araspas, custos ille meus, ab ipso de-
" ficeret, pollicita sum ei, si mihi facultatem ad te mittendi concederet,
" venturum te ad ipsum longè Araspâ tum fideliorem tum meliorem."

Hæc illa proloquuta est: cujus verbis mirificè delectatus Abradatas, et caput ejus tangens, sublatis ad cœlum oculis, precatus est: Tu verò, Jupiter maxime, fac ut dignum me Panthéâ maritum, et amicum Cyro dignum ostendam, qui nobis honorem habuit. Hæc loquutus, per fores sellæ curulis in currum adscendit. Et cùm inferior auriga, post ejus adscensum, sellam *istam* occlusisset, Panthéa, quæ aliâ ratione non posset ampliùs ipsum amplecti, sellam est osculata: et Abradatæ quidem jam procedebat currus, atque illa clam eo subsequebatur, donec conversus Abradatas, eâ conspectâ, dixit, Bono sis animo Panthéa, et salve, et abi jam. Tum deindè eunuchi atque ancillæ receptam eam ad *harmamaxam*

a Ἀγασθεὶς τοῖς, &c.] In *Florentinâ* editione scribitur ἀγασθεὶς αὐτὸν, et in veteribus aliquot libris, Stephano teste, ἀγασθεὶς τοὺς λόγους αὐτῆς. Nostra verò lectio MSto Bodl. principum editionum et *Zonaræ* consensu nititur.

b Ἐκ τούτου δὴ, &c.] Ità MS. Bodl. et primæ notæ editiones omnes: in *Aldinâ* legitur, Ἐκ τούτου δὴ—καὶ κατεκλίναν καὶ κατεκάλυψαν τῇ σκηνῇ. J. Pollux, lib. x, c. 12, paulò aliter hunc locum exhibet, —καὶ κατέκλιναν, καὶ κατεκάλυψαν τὴν σκηνήν. Hanc lectionem veram esse et opportunam, eandémque adeò in ipso Xenophonte reponendam existimavit quidam *Pollucis* enarrator. Hic nimirum, non mulierem ipsam ab ancillis hâc opertam scenâ, sed impositâ muliere, scenam ipsam obtectam fuisse, putat. Huic ut accedam, in animum inducere nequeo: nam ipse si quid judico, magìs commodè mulierem ipsam, velo aliquo scenæ, in quâ jam decumbebat, obducto, quàm scenam, obtectam dicamus. Quare non Xenophontem ex Polluce, sed Pollucem ex optimis Xenophontéis exemplaribus emendandum censeo.

καὶ κατακλίναντες καὶ ἐκάλυψαν τῇ σκηνῇ. Οἱ δὲ ἄνθρωποι, καλὸς ὢν τὸ θεάματος τὸ Ἀβραδάτα καὶ τὸ ἅρματος, ὃ πρόσθεν ἐδύναντο θεάσασθαι αὐτὸν πρὶν ἡ Πάνθεια ἀπῆλθεν.

Ὡς δ' ἐκεκαλλιερήκει μὲν ὁ Κῦρος, ἡ δὲ στρατιὰ παρετέτακτο αὐτῷ ὥσπερ παρήγγειλε, [a] κατέχων σκοπὰς ἄλλας πρὸ ἄλλων, συνεκάλεσε τοὺς ἡγεμόνας, καὶ ἔλεξεν ὧδε· " Ἄνδρες φίλοι καὶ " σύμμαχοι, τὰ μὲν ἱερὰ ἡμῖν οἱ θεοὶ φαίνουσιν, οἷά περ ὅτε " τὴν πρόσθεν νίκην ἔδοσαν· ὑμᾶς δ' ἐγὼ βούλομαι ἀναμνῆσαι, " ὧν μοι δοκεῖτε μεμνημένοι πολὺ ἂν εὐθυμότεροι εἰς τὸν ἀγῶνα " ἰέναι. Ἠσκήκατε μὲν γὰρ τὰ εἰς τὸν πόλεμον πολὺ μᾶλλον τῶν " πολεμίων, [b] συντέτραφθε δὲ καὶ συντέταχθε ἐν τῷ αὐτῷ πολὺ " πλείω ἤδη χρόνον ἢ οἱ πολέμιοι, καὶ συνενικήκατε μετ' ἀλλήλων· " τῶν δὲ πολεμίων πολλοὶ μὲν [c] συνήπηνται μετ' αὐτῶν· οἱ " δὲ ἀμάχητοι ἑκατέρων, οἱ μὲν τῶν πολεμίων, ἴσασιν ὅτι προδότας τοὺς παρασάτας ἔχουσιν· ὑμεῖς δὲ οἱ μεθ' ἡμῶν, ἴστε ὅτι " μετὰ θελόντων τοῖς συμμάχοις ἀρήγειν μαχεῖσθε. Εἰκὸς δὲ [d] τοὺς

deduxerunt, et in lecto compositam tentorio texerunt. Homines verò, tametsi et Abradatas et currus *ejus* pulchrum sanè spectaculum exhiberent, priùs *tamen* eum contemplari non potuêre, quàm Panthéa discessisset.

Cùm autem Cyrus ritè rem divinam fecisset, et *jam* instructus esset exercitus, utì mandârat, speculis aliis ante alias collocatis, duces convocavit, atque hujusmodi verba fecit: " Dii nobis, amici ac socii, " sacrificia *talia* ostendunt, qualia cùm victoriam *nobis* illam priorem " largiti sunt: ego verò commonefacere vos eorum volo, quæ si me- " moriâ teneatis, longè meâ *quidem* sententiâ sitis ad prælium alacriùs " accessuri. Nam bellicis in rebus multò magìs quàm hostes estis ex- " erciti; multò etiam diutiùs quàm hostes, eodem simul in loco et edu- " cati estis et instructi, et victoriâ simul estis potiti: at ex hostibus multi " cum iisdem ipsis victi sunt: qui autem ex utrâque parte prælio non- " dum interfuerunt, eorum quotquot in hostium *exercitu* sunt, nôrunt " socios sibi adstare desertores: vos verò qui à nobis estis, cum iis aleam " prælii vos subituros nostis, qui sociis opem ferre cupiant. Est autem

a Κατέχων σκοπὰς] Sic libri, quos vidi, omnes: nec aliter, meâ quidem sententiâ, scribendum. Attamen Leunclavius testatur reperiri in quibusdam καὶ ἔχων σκοπὰς, in quo si transpositio fiat, ut sit ἔχων καὶ σκοπὰς, rectiùs legi putat.

b Συντέτραφθε, &c.] Rectè Cyrus commodis atque opportunitatibus ad rem benè gerendam annumerat summam inter suos domi militiæque conjunctionem. Vide quæ notavimus, lib. ii, p. 89.

c Συνήπηνται μετ', &c.] Ità reposuimus ex MSto Bodl. adstipulante Leunclavio; cui tamen adhuc integrior visa est libri Budensis scriptura talis, συνήπτηνται μεθ' ἑαυτῶν.

d Τοὺς μὲν, &c.] Edit. Stephani, operarum, opinor, vitio dat, Εἰκὸς δὲ τοὺς δὲ, &c.

" μὲν πιστεύοντας ἀλλήλοις ὁμονόως μάχεσθαι μένοντας· τοὺς δὲ ἀπι-
" στοῦντας ἀναγκαῖον βουλεύεσθαι πῶς ἂν ἕκαστοι τάχιστα ἐκποδὼν
" γένοιντο. Ἴωμεν δή, ὦ ἄνδρες, ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἅρματα
" μὲν ἔχοντες ὡπλισμένα πρὸς ἄοπλα τὰ τῶν πολεμίων, ὡς δ'
" αὕτως καὶ ἱππέας καὶ ἵππους ὡπλισμένους πρὸς ἀόπλους, ὡς ἐκ
" χειρὸς μάχεσθαι. Πεζοῖς δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις οἵοις καὶ πρόσθεν
" μαχεῖσθε· Αἰγύπτιοι δὲ ὁμοίως μὲν ὡπλισμένοι εἰσὶν, ὁμοίως δὲ
" τεταγμένοι· τάς τε γὰρ ἀσπίδας μείζους ἔχουσιν, ἢ ὡς ποιεῖν τι
" [a] καὶ ὁρᾶν· τεταγμένοι δὲ εἰς ἑκατὸν δῆλον ὅτι κωλύσουσιν ἀλλή-
" λους μάχεσθαι, πλὴν πάνυ ὀλίγων. [b] Εἰ δὲ ὠθοῦντες ἐξώσειν
" πιστεύσουσιν, ἵπποις αὐτοὺς πρῶτον δεήσει ἀντέχειν, [c] καὶ σιδήρῳ
" ὑφ' ἵππων ἰσχυριζομένῳ. Ἦν δέ τις αὐτῶν καὶ ὑπομένῃ, πῶς
" ἅμα δυνήσεται ἱππομαχεῖν τε, ἢ φαλαγγομαχεῖν, καὶ πυργο-
" μαχεῖν; Καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῶν πύργων ἡμῖν μὲν ἐπαρήξουσι, τοὺς
" δὲ πολεμίους παίοντες ἀμηχανεῖν ἀντὶ τοῦ μάχεσθαι ποιήσουσιν.
" [d] Εἰ δέ τινος ἔτι ἐνδεῖσθαι δοκεῖτε, πρὸς ἐμὲ λέγετε· σὺν γὰρ

" consentaneum, concordibus animis in pugnâ substituros eos, qui
" mutuò sibi fidunt; qui verò diffidunt, hos consultare necesse est,
" quo pacto singuli quamprimùm se subducere possint. Eamus igitur
" in hostes, viri, cum armatis curribus adversùs hostium *currus* iner-
" mes; itidémque cum equitibus et equis armatis adversùs inermes
" cominùs pugnaturi. Adversùs pedites pugnaturi estis, quorum alii
" quidem tales sunt quales antehac *estis experti:* Egyptii autem eodem
" armati sunt modo, eodémque ordine in acie dispositi sunt: nam
" majores habent clypeos, quàm ut efficere aliquid et cernere possint:
" et in centenos ordinati, manifestum est fore, ut alii alios quo mi-
" nùs pugnare possint, paucis admodùm exceptis, impediant. Quòd
" si nos impellendo protrusuros se crediderint, primùm equi eis sus-
" tinendi erunt; et ferrum, cui robur ab equis accedit. Jam si quis il-
" lorum etiam *non cedendo* subsistet, quo pacto simul et adversùs equi-
" tatum, et phalangem, et turres pugnare poterit? Nam in turri-
" bus collocati nostri, nobis auxilio futuri sunt, et hostes feriendo, poti-
" ùs ut de suis rebus desperent, quàm prælientur, efficient. Quòd
" si re quapiam vobis adhuc opus esse putatis, ad me referte: nam diis

a Καὶ ὁρᾶν] *Muretus* quibusdam in libris legi testatur, καὶ προσορᾶν. Haud malè. Sed cæteris, quos vidi, non suffragantibus, nihil muto.

b Εἰ δὲ ὠθοῦντες] Ità MS. Bodl. edit. *Leunc.* et *Eton.* Aldus et Stephanus dant εἰ δέ τῳ ὠθοῦντες· quod hic mendosè scribi vidit; atque adeò expungendæ particulæ τῳ, vel in τῷ mutandæ auctor est.

c Καὶ σιδήρῳ ὑφ', &c.] Sic ex MSto Bodl. reposuimus; suffragantibus *Gabrielio, Philelpho,* aliisque interpretibus. Priùs legebatur, ᾗ σιδήρῳ ὑφ' ἵππων ἰσχυριζομένων· quod cùm Mureto minùs placuit, sic ille locum refinxit ᾗ ἵπποις σιδήρῳ ἰσχυριζομένοις. Perperam.

d Εἰ δέ τινος, &c.] In *Florentinâ* editione legitur εἰ δέ τι ἐνδεῖσθαι, item οὐδὲν ἀπορήσομεν· utrumque perperam. Vidè p. 346, not 2.

" θεοῖς ἀδενὸς ἀπορήσομεν. Καὶ εἰ μέν τις εἰπεῖν τι βέλεται,
" λεξάτω· εἰ δὲ μή, ἐλθόντες πρὸς τὰ ἱερὰ, καὶ προσευξάμενοι
" οἷς ἐθύσαμεν θεοῖς, ἴτε ἐπὶ τὰς τάξεις· καὶ ἕκαστος ὑμῶν ὑπο-
" μιμνησκέτω τὲς μεθ' ἑαυτῦ ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς, καὶ ἐπιδεικνύτω τὶς
" τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἄξιον ἀρχῆς, ἄφοβον δεικνὺς, ἢ σχῆμα,
" καὶ πρόσωπον, καὶ λόγες."

" adjuvantibus, nulla res nobis deerit. Si quis etiam dicere aliquid vo-
" let, dicat; sin autem, ad rem divinam profecti, ac deos precati, qui-
" bus rem sacram fecimus, ad ordines vosmet conferte: et vestrûm
" quisque suos eorum commonefaciat, de quibus ego vos *admonui*; at-
" que *adeò* subjectis sibi quilibet intrepidum et gestu, et vultu, et ora-
" tione semet ostendendo, imperio se dignum demonstret."

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ Ζ'.

Οι μὲν δὴ, εὐξάμενοι τοῖς θεοῖς, ἀπῄεσαν πρὸς τὰς τάξεις· τῷ δὲ Κύρῳ ἢ τοῖς [a] ἀμφ' αὐτὸν προσήνεγκαν οἱ θεράποντες ἐμφαγεῖν ἢ ἐμπιεῖν, ἔτι ὄντων ἀμφὶ τὰ ἱερά. Ὁ δὲ Κῦρος, ὥσπερ εἶχεν ἐσηκώς, ἀπαρξάμενος ἠρίστα, καὶ μετεδίδου ἀεὶ τῷ μάλιστα δεομένῳ· καὶ σπείσας ἢ εὐξάμενος, ἔπιε, ἢ οἱ ἄλλοι δὲ οἱ περὶ αὐτὸν ὅτως ἐποίουν. Μετὰ δὲ ταῦτα αἰτησάμενος Δία πατρῷον ἡγεμόνα εἶναι ἢ σύμμαχον, ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸν ἵππον, ἢ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἐκέλευσεν. Ὡπλισμένοι δὲ πάντες ἦσαν οἱ περὶ τὸν Κῦρόν τοῖς αὐτοῖς Κύρῳ ὅπλοις, χιτῶσι φοινικοῖς, [b] θώραξι χαλκοῖς, κράνεσι χαλκοῖς, πτίλοις λευκοῖς, μαχαίραις, [c] παλτῷ κρανείνῳ ἑνὶ ἕκαστος· [d] οἱ δὲ ἵπποι προμετωπιδίοις ἢ προστερνιδίοις ἢ παραπλευριδίοις χαλκοῖς·

Illi igitur, precati deos, ad ordines abierunt: et ministri Cyro atque iis qui cum ipso erant, in re sacrâ faciendâ adhuc occupatis, cibum ac potum adtulêre. Cyrus autem *ità*, utì constiterat, libatis cibis prandebat, et semper ei, qui maximè indigeret, impertiebat: cúmque libationes et preces peregisset, *tum ipse* bibit, tum cæteri, qui circum eum erant, similiter fecerunt. Secundùm hæc implorato Jove patrio, ut dux et socius esset, equum adscendit, *idém*que eos, qui circa ipsum erant, facere jussit. Erant autem omnes illi cum Cyro, iisdem armis instructi, quibus ipse Cyrus; tunicis puniceis, loricis æreis, æreis galeis, cristis albis, gladiis, *et* uno corneo quisque palto: equi tegumentis frontium, et pectorum, et laterum æreis *muniti erant:* ejusdem

a Ἀμφ' αὐτὸν] Editiones *Ald.* et *Eton.* ἀμφ' αὑτὸν, mendosè: aliæ et MStus etiam Bodl. receptam scripturam rectè præstant. At ver. viii, rectè scribitur ἀμφ' αὑτὸν pro ἀμφ' ἑαυτόν.

b Θώραξι χαλκοῖς, &c.] De armis antiquitùs ex ære conflatis passim veteres tam historici quàm poëtæ. Mitto Homeri et Virgilii testimonia notissima. *Herodotus* de Massagetis, lib. i, c. 215. χρυσῷ δὲ καὶ χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται. Ὅσα μὲν γὰρ ες αἰχμὰς ἢ ἀρδεις ἢ σαγάρεις, χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται.

c Παλτῷ κρανείνῳ] In MS. Bodl. παλτῷ κράνει, in editione *Eton.* κρανείῳ. Receptam lectionem edit. *Stephan. Leuncl.* et *Ald.* tuentur. Eodem modo scribitur Ἑλλην. γ'. p. 292, edit. Steph. οἱ δὲ Πέρσαι, κρανέινα πάλτα ἔχοντες—

d Οἱ δὲ ἵπποι, &c.] Vide p. 357, n. 2.

τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα ἦν παραμηρίδια ἦν τῷ ἀνδρί· Τοσοῦτο δὲ μόνον διέφερον τὰ Κύρου ὅπλα, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἐκέχριστο τῷ χρυσοειδεῖ χρώματι, τὰ δὲ Κύρου ὅπλα ὥσπερ κάτοπτρον ἐξέλαμπεν. Ἐπεὶ δὲ ἀνέβη, καὶ ἔστη ἀποβλέπων ἥπερ ἔμελλε πορεύεσθαι, βροντὴ δεξιὰ ἐφθέγξατο· ὁ δ' εἶπεν, Ἑψόμεθά σοι, ὦ Ζεῦ μέγιστε. Καὶ ὥρμᾶτο μὲν, ἐν δεξιᾷ ἔχων Χρυσάνταν τὸν ἵππαρχον καὶ τοὺς ἱππέας, ἐν ἀριστερᾷ δὲ, Ἀρασάμβαν καὶ τοὺς πεζούς. Παρηγγύησε δὲ παροράᾶν πρὸς τὸ σημεῖον, καὶ ἐν ἴσῳ ἕπεσθαι· [a] ἦν δ' αὐτῷ τὸ σημεῖον, ἀετὸς χρυσοῦς ἐπὶ δόρατος μακροῦ ἀνατεταμένος. Καὶ νῦν δὲ ἔτι τοῦτο τὸ σημεῖον τῷ Περσῶν βασιλεῖ διαμένει. Πρὶν δὲ ὁρᾶν τοὺς πολεμίους, εἰς τρὶς ἀνέπαυσε τὸ στράτευμα.

[c] Ἐπεὶ δὲ προεληλύθεισαν ὡς εἴκοσι σταδίους, ἤρχοντο ἤδη τὸ τῶν πολεμίων στράτευμα ἀντιπρόσωπον παροράᾶν. Ὡς δ' ἐν τῷ καταφανεῖ πάντες ἀλλήλοις ἐγένοντο, [c] καὶ ἔγνωσαν οἱ πολέμιοι πολὺ ἑκατέρωθεν ὑπερφαλαγγοῦντες, στήσαντες τὴν ἑαυτῶν φάλαγγα (ἐπ

generis tegumenta equitis *cujusque* femora muniebant. In hoc autem duntaxat uno Cyri *à reliquis* differebant arma, quòd reliqua colore aureo illita erant; at Cyri arma instar speculi resplendebant. Posteaquam conscendit *equum*, ac substitit ut respiceret quà perrecturus esset, tonitru dextrum insonuit: et ille, Sequemur, ait, te, maxime Jupiter. Tum progredi cœpit, Chrysantâ equitum præfecto cum equitibus, dextrum, Arasambâ cum pedestribus copiis latus lævum obtinentibus. Præcepit etiam ut ad signum respicerent, et æquali gradu sequerentur: erat autem ei signum aquila aurea in hastâ sublimi extensa. Et hodie signum hoc à rege Persarum adhuc retinetur. Priùs verò quàm in hostium conspectum venirent, ter exercitum quiescendo refecit.

Ubi stadia circiter viginti processissent, hostium copias adventantes contra se jam cernere cœperunt, Cúmque *jam* se mutuò conspicerent, et hostes animadvertissent ipsorum longiùs *quàm Persarum* phalangem ab utrâque parte exporrectam esse, suam ubi stitissent phalangem (nec

a Ἦν δ' αὐτῷ τὸ, &c.] Persis regale hoc signum: ità quoque Noster in rebus Cyri minoris, sub finem lib. i, *Exped.* p. 160. Καὶ τὸ βασίλειον σημεῖον ὁρᾶν ἔφασαν, ἀετόν τινα χρυσοῦν ἐπὶ πόλου, ἐπὶ ξύλου ἀνατεταμένον. Vide sis *Suidam* in voce ξυσὸν, *Philost.* in *Heroïcis*, cap. de Themistocle, et Q. Curt. lib. iii, c. iii. Verisimile mihi videtur, Romanos à Persis aquilæ in militiâ signum accepisse. Vide *Lips.* de Mil. Rom. lib. iv, dial. v.

b Ἐπὶ δὲ προεληλύθεισαν] Hæc edit. *Steph. et Eton.* lectio est: in aliis scribitur, ἐπεὶ δὲ προσεληλύθεισαν. MS. Bodl. sic ferè additâ quâdam voculâ locum repræsentat: ἐπεὶ δὲ ἤδη προσεληλύθεισαν.

c Καὶ ἔγνωσαν] Legitur et ἐγνώσθησαν, teste Stephano. Sed rectè se habet vulgata lectio; nec inusitata est hujusmodi verbi γινώσκω constructio. Exempla quo minùs proferam, prohibent grammaticorum curæ. Noster ipse, ut sæpè aliàs, ità infra paulò simili modo loquitur, ἐπειδὰν γνῶσιν ἀπισούμενοι.

γάρ ἐστιν ἄλλως κυκλῶσθαι), ἀπέκαμπτον εἰς κύκλωσιν, ὅπως ὥσπερ γάμμα ἑκατέρωθεν τὴν ἑαυτῶν τάξιν ποιήσαντες, πάντοθεν ἅμα μάχοιντο. Κῦρος δὲ ὁρῶν ταῦτα, οὐδέν τι μᾶλλον ἀφίστατο, ἀλλ' ὡσαύτως ἡγεῖτο. Καὶ ἅνοῶν δὲ ὡς πρόσω τὸν καμπῆρα ἑκατέρωθεν ἐποιήσαντο, περὶ ὃν κάμπτοντες ἀνέτεινον τὰ κέρατα, Ἐννοεῖς, ἔφη, ὦ Χρυσάντα, ἔνθα τὴν ἐπικαμπὴν ποιοῦνται; Πάνυ γε, ἔφη ὁ Χρυσάντας, καὶ θαυμάζω γε· πολὺ γάρ μοι δοκοῦσιν ἀποσπᾶν τὰ κέρατα ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν φάλαγγος. Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ ἀπό γε τῆς ἡμετέρας. Τί δὴ τοῦτο; Δηλονότι, ἔφη, φοβούμενοι μὴ, ἢν ἐγγὺς ἡμῶν γένηται τὰ κέρατα, τῆς φάλαγγος [a] ἔτι πρόσω ὦσης, ἐπιθώμεθα αὐτοῖς. Ἔπειτα, ἔφη ὁ Χρυσάντας, πῶς δυνήσονται ὠφελεῖν οἱ ἕτεροι τοὺς ἑτέρους, οὕτω πολὺ ἀπέχοντες ἀλλήλων; Ἀλλὰ δῆλον, ἔφη ὁ Κῦρος, ὅτι ἡνίκα ἂν γένηται τὰ κέρατα ἀναβαίνοντα κατ' [b] ἀνθιπέρας τῶν πλαγίων τοῦ ἡμετέρου στρατεύματος, στραφέντες ὡς εἰς φάλαγγα ἅμα πάντοθεν ἡμῖν προσίασιν, ὡς ἅμα πάντοθεν μαχούμενοι. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Χρυσάντας, εὖ σοι δοκοῦσι βουλεύεσθαι; Πρός γε ἃ ὁρῶσι· πρὸς δέ γε ἃ οὐχ ὁρῶσιν, ἔτι κάκιον, ἢ εἰ κατὰ κέρας ποσήεσαν.

enim aliter circumdare liceat), inflexerunt *eam* ad intercipiendum in medio hostem, ut instructo agmine suo utrinque instar literæ *gamma*, undique simul dimicarent. Quæ Cyrus tametsi videret, nihilo tamen magìs *itinere* decessit, sed eodem modo præibat. Cùm autem animadverteret, procul *ab ipsis* utrinque flexum fieri, quo cornua flectendo extendebant, Animadvertis, inquit, Chrysanta, ubi *hostes* inflexionem instituant? Prorsùs, ait Chrysantas, atque *adeò* miror sanè; cornua enim, meâ *quidem* sententiâ, longè à suâ phalange abstrahunt. *Sic est* profectò, ait Cyrus, ac *longè* etiam à nostrâ. Cur id? Nimirum, ait, metuunt nè, si cornua nobis propiora sint, phalange procul adhuc remotâ, impetum in eos faciamus. *At* quî poterunt deindè, inquit Chrysantas, aliis alii adjumento esse, cùm tam longè à se invicem absint? Manifestum est, inquit Cyrus, fore ut ubi cornua è regione laterum exercitûs nostri adscendendo constiterint, quasi in phalangem conversi pariter ex omni parte nos adgrediantur, simul undique adversùm nos pugnaturi. Ergóne tibi, inquit Chrysantas, rectè hoc consilii capere videntur? *Rectè*, ad ea *quod adtinet*, quæ prospiciunt, *inquit:* ad ea verò, quæ non prospiciunt, etiam pejùs *sibi consulunt*, quàm si adversis cornibus nos invaderent.

a Ἔτι πρόσω] Ità reposuimus admonitu MSti Bodl. Stephani et Mureti. Eandem etiam scripturam ex suis Gabrielius aufert exemplaribus. Priùs erat ἐπιπροσθεν.

b Κατ' ἀνθιπέρας] Scribitur etiam κατανθιπέρας. Est autem hoc ex genere τῶν διπλολογουμένων quibus addas licet ἐξ ἐναντίας, quod infra paulò occurrit.

Ἀλλὰ σὺ μὲν, ἔφη, ὦ Ἀρσάμα, ἡγοῦ τῷ πεζῷ ἡρέμα, ὥσπερ ἐμὲ ὁρᾷς· καὶ σὺ, ὦ Χρυσάντα, ἐν ἴσῳ τούτῳ τὸ ἱππικὸν ἔχων συμπαρέπου. Ἐγὼ δὲ ἄπειμι ἐκεῖσε ὅθεν μοι δοκεῖ καιρὸς εἶναι ἄρχεσθαι τῆς μάχης· ἅμα δὲ παριὼν ἐπισκέψομαι ἕκαστα πῶς ἡμῖν ἔχει. Ἐπειδὰν δὲ ἐκεῖ γένωμαι, ὅταν ἤδη ὁμοῦ προσιόντες ἀλλήλοις γιγνώμεθα, παιᾶνα ἐξάρξω, ὑμεῖς δὲ ἐφέπεσθε. Ἡνίκα δ' ἂν ἡμεῖς ἐγχειρῶμεν τοῖς πολεμίοις, αἰσθήσεσθε μὲν (οὐ γὰρ, οἶμαι, ὀλίγος θόρυβος ἔσαι), ὁμήσεται δὲ τηνικαῦτα Ἀβραδάτης ἤδη σὺν τοῖς ἅρμασιν εἰς τοὺς ἐναντίους. οὕτω γὰρ αὐτῷ εἰρήσεται· ὑμᾶς δὲ χρὴ ἕπεσθαι ἐχομένους ὅτι μάλιστα τῶν ἁρμάτων· οὕτω γὰρ μάλιστα τοῖς πολεμίοις τεταραγμένοις ἐπιπεσούμεθα. Παρέσομαι δὲ κἀγὼ, ἢ ἂν δύνωμαι τάχιστα, διώκων τοὺς ἄνδρας, ἢν οἱ θεοὶ ἐθέλωσι.

Ταῦτα εἰπὼν, καὶ σύνθημα παρεγγυήσας, ΖΕΥΣ ΣΩΤΗΡ ΚΑΙ ΗΓΕΜΩΝ, ἐπορεύετο. Μεταξὺ δὲ τῶν ἁρμάτων καὶ τῶν θωρακοφόρων διαπορευόμενος, ὁπότε προσβλέψειέ τινας τῶν ἐν ταῖς τάξεσι, τοτὲ μὲν εἶπεν ἄν, Ὦ ἄνδρες, ὡς ἡδὺ ὑμῶν τὰ πρόσωπα θεάσασθαι. Τοτὲ δ' αὖ ἐν ἄλλοις ἂν ἔλεξεν, Ἆρα ἐννοεῖτε, ἄνδρες, ὅτι ὁ νῦν ἀγὼν ἐστὶν οὐ μόνον περὶ τῆς τήμερον νίκης, ἀλλὰ καὶ

Sed tu, Arsama, inquit, peditatum quietè ducito, sicuti me *præire* vides: ac tu, Chrysanta, pari cum hoc gradu copias equestres ducens sequitor. Ego verò illuc abeo, unde mihi commodum videtur ordiri prælium: et simul in transitu singula considerabo, quo pacto nobis *ista* se habeant. Illuc ubi venero, cùm congressuri jam inter nos erimus, pæana exordiar, ac vos subsequimini. Quando autem manus cum hostibus nos conserturi simus, *facilè vos* sentietis (quippe tumultus, opinor, haud exiguus futurus est), ac tum Abradates cum curribus in adversarios impetum faciet: sic enim ipsi significabitur: vos autem sequi oportebit quàm maximè contiguos curribus; nam hoc modo in hostes plurimùm perturbatos incidemus. Adero etiam ipse, et quàm celerrimè potero, diis volentibus, eos persequar.

Hæc loquutus, cùm tesseram *militarem* hanc dedisset, JUPITER SERVATOR ET DUX, progressus est. Cúmque inter currus et loricatos pergeret, quoties aliquos eorum qui in ordinibus erant adspiceret, aiebat modò, Quàm jucundum est, viri, vestros intueri vultus! Modò apud alios dicebat, An intelligitis, viri, certamen jam *propositum* esse non solùm de hodiernâ victoriâ, sed etiam de

a Καὶ σύνθημα, &c.] Vide p. 179, not. 1.

περὶ τῆς πρόσθεν ἣν ἐνικήσατε, καὶ περὶ πάσης εὐδαιμονίας; Ἐν ἄλλοις δὲ προσιὼν εἶπεν, Ὦ ἄνδρες, τὸ ἀπὸ τῶνδε οὐδέν ποτε θεὸς αἰτιατέον ἔτι ἔσαι· παραδεδώκασι γὰρ ἡμῖν πολλά τε καὶ ἀγαθὰ κτήσασθαι. Ἀλλ', ὦ ἄνδρες, ἀγαθοὶ γενώμεθα. Κατ' ἄλλως δ' αὖ τοιάδε, Ὦ ἄνδρες, εἰς τίνα ποτ' ἂν καλλίονα ἔρανον ἀλλήλως παρακαλέσαιμεν, ἢ εἰς τόνδε; Νῦν γὰρ ἔξεσιν ἀγαθοῖς ἀνδράσι γενομένοις πολλὰ κἀγαθὰ ἀλλήλοις εἰσενεγκεῖν. Κατ' ἄλλως δ' αὖ, Ἐπίσασθε μέν, οἶμαι, ὦ ἄνδρες, ὅτι νῦν ἆθλα πρόκειται, τοῖς νικῶσι μὲν, διώκειν, παίειν, κατακαίνειν, ἀγαθὰ ἔχειν, καλὰ ἀκούειν, ἐλευθέροις εἶναι, ἄρχειν· τοῖς δὲ κακοῖς δηλονότι τἀναντία τούτων. Ὅσις ἓν ἑαυτὸν φιλεῖ, μετ' ἐμοῦ μαχέσθω· ἐγὼ γὰρ οὐδὲν κακὸν, οὐδ' αἰσχρὸν ἑκὼν εἶναι [a] προσήσομαι. Ὁπότε δ' αὖ γένοιτο κατά τινας τῶν πρόσθεν συμμαχεσαμένων, εἶπεν ἄν, Πρὸς δὲ ὑμᾶς τί δεῖ λέγειν, ὦ ἄνδρες; ἐπίσασθε γὰρ οἵαν τε οἱ ἀγαθοὶ ἐν ταῖς μάχαις ἡμέραν ἄγουσι, καὶ οἵαν οἱ κακοί.

Ὡς δὲ ἀπιὼν κατὰ Ἀβραδάτην ἐγένετο, ἔσῃ· καὶ ὁ Ἀβραδάτης παραδοὺς τῷ ὑφηνιόχῳ τὰς ἡνίας προσῆλθεν αὐτῷ· προσέδραμον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι τῶν πλησίον τεταγμένων καὶ πεζῶν καὶ

eâ quam priùs obtinuistis, et de felicitate universâ? Apud alios autem procedens aiebat, Deinceps nunquam dii nobis accusandi erunt, commilitones: nam facultatem concessére multa et egregia nobis adquirendi. At nos, milites, fortiter nosmet geramus. Rursùs alios hujusmodi verbis *adfatus est*, Quasnam ad communes epulas lautiores alii alios invitare possemus, quàm ad has ipsas? Nam modò facultas *vobis* est, si viri fortes esse volueritis, multa et egregia *commoda* in vos mutuò conferendi. Rursùs alios, Nôstis, opinor, milites, proposita jam esse præmia; vincentibus quidem, ut persequantur, feriant, occidant, bona possideant, præclarè audiant, liberi sint, imperent; ignavis autem, his contraria scilicet. Quisquis ergo seipsum diligit, mecum prælium ineat: nam ego nihil ignaviæ, nihil turpitudinis volens admittam. Rursùs ubi ad quosdam accessisset, qui prælio superiori interfuissent, aiebat, Ad vos verò, milites, quid verbis opus est? nôstis enim qualem diem *viri* fortes in præliis agant, et qualem ignavi.

Cùm autem discedens ad Abradatam accessisset, restitit: et Abradates habenis inferiori aurigæ traditis, adiit eum; et alii etiam ex eis, qui prope *ab ipso* in acie collocati erant, tum pedites tum curruum agitatores,

a Προσήσομαι] In MSto Bodl. et edit. *Flor.* legitur προήσομαι. Et sanè facillimo hæc vitio tàm apud librarios, quàm typothetas locum commutant. Vulgatam lectionem rectè cæteri libri præstant.

ἁρματηλατῶν. Ὁ δ' αὖ Κῦρος ἐν τοῖς παραγεγενημένοις ἔλεξε τοιάδε· Ὁ μὲν Θεὸς, ὦ Ἀβραδάτα, ὥσπερ σὺ ἠξίωσ, συνηξίωσέ σε καὶ τὰς σύν σοι πρωτοστάτας εἶναι τῶν συμμάχων· σὺ δὲ τοῦτο μέμνησο, ὅταν δέῃ σε ἤδη ἀγωνίζεσθαι, ὅτι Πέρσαι οἵ τε θεασόμενοι ὑμᾶς ἔσονται καὶ οἱ ἑψόμενοι ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐάσοντες ἐρήμους ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. Καὶ ὁ Ἀβραδάτης εἶπεν, Ἀλλὰ τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ Κῦρε, καλῶς ἔχειν· ἀλλὰ τὰ πλάγια λυπεῖ με, [a] ὅτι τὰ μὲν τῶν πολεμίων κέρατα ἰσχυρὰ ὁρῶ ἀνατεινόμενα καὶ ἅρμασι καὶ παντοδαπῇ στρατιᾷ· ἡμέτερον δ' οὐδὲν ἄλλο αὐτοῖς ἀντιτέτακται ἢ ἅρματα· ὡς ἔγωγ', ἔφη, εἰ μὴ ἔλαχον τήνδε τὴν τάξιν, ἠσχυνόμην ἂν ἐνθάδε ὤν· οὕτω πολύ μοι δοκῶ ἐν ἀσφαλεστάτῳ εἶναι. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἀλλ' εἰ τὰ παρά σοι καλῶς ἔχειν, θάρρει ὑπὲρ ἐκείνων· ἐγὼ γάρ σοι, σὺν θεοῖς, ἔρημα τῶν πολεμίων τὰ πλάγια ταῦτα ἀποδείξω. Καὶ σὺ μὴ πρότερον ἔμβαλλε τοῖς πολεμίοις, [b] διαμαρτύρομαι, πρὶν ἂν φεύγοντας τούτους, οὓς νῦν φοβῇ, θεάσῃ· (τοιαῦτα δ' ἐμεγαληγόρει, μελλούσης τῆς μάχης γίγνεσθαι· ἄλλως δ' οὐ μάλα μεγαλήγορος ἦν)

ad eum adcurrebant. Rursùs apud hos, cùm jam advenissent, in hanc sententiam dixit Cyrus: Deus, Abradata, quemadmodùm tu petebas, te tuósque dignos censuit, qui sociorum in acie primi staretis: tu verò hoc memineris, ubi jam tibi præliandum erit, Persas eos futuros qui vos et spectabunt et sequentur, neque committent, ut auxilio destituti dimicetis. Et Abradates ait, Equidem res nostras, Cyre, rectè se habere existimo: verùm latera me solicitum habent, quòd hostium cornua video porrigi firma tum propter currus, tum propter omnis generis copias; his autem nihil nos opposuimus aliud quàm currus: quapropter me sanè, nisi sorte locus hic mihi obtigisset, ejus puderet; adeò mihi planè tutissimè *hîc* esse videor. Et Cyrus, Si res apud te rectè habent, inquit, bono sis animo quod illos adtinet: nam ego, deûm ope, tibi palam hæc hostium latera nudabo. Téque obtestor, nè priùs in hostes impetum facias, quàm hos *ipsos*, quos modò metuis, fugere cernas: (hujusmodi autem verba Cyrus magnificè jactabat, instante pugnâ: cùm cæteroqui non admodùm jactabundus esset)

a "Οτι τὰ μὲν τῶν, &c.] Sic rectè editiones *Ald.* et *Eton.* In MS. autem Bodl. et editis quibusdam libris post μὲν statim sequitur πλάγια· quod delendum vidit Muretus, et tàm Stephanus quàm Leunclavius minùs probârunt.

b Διαμαρτύρομαι] Haud alienum, opinor, erit, ἵμερον hujus verbi, à Stephano sic evolutam, notare: *Interpositis veluti testibus denuntio: Denuntio adhibitis testibus, qui, si malè res tibi secùs facienti cesserit, tuâ id culpâ accidisse testificentur.* In sententiam Paulinam, 1 Tim. v, 21, aptè quadrare videtur ista verbi illius explicatio: nam sequitur statim ibi testium mentio.

ὅταν μέντοι τούτους ἴδῃς φεύγοντας, ἐμέ τε ἤδη παρεῖναι νόμιζε, καὶ ὅρμα εἰς τοὺς ἄνδρας· ἢ σὺ γὰρ τότε τοῖς μὲν ἐναντίοις κακίστοις ἂν χρήσαιο, τοῖς δὲ μετὰ σαυτόν, ἀρίστοις. Ἀλλ' ἕως ἐσί σοι σχολὴ, ὦ Ἀβραδάτα, πάντως παρελάσας παρὰ τὰ σαυτοῦ ἅρματα, παρακάλει τοὺς σύν σοι εἰς τὴν ἐμβολὴν, τῷ μὲν προσώπῳ παραθαῤῥύνων, ταῖς δ' ἐλπίσιν ἐπικυφίζων. Ὅπως δὲ κράτιστοι [a] φανῆσθε τῶν ἐπὶ τοῖς ἅρμασι, φιλονεικίαν αὐτοῖς ἐμβαλλε· καὶ γὰρ, εὖ ἴσθι, ἢν τάδε γένηται, πάντες ἐρῶσι τολοιπὸν μηδὲν εἶναι κερδαλεώτερον ἀρετῆς. Ὁ μὲν δὴ Ἀβραδάτης ἀναβὰς παρήλαυνε, καὶ ταῦτα ἐποίει.

Ὁ δ' αὖ Κῦρος παριὼν, ὡς ἐγένετο πρὸς τῷ εὐωνύμῳ, ἔνθα Ὑσάσπας τοὺς ἡμίσεις ἔχων ἦν τῶν Περσῶν ἱππέων, ὀνομάσας αὐτὸν, εἶπεν, Ὦ Ὑσάσπα, νῦν ὁρᾷς ἔργον τῆς σῆς ταχυεργίας· νῦν γὰρ, ἢν φθάσωμεν τοὺς πολεμίους κατακτανόντες, ἥδεῖς ἡμῶν ἀποθανεῖται. Καὶ ὁ Ὑσάσπας ἐπιγελάσας εἶπεν, Ἀλλὰ περὶ μὲν [b] τῶν ἐξ ἐναντίας ἡμῖν μελήσει· τοὺς δ' ἐκ πλαγίου σὺ ἄλλοις πρόσαξον, ὅπως μηδ' ὅτοι σχολάζωσι. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν,

ubi verò fugientes hos conspexeris, *tum* et me jam adesse putato, et impetum in hostes facito: quippe tunc adversarios ignavissimos, et tuos fortissimos experieris. Enimverò dum tibi vacat, Abradata, currus tuos utique prætervectus, cohortare tuos ad impressionem *in hostes faciendam*, ac partim *eis* vultu animos addito, partim spe sublevato. Atque utì præstantissimi omnium, qui sunt in curribus, videamini; æmulationem ipsis injicito: nam certò scias, dicturos omnes deinceps, si hoc fiat, virtute nihil esse fructuosius. Itaque conscenso curru prætervehebatur Abradatas, et hæc faciebat:

Cyrus autem progrediens, cùm ad lævam pervenit, ubi Hystaspas erat cum equitatûs Persici parte dimidiâ, eo nominatim compellato, ait, Vides jam Hystaspa, tuâ *dignum* opus in rebus conficiendis celeritate: nam si modò antevertemus hostes interficiendo, nemo nostrûm peribit. Et Hystaspas cum risu ait, Enimverò de iis, qui ex adverso sunt, curæ nobis erit: tu autem de illis, qui sunt à latere, aliis mandata dederis, ut nè isti sint otiosi. Equidem ad hos, ait Cyrus,

a Φανῆσθε] Ità in omnibus, quos vidi, libris scribitur. Ego verò *Porto* adsentior, qui vel φανεῖσθε per diphthongum circumflexam scribendum putat, ut sit futuri 2. med. φανοῦμαι, εῖ, εῖται, vel φάνησθε, προπαροξύτονως, ut sit subjunctivus aor. 2. med. parum usitati, ἐφανόμην, ου, ητο· unde subjunct. ἐὰν φάνωμαι, ῃ, ηται, &c.

b Τῶν ἐξ ἐναντίας] Scribitur etiam unâ voce ἐξεναντίας, quâ de re vide quæ diximus p. 366, not. 2. Simili modo loquitur evan. Act. xi, 2.——οἱ ἐκ περιτομῆς, et apostolus, Gal. iii, 7, 9.

Ἀλλ' ἐπί γε τούτους ἐγὼ αὐτὸς ἀπέρχομαι. Ἀλλ', ὦ Ὑστάσπα, τόδε μέμνησο· ὅτῳ ἂν ἡμῶν ὁ θεὸς νίκην διδῷ, ἤν τι που μένῃ πολέμιον, πρὸς τὸ μαχόμενον ἀεὶ συμβάλλωμεν. Ταῦτα εἰπὼν προήει. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ πλευρὸν προϊὼν ἐγίγνετο, καὶ κατὰ τὸν ἄρχοντα τῶν ταύτῃ ἁρμάτων, πρὸς τοῦτον ἔλεξεν, Ἐγὼ δὲ ἔρχομαι ὑμῖν ἐπικουρήσων· ἀλλ' ὁπόταν αἴσθησθε ἡμᾶς ἐπιτιθεμένους [a] κατ' ἄκρων, τότε καὶ ὑμεῖς πειρᾶσθε ἅμα διὰ τῶν πολεμίων ἐλαύνειν. πολὺ γὰρ ἐν ἀσφαλεστέρῳ ἔσεσθε, ἔξω γενόμενοι, ἢ ἔνδον ἀπολαμβανόμενοι. Ἐπεὶ δ' αὖ παριὼν ἐγένετο ὄπισθεν τῶν ἁρμαμαξῶν, Ἀρταγέρσαν μὲν καὶ Φαρνοῦχον ἐκέλευσεν, ἔχοντας τήν τε τῶν πεζῶν χιλιοστὺν καὶ τὴν τῶν ἱππέων, μένειν αὐτοῦ. Ἐπειδὰν δὲ, ἔφη, αἰσθάνησθε ἐμοῦ ἐπιτιθεμένου τοῖς κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας, τότε καὶ ὑμεῖς τοῖς καθ' ὑμᾶς ἐπιχειρεῖτε· μαχεῖσθε δ', ἔφη, πρὸς [b] κέρας, ὥσπερ ἀσθενέστερον στράτευμα γίγνεται, φάλαγγα δ' ἔχοντες, ὥσπερ ἰσχυρότεροι ἂν εἴητε. Καὶ εἰσὶ μὲν, ὡς ὁρᾶτε, τῶν

ipse pergo. Tu tamen hoc memineris, Hystaspa; cuicunque nostrûm *tandem* victoriam deus concesserit, si quid alicubi *reliquum* ex hostibus manserit, semper cum iis, qui pugnabunt, manus conserendas esse. His dictis, procedebat. Cúmque progrediendo ad latus venisset, et ad præfectum curruum, qui isthic erant, *sic* eum adlocutus est, Equidem vobis operam laturus venio: vos ubi senseritis, nos ad partes extremas *hostem* invadere, tum et ipsi per hostes unà perrumpere conamini: nam tutiores multò futuri estis, si extra *progressi* fueritis, quàm si *ab iis* in medio intercipiamini. Postquam autem pergendo ponè *harmamaxas* venit, præcepit, ut Artagersas et Pharnuchus, cum mille peditibus ac totidem equitibus, ibidem manerent. Ubi verò, inquit, me animadverteritis eos, qui ad dextrum cornu sunt, adoriri, tunc et ipsi vobis oppositos invadite: pugnabitis autem, ait, adversùs cornu, quo loco imbecillior est exercitus, et phalangem habebitis, ut firmiores sitis. Sunt etiam, utì videtis, equites

a Κατ' ἄκρων] MS. Bodl. κατ' ἄκρον. Atque ità legit Muretus. Vulgatam tamen scripturam mutatam nolim.

b Κέρας, ὥσπερ, &c.] Vulgata est hæc lectio, doctis meritò suspecta. Budæus, auctore Stephano, pro ὥσπερ substituendum censebat ὥπερ· quam ferè lectionem interpretes plerique expressêre. Stephanus ipse quidem hæret; cæteri prorsùs silent editores. Rectiùs, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, legas, si prius illud ὥσπερ mutes in ἤπερ. Sic *Arrianus* Exp. lib. i, c. 6, οἱ δὲ ἀπροσδόκητοί τε ἐπεισπεσόντες καὶ φάλαγγι κατὰ κέρας, ᾗπερ ἀσθενεστάτοις αὐτοῖς, &c. Idem, c. 14, ἀτάκτως τε οὖν καὶ κατὰ κέρας, ᾗπερ ἀσθενέστατον, ἐκβαίνουσιν ἐπικείσονται, &c. Nimirum, in vetere militiâ plurimum periculi erat (utì rectè Jac. Gronovius ante nos observavit) in lateribus ac cornibus; et pænè pars et auspicium erat victoriæ, potuisse cornu adgredi. Cùm ergo hæc Nostri et Arriani loca inter se sint affinia, emendationi meæ sua, opinor, satìs constat ratio. Lucem his dabunt ea, quæ mox sequuntur p. 373, lin. 5, et seq.

πολεμίων ἱππεῖς οἱ ἔσχαλοι· πάντως δὲ πρόεστε πρὸς αὐτὰς τὴν τῶν καμήλων τάξιν, καὶ εὖ ἴσε ὅτι καὶ πρὶν μάχεσθαι γελοίας τὰς πολεμίας θεάσεσθε.

Ὁ μὲν δὴ Κῦρος ταῦτα διαπραξάμενος, ἐπὶ τὸ δεξιὸν παρῆει· ὁ δὲ Κροῖσος, νομίσας ἤδη ἐγγύτερον εἶναι τῶν πολεμίων τὴν φάλαγγα, σὺν ᾗ αὐτὸς [a] ἐπορεύετο, ἢ τὰ ἐπανατεινόμενα τὰ κέρατα, ἦρε τοῖς κέρασι σημεῖον, μηκέτι ἄνω πορεύεσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ χώρᾳ στραφῆναι. Ὡς δ' ἔσησαν πάντες πρὸς τὸ τῷ Κύρου στράτευμα ὁρῶντες, ἐσήμαινεν αὐτοῖς πορεύεσθαι πρὸς τὰς πολεμίας. Καὶ ἅτω προσήεσαν τρεῖς φάλαγγες ἐπὶ τὸ Κύρᾳ στράτευμα· ἡ μὲν μία, κατὰ πρόσωπον, τὰ δὲ δύο, ἡ μὲν κατὰ τὸ δεξιὸν, ἡ δὲ κατὰ τὸ εὐώνυμον· ὥστε πολὺν φόβον παρεῖναι πᾶσῃ τῇ Κύρᾳ στρατιᾷ. Ὥσπερ γὰρ μικρὸν [b] πλινθίον ἐν μεγάλῳ τεθὲν, ἅτω καὶ τὸ Κύρᾳ στράτευμα πάντοθεν περιείχετο ὑπὸ τῶν πολεμίων ἢ ἱππεῦσι, καὶ ὁπλίταις, ἢ πελτοφόροις, ἢ τοξόταις, ἢ ἅρμασι, πλὴν ἐξόπισθεν. Ὅμως δὲ καὶ ὁ Κῦρος ἐπεὶ παρήγγειλεν, ἐστράφησαν πάντες ἀντιπρόσωποι τοῖς πολεμίοις· ἢ ἦν μὲν πανταχόθεν πολλὴ σιγὴ ὑπὸ τῷ τὸ μέλλον ἀκνεῖν. Ἡνίκα δὲ ἔδοξε τῷ Κύρῳ καιρὸς

hostium ultimi; adversùs hos omnino camelorum ordines immittite, nec dubitetis fore ut prius hostes ridiculos conspiciatis, quàm manus conseratis.

His Cyrus peractis, ad latus dextrum se contulit: Crœsus autem ratus jam phalangem, cum quâ ipse procedebat, ab hostibus abesse propiùs quàm illa cornua quæ protendebantur, signum extulit quo cornua monerentur, nè longiùs sursùm progrederentur, sed eo se loco converterent. Cúmque subsisterent omnes, et Cyri copias intuerentur, signum iis dedit, ut in hostes pergerent. Hoc modo tres phalanges adversùs exercitum Cyri tendebant; una, ex adverso; ex *reliquis* altera ad dextrum latus, ad lævum altera: adeò ut totus Cyri exercitus magno in metu versaretur. Nam sicuti exiguus laterculus, in magno collocatus, sic Cyri copiæ cingebantur undique ab hostium equitibus, et gravis armaturæ militibus, et peltastis, et sagittariis, et curribus, extraquàm à tergo. Sed ubi tamen Cyrus imperavit, omnes ore adverso in hostes se converterunt: et erat altum ubique silentium præ futuri *eventûs* formidine. Cùm autem Cyro jam tempus

a Ἐπορεύετο, ἢ τὰ, &c.] Hanc lectionem ex vetusto quodam exemplari Gabrielius adfert; quam et Camerarii liber vetus, teste Stephano, habebat. His omnino parendum censeo. Vulgò perperam legitur ἐπορεύετο, ἐπαναλεινόμενα, &c. et ἐπορεύετο, καὶ ἐπαναλεινόμενα.

b Πλινθίον] Quid sit *Tacticis*, vocab. milit. index docebit.

ἤδη εἶναι, ἐξῆρχε παιᾶνα, συνεπήχησε δὲ πᾶς ὁ στρατός. Μετὰ δὲ τοῦτο τῷ [a] Ἐνυαλίῳ τε ἅμα ἐπηλάλαξαν, καὶ ἐξανίσταται ὁ Κῦρος, καὶ εὐθὺς μὲν μετὰ τῶν ἱππέων λαβὼν πλαγίους τοὺς πολεμίους, ὁμόσε αὐτοῖς τὴν ταχίστην συνεμίγνυεν· οἱ δὲ πεζοὶ αὐτῷ συντεταγμένοι ταχὺ ἐφείποντο, καὶ περιεπτύσσοντο ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ὥστε πολὺ ἐπλεονέκτησαν. Φάλαγγι γὰρ κατὰ κέρας προσέβαλλον· ὥστε ταχὺ ἰσχυρὰ φυγὴ ἐγένετο τοῖς πολεμίοις.

Ὡς δ' ἤσθετο ὁ Ἀρταγέρσης ἐν ἔργῳ ὄντα τὸν Κῦρον, ἐπιτίθεται καὶ αὐτὸς κατὰ τὰ εὐώνυμα, προεὶς τὰς καμήλους, ὥσπερ Κῦρος ἐκέλευσεν. Οἱ δὲ ἵπποι αὐτὰς ἐκ πάνυ πολλοῦ οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλ' οἱ μὲν ἔκφρονες γιγνόμενοι ἔφευγον, οἱ δ' ἐξήλλοντο, οἱ δ' ἐνέπιπτον ἀλλήλοις. [b] Τοιαῦτα γὰρ πάσχουσιν οἱ ἵπποι ὑπὸ καμήλων. Ὁ δὲ Ἀρταγέρσης συντεταγμένους ἔχων τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, ταραττομένοις ἐπέκειτο τεταγμένος· καὶ τὰ ἅρματα δὲ τά τε καλὰ τὸ δεξιὸν καὶ τὸ εὐώνυμον ἅμα ἐνέβαλλε. Καὶ πολλοὶ μὲν τὰ ἅρματα φεύγοντες ὑπὸ τῶν καλὰ κέρας ἑπομένων ἀπέθνησκον, πολλοὶ δὲ τούτους φεύγεντες, ὑπὸ τῶν ἁρμάτων ἡλίσκοντο.

esse videretur, pæanam exorsus est, et universus exercitus simul insonuit. Deindè *Enyalium* altâ voce conclamabant, et Cyrus erumpit, statímque cum equitibus hostes adgressus ex obliquo, quamprimùm cum eis manum conseruit: pedites autem eum servatis ordinibus suis celeriter subsequebantur, et *hostibus* hinc atque inde circumfundebantur, ut multò *jam* potiori, quàm illi, essent conditione. Nam cum phalange in cornu impressionem faciebant: quo factum est, ut celeriter vehemens hostium fuga fieret.

Artagerses ut Cyrum jam rem adgressum animadvertit, et ipse ad sinistrum latus *hostes* invadit, præmissis camelis, quemadmodùm Cyrus jusserat. Hos equi magno admodum ex intervallo non expectabant, sed alii consternati fugiebant, alii saltu efferebantur, alii in se invicem irruebant. Nam solent equis talia *quædam* à camelis accidere. Artagerses autem suos ordinatos retinens, perturbatos urgebat integris ordinibus: et currus, qui ad dextram et lævam erant, simul immittebat. Et multi quidem, cùm currus fugerent, ab iis qui cornu *directo* sequebantur, sunt interempti; multi cùm hos fugerent, à curribus intercipiebantur.

a Ἐνυαλίῳ τι, &c.] More nempe veterum in præliis recepto, quo Marti sub initium pugnæ solemnis *Pæan* à militibus canebatur. Vide p. 151. not. 1, et Nostrum *anal.* α', p. 157, et ε', p. 205. De *Enyalio* audi quæ *Bisetus* ex *Eustath.* Comment. in *Hom.* protulit: Ἐνυάλιος, ἐπίθετον Ἄρεως· παρὰ τὸ ἐνύω, τὸ φονεύω· ἢ παρὰ τὸ ἐναύω, τὸ φανῶ. Ἄρης δὲ Ἐνυάλιος ἐπεκλήθη διὰ τὸ φονεῦσαι Ἐνυάλιον τὸν Θρᾷκα, μὴ ἐθελήσαντα αὐτὸν ξενίσασθαι. Τινὲς δὲ τὸν Ἄρην καὶ τὸν Ἐνυάλιον τὸν αὐτὸν εἶναι νομίζουσι· τινὲς δὲ θεοὺς διαφόρους εἶναι λέγουσι. Quâ de re lege *Dionys. Halic.* Antiq. Rom. lib. ii, c. 48, et *Aristoph.* sip. v. 456.

b Τοιαῦτα γὰρ, &c.] Vide quæ notavimus p. 339, necnon *Ælian* de *Animal.* lib. iii, c. 7, et *Polyæn.* lib. vii, c. 6.

Καὶ ὁ Ἀβραδάτης δὲ οὐκέτι ἔμελλεν, ἀλλὰ ἰσχυρῶς ἀναβοήσας, Ἄνδρες φίλοι, ἕπεσθέ μοι, [a] ἐνίει, ὅδ' ἐν φειδόμενος τῶν ἵππων, ἀλλὰ ἐξαιμάτων καταπολὺ τῷ κέντρῳ. Συνεξώρμησαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι ἁρματηλάται· καὶ τὰ μὲν ἅρματα ἔφευγεν αὐτοὺς εὐθύς, τὰ μὲν καὶ ἀναλαβόντα τοὺς [b] παραβάτας, τὰ δὲ καὶ ἀπολιπόντα. Ὁ δὲ Ἀβραδάτης ἀνέκρουσε δι' αὐτῶν εἰς τὴν τῶν Αἰγυπτίων φάλαγγα ἐμβάλλει· συνεισέβαλον δὲ αὐτῷ καὶ οἱ ἐγγύτατα τεταγμένοι. Πολλαχόθι μὲν οὖν καὶ ἄλλοθι δῆλον, ὡς οὐκ ἔστιν ἰσχυροτέρα φάλαγξ, ἢ ὅταν ἐκ φίλων συμμάχων ἠθροισμένη ᾖ, καὶ ἐν τούτῳ δὲ ἐδήλωσεν. Οἱ μὲν γὰρ ἑταῖροί τε αὐτοῦ καὶ [c] ὁμοτράπεζοι συνεισέβαλον· οἱ δὲ ἄλλοι ἡνίοχοι, ὡς εἶδον ὑπομένοντας πολλῷ σίφει τοὺς Αἰγυπτίους, ἐξέκλιναν κατὰ τὰ φεύγοντα ἅρματα, καὶ τούτοις ἐφείποντο. Οἱ δὲ ἀμφὶ Ἀβραδάτην, ᾗ μὲν ἐνέβαλον, ἅτε δυναμένων [b] διαχωρῆσαι τῶν Αἰγυπτίων (διὰ τὸ μένειν τοὺς ἔνθεν καὶ

Et Abradates haud ampliùs cunctatus est, sed cùm altâ voce clamâsset. Sequimini me, amici, equos immittebat in hostes, cùm *quidem* iis minimè parceret, sed ità stimulo foderet, ut multo sanguine respergerentur. Cum hoc etiam cæteri curruum agitatores eruperunt: et *oppositi* quidem currus hos statim fugiebant, partim receptis qui ex eis pugnarent, partim relictis. Abradates autem rectà per eos in Ægyptiorum phalangem impetum facit: illi quoque unà cum eo irruebant, qui proximè collocati erant. Et quidem cùm aliunde sæpè perspicuum est, non esse firmiorem phalangem, quàm quæ ex amicis commilitonibus est collecta, tum illud hoc tempore manifestum fecit *hæc phalanx*. Nam et sodales ipsius et mensæ participes ejusdem *hostes* unà cum ipso sunt adgressi: alii aurigæ cùm viderent Ægyptios agmine denso impetum sustinere, currus fugientes versùs deflexerunt, et illos insecuti sunt. Qui verò circa Abradatam erant, quâ quidem irruerant, quia Ægyptii divisi cedere non poterant (omnibus utrinque suo loco

a Ἐνίει, ὅδ' ἐν, &c.] Totum hunc locum sic repræsentat MSto Bodl.——ἕπεσθε ἐνίει ὅδ' ἐν φειδόμενος τῶν ἵππων, ἀλλὰ ἰσχυρῶς ἐξαιμάτων τῷ κέντρῳ. In edit *Eton.* sic legitur et distinguitur:—ἕπεσθέ μοι, ἐνίει, ὅδ' ἐν φειδόμενος, τὸν ἵππον, ἀλλὰ, &c. Nos Aldum, Stephanum et Leunclavium secuti sumus. Nec suspectum esse debet ἐνίει sine adjectione positum; cùm eodem modo plus vice simplici adhibeantur ἐμβάλλειν et συνεισβάλλειν in hoc ipso loco. Itaque nec cum Camerario τῶν ἵππων, in τοὺς ἵππους, nec cum Stephano in τὸν ἵππον, mutaverim.

b Παραβάτας] Hos *J. Pollux* παραιβάτας vocat; quod eodem recidit. Similiter *Homerus*, Ψ', ver. 132.

Ἂν δ' ἴσαν ἐν διφροισι παραιβάται, ἡνίοχοί τε

ubi illi à *Scholi.* dicuntur, οἱ ἐπὶ τῶν ἁρμάτων συμπολεμοῦντες τυτίσι, κύριοι τῶν ἁρμάτων. Consule eruditis. episc. Oxon. *Archæol.* Græc. lib. iii, p. 3.

c Ὁμοτράπεζοι] Hi regibus in periculis maximè fideles esse consueverunt; neque ferè unquam eos deferebant. Sic Noster lib. i, ἀναβ. p. 157, πλὴν πάνυ ὀλίγοι ἀμφ' αὐτὸν καλεισθησαν, σχεδὸν οἱ ὁμοτράπεζοι καλούμενοι. Et ejusdem lib. p. 159, —πάντες οἱ παρ' αὐτὸν φίλοι ἢ συντράπεζοι μαχόμενοι ἀπέθανον ὑπὲρ Κύρου.

d Διαχωρῆσαι] Ità MS. Bodl. et editi

ἔνθεν αὐτῶν), τὰς μὲν ὀρθὰς τῇ ῥύμῃ τῇ τῶν ἵππων παίοντες ἀνετρέπουτο, τὰς δὲ πίπτουσας καθηλόων, καὶ αὐτὰς καὶ ὅπλα καὶ ἵππους καὶ τροχούς. Ὅτου δὲ ἐπιλάβοιτο τὰ δρέπανα, πάντα βίᾳ διεκόπτετο, καὶ ὅπλα καὶ σώματα. Ἐν δὲ τῷ ἀδιηγήτῳ τούτῳ ταράχῳ, ὑπὸ τῶν παντοδαπῶν σωρευμάτων ἐξαλλομένων τῶν τροχῶν, ἐκπίπτει ὁ Ἀβραδάτης, καὶ ἄλλοι δὲ τῶν συνεισβαλόντων· καὶ ἦσαν μὲν ἐνταῦθα, ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, καὶ ἐκόπησαν καὶ ἀπέθανον· οἱ δὲ Πέρσαι [a] συνεπισπόμενοι, ᾗ μὲν ὁ Ἀβραδάτης ἐνέβαλε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ταύτῃ ἐπεισπεσόντες, τεταραγμένους ἐφόνευον· ᾗ δὲ ἀπαθεῖς ἐγένοντο οἱ Αἰγύπτιοι (πολλοὶ δὲ ἦσαν ἦσαν), ἐχώρουν ἐναντίοι τοῖς Πέρσαις.

Ἔνθα δὴ δεινὴ μάχη ἦν καὶ δοράτων καὶ ξυστῶν καὶ μαχαιρῶν· ἐπλεονέκτουν μέντοι οἱ Αἰγύπτιοι καὶ πλήθει καὶ τοῖς ὅπλοις. Τά τε γὰρ δόρατα ἰσχυρά τε καὶ μακρὰ (ἃ ἔτι καὶ νῦν ἔχουσι), [b] αἵ τε ἀσπίδες πολὺ μᾶλλον τῶν θωράκων καὶ τῶν γέρρων καὶ σέλουσι τὰ σώματα, καὶ πρὸς τὸ ὠθεῖσθαι συνεργάζονται, πρὸς τοῖς ὤμοις ἕσαι. Συγκλείσαντες ἦν τὰς ἀσπίδας ἐχώρουν καὶ ὦθουν. Οἱ δὲ Πέρσαι ἐκ

manentibus), equorum impetu stantes impellendo everterunt, cadentes contuderunt, *nec* ipsos *tantummodò*, *sed* et *ipsorum* arma, et equos, et rotas. Quidquid autem falces corripuissent, id totum violento concidebatur impetu; sive arma essent, sive corpora. Atque in hoc inenarrabili tumultu, rotis propter multiplices acervos exsultantibus, *curru* excidit Abradates, atque illorum alii qui cum ipso in hostes impetum fecerant: et hi quidem hîc, officio functi virorum fortium, *vulneribus* concisi interierunt: at *hos* unà secuti Persæ, cùm eo loco, quo Abradates *hostem* cum suis invaserat, irruissent, perturbatos occidebant: quâ verò parte cladis expertes fuerant Ægyptii (et erant hi multi numero), rectà tendebant adversùs Persas.

Ibi tum atrox pugna hastis, jaculis, gladiis *committebatur*: et Ægyptii sanè tam numero quàm armis superiores erant. Etenim hastæ ipsis erant firmæ ac longæ (quas nunc etiam gestant), et clypei multò, quàm vel loricæ vel scuta *Persarum viminea*, magìs et corpora tegunt, et ad propellendum aliquid adjumenti adferunt, humeris adfixi. Quamobrem clypeïs consertis procedebant, ac propellebant. Persæ verò *eorum im-*

libri, quos vidi, omnes. Leunclavius ex libro Budensi adfert *διαχάσασθαι*· quod levi mutatione factâ (scribendo nempe *διχάσασθαι*) hoc loco reponendum pro *διαχαῦσαι* censet. Sed nihil mutandum.

a *Συνεπισπόμενοι*] Rectè sic edit. *Eton.* aliæque. Stephanus, Leunclavius, Aldus et MS. Bodl. exhibent *συνεπισπώμενοι*.

b *Αἵ τε ἀσπίδες*, &c.] Vide quæ notavimus p. 336, necnon *Anab.* lib. i, p. 156, ubi de Ægyptiorum scutis eadem ferè tradit Noster.

ἐδύναντο ἀντέχειν, ἅτε ἐν ἄκραις ταῖς χερσὶ τὰ γέρρα ἔχοντες, ἀλλ' ἐπὶ πόδα ἀνεχάζοντο παίοντες καὶ παιόμενοι, ἕως ὑπὸ ταῖς μηχαναῖς ἐγένοντο. Ἐπεὶ μέντοι ἐνταῦθα ἦλθον, ἐπαίοντο αὖθις οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῶν πύργων· καὶ οἱ ἐπὶ πᾶσι δὲ οὐκ εἴων φεύγειν οὔτε τοὺς τοξότας, οὔτε τοὺς ἀκοντιστάς, ἀλλ' ἀνατετάμενοι τὰς μαχαίρας ἠνάγκαζον καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν. Ἦν δὲ πολὺς μὲν ἀνδρῶν φόνος, πολὺς δὲ κτύπος ὅπλων καὶ βελῶν παντοδαπῶν, πολλὴ δὲ βοή, τῶν μὲν ἀνακαλούντων ἀλλήλους, τῶν δὲ παρακελευομένων, δὲ τῶν θεοὺς ἐπικαλουμένων.

Ἐν δὲ τούτῳ Κῦρος διώκων τοὺς καθ' ἑαυτὸν, παραγίνεται. Ὡς δὲ εἶδε τοὺς Πέρσας ἐκ τῆς χώρας ἐωσμένους, ἤλγησέ τε, οὐ γνοὺς ὅτι ὀλιγωρίᾳ ἂν θᾶττον σχοίη τοὺς πολεμίους τῆς [a] εἰς τὸ πρόσθεν προόδου, ἢ εἰ εἰς τὸ ὄπισθεν περιελάσειεν αὐτῶν, παραγγείλας ἕπεσθαι τοῖς μεθ' ἑαυτῷ, περιήλαυνεν εἰς τὸ ὄπισθεν· καὶ εἰσπεσόντες παίουσιν ἀφορῶντας, οὐ πολλοὺς καὶ καινοῦσιν. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ὡς ᾔσθοντο, ἐβόων τε ὅτι ὄπισθεν οἱ πολέμιοι, καὶ ἐστρέφοντο ἐν ταῖς πληγαῖς. Καὶ ἐνταῦθα δὴ φύρδην ἐμάχοντο καὶ πεζοὶ οὐ ἱππεῖς. Πεπληγώς δέ τις ὑπὸ τῷ Κύρου ἵππῳ, καὶ πατούμενος, παίει εἰς τὴν γαστέρα

pietum sustinere non poterant, quippe qui manibus extremis scuta tenerent, sed pedetentim cedebant, cùm et *alios* ferirent ipsi et ferirentur, donec sub machinas se receperunt. At eò cùm venissent, vicissim Ægyptii de turribus feriebantur: et ultimi omnium neque sagittarios neque jaculatores fugere sinebant, sed iis intentatis gladiis et sagittas et tela emittere cogebant. Erat autem ingens hominum cædes, ingens armorum telorúmque omnis generis strepitus, ingens vociferatio, aliis mutuò sibi inclamantibus, aliis cohortantibus, aliis deos implorantibus.

Intereà Cyrus *hostes* sibi oppositos persequens, advenit. Cúmque Persas loco pulsos vidit, indoluit; et animadvertens nullâ ratione citiùs hostes inhiberi posse, quo minùs progrederentur ulteriùs, quàm si ad eorum terga circumveheretur, imperat iis quos secum habebat, utì se sequerentur, et ad *ipsorum* terga circumvehitur: cúmque irruissent aversos cædunt, ac multos perimunt. Quod cùm Ægyptii sentirent, hostes à tergo esse clamabant, et inter ipsos ictus se vertebant. Tum verò et pedites et equites promiscuè præliabantur. Et quidam, cùm subter equum Cyri cecidisset et conculcaretur, gladio

a Εἰς τὸ πρόσθεν, &c.] Sic reposuimus admonitu MSti Bodl. necnon Stephani, Leunclavii et Mureti. Vulgò, εἰς τὸ πρόσθεν προόδου, εἰ μὴ εἰς τὸ, &c. *Ald.* edit.——εἰ εἰς τὸ, &c. *Flor.* ἢ εἰς τὸ, &c. quibus ex depravatis lectionibus oritur ista tandem, quam suppeditat MS. Bodl. In hoc verò exemplari legitur προσόδου pro προόδου. Qui error talis est, quales antea, lib. ii, p. 94, notavimus.

τῇ μαχαίρᾳ τὸν ἵππον αὐτῷ· ὁ δὲ ἵππος πληγεὶς, σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον. [a] Ἔνθα δὴ ἔγνω ἄν τις, ὅσα ἄξιον εἴη τὸ φιλεῖσθαι, ἄρχοντα ὑπὸ τῶν ἀρχομένων. Εὐθὺς γὰρ ἀνεβόησάν τε πάντες, καὶ προσπεσόντες [b] ἐμάχοντο· ἐώθουν, ἐωθοῦντο· ἔπαιον, ἐπαίοντο. Καταπηδήσας δέ τις ἀπὸ τοῦ ἵππου τῶν τοῦ Κύρου ὑπηρετῶν, ἀναβάλλει αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἑαυτοῦ ἵππον. Ὡς δὲ ἀνέβη ὁ Κῦρος, καλεῖδε πάντοθεν ἤδη πταιομένους τοὺς Αἰγυπτίους· καὶ γὰρ Ὑσάσπας ἤδη παρῆν σὺν τοῖς Περσῶν ἱππεῦσι, καὶ Χρυσάντας. Ἀλλὰ τότε ἐμβαλεῖν μὲν ἔκέτι εἶα εἰς τὴν φάλαγγα τῶν Αἰγυπτίων, ἔξωθεν δὲ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν ἐκέλευεν. Ὡς δὲ ἐγένετο περιελαύνων παρὰ τὰς μηχανὰς, ἔδοξεν αὐτῷ ἀναβῆναι ἐπὶ πύργον τινὰ κατασκέψασθαι [c] εἴ πη καὶ ἄλλο τι μένοι τῶν πολεμίων καὶ μάχοιτο. Ἐπεὶ δὲ ἀνέβη, κατεῖδε μεσὸν τὸ πεδίον ἵππων, ἀνθρώπων, ἁρμάτων· φευγόντων, διωκόντων· κρατούντων, [d] κρατουμένων· μένον

ventrem equi ferit: equus autem saucius, cùm pedes variè jactaret, Cyrum excutit. Tum perspicere potuisset aliquis, quanti sit æstimandum, principem à sibi subjectis diligi. Nam statim universi clamorem sustulerunt, impetúque facto pugnabant: pellebant, pellebantur: feriebant, feriebantur. Quidam autem ex Cyri ministris cùm ex equo desiliisset, eum in equum suum sustulit. At Cyrus ubi conscendisset, undique jam Ægyptios cædi vidit: nam Hystaspas cum equitatu Persarum jam aderat, *itém*que Chrysantas. Verùm hos in Ægyptiorum phalangem ampliùs irruere non sivit, sed extrinsecùs sagittas ac tela emittere jussit. Posteaquam autem circumvectus ad machinas pervenit, visum est ei quandam in turrim adscendere, quò circumspiceret, an alicubi aliæ quoque hostium copiæ subsisterent ad præliarentur. Ut adscendit, campum refertum vidit equis, hominibus, curribus: fugientibus, persequentibus: vincentibus, succumbentibus: *ex hostium verò copiis* nusquam

a Ἔνθα δή, &c.] *Onosander*, c. 1, de eligendo Imper. Ὁποῖα γὰρ ἄνθρωποι φιλοῦσιν αὐτομάτῳ διανοίας ἐμπτώσει, τοῦτο ταχὺ μὲν ἐπιτάττοντι πείθονται, λέγοντι δὲ οὐ πείθονται, κινδυνεύοντι δὲ συναγανίζονται.

b Ἐμάχοντο· ἐώθουν, &c.] Nullus hîc particulis copulativis est locus: dimovet harum moras, ut incitato pugnantium furori accommodatam fundat orationem. Similis est verborum elegantia simul et celeritas, *Hist. Græc.* lib. iv, p. 304, et *Orat. de Agesil.* p. 384, edit. *Steph.* Vide *Dionys. Longin.* de Sublim. Sect. 19.

c Εἴ πη καὶ ἄλλο, &c.] Aliam lectionem teste Stephano, adfert Camerarius—καὶ ἄλλοι μένοιεν τῶν πολεμίων, quæ recta si esse debeat, etiam μάχοιτο mutandum in μάχοιντο. Sed malim vulgatam scripturam retinere, et subaudire μέρος τάξμα, vel σῖρος. Quanquam Stephanus aut ex his unum aliquod, aut aliud neutrius generis nomen, similem significationem habens, non relictum esse subaudiendum, sed potiùs omissum, putat.

d Κρατουμένων· μένον δὲ, &c.] Hæc est MSti Bodl. scriptura; nisi quod exhibeat—πλὴν τὸ τῶν Αἰγυπτίων. At rectiùs, opinor, tollas articulum τό: quòd si retineas, subaudiendum erit τάξμα, σῖρος, aut aliud his adfine nomen. Libri hactenus vulgati—κρατουμένων· τῶν μὲν πολεμίων, φευγόντων· τῶν δ' ἑαυτῶν, κρατούντων,

δ' ὀδαμῇ ὠδὲν ἔτι ἠδύνατο κατιδεῖν, πλὴν τῶν Αἰγυπτίων. Οὗτοι δὲ ἐπειδὴ ἠπορεῦντο, κύκλῳ πάντοθεν ποιησάμενοι, ὥστε ὁρᾶσθαι τὰ ὅπλα, ὑπὸ ταῖς ἀσπίσιν ἐκάθηντο· ἦν ἐποίουν μὲν ὠδὲν ἔτι, ἔπασχον δὲ πολλὰ καὶ δεινά.

Ἀγασθεὶς δὲ ὁ Κῦρος αὐτὼς, καὶ οἰκτείρων ὅτι ἀγαθοὶ ἄνδρες ὄντες ἀπόλοιντο, ἀνεχώρισέ τε πάντας τὼς περιμαχομένως, ἢ μάχεσθαι ὠδένα ἔτι εἴα. Πέμπει δὲ πρὸς αὐτὼς κήρυκα, ἐρωτῶν πότερα βούλονται ἀπολέσθαι [a] πάντες ὑπὲρ τῶν προδεδωκότων αὐτὼς, ἢ σωθῆναι ἄνδρες ἀγαθοὶ δοκοῦντες εἶναι. Οἱ δ' ἀπεκρίναντο, Πῶς δ' ἂν ἡμεῖς σωθείημεν, ἄνδρες ἀγαθοὶ δοκοῦντες εἶναι; Ὁ δὲ Κῦρος πάλιν ἔλεγεν, Ὅτι ἡμεῖς ὑμᾶς ὁρῶμεν μόνως ἢ μένοντας καὶ μάχεσθαι θέλοντας. Ἀλλὰ τἀτεῦθεν, ἔφασαν οἱ Αἰγύπτιοι, τί καὶ καλὸν ἂν ποιοῦντες σωθείημεν; Καὶ ὁ Κῦρος αὖ πρὸς τοῦτο εἶπεν, Εἰ τῶν τε συμμάχων μηδένα προδόντες σωθείητε, τά τε

ampliùs aliam, quæ subsisteret, partem conspicere poterat, præter Ægyptios. Hi cùm summas in augustius adducti consilii planè inopes essent, undique facto circulo, ut arma conspicerentur, subter clypeos consederunt: et faciebant *illi* quidem nihil ampliùs, multa verò graviáque perpetiebantur.

Cyrus eos admiratus, et præ misericordiâ dolens viros fortes interire, omnes, qui undique *adversùs eos* dimicabant, pedem referre jussit, nec ulli ampliùs ut *in eos* pugnaret concessit. Misso etiam caduceatore, interrogavit eos, utrùm omnes interire vellent propter eos, à quibus proditi fuissent, an servari *bonâ* cum existimatione, viros *se* esse fortes. *Ad hæc* illi responderunt, Quo pacto possimus esse salvi cum existimatione *bonâ*, viros nos fortes esse? Et Cyrus iterum, Quia nos, ait, vos solos conspicimus, qui et subsistant, et dimicare velint. Quid verò deinceps, aiunt Ægyptii, rectè etiam agendo servari possimus? Ad hoc rursùm Cyrus, Si nemine, inquit, sociorum prodito, salutem consequamini, arma

κρατεμένων, &c. Ista verba τῶν μὲν πολεμίων, φευγόντων· τῶν δ' ἑαυτῶ κρατούντων, manum interpolatoris sapiunt, qui claris lucem adferre vellet. Cui enim jam dubium esse poterat, utri fugerent, utri vincerent? Ubi autem posteriore loco legitur κρατεμένων, quin μένον legi debeat, nemo dubitaverit, qui meminerit, ὅτι ἔδοξε τῶ Κύρω ἀναβῆναι ἐπὶ πύργον τινὰ κατασκέψασθαι εἴ πη καὶ ἄλλο τι μένοι τῶν πολεμίων, καὶ μάχοιτο. *Gabrielius* quoque et *Philelphus* μένον in vetustis eorum exemplaribus invenerunt. *Muretus* denique, sive conjecturâ, sive veteris alicujus, ab eo non memorati, exemplaris auctoritate fretus, totum hunc locum sic emendum vidit. Huic verò de iis, quæ statim sequuntur, refingendis in hunc modum, Οὗτοι δὴ ἐπειδὴ ἠπορεῦντο, κυκλοποιησάμενοι, ὥστε πάντοθεν ὁρᾶσθαι τὰ ὅπλα, ὑπὸ, &c. non adsentior. Fatendum tamen est, isti quoque mutationi nonnihil favere MStum Bodl. qui dat—ἠποροῦντο, πάντοθεν κυκλοποιησάμενοι.

a Πάντες ὑπὲρ] Ità restituimus admonitu exemplaris *Gabrielio* visi: adstipulantibus Stephano, Mureto, et Philelpho. Priùs erat, πάντες ὑπο τῶν, &c.

ὅπλα ἡμῖν παραδόντες, φίλοι τε γενόμενοι τοῖς αἱρεθεῖσιν ὑμᾶς σῶσαι, ἐξὸν ἀπολέσαι. Ἀκούσαντες ταῦτα ἐπήροντο, Ἢν δὲ γενώμεθά σοι φίλοι, τί ἡμῖν ἀξιώσεις χρῆσθαι; Ἀπεκρίνατο ὁ Κῦρος, Εὖ ποιεῖν καὶ εὖ πάσχειν. Ἐπηρώτων πάλιν οἱ Αἰγύπτιοι, Τίνα εὐεργεσίαν; Πρὸς τοῦτο εἶπεν ὁ Κῦρος, Μισθὸν ὑμῖν δοίην πλείονα ἢ νῦν ἐλαμβάνετε, ὅσον ἂν χρόνον πόλεμος ᾖ· εἰρήνης δὲ γενομένης, τῷ βουλομένῳ ὑμῶν μένειν παρ' ἐμοὶ χώραν τε δώσω καὶ πόλεις καὶ γυναῖκας καὶ οἰκέτας. Ἀκούσαντες ταῦτα οἱ Αἰγύπτιοι, τὸ μὲν ἐπὶ Κροῖσον συστρατεύειν, ἀφελεῖν σφίσιν ἐδεήθησαν· (a τοῦτο γὰρ μόνῳ συγγιγνώσκεσθαι ἔφασαν) τὰ δ' ἄλλα συνομολογήσαντες, ἔδοσαν πίστιν καὶ ἔλαβον. Καὶ οἱ Αἰγύπτιοί τε οἱ καταμείναντες τότε, ἔτι καὶ νῦν βασιλεῖ πιστοὶ διαμένουσι. Κῦρός τε πόλεις αὐτοῖς ἔδωκε, τὰς μὲν ἄνω, αἳ ἔτι καὶ νῦν πόλεις Αἰγυπτίων καλοῦνται, Λάρισσάν τε καὶ Κυλλήνην, παρὰ b Κύμην,

cùm nobis tradideritis, et eorum amplexi fueritis amicitiam, qui vos conservare malunt, cùm liceat interimere. His illi auditis, rursùm interrogant, Si tuam amplexi fuerimus amicitiam, quas ad res uti nobis voles? Beneficia, respondit Cyrus, conferre et vicissim accipere *volo*. Quærebant iterum Ægyptii, Quæ beneficia? Ad hoc Cyrus, Stipendium vobis, ait, illo majus dedero, quod nunc accipitis, quamdiu bellum geretur: pace verò factâ, cuicunque vestrûm mecum manere libuerit, ei et agros, et oppida, et uxores, et famulos donabo. His auditis oraverunt Ægyptii, *hoc unum* exciperetur, nè adversùs Crœsum cum eo militarent (quippe quòd illi soli se ignoscere dicerent); de cæteris iis *cum Cyro* convenit, dederúntque *adeò* et acceperunt fidem. Et qui tunc manserunt Ægyptii, nunc quoque regis in fide permanent: dedítque Cyrus eis urbes in regione superiori, quæ hâc etiam tempestate urbes Ægyptiorum adpellantur, et Larissam et Cyllenem, propter Cymen,

a Τοῦτο γὰρ μόνῳ, &c.] Ità libri ad hunc diem editi; nec aliter MS. Bodl. nisi quòd vitiosè repræsentet γιγνώσκεσθαι pro *συγγιγνώσκεσθαι*. *Muretus*, abdicatâ receptâ hactenus scripturâ legendum censet, τοῦτο γὰρ μόνον συγγιγνώσκειν ἔφασαν, *Hujus unius, inquiebant, rei nobis gratiam facite, hanc veniam date.* Nec prorsùs improbanda nobis est hæc interpretatio; secundùm quam τούτῳ μόνῳ, vel τοῦτο μόνον ex mente *Mureti*, ad *rem*, non ad *personam*, referuntur. Nolim tamen συγγιγνώσκεσθαι in συγγιγνώσκειν mutatum; cùm in præcedentibus Ægyptii Cyrum solum per internuntios adloquuntur, Ἀκούσαντες ταῦτα ἐπήροντο, Ἢν δὲ γενώμεθά σοι φίλοι, τί ἡμῖν ἀξιώσεις χρῆσθαι. Sed *Philelphus* etiam et *Gabrielius* hunc locum ità acceperunt, quasi hoc modo legissent: prior vertit, *hanc unam veniam sibi dari postulârunt:* hic, *hanc modò veniam*, &c. Ad verbum magìs interpreteris: *in hoc enim solo sibi veniam dari dixerunt*, i. e. *in hâc unâ re.*

b Κύμην] *Gabrielius*, *Cymam*; cùm debuisset, *Cymen*. Verùm graviùs in hoc vertendo nomine tum Xenophontis cæteri omnes, tum Strabonis, Herodoti, aliorúmque interpretes hallucinati sunt; cùm id passim vertant *Cuma*. Hos meritò castigat Laur. Theod. Gronovius *Marmor. Bas.* c. 24. Stephanus Byz.

πλησίον θαλάσσης, ἃς ἔτι καὶ νῦν οἱ ἀπ' ἐκείνων ἔχουσι. Ταῦτα διαπραξάμενος ὁ Κῦρος, ἤδη σκοταῖος ἀναγαγὼν ἐστρατοπεδεύσατο ἐν Θυριβάρεις.

Ἐν δὲ τῇ μάχῃ τῶν μὲν πολεμίων Αἰγύπτιοι μόνοι εὐδοκίμησαν, τῶν δὲ σὺν Κύρῳ τὸ Περσῶν ἱππικὸν κράτιστον ἔδοξεν εἶναι· ὥστε καὶ νῦν διαμένει ἡ ὅπλισις, ἣν τότε Κῦρος τοῖς ἱππεῦσι κατεσκεύασεν. Εὐδοκίμησε δὲ ἰσχυρῶς καὶ τὰ δρεπανηφόρα ἅρματα· ὥστε καὶ τοῦτο ἔτι καὶ νῦν διαμένει τὸ πολεμιστήριον τῷ ἀεὶ βασιλεύοντι. Αἱ μέντοι κάμηλοι ἐφόβουν μόνον τοὺς ἵππους, ἀλλ' οὐ μέντοι κατέκαινόν γε οἱ ἐπ' αὐτῶν ἱππεῖς, οὐδ' αὐτοί γε ἀπέθνησκον ὑπὸ ἱππέων· οὐδεὶς γὰρ ἵππος ἐπέλαζε. Καὶ χρήσιμον μὲν ἐδόκει εἶναι· ἀλλὰ γὰρ ὅτε τρέφειν οὐδεὶς ἐθέλει καλὸς κἀγαθὸς κάμηλον, ὡς ἐποχεῖσθαι, ὅτε μελετᾷν ὡς πολεμήσων ἀπὸ τούτων. Οὕτω δὲ ἀπολαβοῦσαι πάλιν τὸ ἑαυτῶν σχῆμα, ἐν τοῖς σκευοφόροις διάγουσι. Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Κῦρον, δειπνοποιησάμενοι καὶ φυλακὰς κατασησάμενοι, ὥσπερ ἔδει, ἐκοιμήθησαν.

haud procul à mari, quas etiam nunc illorum posteri possident. His rebus confectis, Cyrus jam sub ipsas noctis tenebras reversus, Thyribaris castra locavit.

In hoc autem prælio soli ex hostibus Ægyptii gloriam consequuti sunt, et ex iis qui cum Cyro erant, equestres Persarum copiæ visæ sunt esse præstantissimæ : adeò ut illa nunc etiam armatura duret, quâ tunc equites à Cyro instructi fuêre. Prætereà currus illi falcati vehementer erant comprobati : adeò ut hoc etiam tempore bellicum illud curruum genus apud quemque *Persarum* regem vigeat. At cameli equis terrori duntaxat fuerunt : neque verò ipsis insidentes ex equitibus quenquam interemerunt, neque ii ab equitibus occisi erant : nullus enim *ad eos* equus propiùs accedebat. Idque *tum* quidem utile esse visum est ; sed nemo tamen virorum fortium et egregiorum vel alere camelum vult, ut eo vehatur : vel ad pugnandum ex his semet exercere. Itaque receptâ formâ suâ *cultúque pristino*, inter impedimenta *jam* degunt. Et Cyri quidem milites, ubi cœnâssent et excubias constituissent, utì par erat, quieti se dederunt.

Κύμη, πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος, &c. Mela de *Æolide*, lib. i, c. 18. *Primam urbium à Myrino conditore Myrinam vocant ; sequentem Pelops statuit, victo Oenomao reversus ex Græciâ : Cymen nominavit, pulsis qui habitârant, dux Amazonum Cyme.* Plin. H. N. l. v, p. 30, de eâdem regione loquens, conjungit itidem *Larissam, Cymen, Myrinam.* Lege et Herodot. lib. i. p. 149, Strab. lib. xiii, p. 923, Liv. lib. xxxvii, c. 11. Vellei. lib. i, c. 4.

[a] Κροῖσος μέντοι εὐθὺς ἐπὶ Σάρδεων ἔφευγε σὺν τῷ στρατεύματι· τὰ δ' ἄλλα φῦλα ὅποι ἐδύναλο προσωλάτω ἐν τῇ νυκτὶ τῆς ἐπ' οἶκον ὁδὸ ἕκασος ἀπεχώρει. Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, εὐθὺς ἐπὶ Σάρδεις ἦγεν ὁ Κῦρος. [b] Ὡς δ' ἐγένετο πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν Σάρδεσι, τάς τε μηχανὰς ἀνίση ὡς προσβαλῶν πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ κλίμακας παρεσκευάζελο. Ταῦτα δὲ ποιῶν καλὰ τὰ ἀποτομώταλα δοκοῦνλα εἶναι τῶν Σαρδιανῶν ἐρύμαλα, τῆς ἐπιούσης νυκλὸς ἀναβιβάζει Χαλδαίους τε καὶ Πέρσας. Ἡγήσατο δ' αὐτοῖς ἀνὴρ Πέρσης, δοῦλος γεγενημένος τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει τινὸς φρουρῶν, καὶ καταμεμαθηκὼς κατάβασιν εἰς τὸν ποταμὸν καὶ ἀνάβασιν τὴν αὐτήν. Ὡς δὲ ἐγένετο τοῦτο δῆλον ὅτι εἵχετο τὰ ἄκρα, πάντες δὴ ἔφευγον οἱ Λυδοὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν ὅπη ἠδύνατο ἕκασος. Κῦρος δὲ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ εἰσῄει εἰς τὴν πόλιν, καὶ παρήγγειλεν ἐκ τῆς τάξεως μηδένα κινεῖσθαι. Ὁ δὲ Κροῖσος κατακλεισάμενος ἐν τοῖς βασιλείοις, Κῦρον ἐβόα· ὁ δὲ Κῦρος τοῦ μὲν Κροίσου φύλακας κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ ἀπαγαγὼν πρὸς τὴν ἐχομένην ἄκραν, ὡς εἶδε τοὺς μὲν Πέρσας φυλάσσοντας τὴν ἄκραν ὥσπερ ἔδει, [c] τὰ δὲ τῶν Χαλδαίων ὅπλα ἔρημα (καταδεδραμήκεσαν γὰρ ἁρπα-

At Crœsus statim Sardes cum exercitu profugit: cæteræ nationes, quàm remotissimè quisque poterat, initâ domum quæ duceret viâ, nocte eâ discedebant. Cùm autem illuxisset, Cyrus confestim Sardes versùs *suos* duxit. Atque ubi ad Sardium mœnia pervenit, et machinas erexit quasi facturus in muros impetum, et scalas paravit. Ea dum faceret, ut in munitiones Sardianorum, quâ parte maximè præruptæ videbantur, sequenti nocte Chaldæi ac Persæ adscenderent, effecit. His ductor erat Persa quidam, qui cujusdam ex arcis custodibus præsidiariis servus fuerat, et descensum ad flumen et adscensum itidem didicerat. Cùm cognitum esset arcem esse occupatam, Lydi omnes à muris diffugerunt quò quisque poterat. Cyrus primâ luce oppidum ingressus est, et nè quis sese ex loco moveret, edixit. Crœsus autem, seipso in regiâ incluso, Cyrum inclamabat: at Cyrus Crœsum qui custodirent reliquit: ipséque ad arcem occupatam profectus, cùm Persas arcem, ut oportebat, custodire videret, Chaldæorum verò arma sola *conspiceret* (quòd illi ad di-

a Κροῖσος μέντοι, &c.] Vide sis *Herodot.* lib. i, c. 77.

b Ὡς δ' ἐγένετο] Leunclavius et alius (quem exemplar illius, vitiis imitabile, solet decipere), exhibent, ὁ δ' ἐγένετο, &c. re ipsâ reclamante, invitísque adeò cæteris libris, quos vidi, omnibus.

c Τὰ δὲ τῶν Χαλδαίων, &c.] *Muretus* hæc verba sic vertenda censet, *Chaldæorum autem tentoria deserta.* Vult enim ὅπλα dici non *arma* tantùm, sed eum quoque locum, in quo milites tendunt, in quo consistunt interquiescendi causâ. Hanc vocis istius interpretationem locis aliquot adductis, in quibus ὅπλα θίσθαι dicuntur milites, cùm locum sibi su-

σόμενοι τὰ ἐκ τῶν οἰκιῶν) εὐθὺς συνεκάλεσεν αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας, καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἀπιέναι ἐκ τοῦ στρατεύματος τάχιστα. Οὐ γὰρ ἂν, ἔφη, ἀνασχοίμην πλεονεκτοῦντας ὁρῶν τοὺς ἀτακτοῦντας. Καὶ εὖ μὲν, ἔφη, ἐπίστασθε ὅτι παρεσκευάζόμην ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς ἐμοὶ συστρατευομένους πᾶσι Χαλδαίοις μακαριστοὺς ποιῆσαι· νῦν δ', ἔφη, μὴ θαυμάζετε, ἢν τις καὶ ἀπιοῦσιν ὑμῖν κρείττων ἐντύχῃ. Ἀκούσαντες ταῦτα οἱ Χαλδαῖοι ἔδεισάν τε καὶ ἱκέτευον παύσασθαι ὀργιζόμενον, ἢ τὰ χρήματα πάντα ἀποδώσειν ἔφασαν. Ὁ δὲ εἶπεν ὅτι οὐδὲν αὐτῶν δέοιτο. Ἀλλ' εἴ με, ἔφη, βούλεσθε παύσασθαι ἀχθόμενον, ἀπόδοτε πάντα, ὅσα ἐλάβετε, τοῖς διαφυλάξασι τὴν ἄκραν. Ἦν γὰρ αἴσθωνται οἱ ἄλλοι στρατιῶται ὅτι πλεονεκτοῦσιν οἱ εὐτακτοι γενόμενοι, πάντα μοι καλῶς ἕξει. Οἱ μὲν δὴ Χαλδαῖοι ὅτως ἐποίησαν, ὡς ἐκέλευσεν ὁ Κῦρος· καὶ ἔλαβον οἱ πειθόμενοι πολλὰ καὶ παντοῖα χρήματα· ὁ δὲ Κῦρος κατασστρατοπεδεύσας τοὺς ἑαυτοῦ ὅπου ἐδόκει τὸ ἐπιτηδειότατον εἶναι [a] τῆς πόλεως, μένειν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις παρήγγειλε καὶ ἀριστοποιεῖσθαι.

ripienda ex ædibus bona excurrissent) mox præfectos eorum convocavit, eisque ut ab exercitu quamprimùm discederent, præcepit. Non enim, ait, tolerare possim, ut qui ordines deserunt, majoribus quàm alii commodis potiantur. Et vos quidem, ait, certò scire volo, in hoc me fuisse, ut vos qui signa mea sequimini, tales efficerem, quos universi Chaldæi felices prædicarent: verùm jam vobis minimè mirum videatur, si quis vobis hinc etiam discedentibus viribus potior occurrat. Hæc Chaldæi cùm audîssent, metu perculsi orabant ut irasci desineret; aiebántque se res opésque omnes velle restituere. Ille his sibi non opus esse dixit: Sed si me vultis, ait, ab indignatione desistere, date omnia, quæcunque cepistis, illis qui arcis in custodiâ mansêre. Nam si milites cæteri animadvertent, eos qui ordines servârunt, majora consequi commoda, præclarè se meæ res habebunt. Itaque Chaldæi sic, utì Cyrus edixerat, fecerunt; et qui obedienter sese gesserant, magnam rerum opúmque variarum copiam consequuti sunt: Cyrus autem, cùm castra pro militibus suis metatus esset eo urbis loco, qui maximè opportunus ei videbatur, *eos* in armis manere ac prandere jussit.

munt, ubi consistant, confirmare nititur. Quæ verò adducit loca, exstant *ανάβ.* l. iv, p. 190, 192, et passim alibi. Quibus, si libet, addas licet quæ occurrunt apud *Dionys. Halic.* Antiq. Rom. l. iii, c. 57, lib. ix, c. 23, et sæpè alibi. Nec quisquam, opinor, negaverit τὰ ὅπλα τίθεσθαι pro στρατοπεδεύεσθαι apud Historicos Græcos passim usurpari. At quâ ratione hinc effici possit, ὅπλα per se posita pro *tentoriis* accipi debere, haud equidem video. Quàm rectè igitur vocem istam sic exposuit *Muretus*, aliorum sit judicium.

a Τῆς πόλεως, &c.] Ità rectè Stephanus edidit. Vulgò scribitur,—τῆς πόλεως μένειν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις, παρήγγειλεν ἀριστοποιεῖσθαι. Sed et Leunclavius vidit eo

Ταῦτα διαπραξάμενος, ἀγαγεῖν ἐκέλευσεν αὐτῷ τὸν Κροῖσον. Ὁ δὲ Κροῖσος ὡς εἶδε τὸν Κῦρον, Χαῖρε, ὦ δέσποτα, ἔφη· τοῦτο γὰρ ἡ τύχη καὶ ἔχειν τὸ ἀπὸ τοῦδε δίδωσί σοι, καὶ ἐμοὶ προσαγορεύειν. Καὶ σύ γε, ἔφη, ὦ Κροῖσε· ἐπείπερ ἄνθρωποι ἐσμὲν ἀμφότεροι. Ἀτὰρ, ἔφη, ὦ Κροῖσε, [a] ἆρ' ἄν τι μοι ἐθελήσαις συμβουλεῦσαι; Καὶ βουλοίμην γ' ἄν, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἀγαθόν τι σοι εὑρεῖν· τοῦτο γὰρ ἂν οἶμαι ἀγαθὸν κἀμοὶ γενέσθαι. Ἄκουσον τοίνυν, ἔφη, ὦ Κροῖσε· ἐγὼ γὰρ ὁρῶν τοὺς στρατιώτας πολλὰ πεπονηκότας, καὶ πολλὰ κεκινδυνευκότας, καὶ νῦν νομίζοντας πόλιν ἔχειν [b] τὴν πλουσιωτάτην ἐν τῇ Ἀσίᾳ μετὰ Βαβυλῶνα, [c] ἀξιῶ ὠφεληθῆναι τοὺς στρατιώτας. Γινώσκω γὰρ, ἔφη, ὅτι εἰ μή τινα καρπὸν λήψονται

His perfectis, Crœsum ad se adduci præcepit. Et Crœsus ubi Cyrum vidit, Salve, inquit, domine: hoc enim *nomine* tibi ut deinceps fruaris tribuit fortuna; mihi, ut *eo te* adpellem. *Salve* tu quoque, ait, Crœse; quandoquidem homines ambo sumus. Verùm, Crœse, inquit, velisne mihi consilium dare? Etiam, Cyre, inquit, aliquid boni tibi reperire velim: nam idem arbitrarer etiam mihi fructuosum fore. Audi ergo, Crœse, inquit: quia video milites multis laboribus perfunctos, multísque versatos in periculis, nunc etiam putare se urbe *totius* Asiæ, post Babylonem, opulentissimâ potitos; æquum judico, ut aliquid utilitatis ad eos perveniat. Nam futurum intelligo, ut nisi quem laborum suorum fructum percipiant,

quo reposuimus modo rectiùs scribi; mutatâ scil. distinctione et copulâ καὶ adjectâ, quam, teste Leunclavio, Budensis etiam liber habet.

a Ἆρ' ἄν τι, &c.] Lege *Herodot.* lib. i, c. 88, et seq.

b Τὴν πλουσιωτάτην, &c.] Cyrus reconditis iis potiri jam incipit thesauris, quos Deus per prophetam *Isaiam*, c. xlv, v. 3, ei se daturum olim promiserat. Alterâ scilicet ex opulentissimis, quotquot usquam gentium fuerunt id ætatis, urbibus expugnatâ, mox alteram, somno vinóque sepultam, pari invasurus est successu. *Herodot.* l. i, c. 29. Σάρδις ἀκμάζουσαι πλούτῳ. *Strabo*, lib. xiii, T. II, p. 928. Αἱ δὲ Σάρδεις πόλις ἦσι μεγάλη, &c. et eod. lib. p. 930, 931. *Plin.* H. N. lib. v, c. 29. *Celebratur* (Lydia) *maximè Sardibus in latere Tmoli montis.* Vide *Polyæn.* lib. vii, c. 6. Accidit autem hæc Sardium expugnatio an. m. 3456. P. J. 4166, ante æram Christ. 548.

c Ἀξιῶ ὠφεληθῆναι τοὺς, &c.] Ità MS. Bodl. et edit. *Leuncl. Ald. Eton.* aliæque. Eandem lectionem *Philelphus* in suo etiam libro invenit. *Gabrielius* ex suis exemplaribus hanc scripturam adfert—— ὠφεληθῆναι· γινάσκω γὰρ, &c. quam secutus est Stephanus. Miror tamen hunc de omissis vocibus istis, τοὺς στρατιώτας, contra plurium librorum fidem, nè unum quidem addidisse verbum. *Mureto* quoque vulgata displicet scriptura; atque adeò pro τοὺς, scribendum αὐτοὺς, et vocem στρατιώτας delendam censet. Utcunque verò vocum istarum, τοὺς στρατιώτας, ingrata videatur repetitio, eas tamen temerè sublatas nolim. Rectè enim Cl. *Hombergius* ad Joh. v, 36, notat, auctores ejusmodi repetitione uti, cùm persona vel res, de quâ loquuntur, per interjectionem plurium commatum, remotior est; quo casu, plerumque solemus verbum αὐτὸς vel pronomen aliud demonstrativum adhibere ad indicandam rem, de quâ loquimur, Æli. V. H, l. viii, c. 9, Ἀρχέλαον—Κρατεύας—ἀπέκλεινε τὸν ἰσχὺν, ὁ Κρατεύας Ἀρχέλαον. Idem l. ix, c. 4, ἐζηλοτύπησε δὲ Πολυκράτης, ὅτι Σμερδίην—καὶ ἀπέκτεινε τὸν παῖδα ὁ Πολυκράτης. Vide etiam lib. x, c. 22.

τῶν πόνων, ἃ δυνήσομαι αὐτὰς πολὺν χρόνον πειθομένας ἔχειν. Διαρπάσαι μὲν ἂν αὐτοῖς ἐφεῖναι τὴν πόλιν ἃ βάλομαι· τήν τε γὰρ πόλιν νομίζω ἅμα διαφθαρῆναι, ἔν τε τῇ ἁρπαγῇ εὖ οἶδ' ὅτι οἱ [a] πονηροὶ πλεονεκτήσειαν ἄν. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κροῖσος ἔλεξεν, Ἀλλ' ἐμὲ, ἔφη, ἔασον λέξαι πρὸς ὃς ἂν ἐγὼ Λυδῶν ἐθέλω, ὅτι διαπέπραγμαι παρὰ σὲ μὴ ποιῆσαι ἁρπαγὴν, μηδὲ ἐᾶσαι ἀφανισθῆναι παῖδας καὶ γυναῖκας· ὑπεσχόμην δέ σοι ἀντὶ τούτων ἢ μὴν παρ' ἑκόντων Λυδῶν ἔσεσθαι πᾶν ὅ,τι καλὸν κἀγαθόν ἐστιν ἐν Σάρδεσιν. Ἢν γὰρ ταῦτα ἀκούσωσιν, [b] οἶδ' ὅτι ἄξουσι πᾶν ὅ,τι ἐστὶν ἐνθάδε καλὸν κτῆμα ἀνδρὶ καὶ γυναικί· καὶ ὁμοίως εἰς νέωτα πολλῶν καὶ καλῶν πάλιν σοι πλήρης ἡ πόλις ἔσαι. Ἢν δὲ διαρπάσῃς, καὶ αἱ τέχναι σοι, ἃς πηγὰς φασι τῶν καλῶν εἶναι, διεφθαρμέναι ἔσονται. [c] Ἔξεστι δέ σοι ἰδόντι ταῦτα, ἐλθόντι ἔτι καὶ περὶ τῆς ἁρπαγῆς βουλεύσασθαι. Πρῶτον δὲ, ἔφη, ἐπὶ τοὺς ἐμοὺς θησαυροὺς πέμπε, καὶ παραλαμβανέτωσαν οἱ σοὶ φύλακες παρὰ

dicto eos audientes diu non sim habiturus. Sed urbem tamen eis diripiendam concedere non est animus: nam et urbs, meâ sententiâ, prorsùs interiret, et in direptione plurimum utilitatis caperent, qui maximè sunt improbi. Quæ ubi Crœsus audîsset, Me verò dicere sinito Lydis, ait, quibus ego voluero, impetrâsse me abs te, nè direptio fiat, néve permittatur ut liberi et conjuges ab eorum conspectu abstrahantur: próque hoc tibi pollicitum esse, futurum omnino, ut Lydi tibi libentes offerant, quidquid Sardibus pulchrum et præclarum sit. Nam si hæc audierint, adlaturos scio quidquid pulchræ rei vir aut mulier hîc habuerit: itidémque alterum in annum multis ac pulchris rebus iterum urbs tibi referta erit. Quòd si *eam* diripueris, etiam artificia tibi, quæ bonorum fontes esse perhibent, perierint. Prætereà licet tibi, postquam hæc intuitus sis, *huc* etiam redire déque direptione consultare. Primùm autem, inquit, ad meos thesauros mittito, atque *hos* à custodibus meis

a Οἱ πονηροὶ πλεονεκτήσειαν ἄν] MSto Bodl. οἱ πονηρότατοι. Sed positivum et superlativum pro se invicem usurpari docent passim grammatici. Confer. Matt. xxii. 36, ubi frustra sunt *Maldonatus*, et *Vorstius* Philol. Sacer. par. ii, p. 3, et seq. qui μεγάλη, pro μεγίστη, per Hebraïsmum poni putant. Sententiam verò ipsam illustrant hæc verba *Demosthenis*: Ἰταμὸν γὰρ ἡ πονηρία, καὶ τολμηρὸν, καὶ πλεονεκτικόν, καὶ τἀναντίον ἡ καλοκἀγαθία ἡσυχιον, καὶ ὀκνηρον, καὶ βραδὺ, καὶ δεινὸν ἐλαττοῦσθαι. Orat. pri. in *Aristogeit.* p. 831, 832, edit. Francf.

b Οἶδ' ὅτι ἄξουσι] Vulgò, ἄξωσι Quo modo cùm parum commodè scribi videret Stephanus, adjiciendum φέροντες vel ἄγοντες, vel utrumque putabat. Mihi verò mutatione unius literæ rectiùs huic loco consuli posse visum est. Nec aliter restituendum ante nos monuerunt Leunclavius et Muretus.

c Ἔξεστι δέ σοι] In MS. Bodl. reperitur, Ἔξεσται, &c. quod reponendum, delendúmque ἐλθόντι, quod mox sequitur, censet *Muretus*. Sed nobis haud ità displicet vulgata lectio, ut eam contra aliorum librorum fidem immutaremus.

τῶν ἐμῶν φυλάκων. Ταῦτα μὲν δὴ ἅπαντα ὅτῳ συνήνεσε ποιεῖν ὁ Κῦρος, ὥσπερ ἔλεξεν ὁ Κροῖσος·

Τάδε δέ μοι, ἔφη, πάντως, ὦ Κροῖσε, λέξον, πῶς ἀποβέβηκε τὰ ἐκ τῆ [a] ἐν Δελφοῖς χρησηρίᾳ· σοὶ γὰρ δὴ λέγεται πάνυ τεθεραπεῦσθαι ὁ Ἀπόλλων, καὶ σὲ πάντα ἐκείνῳ πειθόμενον πράττειν. Εὐξάμην δ' ἄν, ἔφη, ὦ Κῦρε, ὅτως ἔχειν· νῦν δὲ πάντα τἀναντία εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πράττων [b] προσηνέχθην τῷ Ἀπόλλωνι. Πῶς δέ; ἔφη ὁ Κῦρος, δίδασκε· πάνυ γὰρ παράδοξα λέγεις. Ὅτι πρῶτον μέν, ἔφη, ἀμελήσας ἐρωτᾶν τὸν θεὸν εἴ τι ἐδεόμην, [c] ἀπεπειρώμην αὐτῆ, εἰ δύναιτο ἀληθεύειν. Τοῦτο δὲ μὴ ὅτι ὁ θεός, ἔφη, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωποι καλοὶ κἀγαθοί, ἐπειδὰν γνῶσιν ἀπιστούμενοι, οὐ φιλοῦσι τοὺς ἀπιστοῦντας. [d] Ἐπεὶ μέντοι ἔγνων ἐγὼ μάλα ἄτοπα ἐμοῦ ποιοῦντος, καὶ πρόσω Δελφῶν ἀπέχοντος, ὅτῳ δὴ πέμπω περὶ παίδων. Ὁ δέ μοι τὸ μὲν πρῶτον οὐδ' ἀπεκρίνατο· ἐπεὶ δὲ ἐγὼ [e] πολλὰ μὲν πέμπων ἀναθήματα χρυσᾶ, πολλὰ δ' ἀργυρᾶ, πάμπολλα δὲ θύων, ἐξιλασάμην ποτὲ αὐτὸν, ὡς ἐδόκουν,

tui custodes accipiant. Et hæc quidem omnia sic fieri censuit oportere Cyrus, utì Crœsus dixerat:

At ista mihi, Crœse, inquit, omninò memorato, quonam evaserint, quæ Delphico *tibi* sunt oraculo prodita: nam fertur *is* Apollo admodùm abs te cultus, téque *fertur* omnia sic agere, ut illi obtemperes. Vellem, inquit, Cyre, sic comparatæ res essent: nunc verò eum me Apollini exhibui, qui contraria omnia statim ab initio facerem. Quomodo verò? ait Cyrus, edoce: nam valdè *quidem* mira refers. Primùm, ait, posthabitâ curâ interrogandi deum si quâ re mihi opus esset, periculum feci, an vera respondere posset. At non solùm deus, inquit, sed homines etiam honesti ac boni, cùm fidem non haberi sibi animadvertunt, haud amant diffidentes. Cùm verò animadverterem absurdè admodùm me agere, ac procul Delphis abessem, mitto de liberis interrogatum. Ille mihi primùm nè respondit quidem: ubi verò missis multis donariis aureis, argenteis etiam multis, permultísque cæsis hostiis, tandem eum aliquando placavi, utì *quidem* ipse arbitrabar,

a Ἐν Δελφοῖς] *Delphi*, oppidum nobilissimum Phocidis, templo (quod Agamedes et Trophonius exædificavisse traduntur Ciceroni *Tusc. Disp.* lib. i, c. 47.) et oraculis celeberrimum. De situ urbis et primâ templi structurâ vide *Pausan.* in Phocicis p. 618, 619. Phœbum à Constantino tandem M. ex adyto suo extractum fuisse, tripode Constantinopolin lato, tradit *Socrates* Histor. Eccles. lib. i, c. 16.

b Προσηνέχθην τῷ, &c.] Elegans loquendi genus est προσφέρεσθαί τινι, pro *versari cum aliquo* et *se* ποιόν τινα *ei præbere*. Vide Heb. xii, 7, ubi phraseos hujusce vis plerosque latuit interpretes.

c Ἀπεπειρώμην αὐτῆ, &c.] Lege *Herodot.* lib. i, 47 et 48.

d Ἐπεὶ μέντοι ἔγνων] Ità rescripsimus ex consentientibus Stephani et Leunclavii conjecturis. Priùs legebatur ἔγνω.

e Πολλὰ μὲν, &c.] Vide sis *Herodot.* lib. i, p. 50, 51, et de Crœsi filiis p. 43, 85, necnon *A. Gell.* lib. v, c. 9.

τότε δή μοι ἀποκρίνεσθαι ἐρωτῶντι, τί ἄν μοι ποιήσαντι παῖδες γένοιντο· ὁ δὲ εἶπεν ὅτι ἔσοιντο. Καὶ ἐγένοντο μὲν (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἐψεύσατο), γενόμενοι δὲ οὐδὲν ὤνησαν. Ὁ μὲν γὰρ, κωφὸς ὢν διετέλει· ὁ δὲ, ἄριστος γενόμενος, ἐν ἀκμῇ τοῦ βίου ἀπώλετο. Πιεζόμενος δὲ ταῖς περὶ τοὺς παῖδας, συμφοραῖς, πάλιν πέμπω, καὶ ἐπερωτῶ τὸν θεὸν τί ἂν ποιῶν τὸν λοιπὸν βίον εὐδαιμονέστατα διατελέσαιμι· ὁ δέ μοι ἀπεκρίνατο, [a] ΣΑΥΤΟΝ ΓΙΝΩΣΚΩΝ, ΕΥΔΑΙΜΩΝ, ΚΡΟΙΣΕ, ΠΕΡΑΣΕΙΣ. [b] Ἐγὼ δὲ ἀκούσας τὴν μαντείαν, ἥσθην· ἐνόμιζον γὰρ τό γε ῥᾴδιόν μοι αὐτὸν προσάξαντα, τὴν εὐδαιμονίαν διδόναι. Ἄλλους μὲν γὰρ γινώσκειν τοὺς μὲν οἷόν τ' εἶναι, τοὺς δ' οὔ· ἑαυτὸν δὲ ὅστις ἐστὶ, πάντα τινὰ ἐνόμιζον ἄνθρωπον εἰδέναι. Καὶ τὸν μετὰ ταῦτα δὴ χρόνον, ἕως μὲν εἶχον ἡσυχίαν, οὐδὲν ἐνεκάλουν μετὰ τὸν τῶν παιδὸς θάνατον ταῖς τύχαις. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεπείσθην ὑπὸ τοῦ Ἀσσυρίου ἐφ' ὑμᾶς στρατεύεσθαι, εἰς πάντα κίνδυνον ἦλθον· [c] ἐσώθην μέντοι οὐδὲν κακὸν λαβών. Οὐκ αἰτιῶμαι δὲ οὐδὲ τόνδε τὸν θεόν. Ἐπεὶ γὰρ ἔγνων ἐμαυτὸν μὴ ἱκανὸν ὑμῖν μάχεσθαι, ἀσφαλῶς σὺν τῷ θεῷ ἀπῆλθον, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ σὺν ἐμοί.

tunc mihi quærenti quid faciendum esset, ut liberi mihi nascerentur: respondit ille, habiturum me liberos. Ac nati quidem mihi sunt (quippe nec in hoc mentitus est), sed nati nulli usui fuêre. Nam alter *eorum* mutus mansit; alter, qui præstantissimus extitit, in ipso ætatis flore periit. Cùm his liberorum calamitatibus premerer, iterum mitto, deúmque interrogo, quid à me fieri oporteret, ut id quod esset vitæ reliquum exigere felicissimè possem: respondit ille mihi, SI TE NOSCAS, CROESE, VITAM FELICITER TRANSIBIS. Hoc audito oraculo, gavisus sum: arbitrabar enim eum felicitatem mihi tribuere, rem facillimam imperando. Nam alios partim cognosci posse, partim non: quis verò sit ipsemet, quemlibet hominem scire putabam. Omníque adeò deinceps tempore, quamdiu quietem colui, nihil erat post mortem filii, quamobrem casus fortuitos culparem. Verùm posteaquam ab Assyrio sum persuasus, ut expeditionem adversùs vos susciperem, omnis generis adii pericula; nec ullo tamen accepto malo servatus sum. Ac nè de his quidem deum incuso. Nam ubi me ad pugnandum adversùs vos idoneum non esse animadverti, tutò, dei ope, tum ipse tum mei *mecum*

a ΣΑΥΤΟΝ, &c.] Vim præcepti istius, γνῶθι σεαυτὸν, in hunc modum interpretatur Cicero *Tusc. Disp.* lib. i, c. 22. *Nosce animum tuum*, h. e. explora et considera tuam imbecillitatem. Vide porrò, si tanti sit, quæ de eodem præcepto congessit *Stobæus* serm. 21.

b Ἐγὼ δὲ ἀκούσας, &c.] Legitur etiam ἐπεὶ δὲ ἀκούσας, vel ἐπεὶ δὲ ἤκουσα. Sed Stephanum omninò sequendum duxi; qui pro lectionibus istis, ex vet. exempl. auctoritate substituit, ἐγὼ δὲ ἀκούσας. Eandem lectionem ex vetustis suis exemplaribus adfert *Gabrielius*.

c Ἐσώθην μέντοι, &c.] Lege, si placet, *Diodor. Sic.* lib. xiii, p. 151.

Νῦν δ' αὖ πάλιν ὑπό τε πλήθους τῶν παρόντος διαθρυπτόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν δεομένων μοι προσάτην γενέσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν δώρων ὧν ἐδίδοσάν μοι, καὶ ὑπ' ἀνθρώπων, οἵ με κολακεύοντες ἔλεγον ὡς εἰ ἐγὼ ἐθέλοιμι ἄρχειν, πάντες ἂν ἐμοὶ πείθοιντο, καὶ μέγιστος ἂν εἴην ἀνθρώπων· ὑπὸ τοιούτων δὴ λόγων ἀναφυσώμενος, ὡς εἴλοντό με πάντες οἱ κύκλῳ βασιλεῖς προσάτην τοῦ πολέμου, ὑπεδεξάμην τὴν στρατηγίαν, ὡς ἱκανὸς ὢν μέγιστος γενέσθαι· ἀγνοῶν ἄρα ἐμαυτὸν, ὅτι σοι ἀντιπολεμεῖν ἱκανὸς ᾤμην εἶναι, πρῶτον μὲν ἐκ θεῶν γεγονότι, ἔπειτα δὲ διὰ βασιλέων πεφυκότι, ἔπειτα δ' ἐκ παιδὸς ἀρετὴν ἀσκοῦντι· τῶν δ' ἐμῶν προγόνων ἀκούω τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα ἅμα τε βασιλέα καὶ ἐλεύθερον γενέσθαι. Ταῦτ' οὖν ἀγνοήσας, δικαίως, ἔφη, ἔχω τὴν δίκην. Ἀλλὰ νῦν δή, ἔφη, ὦ Κῦρε, γινώσκω μὲν ἐμαυτόν· σὺ δ' ἔτι δοκεῖς ἀληθεύειν τὸν Ἀπόλλω, ὡς εὐδαίμων ἔσομαι γινώσκων ἐμαυτόν; Σὲ δ' ἐρωτῶ διὰ τοῦτο, ὅτι ἄριστ' ἂν μοι δοκεῖς εἰκάσαι τοῦτο ἐν τῷ παρόντι· καὶ γὰρ δύνασαι ποιῆσαι. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπε, Βουλήν μοι δὸς περὶ τούτου, ὦ Κροῖσε· ἐγὼ γάρ σε ἐννοῶν τὴν πρόσθεν εὐδαιμονίαν,

evasimus. Sed rursùm nunc deliciis opulentiæ præsentis diffluens, et ob eorum preces qui me rogabant ut eis præessem, et ob illa munera quæ mihi donabant, et illorum hominum operâ, qui mihi adsentando futurum dicebant ut omnes mihi parerent, et *omnium ego* mortalium maximus evaderem, modò cum imperio esse vellem; ejusmodi *inquam* verbis inflatus, ubi reges omnes undique belli me præsidem legerunt, suscepi munus imperatorium, quasi essem is, qui maximus evadere possem; meipsum certè ignorans, qui bello adversùs te gerendo parem me tibi arbitrarer, primùm ex diis genito, deindè regibus orto, atque etiam à puero ad virtutem exercitato: at ex majoribus meis eum, qui primus regno potitus est, audio simul et regnum et libertatem esse consequutum. Hæc ego cùm ignoraverim, meritò, inquit, pœnam subeo. Nunc autem, Cyre, inquit, meipsum nosco: an tu verò adhuc veracem Apollinem existimas, qui beatum me fore dixit, si meipsum nôssem? Te autem propterea interrogo, quòd optimè conjecturam mihi de hoc facturus in præsentiâ videris; potes enim id facere. Et Cyrus, Da verò mihi, inquit, de hoc consilium, Crœse: nam ego mecum in animo considerans felicitatem tuam pristinam,

a Τῶν δ' ἐμῶν, &c.] An M. 3286. J. P. 3996, ante ær. Christ. 718, ab Heraclidis Lydorum regnum ad Crœsi genus, qui vocabantur Mermnadæ, translatum est. Gygem (cujus adnepos erat Crœsus), Candaulis Heraclidarum novissimi satellitem, vitam simul et regnum huic eripuisse tradit *Herodotus*, lib. i, c. 7, et seq. Et regiarum pecudum pastorem fuisse Gygem in lib. ii, de *Repub.* haud longè ab initio adfirmat *Plato*.

οἰκτείρω τέ σε, καὶ ἀποδίδωμι ἤδη γυναῖκά τε ἔχειν, ἣν εἶχες, καὶ τὰς θυγατέρας (ἀκήκοα γάρ σοι εἶναι) καὶ τὴς φίλης, καὶ τὴς θεράποντας, [a] καὶ τράπεζαν σὺν οἵᾳ περ ἐζῆτε· μάχας δέ σοι καὶ πολέμης ἀφαιρῶ. Μὰ Δία μηδὲν τοίνυν, ἔφη ὁ Κροῖσος, σὺ ἐμοὶ ἔτι βουλεύου ἀποκρίνασθαι περὶ τῆς ἐμῆς εὐδαιμονίας· ἐγὼ γάρ ἤδη σοι λέγω, ἢν ταῦτά μοι ποιήσῃς ἃ σὺ λέγεις, ὅτι ἦν ἄλλοι τε μακαριωτάτην ἐνόμιζον εἶναι βιοτήν, καὶ ἐγὼ συνεγίνωσκον αὐτοῖς, ταύτην καὶ ἐγὼ νῦν ἔχων διάξω. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπε, [b] Τίς δὴ ὁ ἔχων ταύτην τὴν μακαρίαν βιοτήν; Ἡ ἐμὴ γυνή, εἶπεν, ὦ Κῦρε· ἐκείνη μὲν γὰρ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν μαλακῶν καὶ εὐφροσυνῶν πασῶν ἐμοὶ τὸ ἴσον μετεῖχε· φροντίδων δὲ ὅπως ταῦτα ἔσαι, καὶ πολέμου καὶ μάχης ὑ μετῆν αὐτῇ. Οὕτω δὴ νῦ σὺ δοκεῖς ἐμὲ κατασκευάζειν, ὥσπερ ἐγὼ ἦν ἐφίλευν μάλις' ἀνθρώπων· ὥστε τῷ Ἀπόλλωνι ἄλλα μοι δοκῶ χαριστήρια ὀφειλήσειν. Ἀκούσας δὲ ὁ Κῦρος τὰ λόγου αὐτοῦ, ἐθαύμασε μὲν τὴν εὐθυμίαν· [c] ἤγετο δὲ τολοιπὸν ὅποι καὶ αὐτὸς πορεύοιτο· εἴτ' ἄρα καὶ χρήσιμόν τι νομί-

misericordiâ moveor erga te, conjugémque tibi jam habere permitto, quam habuisti; et filias (audio enim esse tibi *quasdam)*, et amicos, et famulos, et mensam, quali *hactenus* estis usi: pugnas autem et bella tibi adimo. Ergo, ait Crœsus, nihil tu profectò amplius deliberes, quid mihi de meâ felicitate respondeas: etenim ipse jam tibi dico, si hæc, quæ *nunc* ais, feceris, fore ut quam alii vitam beatissimam ducere solent, etiam me adsentiente, hanc modò consequutus agam. Et Cyrus, Quis, ait, beatæ istius vitæ compos est? Uxor mea, inquit, Cyre: nam illi mecum pars æqua bonorum, et mollitiarum, et gaudiorum fuit; curarum verò quo pacto hæc contingerent, et belli et pugnæ nihil mecum ei commune fuit. Ac tu quoque me talem efficere velle videris, qualem ego illam quam *omnium* hominum maximè diligebam; adeò ut Apollini *etiam* alia munera, quibus me gratum ei præbeam, mox debere mihi videar. His Crœsi verbis auditis, Cyrus *in eo* tranquillitatem animi est admiratus; deinceps *ille*, quocunque Cyrus proficisceretur, *unà* ducebatur; sive adeò propterea quòd eum ad aliquam rem utilem esse puta-

a Καὶ τράπεζαν] Hoc vocabulo victus significatur etiam Act. vi, 2.

b Τίς δὴ ὁ, &c.] Ità libri, quos vidi, omnes. *Gabrielius* in suis invenit exemplaribus, Τίς δ' ἣν ἔχων—et mox, Ἐκείνη γὰρ τῶν μὲν ἀγαθῶν, &c. quas lectiones probat Stephanus.

c Ἤγετο δὲ, &c.] Sapientis hoc imperatoris consilium memoratur etiam in *Valesii* excerptis ex *Diodor.* p. 241, et ex *Nic. Damasc.* p. 454 et 462.

ζων αὐτὸν εἶναι, εἴτε καὶ ἀσφαλέστερον ὅτως ἡγούμενος. Καὶ τότε μὲν ὅτως ἐκοιμήθησαν·

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ καλέσας ὁ Κῦρος τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας τοῦ στρατεύματος, τοὺς μὲν αὐτῶν ἔταξε τοὺς θησαυροὺς παραλαμβάνειν, τοὺς δ' ἐκέλευσεν, ὁπόσα παραδοίη Κροῖσος χρήματα, πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς ἐξελεῖν ὁποῖα ἂν [a] οἱ μάγοι ἐξηγῶνται, [b] ἔπειτα τὰ ἄλλα χρήματα παραδεχομένους, ἐν ζυγάστροις σήσαντας ἐφ' ἁμαξῶν ἐπισκευάσαι, καὶ διαλαχόντας τὰς ἁμάξας κομίζειν ὅποιπερ ἂν αὐτοὶ πορεύωνται· ἵνα ὅποι καιρὸς εἴη, διαλαμβάνοιεν ἕκαστοι τὰ ἄξια. Οἱ μὲν δὴ ταῦτ' ἐποίουν·

Ὁ δὲ Κῦρος καλέσας τινὰς τῶν παρόντων ὑπηρετῶν, Εἴπατέ μοι, ἔφη, ἑώρακέ τις ὑμῶν Ἀβραδάτην; θαυμάζω γάρ, ἔφη, ὅτι πρόσθεν θαμίζων ἐφ' ἡμᾶς, νῦν ἀδαμοῦ φαίνεται. Τῶν δ' ὑπηρετῶν τις [c] ἀπεκρίνατο ὅτι, ὦ δέσποτα, οὐ ζῇ, ἀλλ' ἐν τῇ μάχῃ ἀπέθανεν, ἐμβαλὼν τὸ ἅρμα εἰς τοὺς Αἰγυπτίους· οἱ δ' ἄλλοι, πλὴν τῶν ἑταίρων αὐτοῦ ἐξέκλιναν, ὡς φασίν, ἐπεὶ τὸ σίφος εἶδον τὸ τῶν Αἰγυπτίων. Καὶ νῦν γε, ἔφη, λέγεται αὐτοῦ ἡ γυνὴ, ἀνελομένη τὸν νεκρὸν, καὶ ἐνθεμένη εἰς τὴν ἁρμάμαξαν, ἐν ᾗ περ αὐτὴ ὤχειτο, προσκεκομικέναι αὐτὸν ἐνθάδε πη πρὸς

ret, seu quòd ità tutiùs arbitraretur. Ac tum quidem hoc modo quieti se dederunt:

Postridiè Cyrus amicis et ducibus copiarum convocatis, eorum alios quidem constituit qui thesauros acciperent, aliis præcepit, ut de iis pecuniis, quascunque Crœsus traderet, primùm diis seligerent, quas magi *seligendas* præscriberent; deindè reliquas pecunias acceptas in arcis locarent ac plaustris imponerent, *iisdémque* plaustris sorte distributis *secum eas* portarent, quocunque proficiscerentur ipsi; ut opportuno tempore, *sua* singuli pro meritis acciperent. Et hi quidem ista exsequebantur:

Cyrus autem quibusdam ex ministris qui aderant arcessitis, Dicite mihi, ait, an aliquis vestrûm Abradatam vidit? miror enim, quod antehac frequenter nos accedere solitus, modò nusquam adpareat. *Ei* quidam ex ministris respondit, *Is*, domine, non vivit, sed in pugnâ mortuus est, cùm in Ægyptios currum suum immisisset; cæteri, sodalibus ejus exceptis, declinârunt, utì *quidem* perhibetur, posteaquam Ægyptiorum agmen conspexissent. Et uxor ipsius, inquit, jam mortuum sustulisse dicitur, atque impositum in *harmamaxam*, quâ ipsa vehi solita est, adtulisse huc aliquò

a Οἱ μάγοι, &c.] Vide p. 233.
b Ἔπειτα τὰ] Vide p. 225, not. 2. Sic infra paulò—πρῶτον μὲν Ἑστίᾳ ἔθυσαν, ἔπειτα Διί, &c.
c Ἀπεκρίνατο ὅτι, &c.] Vide quæ notavimus p. 256.

τὸν Πακτωλὸν ποταμόν. Καὶ τȣ̀ς μὲν εὐνȣ́χȣς καὶ τȣ̀ς θεράποντας αὐτȣ̃ ὀρύττειν φασὶν ἐπὶ λόφȣ τινὸς θήκην τῷ τελευτήσαντι· τὴν δὲ γυναῖκα λέγȣσιν ὡς κάθηται χαμαὶ, κεκοσμηκυῖα οἷς εἶχε τὸν ἄνδρα, τὴν κεφαλὴν αὐτȣ̃ ἔχȣσα ἐπὶ τοῖς γόνασι. Ταῦτα ἀκȣ́σας ὁ Κῦρος [a] ἐπαίσατο ἄρα τὸν μηρὸν, καὶ εὐθὺς ἀναπηδήσας ἐπὶ τὸν ἵππον, λαβὼν χιλίȣς ἱππέας ἤλαυνεν ἐπὶ τὸ πάθος. Γαδάταν δὲ καὶ Γωβρύαν ἐκέλευσεν ὅ,τι δύναιντο λαβόντας καλὸν κόσμημα ἀνδρὶ φίλῳ ϗ ἀγαθῷ τετελευτηκότι, μεταδιώκειν· ϗ ὅςις εἶχε τὰς ἑπομένας ἀγέλας καὶ βȣ̃ς ϗ ἵππȣς, εἶπε τȣ́τῳ καὶ ἄλλα πρόβατα πολλὰ ἐλαύνειν, ὅποι ἂν αὐτὸν πυνθάνηται ὄντα, ὡς ἐπισφαγείη τῷ Ἀβραδάτῃ.

Ἐπεὶ δὲ εἶδε τὴν γυναῖκα [b] χαμαὶ καθημένην ϗ τὸν νεκρὸν κείμενον, ἐδάκρυσέ τε ἐπὶ τῷ πάθει, καὶ εἶπε, Φεῦ ὦ ἀγαθὴ ϗ πιςὴ ψυχὴ, οἴχῃ δὴ ἀπολιπὼν ἡμᾶς· καὶ ἅμα ἐδεξιȣ̃το αὐτὸν, καὶ ἡ χεὶρ τȣ̃ νεκρȣ̃ ἐπηκολȣ́θησεν· ἀποκέκοπτο γὰρ κοπίδι [c] ὑπὸ τῶν

ad Pactolum fluvium. Aiunt et eunuchos et famulos ipsius quodam in tumulo conditorium mortuo fodere; et uxorem humi sedere, quæ maritum rebus iis ornârit, quascunque habuerit, ejusque caput *impositum* genibus teneat. Hæc ubi Cyrus audivit, femur sanè *suum* percussit, statímque in equum ubi insiliisset, sumptis *secum* equitibus mille, ad *tristem illum* casum advehitur. Gadatæ verò Gobryæque mandat, ut *secum* sumerent quidquid ornamenti mortuo viro amico et forti conveniret, statímque subsequerentur: et si quis greges et boves et equos secum duceret, mandabat ut alias etiam pecudes eò multas ageret, ubicunque se resciret esse, quo mactari apud Abradatam possent.

Ut humi sedentem mulierem vidit et jacentem mortuum, lacrimas ob casum *tristem* profudit, ac dixit, Heu fortem ac fidem animam, abiisti ergo nobis relictis: simul dextram mortui prehendit, atque ea subsequuta est; quippe quæ ab Ægyptiis copide fuisset am-

a Ἐπαίσατο ἄρα τὸν, &c.] Dolentis signum: vide Jer. xxxi, 19. Ezek. xxi, 12. *Homerus*, Il. μ'. v. 162.

Δή ῥα τότ' ᾤμωξέν τε καὶ ὦ πεπλήγετο μηρὼ
Ἄσιος Ὑρτακίδης—

Idem. *Odyss.* ν'. v. 198.

Ὠίμωξέν τ' ἄρ' ἔπειτα, καὶ ὦ πεπλήγετο μηρὼ
Χερσὶ καταπρηνέσσ'· ὀλοφυρόμενος—

b Χαμαὶ καθημένην] Vide supra p. 243, not. 1.

c Ὑπὸ τῶν, &c.] Leunclavius libri Budensis scripturam hanc sequutus est, ἀποκέκοπτο γὰρ κοπίδι ὑπό τῳ Αἰγυπτίων. Ipse tamen et Stephanus unà viderunt genitivum, non dativum, hîc locum habere. Itaque Leunclavius quidem potiùs ὑπό τȣ, quàm illud ὑπό τῳ scribendum censet: Stephanus, vel retinendam vulgatam scripturam, vel reponendum—ὑπό τȣ τῶν, &c. i. e. ὑπὸ τινος τῶν, &c. quòd articulum τῶν haud facilè prætermissum fuisse judicet. Sed, παρὰ γ' ἐμοὶ κριτῇ, receptam illi lectionem frustrà solicitârunt: cùm satis commodè ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων manus abscissa dicatur, quæ ὑπό τινος τῶν Αἰγυπτίων erat abscissa. Simili planè modo suprà loquitur Gobryas lib. iv, p. 236, de *Neriglissoro* Assyriorum rege: ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος μὲν τέθνηκεν ὑφ' ὑμῶν.

Αἰγυπτίων. Ὁ δὲ, ἰδὼν, πολὺ ἔτι μᾶλλον ἤλγησε· καὶ [a] ἡ γυνὴ δὲ ἀνωδύρατο, ἣ δεξαμένη δὴ παρὰ τοῦ Κύρου ἐφίλησέ τε τὴν χεῖρα, καὶ πάλιν ὡς οἷόν τ' ἦν προσήρμοσε· καὶ εἶπε, Καὶ τἆλλα τοί, ὦ Κῦρε, ἅττως ἔχει. Ἀλλὰ τί δεῖ σε ὁρᾶν; Καὶ ταῦτ', ἔφη, οἶδ' ὅτι δι' ἐμὲ ἀχ ἧκιστα ἔπαθεν, ἴσως δὲ καὶ διὰ σε, ὦ Κῦρε, ἀδὲν ἧττον. Ἐγώ τε γὰρ ἡ μωρὰ πολλὰ διεκελευόμην αὐτῷ ἅττω ποιεῖν, ὅπως σοι φίλος ἄξιος λόγου φανείη· αὐτός τε οἶδ' ὅτι ἅττος ἀ τᾶτο ἐνενόει [b] ὅ,τι πείσοιτο, ἀλλὰ τί ἂν σοι ποιήσας χαρίσαιτο. Καὶ γὰρ ἦν, ἔφη, αὐτὸς μὲν ἀμέμπτως τετελεύτηκεν, ἐγὼ δ' ἡ παρακελευομένη, ζῶσα παρακάθημαι. Καὶ ὁ Κῦρος χρόνον μέν τινα σιωπῇ κατεδάκρυσεν, ἔπειτα δὲ ἐφθέγξατο, Ἀλλ' ἅττος μὲν δὴ, ὦ γύναι, ἔχει τὸ κάλλιστον τέλος· νικῶν γὰρ τετελεύτηκε· σὺ δὲ λαβοῦσα τοῖσδε ἐπικόσμει αὐτὸν τοῖς παρ' ἐμοῦ· (παρῆν δὲ Γωβρύας καὶ ὁ Γαδάτας, πολὺν ἤδη κάλλον κόσμον φέροντες)

putata. Cyrus *id* cùm vidit, multò etiam majori dolore adfectus est: mulier autem ejulare cœpit, acceptámque à Cyro manum osculabatur, et rursùs *loco eam*, utì quidem poterat, accommodavit; dixítque, Etiam cætera, Cyre, sic se habent. Verùm quid attinet *ea* te adspicere? Atque hæc, ait, scio propter me maximè ipsi accidisse, ac fortassis etiam propter te, Cyre, nihilo minùs. Etenim stulta ego multis eum cohortata sum, efficeret, ut amicum in aliquo numero habendum tibi se declararet: et ipse *sat* scio, non quid sibi accideret, cogitabat; sed quibus facinoribus editis tibi gratificaretur. Quamobrem ipse quidem, inquit, extremum vitæ diem ità morte confecit, ut de eo nemo conqueri possit, ego verò hortatrix ei viva hîc adsideo. Cyrus aliquamdiu cum silentio lachrymas fudit, deindè dixit, Hic verò, mulier, finem præclarissimum sortitus est; nam victor diem obiit supremum: tu verò hæc à me accipito, quibus eum ornes: (nam Gobryas Gadatásque *jam* aderant, copiosum et elegantem ferentes ornatum)

a Καὶ ἡ γυνὴ δὴ ἀνωδύρατο, &c.] Haud ità dissimilem *Corneliæ* dolentis imaginem repræsentat *Lucanus*, l. ix, v. 109, et seq.

Sic ubi fata, caput ferali obducit amictu,
Decrevítque pati tenebras—
—sævúmque arctè complexa dolorem,
Perfruitur lachrymis, et amat pro conjuge luctum.

Panthéam autem argumentum Epici carminis fecerat *Soterichus* poëta ἐπόποιος ut narrat *Suidas* ad v. Σωτήριχος.

b Ὅ,τι πείσοιτο] Exstat hæc lectio, Leunclavio teste, in libro Budensi; cujus etiam in MSto Bodl. haud obscura remanent vestigia; exhibet enim πήσιτο, haud pœnitendam sanè scripturam; nam legitur et πείσομαι et πήσομαι in futuro verbi πάσχω. Quæ verò Stephanus de hoc πείσοιτο tanquam à πειθεσθαι formato congessit, ἀπροσδιόνυσα omninò sunt. In libris vulgatis pessimè scribitur ὅ,τι ποιήσοιτο. Nostram lectionem ipsa loci sententia flagitat, orationísque tuetur series; nam sic illa modò, οἶδ' ὅτι δι' ἐμὲ ἀχ ἧκιστα ἔπαθεν, &c. eam etiam ex suis exemplaribus adfert *Gabrielius*, et recipiendam monet *Muretus*. Sed, exemplum ejusdem prorsùs orationis serici et locutionis, dubitationem quod omnem tollat, ex ipso adferam Xenophonte:—ὡς μὴ τᾶτο μόνον ἐννοῶνται τί πείσονται, ἀλλὰ καὶ τί ποιήσουσι, πολὺ, &c. Exped. lib. iii, p. 177, *edit. Steph.*

ἔπειτα δ', ἔφη, ἴσθι ὅτι ἀδὲ τὰ ἄλλα ἄτιμος ἔσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ μνῆμα πολλοὶ χώσουσιν [a] ἀξίως ὑμῶν, καὶ ἐπισφαγήσεται αὐτῷ ὅσα εἰκὸς ἀνδρὶ ἀγαθῷ. Καὶ σὺ δὲ, ἔφη, ἀκ ἔρημος ἔσῃ, ἀλλ' ἐγώ σε καὶ σωφροσύνης ἕνεκα καὶ πάσης ἀρετῆς καὶ τἆλλα τιμήσω, καὶ συσήσω ὅσις ἀποκομιεῖ σε, ὅποι ἂν αὐτὴ ἐθέλῃς· μόνον, ἔφη, δήλωσον πρὸς ὁντινα χρήζεις κομισθῆναι. Καὶ ἡ Πάνθεια εἶπεν, Ἀλλὰ θαῤῥεῖ, ἔφη, ὦ Κῦρε· ἀ μή σε κρύψω, πρὸς ὁντινα βέλομαι ἀφικέσθαι.

Ὁ μὲν δὴ ταῦτα εἰπὼν ἀπῄει, κατοικτείρων τήν τε [b] γυναῖκα, οἵᾳ ἀνδρὸς σεροῖτο, καὶ τὸν ἄνδρα, οἵαν γυναῖκα καταλιπὼν ἀκέτ' ὄψοιλο. Ἡ δὲ γυνὴ τὰς μὲν εὐνέχας ἐκέλευσεν ἀποσῆναι· (ἕως ἄν, ἔφη, τόνδε ἐγὼ ὀδύρωμαι ὡς βέλομαι) τῇ δὲ τροφῷ εἶπε παραμένειν, καὶ ἐπέταξεν αὐτῇ, ἐπειδὰν ἀποθάνῃ, περικαλύψαι αὐτήν τε ἢ τὸν ἄνδρα ἐν ἑνὶ ἱματίῳ. Ἡ δὲ τροφὸς πολλὰ ἱκετεύσασα μὴ ποιεῖν τᾶτο, ἐπεὶ ἀδὲν ἤνυε, καὶ χαλεπαίνουσαν ἐῶρα, ἐκάθητο κλαίουσα. Ἡ δὲ, ἀκινάκην πάλαι [c] παρεσκευασμένη,

deindè scito, inquit, nè quidem alios honores ei defuturos, sed et monumentum *illi* complures ex dignitate vestrâ aggesto tumulo conficient; et mactabuntur ei quæcunque viro forti æquum est *mactari*. Tu quoque deserta, inquit, non eris, sed ego te propter pudicitiam virtutésque *tuas* cæteras cùm aliis rebus colam, tum *alicui* commendabo, qui te quocunque voles deportabit: tantùm, ait, indicato ad quem deportari te cupias. Et Panthéa, Securo sis animo, inquit, Cyre; nequaquam te celabo, ad quem pervenire velim.

Cyrus hæc loquutus discessit, tum mulieris misertus, quæ virum talem amisisset, tum viri, qui relictam uxorem talem non ampliùs adspiceret. Mulier autem eunuchos secedere jussit; (donec istum ego, inquit, ex animi sententiâ lamentando deflevero) nutrici dixit ut *secum* maneret, eidémque præcepit, ut se, mortem ubi occubuisset, et virum unâ veste velatos obtegeret. Nutrix multis eam precata suppliciter, nè id faceret, cùm nihil proficeret, ipsámque videret indignari, sedit lachrymans. Tum *mulier*, quæ acinacem dudum *ad hoc* paratum haberet,

a Ἀξίως ὑμῶν] Vulgò, ἡμῶν, *ex dignitate nostrâ*. Sed Leunclavio Stephanóque libens accedo, qui potiùs legendum putant ἀξίως ὑμῶν, *ex dignitate vestrâ*; scil. Abradatæ et Panthéæ. Hæc autem invicem permutari solere pronomina, neminem exemplaribus Græcis versandis adsuetum latet.

b Γυναῖκα, οἵᾳ ἀνδρὸς, &c.] Gemina huic exstat locutio apud *Platonem*, sub fin. *Phæd.* de morte Socratis loquentem: ὥστε ἐγκαλυψάμενος ἀπέκλαιον ἐμαυτόν· ἀ γὰρ δὴ ἐκεῖνόν γε, ἀλλὰ τὴν ἐμαυτοῦ τύχην, οἵᾳ ἀνδρὸς ἑταίρᾳ ἐστερημένος εἴην· ubi λογιζόμενος, vel quid simile, ex mente Budæi, subaudiendum.

c Παρεσκευασμένη] Stephanus legit, παρασκευασμένη, alterâ illâ voce in marginem rejectâ. Nos MStum Bodl. editiones *Ald. Leuncl. Eton.* aliásque sequuti sumus.

σφάπει ἑαυτὴν, καὶ ἐπιθεῖσα ἐπὶ τὰ στέρνα τῷ ἀνδρὸς τὴν ἑαυτῆς κεφαλὴν ἀπέθνησκεν. Ἡ δὲ τροφὸς ἀνωλοφύρατό τε καὶ περιεκάλυπτεν ἄμφω, ὥσπερ ἡ Πάνθεια ἐπέστελλεν. Ὁ δὲ Κῦρος, ὡς ἤσθετο τὸ ἔργον τῆς γυναικὸς, ἐκπλαγεὶς, ἴεται εἴ τι δύναιτο βοηθῆσαι. [a] Οἱ δὲ εὐνοῦχοι, ἰδόντες τὸ γεγενημένον, τρεῖς ὄντες, σπασάμενοι καὶκεῖνοι τὰς ἀκινάκας, ἀποσφάπονται, ἔπερ ἔταξεν αὐτοὺς ἑστηκότες. [b] Καὶ νῦν τὸ μνῆμα μέχρι τῆ νῦν τῶν εὐνούχων κεχῶσθαι λέγεται· ἢ ἐπὶ μὲν τῇ ἄνω στήλῃ, τῆ ἀνδρὸς ἢ τῆς γυναικὸς ἐπιγεγράφθαι φασὶ τὰ ὀνόματα, Σύρια γράμματα· κάτω δὲ εἶναι τρεῖς λέγουσι στήλας, ἢ ἐπιγεγράφθαι, [c] ΣΚΗΠΤΟΥΧΩΝ.

seipsam jugulat, et capite in mariti pectus imposito moritur. Nutrix cum ejulatu ambos obtegit, quemadmodùm Panthéa jusserat. Cyrus autem ubi mulieris facinus rescivit, exterritus, accessit, si quid auxilii ferre posset. Eunuchi, qui tres erant, cùm quid factum esset viderent, et ipsi strictis acinacibus, quo eos loco stare jusserat, stantes se jugulârunt. Et nunc *quoque* monumentum *istorum* usque ad eunuchos aggesto tumulo porrigi dicitur: ac superiore quidem in columnâ hujus viri et mulieris hujus nomina feruntur inscripta literis Syriacis; inferiùs autem columnas esse tres aiunt, et eis inscriptum, SCEPTUCHORUM.

a Οἱ δὲ εὐνοῦχοι] Notum est, apud Orientis reges frequentes fuisse Eunuchos, quos primùm Gynæceis præfecerunt, deindè etiam omnis generis honoribus onârunt. Hinc factum, ut nomen illud tralatitio significatu, *aulicum et præfectum regium*, quanquam minimè exsectum, significaret. Quò spectat, quòd Act. viii, 27, εὐνοῦχος à Syro *mhymnos* dicatur, *i. e.* πιστὸς, ab officio nempe (ut benè ad eum locum Cl. *de Dieu*), non verò à corporis vitio. Potiphar certè, qui eâdem voce, Gen. xxxvii, 36, et xxxix, 1, à Syro interp. designatur, vir fuit; quippe qui uxorem habuerit.

b Καὶ νῦν τὸ, &c.] Vitiosa esse hæc, Καὶ νῦν τὸ μνῆμα μέχρι τῆ νῦν τῶν, &c. atque adeò post μέχρι: temerè illa τῆ νῦν, repetita de superioribus, irrepsisse putat Leunclavius. Eidem, μέχρι τῶν εὐνούχων, nihil aliud est, quàm si dicas *usque ad locum, quo eunuchi se jugulârunt.* Camerarius eandem, teste Stephano, lectionem quam Leunclavius recipiendam censuit, ex suo exemplari adfert; et in annotationibus ità locum vertit, *Atque nunc monumenti tumulus extare dicitur, ad eunuchos*, seu *eunuchorum monumenta, pertinens:* at in ipsâ libri interpretatione, lectionem quam habemus sic reddit, *Et nunc monumenti eunuchorum tumulus ad hodiernum usque diem extare dicitur.* Gabrielius quoque eodem ferè modo vulgatam, quam sequutus est, lectionem reddit. Stephanus ait sibi displicere μέχρι τῆ νῦν, cùm præcedat νῦν· sed nec mutationem illam, μέχρι τῶν εὐνούχων, probat. Priùs illud νῦν, ut mihi quidem videtur, rectiùs forsan mutatum fuerit, quàm posterius unà cum articulo τῆ sublatum. An igitur legendum, Καὶ μὴν τὸ μνῆμα μέχρι τῆ νῦν τῶν, &c.

c ΣΚΗΠΤΟΥΧΩΝ] Ità MS. Bodl. et editiones *Ald. Leuncl. Eton.* aliæque. Stephanus perperam exhibet εὐνούχων, quòd haud dubiè σχόλιον est; quo significatur, sceptrigeros Xenophonti esse eunuchos. Vide quæ modò dicta sunt not. 1. Leunclavius se coram vidisse ait, Constantinopoli ad portam Osmaneam eunuchos in illius sultani seraio, verè *sceptuchos* sive *sceptrigeros* esse, more de Persis hoc antiquissimo à Turcis usurpato. Gestant enim sceptra, quæ dignitatis et officiorum insignia sunt, ut apud Romanos, fasces, apud Græcos imperatores Christianos recentiores, baculi, qui linguâ Græcorum σκῆπτρων adpellationem habent. Hæc autem in Pandecte rerum Turcicarum Leunclaviano pluribus declarata videre licet, cap. 173 et 199.

Ὁ δὲ Κῦρος, ὡς ἐπλησίασε τῷ πάθει, ἀγασθείς τε τὴν γυναῖκα καὶ κατολοφυράμενος ἀπῆει· καὶ τούτων μὲν ᾗ εἰκὸς ἐπεμελήθη, ὡς τύχοιεν πάντων τῶν καλῶν, καὶ τὸ μνῆμα ὑπερμέγεθες ἐχώσθη, ὡς φασίν.

Ἐκ δὲ τούτου στασιάζοντες [a] οἱ Κᾶρες καὶ πολεμοῦντες πρὸς ἀλλήλους, ἅτε τὰς οἰκήσεις ἔχοντες ἐν ἐχυροῖς χωρίοις, ἑκάτεροι ἐπεκαλοῦντο τὸν Κῦρον. Ὁ δὲ Κῦρος αὐτὸς μὲν ἐν Σάρδεσι μηχανὰς ἐποιεῖτο καὶ κριούς, ὡς τῶν μὴ πειθομένων [b] ἐρείψων τὸ τεῖχος· [c] Ἀδούσιον δὲ ἄνδρα Πέρσην, καὶ τἆλλα οὐκ ἄφρονα οὐδ' ἀπόλεμον, καὶ πάνυ δὴ εὔχαριν, πέμπει ἐπὶ τὴν Καρίαν, στράτευμα δούς· καὶ Κίλικες δὲ καὶ Κύπριοι πάνυ προθύμως αὐτῷ συνεστράτευσαν. Ὧν ἕνεκα οὐδ' ἔπεμπε πώποτε Πέρσην σατράπην οὔτε Κιλίκων οὔτε Κυπρίων, ἀλλ' ἦρκεν αὐτῷ ἀεὶ οἱ ἐπιχώριοι βασιλεύοντες· [d] δασμὸν μέντοι ἐλάμβανε, καὶ στρατείας, ὁπότε δέοιτο, ἐπήγγελλεν αὐτοῖς. Ὁ δὲ Ἀδούσιος ἄγων τὸ στράτευμα

Cyrus ubi propiùs ad *illum tristem* casum accessisset, et admiratus *istam mulierem* et lamentis prosequutus, discessit: fuítque, ceu par erat, ei curæ, præclara ut illis omnia contingerent; ingénsque *adeò* monumentum, ut perhibent, aggesto tumulo factum fuit.

Secundùm hæc cùm factionibus Cares armisque *adeò* inter se contenderent, utpote qui domicilia munitis in locis haberent, utrique Cyrum implorabant. Cyrus autem ipse Sardibus manens machinas fabricabatur et arietes, ut eorum, qui parere nollent, mœnia solo æquaret: Adusium verò Persam, hominem cæteroqui nec imprudentem reive militaris rudem, ac valdè etiam elegantis ingenii, cum exercitu in Cariam mittit; perlibenter autem tum Cilices tum Cyprii ejus in hâc expeditione signa sequuti sunt. Quæ causa fuit cur nullum satrapam Persicum Cilicibus et Cypriis unquam miserit, contentus semper indigenis *eorum* regibus: tributum tamen *ab istis* exigebat; et militiam, cùm erat opus, eis imperabat. Adusius autem qui ducebat exercitum, posteaquam

a Οἱ Κᾶρες, &c.] De quibus ità *Pomp. Mela*, lib. i, c. 16. *Genus usquè eo quondam armorum pugnæque amans, ut aliena etiam bella mercede ageret. Hìc castella aliquot sunt*, &c. Vide Herodot. lib. i, c. 171. Hoc autem bellum civile inter Caras ortum est, ex Usserii mente, anno ante æram Christianam 547.

b Ἐρείψων] Sìc rectè MS. Bodl. et editiones principes. In *Florent.* edit. legitur ἐῤῥείψων, non sine aperto mendo: mendosè itidem *Ald.* repræsentat τρείψων pro ἐρείψων. Sed ob initialium literarum affinitatem facillimus Grammatologo fuit lapsus. Liber Budensis, Leunclavio teste, pro ἐρείψων exhibet κατερείψων.

c Ἀδούσιον] Hoc nomen pro vulgato illo Καδούσιον, adsentientibus Camerario, Stephano et Leunclavio, ambiguitatis vitandæ gratiâ reposuimus. Nam Καδούσιος in hoc etiam ipso opere passim gentis est nomen.

d Δασμὸν μέντοι, &c.] Confer *Herodot.* lib. iii, c. 90 et seq.

ἐπὶ τὴν Καρίαν ἦλθε, ἢ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν Καρῶν παρῆσαν πρὸς αὐτὸν, ἕτοιμοι ὄντες δέχεσθαι εἰς τὰ τείχη, ἐπὶ κακῷ τῶν ἀντισασιαζόντων. Ὁ δὲ Ἀδάσιος πρὸς ἀμφοτέρους [a] ταυτὰ ἐποίει· δικαιότερά τε ἔφη λέγειν τάτους ὁποτέροις διαλέγοιτο, λαθεῖν τε ἔφη δεῖν τὰς ἐναντίας, φίλας σφᾶς γενομένας, ὡς δὴ ἅτω μᾶλλον ἐπιπεσὼν ἀπαρασκεύοις τοῖς ἐναντίοις. Πιστὰ δ' ἠξίου γενέσθαι, ἢ τὰς μὲν Κᾶρας ὁμόσαι ἀδόλως τε δέξασθαι εἰς τὰ τείχη σφᾶς, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ Κύρου καὶ Περσῶν· αὐτὸς δὲ ὁμόσαι θέλειν ἀδόλως ἰέναι εἰς τὰ τείχη, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ τῶν δεχομένων. Ταῦτα δὲ ποιήσας, ἀμφοτέροις λάθρα ἑκατέρων νύκτα συνέθετο τὴν αὐτὴν, καὶ ἐν ταύτῃ [b] εἰσήλατο εἰς τὰ τείχη, καὶ παρέλαβε τὰ ἐρύματα ἀμφοτέρων. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ καθεζόμενος εἰς τὸ μέσον σὺν τῇ στρατιᾷ, ἐκάλεσεν ἑκατέρων τὰς [c] ἐπικαιρίους. Οἱ δὲ, ἰδόντες ἀλλήλους, ἠχθέσθησαν, νομίζοντες ἐξηπατῆσθαι ἀμφότεροι. Ὁ μέντοι Ἀδάσιος ἔλεξε τοιάδε, Ἐγὼ ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, ὤμοσα ἀδόλως

in Cariam pervenit, aderant ab utrâque Carum parte *quidam*, parati eum *suas* intra munitiones, ad contrariæ factionis detrimentum, recipere. Adusius erga utrosque faciebat eadem ; cùm diceret illos, quibuscum loquebatur, æquiora proponere, et clam adversarios haberi oportere amicitiam cum ipsis initam, quasi hoc pacto magìs imparatos adversarios adgressurus esset. Prætereà fidem *utringue* dari petebat, et à Caribus quidem jusjurandum dari, se absque dolo *malo*, et Cyri Persarúmque bono, intra munitiones Persas admissuros : ipsum autem jurare velle, se absque dolo *malo*, et quidem admittentium commodo, munitiones ingressurum esse. Hæc ubi confecisset, cum utrisque noctem clam alteris eandem pactus est, atque eâ in castella invectus est, et munitiones amborum recepit. Cùm autem illuxisset, in medio cum exercitu consedit, et *in concionem* ex utrâque parte *ad res componendas* opportunus vocavit. Illi, se mutuò intuiti, graviter rem tulêre, qui partem utramque dolo circumventam existimarent. Adusius verò in hanc sententiam verba fecit, Jurejurando vobis ego, viri, fidem astrinxi, ingressurum vestra me castella sine

a Ταυτὰ] Ità scripsimus, Stephani et Leunclavii editiones sequuti : in aliis minùs rectè legitur ταῦτα.

b Εἰσήλατο] Verbum hoc, quod in MSto Bodl. et in omnibus ferè editis libris comparet, temerè ex textu sustulit tandem Leunclavius, ejúsque in locum substituit εἰσέλασεν. Mureto εἰσῆλθεν melius visum est. Equidem utrumque σχόλιον pro germanâ lectione amplexum esse arbitror. Περισσόμοια etiam sunt ista : εἰσῆλθεν, ἐσῆλθεν—εἰσπεπήδηκεν (en vocabulum nostro huic planè cognatum !), &c. *J. Poll.* lib. ix, c. 8. Nec, opinor, frustrà fuerit is, qui in verbo εἰσάλλεσθαι elegantem quandam ὑπόλυπάσεως vim quæsiverit ; quâ (utì rectè *Stephanus* et *Portus*) insignem rei peractæ celeritatem significare, et sub aspectum penè subjicere voluit auctor. Equitum certè in tali re celer adeò solet ingressus esse, ut *insilire* etiam dici queant.

c Ἐπικαιρίους] Vide suprà p. 248.

εἰσιέναι εἰς τὰ τείχη, καὶ ἐπ' ἀγαθῷ τῶν δεχομένων. Εἴπερ ἔν ἀπολῶ ὁποτέρους ὑμῶν, νομίζω ἐπὶ κακῷ εἰσεληλυθέναι Καρῶν· ἢν δὲ εἰρήνην ὑμῖν ποιήσω καὶ ἀσφάλειαν ἐργάζεσθαι ἀμφοτέροις τὴν γῆν, νομίζω ὑμῖν ἐπ' ἀγαθῷ παρεῖναι. [a] Νῦν δὲ χρὴ ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας ἐπιμίγνυσθαί τε ἀλλήλοις φιλικῶς, ἐργάζεσθαί τε τὴν γῆν ἀδεῶς, διδόναι τὲ τέκνα καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων· ἢν δὲ παρὰ ταῦτα ἀδικεῖν [b] τὶς ἐπιχειρῇ, τούτοις Κῦρός τε καὶ ἡμεῖς πολέμιοι ἐσόμεθα. Ἐκ τούτου πύλαι μὲν ἀνεῳγμέναι ἦσαν τῶν τειχῶν, μεσαὶ δὲ αἱ ὁδοὶ πορευομένων παρ' ἀλλήλους, μεσοὶ δὲ οἱ χῶροι ἐργαζομένων· ἑορτὰς δὲ κοινῇ ἦγον, εἰρήνης δὲ καὶ εὐφροσύνης πάντα πλέα ἦν. Ἐν δὲ τούτῳ ἦκον οἱ παρὰ Κύρου, ἐρωτῶντες [c] εἴ τι στρατιᾶς προσδέοιτο ἢ μηχανημάτων· ὁ δὲ Ἀδούσιος ἀπεκρίνατο ὅτι καὶ τῇ παρούσῃ ἔχει ἀλλαχόσε χρῆσθαι στρατιᾷ· καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ἀπῆγε τὸ στράτευμα, φρουροὺς ἐν ταῖς ἀκραῖς καταλιπών. Οἱ δὲ Κᾶρες ἱκέτευον μένειν αὐτόν· ἐπεὶ δ' οὐκ ἤθελεν, ἔπεμψαν πρὸς τὸν Κῦρον, δεόμενοι πέμψαι Ἀδούσιον σφίσι σατράπην.

Ὁ δὲ Κῦρος ἐν τούτῳ ἀπεστάλκει Ὑστάσπην, στράτευμα ἄγοντα

dolo *malo*, et eorum commodo qui me admitterent. Quamobrem si alterutros vestrûm evertere velim, *ipse* me damno Carum hæc ingressum esse statuam: sin pacem inter vos consiliavero, et utrisque *confecero*, ut agrum tutò colere possitis, vestrâ cum utilitate vobis adesse me arbitrabor. Oportet igitur ex hoc die vos amicè mutuo misceri commercio, et agros colere sine metu, et inter liberos hinc inde matrimonia contrahi: quòd si contra hæc injuriam facere conatus fuerit aliquis, iis et Cyrus et nos hostes erimus. Ibi tum et portæ castellorum erant apertæ, et itinera plena congredientium inter se, et agri pleni cultoribus: festos dies communiter agebant, et pacis ac lætitiæ cuncta erant plena. Intereà *quidam* à Cyro veniunt, qui *Adusium* interrogarent, ecquo exercitu alio vel machinis egeret: *quibus* Adusius respondit, se præsenti exercitu etiam alibi uti posse; ac simul cum hisce verbis copias abduxit, relictis in arcibus militibus præsidiariis. Cares autem supplices orabant ut maneret; *quod* cùm *facere* nollet, missis ad Cyrum *suis* rogabant, ut Adusium sibi satrapam mitteret.

Cyrus Hystaspam interim ablegârat, qui exercitum in Phrygiam

a Νῦν δὲ χρὴ] Editi libri in marginibus exhibere solent Νῦν οὖν χρὴ. Sed nihil muto. Nam δὲ pro δὴ nonnunquam ponitur, commodéque adeò reddi potest, *ergo*, *igitur*. Vide etiam dicta ad p. 156, not. 2.

b Τὶς ἐπιχειρῇ, τούτοις, &c.] A singulari ad pluralem numerum subita Nostro perquàm familiaris est transitio. Conf. 1 Tim. ii, 15, de cujus commatis structurâ vide Cl. Blackwall *Classic. Sacr.* p. 91.

c Εἴ τι στρατιᾶς, &c.] Ità rectè editiones *Leuncl.* et *Eton.* In aliis, atque in MS. etiam Bodl. perperam legitur στρατείας. Istæ autem voces invicem sæpè permutantur. Vide sis p. 291.

ἐπὶ [a] Φρυγίαν τὴν περὶ Ἑλλήσποντον. Ἐπεὶ δ' ἦκεν ὁ Ἀδύσιος, μελάγειν αὐτὸν ἐκέλευσεν ἥπερ ὁ Ὑστάσπης προώχετο, ὅπως μᾶλλον πείθοιντο τῷ Ὑστάσπῃ, ἀκούσαντες ἄλλο στράτευμα προσιόν. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες οἱ ἐπὶ θαλάττῃ οἰκοῦντες, πολλὰ δόντες δῶρα, διεπράξαντο, ὥστε εἰς μὲν τὰ τείχη βαρβάρους μὴ δέχεσθαι, δασμὸν δὲ [b] ἀποφέρειν, καὶ στρατεύειν ὅπη Κῦρος ἐπαγγέλλοι. Ὁ δὲ τῶν Φρυγῶν βασιλεὺς παρεσκευάζετο μὲν ὡς καθέξων τὰ ἐρυμνὰ καὶ οὐ πεισόμενος, καὶ παρήγγελλεν ὅτως· ἐπεὶ δὲ ἀφίσαντο αὐτοῦ οἱ ὕπαρχοι, ἠρήμωσε ἐγίγνετο, τελευτῶν εἰς χεῖρας ἦλθεν Ὑστάσπᾳ, ἐπὶ τῇ Κύρου δίκῃ. Καὶ ὁ Ὑστάσπας καταλιπὼν ἐν ταῖς ἄκραις ἰσχυραὶς Περσῶν φρουράς, ἀπῄει ἄγων σὺν τοῖς ἑαυτοῦ καὶ Φρυγῶν πολλοὺς ἱππέας καὶ πελταστάς. Ὁ δὲ Κῦρος ἐπέστελλε Ἀδυσίῳ, συμμίξαντα πρὸς [c] Ὑστάσπην, τοὺς μὲν ἑλομένους Φρυγῶν τὰ σφέτερα, σὺν τοῖς ὅπλοις ἄγειν· τοὺς δ' ἐπιθυμήσαντας πολεμεῖν, τούτων ἀφελομένους τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὅπλα, σφενδόνας ἔχοντας πάντας κελεύειν ἕπεσθαι. Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτ' ἐποίουν.

Hellesponto finitimam duceret. Posteaquam autem Adusius venit, sequi *Cyrus* eum cum exercitu jussit, quâ Hystaspes præcesserat, ut Hystaspæ magìs parerent, ubi audiissent alias etiam copias accedere. Græci quidem certè maris accolæ, multis muneribus datis, id consecuti sunt, ut intra mœnia barbaros admittere necesse non haberent, sed tributum *tamen* penderent, et militatum irent quo Cyrus jussisset. Phrygum verò rex se parabat quasi loca munita tueri nec imperata facere vellet, atque ità *se facturum* denuntiabat: sed postquam constituti sub ipsius imperio præfecti ab eo defecerunt, et solus est relictus, tandem in manus Hystaspæ venit, causâ Cyri judicio permissâ. Hystaspas relictis in arcibus firmis Persarum præsidiis, discessit, secum præter suos Phrygum complures tum equites tum peltastas ducens. Cyrus autem Adusio mandata dederat, ut postquam se cum Hystaspâ conjunxisset, Phrygas eos, qui partes suas amplexi fuissent, armatos adduceret; qui verò bellum gerere studuissent, illis et equos adimerent et arma, omnésque cum fundis sequi juberent. Hæc illi quidem exsequebantur.

a *Φρυγίαν τὴν περὶ*, &c.] Scil. minorem; quæ regnum *Ascenaz* Jer. li, 27, vocatur, utì quidem censet eruditis. *Bochartus*, Geogr. Sacr. l. iii, c. 9. Phrygiam autem illam in Cyri potestatem ab Hystaspâ et Adusio redactam fuisse tradit *Usserius* anno ante æram Christianam 546.

b Ἀποφέρειν] Legitur etiam *ὑποφέρειν*. Minùs, opinor, rectè. Nam receptum verbum passim in re simili solet adhiberi: sic suprà lib iv, p. 239, *δασμόν τι τῆς χώρας ὕπερ ἕφερον ἐκείνῳ, σοὶ ἀποίσω*, et infra paulò: Περσεῖται δὲ, Βαβυλωνίας μὲν τὴν γῆν ἐργάζεσθαι, καὶ τοὺς δασμοὺς ἀποφέρειν, &c. *Zonaras* quoque lectionem nostram retinet.

c Ὑστάσπην] Ità in editis libris legi solet: in MSto Bodl. est Ὑστάσπαν. Et rectiùs forsan à terminatione in *ας*. Cùm autem alibi occurrant Ὑστάσπην, Ὑστάσπης, Ὑστάσπῃ, nihil mutandum; sed inconstantiam veterum exemplarium exprimendam potiùs censuimus.

Κῦρος δὲ ὡρμᾶτο ἐκ Σάρδεων, φρουρὰν μὲν πεζὴν καταλιπὼν πολλὴν ἐν Σάρδεσι, Κροῖσον δὲ ἔχων, ἄγων δὲ πολλὰς ἁμάξας πολλῶν καὶ παντοδαπῶν χρημάτων. Ἦκε δὲ καὶ ὁ Κροῖσος γεγραμμένα ἔχων ἀκριβῶς ὅσα ἐν ἑκάστῃ ἦν τῇ ἁμάξῃ, καὶ διδοὺς τῷ Κύρῳ τὰ γράμματα, εἶπε, Ταῦτα, ἔφη, ἔχων, ὦ Κῦρε, εἴσῃ τόν τε ὀρθῶς ἀποδιδόντα ἃ ἄγει, καὶ τὸν μή. Καὶ ὁ Κῦρος ἔλεξεν, Ἀλλὰ σὺ μὲν καλῶς ποιεῖς, ὦ Κροῖσε, προνοῶν· ἔμοιγε μέντοι ἄξουσι τὰ χρήματα οἵπερ καὶ ἔχειν αὐτὰ ἄξιοί εἰσιν· ὥστε ἤν τι καὶ κλέψωσι, τὰ ἑαυτῶν κλέψονται. Καὶ ἅμα ταῦτα λέγων, ἔδωκε τὰ γράμματα τοῖς φίλοις καὶ τοῖς ἄρχουσιν, ὅπως εἰδεῖεν τῶν ἐπιτρόπων [a] οἵ τε σῶα αὐτοῖς ἀποδιδοῖεν, οἵ τε μή. Ἦγε δὲ καὶ Λυδῶν ὃς μὲν ἑώρα καλλωπιζομένους καὶ ὅπλοις καὶ ἵπποις καὶ ἅρμασι, [b] καὶ πάντα πειρωμένους ποιεῖν ὅ,τι ᾤοντο αὐτῷ χαριεῖσθαι, τούτους μὲν σὺν τοῖς ὅπλοις· ὃς δὲ ἑώρα ἀχαρίστως ἑπομένους, τοὺς μὲν ἵππους αὐτῶν παρέδωκε Πέρσαις τοῖς πρώτοις συστρατευσαμένοις, τὰ δὲ ὅπλα κατέκαυσε· [c] σφενδόνας δὲ καὶ τούτους ἠνάγκασεν ἔχοντας ἕπεσθαι. Καὶ

Cyrus autem Sardibus movit, numeroso istìc peditum præsidio relicto, Crœsum *secum* retinens, et multa multis variisque opibus onusta plaustra ducens. Accessit autem Crœsus ad Cyrum, ferens accuratè descripta, quæcunque singulis essent in plaustris, eásque scripturas Cyro tradens ait, Has, Cyre, si habeas, scies quinam rectè sit redditurus quæ vehit, et qui non *rectè*. Et Cyrus, Facis tu quidem probè, inquit, Crœse, qui provideas: sed mihi sanè has vehent opes, qui digni sunt ut etiam eas possideant; adeò ut si quid suffurabuntur, sua suffurabuntur. Dum hæc diceret, amicis et præfectis scripturas istas tradidit, ut scirent quinam ex iis, quibus essent eæ res creditæ, salvas *et integras* redderent, qui non *redderent*. Ducebat etiam secum Lydos, quibus esse curæ cerneret elegantiam armorum et equorum et curruum; et quos eniti videret ut omnia facerent quibus ipsi gratificaturos se putabant, hos secum armatos ducebat; quos autem cerneret gravatè sequi, eorum equos Persis, qui primi cum eo militatum profecti fuerant, tradidit, et armâ combussit: hos verò etiam fundis instructos sequi coëgit. Quin

a Οἵ τε σῶα, &c.] Sic restituimus ex admonitu Stephani, Leunclavii et Gabrielii; qui uno ore testantur lectionem, quam recepimus, in vetere quodam libro comparere. Vulgò utrobique legitur εἴτε, &c.

b Καὶ πάντα πειρωμένους, &c.] Hæc lectio Leunclavio non placet: nam illud ὅ,τι, *inquit*, non respondet præcedenti πάντα, nisi certo quodam respectu. Scribendum itaque censet εἴ τι, hoc modo, πάντα πειρωμένους ποιεῖν, εἴ τι ἄοντο, &c. Sed nil mutandum. Vide dicta p. 182, not. 2.

c Σφενδόνας δὲ καὶ, &c.] Respicit, opinor, quæ modò præcesserant, p. 397, l. 15. Quod cùm interpretes non animadverterunt, vim particularum δὲ καὶ sensúmque adeò loci minùs adsequuti videntur.

πάντας δὲ τὰς ἀόπλους τῶν ὑποχειρίων γενομένων σφενδονᾶν ἠνάγκαζε μελετᾶν, [a] νομίζων τοῦτο τὸ ὅπλον [b] δεινικώτερον εἶναι· σὺν μὲν γὰρ ἄλλῃ δυνάμει μάλα ἐστὶν ἔνθα ἰσχυρῶς ὠφελοῦσι σφενδονῆται παρόντες· αὐτοὶ δὲ καθ' ἑαυτοὺς ὅδ' ἂν οἱ πάντες σφενδονῆται μείνειαν πάνυ ὀλίγους ὁμόσε ἰόντας σὺν ὅπλοις ἀγχεμάχοις.

[c] Προϊὼν δὲ τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος, κατεστρέψατο μὲν Φρύγας τοὺς ἐπὶ τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ, κατεστρέψατο δὲ Καππαδόκας, ὑποχειρίους δὲ ἐποιήσατο Ἀραβίους· ἐξώπλισε δὲ ἀπὸ πάντων τούτων Περσῶν μὲν ἱππέας ὡς μεῖον ἢ τετρακισμυρίους, πολλοὺς δὲ ἵππους τῶν αἰχμαλώτων καὶ πᾶσι τοῖς συμμάχοις διέδωκε· καὶ πρὸς Βαβυλῶνα ἀφίκετο [d] παμπόλλους μὲν ἱππέας ἄγων, παμπόλλους δὲ τοξότας καὶ ἀκοντιστὰς, σφενδονήτας δὲ ἀναρίθμους. Ἐπεὶ δὲ πρὸς Βαβυλῶνι ἦν ὁ Κῦρος, [e] περιέσησε μὲν πᾶν τὸ στράτευμα

et omnes inermes ex iis qui ejus in potestatem venerant, ad usum fundarum exercere se coëgit, quòd hoc armorum genus maximè servile duceret: est enim ubi funditores, si copiis aliis adsint, mirum quantum utilitatis adferunt; ipsi verò seorsum, nè quidem omnes, *quotquot sint*, funditores, admodùm paucos iis cum armis, quibus cominùs pugnatur, congressos sustinuerint.

Cùm autem viâ Babylonem ducente progrederetur, subegit Phrygas illius majoris Phrygiæ, subegit Cappadocas, Arabas in potestatem redegit: quorum omnium armis Persas equites instruxit, non pauciores quadragies millibus; multos verò captivorum equos in socios etiam universos distribuit: Babylonémque venit permagno cum equitatu, permultis cum sagittariis et jaculatoribus, cum funditoribus autem innumeris. Cúmque *jam* apud Babylonem Cyrus esset, exercitum omnem circum

a Νομίζων τοῦτο τὸ, &c.] In omnibus veterum præliis Funditores militâsse, auctor est *Veget.* lib. i, c. 16. In bello etiam Trojano, *Homerus* Il. ν' v. 600.

Σφενδόνη, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν.

Servile autem hoc armorum fuisse genus testatur ad istum locum *Eustathius*, his verbis: Θεράποντος δὲ ὅπλον αὐτὴ (σφενδόνη), ὃ μὴν ἥρως, οὐδὲ γὰρ ἔχρην.

b Δεινικώτερον] MS. Bodl. δεινικώτατον. Atque ità *J. Pollucem* legisse putat Stephanus, cùm Xenophontem usurpâsse δεινικώτατον scripsit l. iii, c. 8. Sed locum hunc respexerit, necne, *Pollux*, incertum est. Imò verò planè non respexisse videtur; cùm (uti rectè observat Cl. *Jungermannus*) ille auctorum ipsa verba solet ferè adferre, nullo casu vel modo mutata. In MSto verò Bodl. est δεινικώτατον, in *Polluce*, δεινικώτατος. Vide porrò quæ notavimus de istorum graduum permutatione, p. 187, 188.

c Προϊὼν δὲ τὴν, &c.] Lege Jer. li, 11, 27, 28, xxv, 14, et lib. ix, 41. Isai. xiii, 1, 2, &c. Hanc expeditionem *Usserius* ponit ad an. M. 3465. J. P. 4175, ante æram Christ. 539.

d Παμπόλλους μὲν ἱππέας, &c.] Conf. Jer. li. 27, l. ix, 14, 29, 42. Isa. xiii, 3, 18. In his aliisque modò citatis capitibus, insignia extant de obsidione excidióque Babylonis loca; quæ ex historiâ Xenophontéâ lucem accipiunt, eique vicissim auctoritatem et fidem adjiciunt.

e Περιέσησε μὲν] In editione *Ald.* legitur περιέσῃ μὲν, mendosè. Cæteri libri, quos vidi, omnes receptam scripturam præstant.

περὶ τὴν πόλιν, ἔπειτα αὐτὸς περιήλαυνε τὴν πόλιν σὺν τοῖς φίλοις τὲ καὶ ἐπικαιρίοις τῶν συμμάχων. Ἐπεὶ δὲ καλεθεάσαλο τὰ τείχη, ἀπάγειν παρεσκευάσατο τὴν στρατιὰν ἀπὸ τῆς πόλεως· ἐξελθὼν δέ τις αὐτόμολος εἶπεν, ὅτι ἐπιτίθεσθαι μέλλοιεν αὐτῷ, ὁπότε ἀπάγοι τὸ στράτευμα· καλαθεωμένοις γὰρ, ἔφη, αὐτοῖς ἀπὸ τῦ τείχυς ἀσθενὴς ἐδόκει εἶναι ἡ φάλαγξ. Καὶ ὠδὲν θαυμασὸν ἦν ὕτως ἔχειν· [a] περὶ γὰρ πολὺ τεῖχος κυκλυμένυς ἀνάγκη ἦν ἐπ' ὀλίγον τὸ βάθος γενέσθαι τὴν φάλαγγα. Ἀκόσας ὧν ὁ Κῦρος ταῦτα, σὰς κατὰ μέσον τῆς αὐτῦ στρατιᾶς σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν, παρήγγειλεν, ἀπὸ τῦ ἄκρυ ἑκαλέρωθεν τὺς ὁπλίτας ἀναπτύσσονλας τὴν φάλαγλα ἀπιένα παρὰ τὸ ἐσηκὸς τῦ στρατεύματος, ἕως γένοιτο ἑκατέρωθεν τὸ ἄκρον καθ' ἑαυλὸν καὶ καλὰ τὸ μέσον. Οὕτως ὧν ποιύνλων, οἵ τε μένοντες εὐθὺς θαῤῥαλεώτεροι ἐγίγνοντο, ἐπὶ διπλάσιον τὸ βάθος γιγνόμενοι· οἵ τ' ἀπιόντες, ὡσαύτως θαῤῥαλεώτεροι· εὐθὺς γὰρ οἱ μένοντες αὐτῶν, πρὸς τοῖς πολεμίοις ἐγίγνοντο. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενοι ἑκατέρωθεν συνῆψαν τὰ ἄκρα, ἔσησαν ἰσχυρότεροι γεγενημένοι, οἵ τε ἀπεληλυθότες, διὰ τὺς ἔμπροσθεν, οἵ τ' ἔμπροσθεν,

urbem constituit, deindè cum amicis et iis, qui è sociis ad res agendas opportuni erant, urbem ipse circumvectus est. Postquam muros contemplatus esset, ab urbe copias abducere parabat; cùm transfuga quidam *ex urbe* egressus ait, *Babylonios* ipsum adoriri velle, quando copias abducturus esset: nam de muro phalangem *hanc* despectantibus, inquit, visa est imbecilla esse. Nec *quidem id* ità se habuisse mirum erat: quia enim murum amplum circumdarent, necesse erat phalangem ad exiguam densitatem redigi. Hæc igitur Cyrus cùm audîsset, stans in medio exercitûs sui, cum iis quos circum se habebat, præcepit ut gravis armaturæ milites ab utrâque extremitate phalangem explicantes abirent propter eam exercitûs partem quæ subsisteret, donec utraque extremitas ad se atque ad medium perveniret. Id cùm facerent, tum iis qui subsistebant fiducia quædam continuò accedebat, quòd duplicata *jam* esset *acici* densitas: tum illis quoque fiducia similiter accedebat, qui abscedebant: mox enim illi qui subsistebant, prope ab hostibus aberant. Cùm autem progrediendo extremitates utrinque conjunxissent, constitêre *jam* facti firmiores, tum qui abscesserant, propter anteriores; tum anteriores,

a Περὶ γὰρ πολὺ, &c.] *Solinus* Polyhist. c. 56. *Babylon urbs est sexaginta millia passuum circuitu patens.* Iisdem ferè verbis urbis hujus amplitudinem describit *Plinius* N. H. lib. vi, c. 26. Nec aliter *Herodotus*, lib. i, c. 178, qui formâ τετράγωνον, *quadratam* dixit, cujus quodlibet latus 120 stadia contineat, totus ambitus 480, quæ ipsa sunt 60 *Plinii* et *Solini* passuum millia. Sed varietatem in ambitu reliquísque dimensionibus lectori apud *Diod. Sic.* l. ii, p. 95. *Strab.* l. 16, p. 1072. *Curt.* l. v, c. 1, videndam relinquo. His addas licet *Cellar.* Geog. Ant. l. iii, c. 16. *Bochart.* Geo. Sacr. l. iv, c. 13, et *Prid.* Connex. *Hist.* V, et N. T. ad an. 570.

διὰ τὰς ὄπισθεν προσγεγενημένας. Ἀναπτυχθείσης δ' ὕτω τῆς φάλαγγος, ἀνάγκη [a] τοὺς πρώτους ἀρίστους εἶναι καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν μέσῳ δὲ τοὺς κακίστους τετάχθαι· ἡ δ' ὕτως ἔχουσα τάξις, ἥ πρὸς τὸ μάχεσθαι ἐδόκει εὖ παρεσκευάσθαι, καὶ πρὸς τὸ μὴ φεύγειν. Καὶ οἱ ἱππεῖς δὲ [b] καὶ οἱ γυμνῆται οἱ ἀπὸ τῶν κεράτων, αἰεὶ ἐγγύτερον ἐγίγνοντο τοῦ ἄρχοντος τοσούτῳ ὅσῳ ἡ φάλαγξ βαθυτέρα ἐγίγνετο ἀναδιπλωμένη. Ἐπεὶ δὲ ὕτω συνεσπειράθησαν, ἀπῆσαν, ἕως μὲν ἐξικνεῖτο τὰ βέλη ἀπὸ τοῦ τείχους, ἐπὶ πόδα· ἐπεὶ δὲ ἔξω βελῶν ἐγένοντο, στραφέντες, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγα βήματα προϊόντες [c] μετεβάλλοντο ἐπὶ ἀσπίδα, καὶ ἵσαντο πρὸς τὸ τεῖχος βλέποντες· ὅσῳ δὲ προσωτέρω ἐγίγνοντο, τοσῷδε μανώτερον [d] μετεβάλλοντο. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐδόκουν εἶναι, ξυνεῖρον ἀπιόντες ἔς τε ἐπὶ ταῖς σκηναῖς ἐγένοντο.

Ἐπεὶ δὲ κατεστρατοπεδεύσαντο, συνεκάλεσεν ὁ Κῦρος τοὺς ἐπι-

propter eos qui à tergo accesserunt. Hoc modo explicatâ phalange, necesse est primos et ultimos fortissimos esse, ignavissimos in medio collocari: aciésque hunc in modum constituta et ad dimicandum, et ad prohibendam fugam instructa commodè videbatur. Prætereà equites et levis armaturæ milites qui à cornibus *procedebant*, semper eò propiùs ad imperatorem accedebant quo phalanx duplicata densior efficiebatur. Cùm hoc sese modo conglobâssent, pedetentim *inde* recedebant, quò tela de muro pertinebant: cúmque extra telorum ictus essent, conversi, ac primùm quidem modicos passus progressi, statum mutabant clypeum versùs, atque ità consistebant, ut murum intuerentur; quanto autem longius abscederent, tanto rariùs fiebat mutatio. Posteaquam in tuto sibi esse videbantur, conserti continuóque ordine recedebant, donec ad tabernacula pervenirent.

Ubi jam in castris essent, Cyrus eos, quos oporteret, convocavit et

a Τοὺς πρώτους ἀρίστους, &c.] Idem præcipitur lib. iii, *memorab.* sub initium: καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ τούς τε πρώτους ἀρίστους δεῖ τάττειν, καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν δὲ μέσῳ τοὺς χειρίστους, ἵνα ὑπὸ μὲν αὐτῶν ἀγωνῶνται, ὑπὸ δὲ τῶν ἀθλῶνται. Dispositionem hanc *Fab. Quinctil.* lib. v, c. 12. *Homericam* appellat; respicítque Il. δ', v. 297, et seq. ubi Nestor

Ἵππῃας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὀχεσφι,
Πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν σῇσιν πολίας τε καὶ ἀσθλούς,
Ἔρκος ἵμεν πολέμοιο· κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἴλασσον,
Ὅφρα καὶ ἂν ἠθέλων τοὺς ἀναγκαίῃ πολεμίζῃ.

Hanc nimirum exercitum instruendi rationem rhetores in argumentorum dispositione solent imitari. Quâ de re vide *Quinctil.* dicto loco, et *Cic.* de Orat. l. ii, c. 77. Idem de gruibus refert *Ælianus* de Animal. l. iii, c. 13.

b Καὶ οἱ γυμνῆται οἱ, &c.] Ità editiones *Ald. Eton.* et *Steph.* In *Leuncl.* alísque omittitur posterior hic articulus: quem quidem retinet MS. Bodl. priore illo omisso, et γυμνῆτις pro γυμνῆται repræsentat.

c Μετεβάλλοντο ἐπὶ, &c.] Consule *Indic. Tacticum.*

d Μετεβάλλοντο] *Muretus* conjicit meliùs legi posse ἐβάλλοντο. Mihi magìs placet vulgata lectio. De variis autem conversionibus vide sis *Ælian.* c. 24.

καιρίως, καὶ ἔλεξεν, Ἄνδρες σύμμαχοι, τεθεάμεθα μὲν κύκλῳ τὴν πόλιν· ἐγὼ δὲ, ὅπως μὲν ἄν τις [a] τείχη ὅτως ἰσχυρὰ καὶ ὑψηλὰ προσμαχόμενος ἕλοι, οὐκ ἐνορᾶν μοι δοκῶ· ὅσῳ δὲ πλέονες ἄνθρωποι ἐν τῇ πόλει εἰσὶν, [b] ἐπείπερ οἱ μάχονται ἐξιόντες, τοσούτῳ ἂν θᾶττον λιμῷ αὐτοὺς ἡγοῦμαι ἁλῶναι. Εἰ μή τινα ἕν ἄλλον τρόπον ἔχετε λέγειν, τούτῳ πολιορκητέους φημὶ εἶναι τοὺς ἄνδρας. Καὶ ὁ Χρυσάντας εἶπεν, [c] Ὁ δὲ ποταμὸς, ἔφη, ὅτος διὰ μέσης τῆς πόλεως ῥεῖ, πλάτος ἔχων πλεῖον ἢ ἐπὶ δύο σάδια; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Γωβρύας· καὶ βάθος γε ὡς οὐδ' ἂν δύο ἄνδρες, ὁ ἕτερος ἐπὶ τοῦ ἑτέρου ἑστηκώς, τοῦ ὕδατος ὑπερέχοιεν· ὥστε τῷ πολεμῷ ἔτι ἰσχυροτέρα ἐστὶν ἡ πόλις ἢν τοῖς τείχεσι. Καὶ ὁ Κῦρος, Ταῦτα μὲν, ἔφη, ὦ Χρυσάντα, ἐῶμεν ὅσα κρείττω ἐστὶ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως· διαμετρησαμένους δὲ χρὴ ὡς τάχιστα [d] τὸ μέρος ἑκάστοις ἡμῶν, ὀρύττειν τάφρον ὡς πλατυτάτην καὶ βαθυτάτην, ὅπως ὀτιοῦν ἐλαχίστων ἡμῖν τῶν φυλάκων δέοι. Οὕτω δὴ κύκλῳ διαμετρήσας

hunc sermonem habuit, Urbem, socii, undique contemplati sumus; atque equidem quo pacto quis adeò firmos et excelsos muros oppugnando capere possit, videre mihi non videor: quanto autem plures homines in urbe sunt, quando ad pugnandum non exeant, tanto citiùs fieri arbitror, ut fame in potestatem redigantur. Nisi igitur aliquem alium, quem proponatis, modum habetis, hoc *ipso nobis* istos expugnandos esse aio. Et Chrysantas inquit, Hiccine fluvius per mediam urbem labitur, cujus latitudo stadia duo superat? Ità profectò, ait Gobryas; ac tanta *quoque* profunditas ejus est, ut nè duo quidem viri, alter alteri licèt institerit, supra aquam extare possint: quo fit ut fluvio sit urbs etiam munitior, quàm mœnibus. Et Cyrus, Missa faciamus hæc, ait, Chrysanta, quæ viribus nostris potiora sunt; adhibitâ verò mensurâ, quamprimùm fossa latissima profundissimáque nobis erit ducenda, pro parte cuique suâ, quò paucissimis custodibus nobis sit opus. Sic igitur undique circa murum

a Τείχη οὕτως ἰσχυρὰ, &c.] Idem ferè est quod *Jerem.* tradit, li, 53, 58. Apud historicos quidem omnes decantata est muri hujus latitudo; tanta quæ erat, ut quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare possent. At de murorum et turrium altitudine inter auctores minimè convenit. Vide sis tamen quos supra paulò citavimus p. 400.

b Ἐπείπερ οἱ μάχονται, &c.] Vide Jer. li, 30.

c Ὁ δὲ ποταμὸς, &c.] *Euphrates*, scilicet: cujus de ortu cursúque haud una est historicorum et geographorum sententia. Ipsos, si libet, adeas: nempe *Strab.* l. xi, p. 791, et seq. *Plin.* Hist. Nat. l. v, c. 24. *Mel.* l. iii, c. 8. *Ptolem.* l. v, c. 13, et *Salmas.* ad *Solini*, c. 37. Neque enim verbis auctorum inter se dissentientium describendis implere chartam tempúsque terrere consentaneum est. Tradunt quidem ferè omnes, fluvium Babylonem interluisse; quod de ramo quodam ejus intelligendum esse videtur. Capta autem erat Babylon ab illâ extremitate, quâ Euphrates in eam influit. Lege *Jerem.* li, 31.

d Τὸ μέρος ἕκαστον ἡμῶν] Ità rescripsimus admonitu partim MSti Bodl. partim editorum librorum: quorum alii dant, τὸ μέρος ἑκάστοις ὑμῶν· alii, τὸ μέρος ἕκαστον ἡμῶν, quod Stephano placet.

περὶ τὸ τεῖχος, ἀπολιπὼν ὅσον τύρσεσι μεγάλαις ἀπὸ τῆ ποταμῆ, ὤρυσσεν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆ τείχεος ταφρον ὑπερμεγέθη, καὶ τὴν γῆν ἀνέβαλλον πρὸς ἑαυτούς. Καὶ πρῶτον μὲν πύργους ἐπὶ τῷ ποταμῷ ᾠκοδόμει, [a] φοίνιξι θεμελιώσας ἐ μεῖον ἢ [b] πλεθριαίοις (εἰσὶ γὰρ καὶ μείζονες ἢ τοσοῦτοι τὸ μῆκος πεφυκότες· [c] ἢ γὰρ δὴ πιεζόμενοι οἱ φοίνικες ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ οἱ ὄνοι οἱ κανθήλιοι)· τούτους δ' ὑπετίθει τούτου ἕνεκα, ὅπως ὁτιμάλιστα ἐοίκοι πολιορκήσειν παρασκευαζομένῳ, ὡς εἰ καὶ διαφύγοι ὁ ποταμὸς εἰς τὴν τάφρον, [d] μὴ ἀνέλοι τοὺς πύργους. Ἄνισῃ δὲ ἢ

spatia dimensus, relicto à flumine intervallo, quantum sufficeret magnis propugnaculis, ingentem fossam circum murum undique duxit, terrámque *adeò illi* seipsos versùs egesserunt. Ac primùm quidem turres propter flumen exstruebat, palmis fundatas, quarum non minor erat, quàm *plethri* altitudo (*ibi* nascuntur enim, quæ hâc majorem etiam in longitudinem excrescunt; palmæ verò cum *aliquo* premuntur pondere, sursum incurvantur, quemadmodùm *et* asini clitellarii): has autem *palmas operi* propterea subjecit, ut quàm maximè videretur id facere, quod solent qui ad urbem obsidendam sese comparent: ut tametsi flumen in fossam dilaberetur, ipsas turres non everteret. Etiam multas alias

a Φοίνιξι θεμελιώσας] *Strabo*, l. 16, p. 1074. Ψιλὴ γὰρ ἡ χώρα, καὶ θαμνώδης ἡ πολλὴ, πλὴν φοίνικος· ἔτος δὲ πλεῖστος ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, πολὺς καὶ ἐν Σούσοις, καὶ ἐν τῇ παραλίᾳ Περσίδι—Eandem hanc regionem palmis frequentibus consitam esse testatur etiam *Diod. Sic.* l. ii, p. 136.

b Πλεθριαίοις] Interpretes Xenophontis, Herodoti, Diodori Siculi, aliorumque Historicorum πλέθρα Græcorum, Latinè *jugera* minùs accuratè reddere consueverunt: Plinium, opinor, vel poëtas imitati. Conf. *Plin.* N. H. l. xxxvi, c. 12, cum *Herodot.* l. ii, c. 124, et seq. et *Melâ*, l. i, c. 9, ubi de pyramidum dimensionibus agitur. Deindè lege *Homerum*, Odyss. λ', v. 575, et seq. de Tityo: et de eodem, *Lucret.* l. iii, v. 1001. *Virgil.* Æneid. vi, v. 596. *Tibul.* l. i, eleg. 3. *Ovid.* Metam. l. iv, v. 456, et seq. quibus in locis *Homeri* πλίθρα sive πλέθρα à Latinis poëtis καταχρηστικῶς καὶ ὑπερβολικῶς in *jugera* verti videre est. Et his quidem ignoscendum, quando *plethra* Latinis non sit usitata, nec vox æquè sonans, ac *jugera*. Sed risum sanè haud tenuerit quisquam, cùm interpretes etiam Homeri aliorúmque viderit, eandem inauspicatò sibi vindicâsse licentiam, atque adeò immanè quantum vel Græcorum auxisse mendacia. *Plethrum* autem, teste Suidâ, centum pedes; *jugerum*, ducentos quadraginta continet, ex *Quinctil.* mente *Instit. Or.* l. i, c. 10. *Suidæ* accedit *Phavorinus*; qui locum etiam hunc citans, ait, Ξενοφῶν φησι φύεσθαι ἐν Βαβυλῶνι πλεθριαίους (reponendum, opinor, ex Xenoph. et Suidâ, πλεθριαίους φοίνικας. Confer Cl. *Bernard.* de mens. et pond. l. iii, p. 225, et doctis. *Perizon.* ad Ælian. V. H. l. iii, c. 1.

c Καὶ γὰρ δὴ πιεζόμενοι, &c.] *A. Gellius* N. A. l. iii, c. 6. *Aristotelem* et *Plutarchum* auctores laudans, hæc de vi et naturâ palmæ arboris narrat: *Si super palmæ arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas onerésque, ut magnitudo oneris sustineri non queat; non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, sed adversùs pondus resurgit, et sursum nititur recurvatúrque.* Strabo, l. xv, p. 1063. Ἴδιον δέ τι πάσχειν τὴν φοινικίνην δοκὸν· σφαιρᾶν γὰρ οὖσαν παλαισμένην, ὅκ εἰς τὸ κάτω τὴν ἔνδοσιν λαμβάνειν, ἀλλ' εἰς τὸ ἄνω μέρος κυρτοῦσθαι τῷ βάρει, καὶ βέλτιον ἀνέχειν τὴν ὀροφήν. Vide sis etiam *Plin.* N. Hist. l. xiii, c. 4, et l. xvi, c. 42, et *Plutarch.* Sympos. lib. viii, προβλ. δ'.

b Μὴ ἀνέλοι] Hanc lectionem ex Camerari exemplari adducit Stephanus, quam veram esse censet: et ipse quidem in textu pro vulgatâ illâ μὴ ἂν ἕλοι reponendam curavi. *Muretus* testatur in libris veteribus legi μὴ ἀνέλοιτο.

ἄλλας πολλὰς πύργας ἐπὶ τῆς ἀμβολάδος γῆς, ὅπως ὁτιπλεῖσα φυλακτήρια εἴη. Οἱ μὲν δὴ ταῦτ' ἐποίουν· οἱ δὲ ἐν τῷ τείχει [a] κατεγέλων τῆς πολιορκίας, ὡς ἔχοντες τὰ ἐπιτήδεια πλέον ἢ εἴκοσιν ἐτῶν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Κῦρος, τὸ στράτευμα [b] κατένειμε εἰς δώδεκα μέρη, ὡς μῆνα τὸ ἐνιαυτὸν ἕκαστον τὸ μέρος φυλάξον. Οἱ δ' αὖ Βαβυλώνιοι, ἀκούσαντες ταῦτα, πολὺ ἔτι μᾶλλον κατεγέλων, [c] ἐννοούμενοι εἰ σφᾶς Φρύγες καὶ Λύκιοι καὶ Ἄραβιοι καὶ Καππαδόκαι φυλάξοιεν, οὓς σφίσιν ἐνόμιζον πάντας εὐμενεστέρους εἶναι, ἢ Πέρσαις. Καὶ αἱ μὲν τάφροι ἤδη ὀρωρυγμέναι ἦσαν.

Ὁ δὲ Κῦρος, ἐπειδὴ [d] ἑορτὴν τοιαύτην ἐν Βαβυλῶνι ἤκουσεν εἶναι, ἐν ᾗ πάντες Βαβυλώνιοι ὅλην τὴν νύκτα πίνουσι καὶ κωμάζουσιν ἐν ταύτῃ, ἐπειδὴ τάχιστα συνεσκότασε, λαβὼν πολλοὺς ἀνθρώπους, ἀνεῴμωσε [e] τὰς τάφρους τὰς πρὸς τὸν ποταμόν. Ὡς δὲ τοῦτο ἐγένετο,

turres supra terram egestam excitabat, ut quàm plurima essent excubiarum loca. Et has quidem illi res agebant ; qui autem in muro stabant, obsidionem *hanc* irridebant, quòd iis esset commeatus in annos plus viginti. Quæ Cyrus cùmaudîsset, in partes duodecim exercitum divisit, ut pars quælibet, unum anni mensem in excubiis esset. Babylonii rursùm, his auditis, multò etiam magìs irridebant, qui cogitarent secum, Phrygas et Lycios et Arabas et Cappadocas futuros contra se in excubiis, quos omnes arbitrabantur animis erga se magìs esse benevolis, quàm erga Persas. Ac fossæ quidem ductæ erant.

Cyrus verò, cùm audiisset celebrari Babylone festum *quendam* ejusmodi diem, quo Babylonii omnes nocte totâ potarent et comissarentur, eo die, cùm primùm invesperasceret, magnâ hominum multitudine adhibitâ, fossarum ostia fluvium versùs aperuit. Hoc cùm factum esset,

a Καὶ ἐγέλων τῆς πολιορκίας, ὡς, &c.] Audire juvabit, quid istâ de urbe tradit Q. *Curtius*, l. v, c. 1. *Ac nè totam quidem urbem tectis occupaverunt: per* 90 *stadia habitatur* :——*cætera serunt colúntque, ut si externa vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo subministrentur.* Confer *Herod.* l. i, c. 178.

b Κατένειμε εἰς δώδεκα, &c.] Vulgò deest præpositio εἰς, quam vel subaudiendam, vel per imprudentiam à typographis præteritam censuit *Portus*. Patitur ea quidem interdum ellipsin; sed maximè apud poëtas, et post verba motum ad locum significantia. Itaque reponenda potiùs quàm subintelligenda videtur; præsertim cùm, *Mureto* teste, in libris veteribus inveniatur.

c Ἐννοούμενοι εἰ, &c.] Particulam hanc pro ὅτι nonnunquam accipi annotavit *Budæus* Comm. G. L. p. 978, adlatis ex Demosthene exemplis. Ejus autem in hujusmodi sensu usus, *Devario* judice, proprius est dubiis rebus de quibus tametsi credamus, pro certis tamen adfirmare non possumus. Vide tamen quæ notavimus p. 225. Confer. Act. xxvi, 8, ubi frustrà est *Grotius*, qui εἰ pro ὅτι ad modum Hebræi אם poni ait.

d Ἑορτὴν τοιαύτην, &c.] Hoc de Festo agitur *Daniel.* v.

e Τὰς τάφρους τὰς, &c.] Ità editiones *Ald. Eton. Leuncl.* Stephanus exhibet τάφρους τὰς ὅσας, &c. additâ tamen huic participio vocis suspectæ notâ. Quod autem ad rem ipsam attinet, quâ de hoc

τὸ ὕδωρ καλὰ τὰς τάφρους ἐχώρει ἐν τῇ νυκτί· ἡ δὲ διὰ τῆς πόλεως τῷ ποταμῷ ὁδὸς πορεύσιμος ἀνθρώποις ἐγίνετο. [a] Ὡς δὲ τὸ τῷ ποταμῷ ἔτως ἐπορεύνετο, παρηγγύησεν ὁ Κῦρος Πέρσαις χιλιάρχοις καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων, εἰς δύο ἀγωνίας τὴν χιλιοστὺν παρεῖναι πρὸς αὐτόν, τὰς δ' ἄλλας συμμάχους κατ' ἀρὰν τάττων ἕπεσθαι, ἥπερ πρόσθεν τεταγμένους. Οἱ μὲν δὴ παρῆσαν· ὁ δὲ, καταβιβάσας εἰς τὸ ξηρὸν τῷ πολαμῷ τοὺς ὑπηρέτας καὶ πεζοὺς καὶ ἱππέας, ἐκέλευσε σκέψασθαι εἰ πορεύσιμον εἴη τὸ ἔδαφος τῷ ποταμῷ. Ἐπεὶ δὲ ἀπήγγειλαν ὅτι πορεύσιμον εἴη, ἐνταῦθα δὴ συγκαλέσας τοὺς ἡγεμόνας τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων, ἔλεξε τοιάδε·

" Ἄνδρες φίλοι, ὁ μὲν ποταμὸς ἡμῖν παρακεχώρηκε τῆς εἰς " τὴν πόλιν ὁδῷ· ἡμεῖς δὲ θαῤῥοῦντες [b] εἰσίωμεν εἴσω, ἐννοού- " μενοι ὅτι οὗτοι ἐφ' οὓς νῦν πορευσόμεθα, ἐκεῖνοί εἰσιν οὓς " ἡμεῖς καὶ συμμάχους πρὸς ἑαυτοῖς ἔχοντας, καὶ ἐγρηγορό- " τας ἅπαντας καὶ νήφοντας, καὶ ἐξωπλισμένους καὶ συντεταγμένους " ἐνικῶμεν· νῦν δ' [c] ἐπ' αὐτοὺς ἴωμεν ἐν ᾧ πολλοὶ μὲν αὐτῶν

aqua noctu in fossas manabat; et alveus fluvii per urbem *tendens*, hominibus pervius esse cœpit. Id ubi de flumine hoc modo *ei* successisset, Persicis Cyrus et equitum et peditum tribunis imperat, mille suos in binos explicatos ducendo apud se adessent; reliqui socii hos à tergo sequerentur, instructi quemadmodùm priùs. Et hi quidem aderant; cùm ille, in siccam fluminis partem ministris suis, tàm peditibus quàm equitibus immissis, ut explorarent an vadum fluminis permeari possit imperavit. Posteaquam illi posse permeari renuntiârunt, tum verò peditum equitúmque ducibus convocatis, hujusmodi verba fecit:

" Flumen *hoc* nobis, amici, viam in urbem concessit: *eam* nos animis " præsentibus *et omni timore vacuis* ingrediamur, nobiscum ipsi reputan- " tes, hos, quos, adgressuri nunc sumus, eos esse, quos à sociis sibi adjunctis " instructos, et omnes vigilantes et sobrios, armatos et in acie dispositos " vicimus: jam verò adversùs eos tendamus quo tempore multi eorum

agitur in loco, vide omninò *Jer.* l, 24, 38, li, 32, 36, ubi manifestè adluditur ad aquas Euphratis à Cyro in paludem Nitocris abducendas. Conferre juvabit *Herod.* l. i, c. 191, et *Polyæn.* l. 7, c. 6. Refertur ab *Usserio* ad annum M. 3466. J. P. 4176, ante ær. Christ. 538.

a Ὡς δὲ τὸ τῷ] Eâdem prorsus elliptice loquendi ratione utitur Mat. xxi, 21. —οὐ μόνον τὸ τῆς συκῆς, &c.] Sic autem loqui amant auctores, quoties indicare volunt, quod alteri quocunque modo accidit.

b Εἰσίωμεν εἴσω, &c.] Hæc sincera est edit. *Eton.* lectio, quæ in margine MSti quoque Bodl. comparet. In cæteris libris legitur—εἰσίωμεν, μηδὲν φοβούμενοι εἴσω, ἐννοούμενοι, &c. At Stephanus rectè verba hæc, μηδὲν φοβούμενοι, ex margini adscripto scholio irrepsisse putat: ibi enim participium θαῤῥοῦντες iis expositum fuerat.

c Ἐπ' αὐτοὺς ἴωμεν, &c.] In editione *Ald.* perperam scribitur ἰόμεν, in reliquis exstat recepta scriptura; aliam tamen tàm Stephanus quàm Leunclavius margini adscripsêre, nimirum εἶμεν: quam hic in loco vertendo sequitur.

" καθεύδȣσι, [a] πολλοὶ δ' αὐτῶν μεθύȣσι, πάντες δὲ ἀσύντακτοι
" εἰσίν· ὅταν δὲ καὶ αἴσθωνται ἡμᾶς ἔνδον ὄντας, [b] πολὺ ἂν ἔτι
" μᾶλλον ἢ νῦν ἀχρεῖοι ἔσονται, ὑπὸ τȣ̃ ἐκπεπλῆχθαι. Εἰ δέ
" τις τȣ̃το ἐννοεῖται, ὃ δὴ λέγεται φοβερὸν εἶναι τοῖς εἰς πόλιν
" εἰσιȣ̃σι, μὴ ἐπὶ τὰ τέγη ἀναβάντες βάλωσιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν,
" τȣ̃το μάλιστα θαῤῥεῖτε· ἢν γὰρ ἀναβῶσί τινες ἐπὶ τὰς οἰκίας,
" ἔχομεν σύμμαχον θεὸν [c] Ἥφαιστον. [d] Εὔφλεκτα δὲ τὰ πρό-
" θυρα αὐτῶν, φοίνικος μὲν αἱ θύραι πεποιημέναι, ἀσφάλτῳ
" δὲ ὑπεκκαύματι κεχρισμέναι. Ἡμεῖς δ' αὖ πολλὴν δᾷδα
" ἔχομεν, ἣ ταχὺ πολὺ πῦρ τέξεται, πολλὴν δὲ πίτταν καὶ στυπ-
" πεῖον, ἃ ταχὺ παρακαλεῖ πολλὴν φλόγα· ὥστε ἀνάγκην
" εἶναι ἢ [e] φεύγειν ταχὺ τȣ̀ς ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, ἢ ταχὺ κατα-
" κεκαῦσθαι. Ἀλλ' ἄγετε, λαμβάνετε ὅπλα· ἡγήσομαι δὲ ἐγὼ
" σὺν τοῖς θεοῖς. Ὑμεῖς δ', ἔφη, ὦ Γαδάτα ϗ Γωβρύα, δείκνυτε

" dormiunt multi sunt ebrii, universi denique inordinati: cùm au-
" tem et nos intus esse senserint, multò magìs etiam, quàm nunc, in-
" utiles futuri sunt, quia exanimati erunt. At si hæc in mentem alicui
" venit, quod sanè fertur esse formidilosum urbem intrantibus, nè tec-
" tis illis conscensis hinc inde tela *in nos* conjiciant, id *ipsum* maximè
" vobis animos addat: nam si qui conscendent ædes, adjutor nobis est
" deus Vulcanus. Sunt verò eorum vestibula crematu facilia; cùm
" januæ palmarum è materiâ fabricatæ sint, et bitumine illitæ, quod
" ignem facilè concipit. Nobis autem et faces plurimæ sunt, quæ in-
" cendium ingens citò parient, et copia picis ac stuppæ, quæ citò mag-
" nam flammam eliciunt: adeò ut vel celeriter necesse sit hos ex ædibus
" aufugere, vel celeriter exuri. Verùm agite, arma capite; diis equi-
" dem juvantibus præibo. Vos autem Gadata et Gobrya, demonstrate

a Πολλοὶ δ' αὐτῶν, &c.] *Muretus* ex libris suis adfert πολλοὶ δ' ἂν μεθύȣσι. Sed contra cæterorum omnium fidem nihil mutandum. Vide *Jerem.* li, 39, 57.

b Πολὺ ἂν ἔτι μᾶλλον, &c.] Lege *Isa.* xiii, 7, 8, xxi, 2, 3. *Jer.* l, 35, 36, 43, l, 30.

c Ἥφαιστον] Vox origine orientalis, quæ Doricè scribitur Ἄφαιστος, i. e. אבאשתא *afesto*, pater seu inventor ignis; quia, ut Græci fabulantur, ἐφεῦρε πῦρ, ϗ τέχνας δὲ τῶν ἐκ πυρὸς ὁπόσας. Hinc ignis etiam ipse Ἥφιστος à Græcis nuncupatur. Ità *Tzetz.* chil. 10, histor. 335.

Ἐκ τȣ̃ Ἥφαίστȣ τοιγαρȣ̃ν τȣ̃ πῦρ ἐφευρηκότος.

Ἥφαιστον καὶ τὸ πῦρ φαμὲν, τῷ εὑρετῇ ἐπίσης.

Vulcani adpellatio ad voces תיבל קין *Tubal Cain*, Gen. iv, 22, proximè accedit; atque adeò haud sine causâ viri docti statuerunt *Vulcanum* esse *Tubal Cain*.

d Εὔφλεκτα δὲ, &c.] *Strabo*, lib. xvi, p. 1073, et seq. de Babyloniâ: Διὰ δὲ τὸν τῆς ὕλης σπάνιν, ἐκ φοινίκων ξύλων αἱ οἰκοδομαὶ συντελȣ̃νται, ϗ δοκοῖς ϗ στύλοις· περὶ δὲ τȣ̃ς στύλȣς στρέφοντες ἐκ τῆς καλάμης σχοίνια περιτιθέασιν εἶτ' ἐπαλείφοντες χρώμασι καταγράφȣσι· τὰς δὲ θύρας ἀσφάλτῳ, &c.

e Φεύγειν ταχὺ τοὺς ἀπὸ, &c.] Leunclavius αὐτȣ̀ς, pro τȣ̀ς, quod in omnibus

"τὰς ὁδός· ἴσε γάρ· ὅταν δὲ ἐνλὸς γενώμεθα, τὴν ταχίσην ἄγελε "[a] ἐπὶ τὰ βασίλεια." Καὶ μὴν, ἔφασαν οἱ ἀμφὶ τὸν Γωβρύαν, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμασὸν, εἰ εἶεν ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τῦ βασιλείυ· ἐν κώμῳ γὰρ δοκεῖ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί. Φυλακῇ μέντοι πρὸ τῶν πυλῶν ἐνλευξόμεθα· ἴσι γὰρ αἰεὶ τελαλμένη. [b] Οὐκ ἂν ἀμελεῖν δέοι, ἔφη ὁ Κῦρος, ἀλλ' ἰέναι, ἵνα ἀπαρασκεύυς ὡς μάλισα λάβωμεν τὲς ἄνδρας.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐῤῥήθη, ἐπορεύοντο· τῶν δὲ ἀπαντώντων οἱ μὲν ἀπέθνησκον παιόμενοι, οἱ δ' ἔφευγον [c] πάλιν εἴσω, οἱ δ' ἐβόων· Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Γωβρύαν συνεβόων αὐτοῖς, ὡς κωμασαὶ ὄντες καὶ αὐτοί· καὶ [d] ἰόντες ᾗ ἐδύναντο ὡς τάχισα ἐπὶ

" *nobis* itinera; cùm ea vobis sint cognita: et ubi jam intus erimus, " quamprimùm ad regiam ducite." Atqui, aiebant illi qui erant cum Gobryâ, non mirum fuerit, si quidem nec portæ ipsius regiæ clausæ sint: urbs enim tota videtur hâc nocte comissationi esse intenta. Sed in excubias tamen ante *regiæ* portas incidemus; quòd eæ semper istìc collocentur. Non negligenda res est, ait Cyrus, sed eundum, ut eos quàm maximè imparatos offendamus.

Hæc ubi dicta fuerunt, pergebant: si qui autem eis obviam venirent, partim cæsi peribant, partim introrsùm fugâ se recipiebant, partim clamorem edebant. Qui verò circa Gobryam erant, eosdem cum illis clamores edebant, velut ipsi quoque comissatores: et pergentes quà celerrimè *progredi* pote-

reperitur libris, reponendum censet. Sed ferri tamen potest vulgata lectio, ut eodem modo dicatur hîc φεύγειν ταχὺ τοὺς ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, quo dictum est ἀναβ. ε', p. 206. Ἔφευγον οὖν καὶ οἱ ἀπὸ τούτων τῶν οἰκιῶν.

a Ἐπὶ τὰ βασίλεια. Καὶ, &c.] Inter has voces—*βασίλεια*. Καὶ, &c. aliqua desiderari tàm Stephanus quàm Leunclavius aliquando suspicati sunt. Tandem utrique magìs placuit et distinctionis et scripturæ verborum, quæ mox sequuntur, mutatio. Duas itaque lectiones hasce Stephanus ex conjecturâ proponit: prima,—τῦ βασιλείυ, ὡς ἐν κώμῳ δεῖ· κωμάζει γὰρ ἡ πόλις πᾶσα τῇδε, &c. altera,—τῦ βασιλείυ, ὡς ἐν κώμῳ· ἐν κώμῳ γὰρ δοκεῖ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε, &c. Hoc postremo ferè modo *Muretus* etiam totum hùnc locum legendum putavit—οὐδὲν ἂν εἴη θαυμασὸν, εἰ καὶ ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τῦ βασιλείυ εἶεν, ὡς ἐν κώμῳ· ἐν κώμῳ γὰρ δοκεῖ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι, τῇδε τῇ νυκτί. Minùs sanè mihi grata est ista repetitio—ὡς ἐν κώμῳ· ἐν κώμῳ γὰρ, &c. quare præ cæteris arridet Leunclavii, locum ità refingentis, conjectura: οὐδὲν ἂν εἴη θαυμασὸν, εἰ κα εἶεν ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τῦ βασιλείυ· ὡς ἐν κώμῳ γὰρ δοκεῖ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί. Quin et *Camerarius* lectionem hanc nonnihil confirmat, qui in vet. suo libro totum locum sic legi annotat. οὐδὲν ἂν εἴη θαυμασὸν, εἰ καὶ ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τοῦ βασιλείυ εἶεν· κωμοδοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα τῇδε, &c. At verò novum est illud κωμοδοκεῖ, et haud dubiè πονηροῦ κόμματος. Hujus autem ipsius conviviì mentio est *Danielis* v. Vide *Isai.* xlv. Vulgò legitur οὐδὲν ἂν εἴη θαυμασὸν· καὶ γὰρ ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τῦ βασιλείυ· ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ, &c.

b Οὐκ ἂν ἀμελεῖν, &c.] Ità libri, quos vidi, omnes. *Muretus* autem legit, οὐκ ἄρα μέλλειν δεῖ. Nec, opinor, malè.

c Πάλιν εἴσω, &c.] Leunclavius in Camerarii libro rectiùs scriptum putat, ἔφευγον πάλιν ὀπίσω· quod mihi quidem non æquè placet. Nam, ut taceam aliorum omnium librorum auctoritatem, de vulgatæ lectionis sinceritate dubitationem tollant omnem ea, quæ paulò post sequuntur: καὶ τοῖς πάλιν φεύγουσιν εἴσω, &c. Vide *Jerem.* li, 38.

d Ἰόντες ᾗ ἐδύναντο ὡς, &c.] In editione *Eton.* deest illud ὡς post ἐδύναντο· et ità

τοῖς βασιλείοις ἐγένοντο. Καὶ οἱ μὲν σὺν τῷ Γωβρύᾳ καὶ Γαδάτᾳ τεταγμένοι κεκλεισμένας εὑρίσκουσι τὰς πύλας τῆ βασιλείᾳ· οἱ δ' ἐπὶ τὰς φύλακας ταχθέντες ἐπεισπίπτουσιν αὐτοῖς [a] πίνουσι πρὸς φῶς πολύ, καὶ εὐθὺς [b] ὡς πολέμιοι ἐχρῶντο αὐτοῖς. Ὡς δὲ κραυγὴ καὶ κλύπος ἐγίγνετο, αἰσθόμενοι οἱ ἔνδον τῆ θορύβῳ, [c] κελεύσαντος τοῦ βασιλέως σκέψασθαι τί εἴη τὸ πρᾶγμα, ἐκθέουσί τινες ἀνοίξαντες τὰς πύλας. Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Γαδάταν ὡς εἶδον τὰς πύλας χαλώσας, εἰσπίπτουσι, καὶ τοῖς πάλιν φεύγουσιν εἴσω ἐφεπόμενοι, καὶ παίοντες ἀφικνοῦνται [d] πρὸς τὸν βασιλέα· ἤδη ἐσηκότα αὐτὸν καὶ ἐσπασμένον ὃν εἶχεν ἀκινάκην εὑρίσκουσι. Καὶ τοῦτον μὲν οἱ σὺν Γαδάτᾳ καὶ Γωβρύᾳ πολλοὶ ἐχειρώσαντο· καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δὲ ἀπέθνησκον, ὁ μὲν, προβαλλόμενός τι, ὁ δὲ, φεύγων, ὁ δέ

rant, ad regiam perveniunt. Et hi quidem Gobryæ Gadatæque adjuncti portas regiæ clausas inveniunt; qui verò adversùs *regiæ* custodes ire jussi fuerant, magno cum impetu irruunt in eos ad ignem largum potantes, statímque hostili cum eis more agunt. Orto autem clamore ac strepitu, cùm ii, qui erant intus, tumultum sentirent, et inspici rex juberet, quid illud esset rei, apertis aliqui portis procurrunt. Cùm portas ii, qui circa Gadatam erant, patefactas conspicerent, irruunt, et illos rursùs fugientes intrò insequuti, ac ferientes ad regem perveniunt; cúmque jam erectum cum acinace, quem strictum tenebat, inveniunt. Hunc Gadatæi et Gobryani numero plures opprimunt; atque ii etiam, qui cùm ipso erant, perierunt; alias, cùm aliquid objiceret; alius, cùm fugeret;

quidem secundùm vulgarem loquendi formam dicendum videtur; scil. vel ἢ ἐδύναντο τάχισα sine ὡς· vel scribendum ὡς ἐδύναντο τάχισα sine ἢ. Ità Noster ἀναβ. δ', p. 194. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐδόκει πορευτέον εἶναι, ἢ δύναιντο τάχιστα, &c. Fieri tamen potest, inquit Stephanus, ut ἐκ τῶν παραλλήλων utrumque positum fuerit. Nisi fortè dicamus distinguendum post ἢ ἐδύναντο, ut ὡς τάχισα cum sequentibus connectatur. Hanc sanè distinguendi rationem sequuntur *Camerarius* et *Gabrielius*; eidémque favet *Zonaras*, apud quem sic legitur et distinguitur, ὡς ἐδύναντο, τάχισα ἐπί, &c. Sed MS. Bodl. et editiones *Ald. Steph. Leuncl.* receptam lectionem et distinguendi rationem constabiliunt.

a Πίνουσι πρὸς φῶς] Hoc in loco φῶς denotat *ignem:* quem igitur *Hammondus* et *Gatakerus* putant esse Hebraïsmum, Marc. xiv, 54, nullus est. *Hesychius*, φῶς, τὸ πῦρ καὶ ἡ χάρα. Forsan, ἡ ἐσχάρα. Locus autem hic egregiè facit ad illustrandum vaticinium *Jeremiæ* de Babyloniis, quos, ubi incaluissent, trucidatum iri ait cap. li, 39. Verè ergo incaluerant et vino et igne ingenti. Conf. v. 57.

b Ὡς πολέμιοι, &c.] *Muretus* legit, πολεμίοις. Sed rectius, opinor, MS. Bodl. et editi libri, πολέμιοι. Nam priùs συνεδόκουν αὐτοῖς ὡς κωμασταὶ ὄντες, nunc tandem, quales reverà fuerant, ostendunt.

c Κελεύσαντος τοῦ βασιλέως, &c.] Conf. *Isai.* xlv, 1.

d Πρὸς τὸν βασιλέα, &c.] Scil. *Belshazarem;* qui et *Nabonnidus* à Beroso, *Labynitus* ab Herodoto vocatur. Vide *Isa.* xiii, 14, 15, xxi, 2, 3, 4, xlv, 1, et seq. *Dan.* v, 30. *Jer.* xxv. 12, 13, 14. l, li, passim. Anno autem M. 3466. J. P. 4176, ante æram Christianam 538. Babylonicum imperium eversum erat, atque ad Medos et Persas victores, prout à Prophetis prædictum erat, translatum. Confer. *Berosum* apud *Joseph.* contra *Api.* l. i, c. 20, et *Euseb.* Præpar. Evang. l. ix, c. 40.

γε, καὶ ἀμυνόμενος ὅτῳ ἐδύνατο. Ὁ δὲ Κῦρος διέπεμπε τὰς τῶν ἱππέων τάξεις κατὰ τὰς ὁδούς· καὶ προεῖπεν, οὓς μὲν ἔξω λαμβάνοιεν κατακαίνειν, τοὺς δ' ἐν ταῖς οἰκίαις κηρύττειν τοὺς Συριστὶ ἐπισταμένους ἔνδον μένειν· εἰ δέ τις ἔξω ληφθείη, ὅτι θανατώσοιτο. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐποίουν.

Γαδάτας δὲ καὶ Γωβρύας ἧκον· καὶ θεοὺς μὲν πρῶτον προσεκύνουν ὅτι τετιμωρημένοι ἦσαν τὸν ἀνόσιον βασιλέα, ἔπειτα δὲ Κύρου κατεφίλουν καὶ χεῖρας καὶ πόδας, [a] πολλὰ δακρύοντες ἅμα χαρᾷ καὶ εὐφραινόμενοι. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ ᾔσθοντο οἱ τὰς ἄκρας ἔχοντες ἑάλωκυῖάν τε τὴν πόλιν καὶ τὸν βασιλέα τεθνηκότα, παραδιδόασι καὶ τὰς ἄκρας. Ὁ δὲ Κῦρος τὰς μὲν ἄκρας εὐθὺς παρελάμβανε, καὶ φρουράρχας τε καὶ φρουροὺς εἰς ταύτας ἀνέπεμπε· τοὺς δὲ τεθνηκότας θάπτειν ἐφῆκε τοῖς προσήκουσι· τοὺς δὲ κήρυκας κηρύττειν ἐκέλευσεν, ἀποφέρειν πάντας τὰ ὅπλα Βαβυλωνίους·

alius, cùm se quacunque re poterat tueretur. Cyrus autem cohortes equitum per vias *passim* dimittebat; et edicebat, ut quos extra *domos* deprehenderent, occiderent; útque ii, qui linguæ Syriacæ periti erant, denuntiarent illis qui *adhuc* in ædibus essent, ut intus manerent: quòd si quis forìs deprehenderetur, eum morte multandum. Et hi quidem hæc exsequebantur.

Gadatas autem et Gobryas accesserunt; ac deos primùm venerati sunt, quòd de impio rege pœnas sumpsissent; deindè manus et pedes Cyri deosculabantur, cùm præ gaudio, simul et lachrymas copiosè profunderent et lætitiæ signa darent. Posteaquam illuxisset, ac sensissent illi, qui arces tenebat, tum urbem esse captam, tum regem occisum, arces etiam tradunt. Cyrus eas statim occupat, et præsidiorum magistros cum militibus præsidiariis in illas immittit: mortuos sepeliendi potestatem propinquis facit; et præcones *palam* prædicare jussit, ut omnes Babylonii arma deferrent:

a Πολλὰ δακρύοντες, &c.] De lachrymis gaudio expressis sic *Philo*, περὶ ἄποικ. p. 412, ed. nov. *Par.* Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς χορευταῖς τῆς ἀρετῆς σφαδάζειν καὶ δακρύειν ἔθος ἢ τὰς τῶν ἀφρόνων ὀδυρομένοις συμφορὰς, ἢ διὰ περιχάρειαν· γίνεται δὲ αὕτη, ὅταν ἀθρόα ἀγαστὰ μηδὲν προσδοκηθέντα ποτὲ, αἰφνίδιον ὀμβρήσαντα πλημμυρῇ, &c. *Sueton.* lib. ii, p: 29, edit. *Casaub.* fol. tradit, *Augustum* etiam *Messallæ*, eum ex mandatis Senatûs P. Q. R. *patrem patriæ* salutanti, lachrymantem respondisse. Quem ad locum simile exemplum adduxit *Casaubonus*, de lachrymis magni principis Ptolemæi ex lætitiâ manantibus: qui, *Josepho* auctore, cùm adlata recens è Judæâ Legis Dei sacra volumina venerabundus tractaret, eóque nomine Deo O. M. gratias ageret: faustâ omnium qui aderant acclamatione dilaudatus, lachrymas non tenuit. *Josephus* eleganter: ἐκβοησάντων δ' ὑφ' ἓν τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν συμπαρόντων, γίνεσθαι τὰ ἀγαθὰ τῷ βασιλεῖ, δι' ὑπερβολὴν ἡδονῆς εἰς δάκρυα προὔπεσε· φύσει τῆς μεγάλης χαρᾶς πασχούσης καὶ τὰ τῶν λυπηρῶν σύμβολα. *Ant. Jud.* l. xii, c. 2, p. 516, ed. Oxon. Idem expressit *Sophocles* Elect. v. 912.

Χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων.

Consule *Scholi*. Et ejusd. Trag. v. 1243, 1244.

——— κἀπὶ συμφοραῖσί μοι
Γεγηθὸς ἔρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο.

ὅπῃ δὲ [a] ληφθήσοιτο ὅπλα ἐν οἰκίᾳ, προηγόρευον ὡς πάντες οἱ ἔνδον ἀποθανεῖσθαι. Οἱ μὲν δὴ ἀπέφερον· ὁ δὲ Κῦρος ταῦτα μὲν εἰς τὰς ἄκρας καθέτετο, ὡς εἴη ἕτοιμα εἴ τι πολὲ δέοι χρῆσθαι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτ' ἐπέπρακτο, πρῶτον μὲν τὸς μάγος καλέσας, ὡς δορυαλώτῃ τῆς πόλεως ὄσης, ἀκροθίνια τοῖς θεοῖς ἂν τεμένη ἐκέλευσεν ἐξελεῖν· ἐκ τούτου δὲ καὶ οἰκίας διεδίδου καὶ ἀρχεῖα τούτοις, ὃς περ κοινωνὸς ἐνόμιζε τῶν καταπεπραγμένων· [b] οὕτω διένειμεν, ὥσπερ ἐδέδοκτο, τὰ κράτιστα τοῖς ἀρίστοις. Εἰ δέ τις οἴοιτο μεῖον ἔχειν, διδάσκειν προσιόντα ἐκέλευε. Προεῖπε δὲ, Βαβυλωνίοις μὲν τὴν γῆν ἐργάζεσθαι, καὶ τὰς δασμὰς ἀποφέρειν, καὶ θεραπεύειν τούτους οἷς ἕκαστοι αὐτῶν ἐδόθησαν· Πέρσας δὲ καὶ τὰς κοινωνοὺς, καὶ τῶν συμμάχων ὅσοι μένειν ἠρῶντο παρ' αὐτῷ, ὡς δεσπότας ὧν ἔλαβον προηγόρευε διαλέξεσθαι.

Ἐκ δὲ τούτου ἐπιθυμῶν ὁ Κῦρος ἤδη καλλωπίζεσθαι καὶ αὐτὸς ὡς βασιλεῖ ἠγεῖτο πρέπειν, ἔδοξεν αὐτῷ τοῦτο σὺν τῇ τῶν φίλων γνώμῃ ποιῆσαι, [c] ὡς ὀτιμώτατα ἂν ἐπιφθόνως σπανιός τε καὶ σεμνὸς φανείη. Ὧδε δὴ ἐμηχανᾶτο τοῦτο· ἅμα τῇ ἡμέρᾳ σὰς, ὅπου ἐδόκει ἐπιτήδειον

in quacunque verò domo arma deprehenderentur, in eâ denuntiabant omnibus esse moriendum. Et illi quidem arma deportabant: quæ Cyrus in arces deposuit, ut in promptu essent, si quando eis esset utendum. Hæc ubi peracta fuerunt, primùm arcessitis magis, quia bello capta urbs esset, præcepit, ut diis primitias manubiarum et fana seligerent: posteà tum *alias* domos tum principum ædificia dividebat in eos, quos illorum, quæ gesta fuerant, socios existimabat: atque hoc modo distribuit, utì dudum fuerat decretum, optima *quæque* præstantissimis. Quòd si putaret aliquis sibi minus obtigisse, mandabat ut accedens *id ipsum* doceret. Edixit etiam, Babyloniis agros esse colendos, et tributa pendenda, et iis obsequia præstanda quibus singuli traditi essent: Persas verò et *Persarum* participes, et quotquot ex sociis apud eum remanere vellent, jussit tanquam dominos, cum iis quos *sibi traditos* accepissent, loqui.

Secundùm hæc cupiens jam Cyrus etiam se parare, quemadmodùm decere regem existimaret, id de amicorum sententiâ faciendum statuit, ut quàm minimâ cum invidiâ et rariùs conspiceretur et augustiori specie. Id igitur ità effecit; primâ luce stabit in loco, quo putabat esse

a Ληφθήσοιτο] Libens hanc scripturam amplexus sum, quam Stephanus ex vet. quodam libro adfert, et reponendam etiam censet. Priùs erat, λειφθήσοιτο.

b Οὕτω διένειμεν] *Gabrielius* ex vetustis suis exemplaribus adfert, οὕτω δὲ διένειμε. Sed cùm MS. Bodl. et libri editi, quos vidi, omnes vulgatam lectionem tueantur, nihil muto. Infrà quoque sub init. lib. viii, occurrit locus, ubi oratio nullius particulæ vinculo connectitur.

c Ὡς ὀτιμώτατα ἂν, &c.] Sic reponendum monuit olim *Muretus*. Cui non invitus parui. Vulgò scribitur ὀτιμώτατα ἀνεπιφθόνως. Leunclavius legendum putat ὀτιμώτατα ἐπιφθόνως. Sed ultro ferè sese offert, quam amplexi sumus, scriptura.

εἶναι, προσεδέχετο τὸν βουλόμενον λέγειν τι, καὶ ἀποκρινόμενος ἀπέπεμπεν. Οἱ δ' ἄνθρωποι, ὡς ἔγνωσαν ὅτι προσδέχοιτο, ἦκον ἀμήχανοι τὸ πλῆθος· καὶ ὠθισμένων περὶ τῷ προσελθεῖν, μηχανή τε πολλὴ καὶ μάχη ἦν. Οἱ δὲ ὑπηρέται ὡς ἠδύναντο διακρίνοντες, [a] προσίεσαν. Ὁπότε δέ τις καὶ τῶν φίλων διωσάμενος τὸν ὄχλον προφανείη, προτείνων ὁ Κῦρος τὴν χεῖρα προσήγετο αὐτὸς, καὶ ἅτως ἔλεγεν, Ἄνδρες φίλοι, [b] περιμένετε ἕως τὸν ὄχλον διωσώμεθα· ἔπειτα δὲ καθ' ἡσυχίαν συγγενησόμεθα. Οἱ μὲν δὴ φίλοι περιέμενον, [c] ὁ δ' ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπέῤῥει, [d] ἕως παρέφθασεν ἑσπέρα γενομένη πρὶν τοῖς φίλοις αὐτὸν σχολάσαι καὶ συγγενέσθαι. Οὕτω δὴ ὁ Κῦρος λέγει, Ἆρα, ἔφη, ὦ ἄνδρες, νῦν μὲν καιρὸς διαλυθῆναι· αὔριον δὲ πρωὶ ἔλθετε· καὶ γὰρ ἐγὼ βούλομαι ὑμῖν τι διαλεχθῆναι. Ἀκούσαντες ταῦτα

commodum, et admittebat *quemlibet* aliquid dicere volentem ; ac postquam respondisset, dimittebat. Cùm autem intellexissent homines, *Cyrum eos* expectare, infinita multitudo ad eum confluxit : *jam*que conveniendi *ejus* causâ *semet* impellentium molitiones et rixæ multiplices erant. Ministri autem *ipsius* adhibito discrimine, prout poterant, accedendi potestatem faciebant. Quòd si aliquando quispiam ex amicis impellendo disjectâ *hominum* turbâ in conspectum *Cyri* prodiret, *tum verò* manum protendens istos adtrahebat, et ità dixit, Expectate, amici, donec turbam hanc dimoveamus ; ac deindè per otium congrediemur. Expectabant igitur amici, et turba major usque adfluebat, donec opprimeret eum vespera, priusquam nactus essetotium in amicorum congressum colloquiúmque veniendi. Itaque dicebat Cyrus, Modò quidem, viri, tempus est discedendi : cras manè adeste ; nam est quod vobiscum colloquar. His auditis,

a Προσίεσαν] In vulgatis codicibus legitur *προσίεσαν*. Sed Stephanus secutus sum, qui unius literæ mutatione locum feliciter restituit : et similem recepti verbi notavit usum *ἀναζ. δ'*, p. 194. *Οἱ ἔν πύλαι ἥκοντες, ἢ πῦρ καίοντες, ἢ προσίεσαν πρὸς τὸ πῦρ τὰς ὀψίζοντας*, &c.

b Περιμένετε] In MS. Bodl. et editione *Ald.* legitur *παραμένετε*, et mox infra *παρίμενον*. Editio ista dat quoque *ὡς διωσόμεθα*. Sed omninò rectè manu illud exaratum exemplar, et principes editiones scripturam verbi hujus receptam exhibent.

c Ὁ δ' ὄχλος πλείων καὶ, &c.] Pari orationis elegantiâ simul et vi *τὸ μᾶλλον* iterat apostolus *Philip.* i, 9. *Καὶ τοῦτο προσεύχομαι, ἵνα ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον περισσεύῃ—*

d Ἕως παρέφθασεν] Suspicetur fortasse quispiam, inquit Stephanus, pro *ἕως παρέφθασε* legendum *ἕωσπερ ἔφθασεν*. Sed quidni Xenophontem hîc Homerico verbo, ut aliis alibi, uti dicamus ? Ab Homero autem præpositionem *παρὰ* pro præpositione *πρὸ* usurpari hoc in verbo constat ex Il. *κ'*, v. 346 :

— *εἰ δ' ἄμμι παραφθαίησι πόδισσιν.*

Sic ejusd. Il. *ψ'*, v. 515 :

Κέρδιστε, ἔτι τάχει γε παραφθάμενος Μενέλαον.

Et *χ'*, v. 197 :

Τεσσάκι μὲν προπάροιθεν ἀποῤῥίψασκε παραφθὰς
Πρὸς πεδίον γ'.

Ubi Eustathius *παραφθὰς* exponit *προφθάσας*.

οἱ φίλοι, ἅσμενοι ὡχοντο ἀποθέοντες, δίκην δεδωκότες [a] ὑπὸ πάντων τῶν ἀναγκαίων. Καὶ τότε μὲν ὅτως ἐκοιμήθησαν·

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ ὁ μὲν Κῦρος [b] παρῆν εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον· ἀνθρώπων δὲ πολὺ πλεῖον πλῆθος περιειστήκει βουλομένων προσιέναι, καὶ πολὺ πρότερον ἢ οἱ φίλοι παρῆσαν. Ὁ δὲ Κῦρος περισησάμενος τῶν ξυσοφόρων Περσῶν κύκλον μέγαν, εἶπε μηδένα [c] παριέναι ἢ τοὺς φίλους τε καὶ ἀρχοντας τῶν Περσῶν τε καὶ τῶν συμμάχων. Ἐπεὶ δὲ συνῆλθον αὐτοί, ἔλεξεν ὁ Κῦρος αὐτοῖς τοιάδε. " Ἄνδρες " φίλοι καὶ σύμμαχοι, τοῖς μὲν θεοῖς ἔδεν ἂν ἔχοιμεν μέμψασθαι, " τὸ μὴ ἔχι μέχρι τοῦδε πάντα ὅσα εὐχόμεθα καλαπεπραχέναι· " εἰ μέντοι τοιοῦτον ἔσαι τὸ μεγάλα πράσσειν, ὥσε μὴ οἷόν τε εἶ- " ναι μήτε ἀμφ' αὐτὸν σχολὴν ἔχειν, μήτε μετὰ τῶν φίλων εὖ- " φρανθῆναι, ἐγὼ μὲν χαίρειν ταύτην τὴν εὐδαιμονίαν κελεύω. " Ἐνενοήσατε γὰρ, ἔφη, καὶ χθὲς δήπου, ὅτι ἕωθεν ἀρξάμενοι " ἀκούειν τῶν προσιόντων, οὐκ ἐλήξαμεν πρόσθεν ἑσπέρας· καὶ νῦν " ὁρᾶτε τούτους, καὶ ἄλλους πλείονας τῶν χθὲς παρόντων, ὡς πράγ- " ματα ἡμῖν παρέξοντας. Εἴ οὖν τις τούτοις ὑφέξει ἑαυτὸν, " λογίζομαι μικρὸν μέν τι ὑμῖν μέρος ἐμὲ μετεσόμενον, μικρὸν

libenter amici discedebant curriculò, rebus omnibus necessariis multati. Ac tum quidem ità quieti se dederunt:

Postridiè Cyrus ad eundem locum aderat: quem *jam* multò major hominum adire volentium turba circumstabat, qui multò priùs etiam quàm illi amici advenerant. Cyrus igitur Persis hastas gestantibus ambitu magno circum se collocatis, neminem admitti jussit, præter amicos et Persarum sociorúmque principes. Illi verò cùm convenissent, hujusmodi Cyrus ad eos orationem habuit: " Nihil est, amici ac socii, quod de diis quera- " mur, quasi non perfecerimus hactenùs omnia, quæcunque liceret optare: " sed enim si hujusmodi quiddam est res magnas gerere; ut neque possis " ipsi tibi vacare, neque cum amicis hilariter vivere, beatitatem *sanè* hanc " equidem valere jubeo. Nam et herì utique animadvertistis, inquit, à " primâ nos aurorâ cœpisse audire accedentes, neque desiisse ante vespe- " ram: et nunc videtis hos, atque alios multò plures iis qui herì aderant, " præstò esse, ut nobis negotia facessant. Itaque si quis istis se submittere " velit, equidem cogito, exiguâ parte vobis mei copiam fore, et mihi

a Ὑπὸ πάντων] Ità rectè editio *Eton.* adsentientibus Stephano, Leunclavio et MSto Bodl. Similiter ἀναξ. δ', p. 194, Ὅσοι δὲ, ὅτε πεπρότερον ἀτήσαν, τὰς οἰκίας ἐνέπρησαν, ὑπὸ τῆς αἰθρίας δίκην ἐδίδοσαν. Vulgò, ἀπὸ πάντων.

b Παρῆν εἰς τὸ, &c.] Id est ἐν τῷ, &c. Nam hæ præpositiones invicem permutantur. Vide *Matt.* ii, 1. *Joh.* i, 18. Nisi quis dicat hîc παρεῖναι motûs significationem, ut alibi, habere; quo sensu, postulat post se εἰς, πρὸς, ἐπὶ, vel adverbium *ad locum.*

c Παριέναι ἢ, &c.] Particula ἢ hîc idem esse videtur, quòd εἰ μή. Sic Joh. xiii, 10. Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι.—

" δέ τι ἐμοὶ ὑμῶν· ἐμαυτῷ μέντοι σαφῶς οἶδ' ὅτι οὐδ' ὁτιοῦν μοι " μελέσει. Ἔτι δ', ἔφη, καὶ ἄλλο ὁρῶ γελοῖον πρᾶγμα. Ἐγὼ " γὰρ δήπου ὑμῖν μὲν ὥσπερ εἰκὸς, διάκειμαι· τούτων δὲ τῶν [a] περι- " εσηκότων ἢ τινα ἢ οὐδένα οἶδα, [b] καίτοι πάντες οὗτω παρεσ- " κευασμένοι εἰσὶν, ὡς, ἢν νικῶσιν ὑμᾶς ὠθοῦντες, πρότερον ἃ " βούλονται ὑμῶν παρ' ἐμοῦ διαπραξόμενοι. Ἐγὼ δὲ ἠξίουν τούτους, " εἴ τις τι ἐμοῦ δέοιτο, θεραπεύειν ὑμᾶς τοὺς ἐμοὺς φίλους, [c] δεο- " μένους προσαγωγῆς. Ἴσως ἂν οὖν εἴποι τις, τί δῆτα οὐχ οὕτως " ἐξ ἀρχῆς παρεσκευασάμην, ἀλλὰ παρεῖχον ἐν τῷ μέσῳ " ἐμαυτόν. Ὅτι τὰ τοῦ πολέμου τοιαῦτα ἐγίγνωσκον ὄντα, ὡς μὴ " ὑστερίζειν δέον τὸν ἄρχοντα [d] μήτε τὸ εἰδέναι ἃ δεῖ, μήτε τὸ " πράττειν ἃ ἂν καιρὸς ᾖ· τοὺς δὲ σπανίους ἰδεῖν στρατηγοὺς πολλοὺ " ἐνόμιζον, οὓς δεῖ πραχθῆναι παριέναι. Νῦν δ' ἐπειδὴ ὁ " φιλοπονώτατος πόλεμος ἀναπέπαυται, δοκεῖ μοι καὶ ἡ ἐμὴ " ψυχὴ ἀναπαύσεώς τινος ἀξίαν τυγχάνειν. Ὡς ἂν ἐμοῦ ἀπο- " ροῦντος, ὅ,τι ἂν τύχοιμι ποιῶν, ὥστε καλῶς ἔχειν τά τε ἡμέτερα,

" vestrî: mei sanè ipsius mihi, sat scio, nè tantilla quidem erit copia. " Prætereà rem, inquit, aliam quoque ridiculam animadverto. Nam " equidem ità sum erga vos adfectus, ut par est: at eorum, qui *nos* cir- " cumstant, vel *unum* aliquem vel neminem novi; et hi tamen omnes " ità parati sunt, ut, si vos impellendo vincant, priores *etiam* vobis à me, " quæ voluerint, impetraturi sint. Ego verò æquum arbitrarer hos, si " quis à me petere aliquid vellet, amicos meos vos obsequio demereri, " atque orare ut *eos* adduceretis. Fortasse dixerit quispiam, cur ità non " ab initio me comparaverim, sed *omnibus* in medio me *potiùs* exhibue- " rim. Nimirum animadvertebam res bellicas ejusmodi esse, ut impe- " ratorem non oporteat esse postremum vel intelligendis iis quæ necesse " est, vel gerendis quæ usus postulat: et imperatores, si rarò conspice- " rentur, existimabam prætermittere multa, quæ fieri debuerant. Nunc " posteaquam bello maximi laboris confecto quiescimus, etiam meus " animus æquum censet, ut requiete aliquâ potiatur. Quare cùm ipse " ambigam quid mihi faciendum sit, ut res nostræ et aliorum, quos curæ

a Περιεσηκότων ἢ τινα, &c.] Stephanus suspicatur Xenophontem scripsisse, ἢ ἕνα τινὰ, ἢ οὐδένα, *unum duntaxat, aut etiam neminem.* Est quidem insolens loquendi genus; quod libri tamen omnes præstant.

b Καὶ ὅτοι, &c.] Καὶ hîc commodè reddi posse videtur, *tamen, attamen:* quomodo etiam sumi potest *Joh.* i, 10, 11.

c Δεομένους] Sic reposui ex MSto Bodl. adsentiente Stephano. Referendum autem est hoc participium ad τούτους. Priùs erat δήμους.

d Μήτε τὸ εἰδέναι] Utrobique τὸ Xenophontem scripsisse putat Stephanus. Fatetur tamen vulgatam tolerari posse scripturam: quam sanè retinendam censeo.

" καὶ τὰ τῶν ἄλλων, ὧν ἡμᾶς δεῖ ἐπιμελεῖσθαι, συμβουλευέτω τις " ὅ,τι ὁρᾷ συμφορώτατον."

Κῦρος μὲν ὅτως εἶπεν· ἀνίσταται δ' ἐπ' αὐτῷ Ἀρτάβαζος, ὁ συγγενὴς πολὺ φήσας εἶναι, καὶ εἶπεν, Ἦ καλῶς, ἔφη, ἐποίησας, ὦ Κῦρε, ἄρξας τῶ λόγω. Ἐγὼ γὰρ, ἔτι νέω μὲν ὄντος σου πάνυ, ἀρξάμενος ἐπεθύμουν φίλος γενέσθαι, ὁρῶν δέ σε ὠδὲν δεόμενον ἐμοῦ, καλώκυουν σοι προσιέναι. Ἐπεὶ δὲ ἔτυχές πολὺ καὶ [a] ἐμοῦ δεηθεὶς προθύμως ἐξαγγεῖλαι πρὸς Μήδους τὰ παρὰ Κυαξάρους, ἐλογιζόμην, εἰ ταῦτα προθύμως σοι συλλάβοιμι, ὡς οἰκείός τέ σοι ἐσοίμην, καὶ ἐξέσοιτό μοι διαλέγεσθαί σοι, ὁπόσον ἂν χρόνον βουλοίμην. Καὶ ἐκεῖνα μὲν δὴ [b] ἐπράχθη, ὥσέ σε ἐπαινεῖν. Μετὰ δὲ τοῦτο Ὑρκάνιοι μὲν πρῶτοι, φίλοι ἡμῖν ἐγένοντο, ἡγ μάλα [c] πεινῶσι συμμάχων· ὥσε μονονὼ ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιεφέρομεν αὐτοὺς ἀγαπῶντες. Μετὰ δὲ τοῦτο, ἐπεὶ ἑάλω τὸ πολέμιον στρατόπεδον, [d] οὐκ, οἶμαι, σχολή σοι ἦν ἀμφ' ἐμὲ ἔχειν· καὶ ἐγώ σοι συνεγίνωσκον. Ἐκ δὲ τούτου Γωβρύας ἡμῖν φίλος ἐγένετο, καὶ ἐγὼ

" nobis esse oportet, rectè se habeant, consulat in medium aliquis, " quid maximè commodum fore perspiciat."

Hæc Cyri verba fuerunt: post eum surgens Artabazus, qui se aliquando cognatum Cyri dixerat, Profecto, ait, rectè factum abs te, Cyre, qui *hâc de re* dicere cœperis. Nam equidem, te admodùm juvene cœpi amicitiam tuam expetere, sed cùm te mei non egere viderem, adire te sum veritus. Postquàm verò me fortè rogâsses, ut quæ Cyaxares mandârat studiosè Medis exponerem, mecum ipse cogitabam, si prompto te juvissem in illis animo, futurum me tibi familiarem, mihíque *adeò* datum iri copiam colloquendi tecum, quamdiu vellem. Et sunt illa quidem *sic* effecta, ut laudem apud te invenerint. Deindè primi amplexi sunt amicitiam nostram Hyrcanii, cùm socios admodùm desideraremus: adeò ut tantùm non eos in ulnis præ caritate gestaremus. Posteà cùm hostium castra capta essent, non tibi, opinor, otium erat, mihi ut operam dares; atque ipse tibi ignoscebam. Deindè Gobryas nobis amicus accessit, *id*que *adeò*

a Ἐμοῦ δεηθεὶς, &c.] Vide p. 191, et seq.

b Ἐπράχθη ὥσε, &c.] Stephano credibile videtur scriptum fuisse, ὅτως ἐπράχθη ὥσε, vel ἐπράχθη ὅτως ὥσε. Sed, meâ quidem sententiâ, ὅτως illud satìs commodè subaudiri potest. Sic ἀπομν. l. i, p. 417, *edit.* Steph. Ἐμίσει τὸν Σωκράτην ὁ Κριτίας ὥσε καὶ, &c. *i. e.* ὅτως ἐμίσει, ὥσε, &c.

c Πεινῶσι συμμάχων] Metaphoricè hîc πεινᾶν, ut διψᾶν supra, pro *vehementer desiderare* adhibetur. Vide sis *Matt.* v, 6, et quæ notavimus, p. 241.

d Οὐκ, οἶμαι, σχολὴ σοι, &c.] Hanc restituimus lectionem ex *Gabrielii* exemplaribus: adsentientibus Stephano et Mureto: quorum ille emendationem hanc veteris exemplaris auctoritate confirmatam invenit. Priùs legebatur, οὐκ οἶμαι σχολὴν σοι εἶναι.

ἔχαιρον· καὶ αὖθις Γαδάτας· [a] καὶ δὴ ἔργον σε ἦν μεταλαβεῖν. Ἐπεί γε μέντοι καὶ Σάκαι καὶ Καδούσιοι σύμμαχοι ἐγεγένηντο, θεραπεύειν εἰκότως ἔδει τούτους· καὶ γὰρ ἔτοί σε ἐθεράπευον. Ὡς δ' ἤλθομεν πάλιν, ἔνθεν ὡρμήθημεν, ὁρῶν σε ἀμφ' ἵππους ἔχοντα, ἀμφ' ἅρματα, ἀμφὶ μηχανάς, ἡγούμην, ἐπεὶ ἀπὸ τούτου σχολάσαις, τότε σε καὶ ἀμφ' ἐμὲ ἔξειν σχολήν. Ὡς γε μέντοι ἦλθεν ἡ δεινὴ ἀγγελία, τὸ πάντας ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς συλλέγεσθαι, ἐγίγνωσκον ὅτι ταῦτα μέγιστα εἴη· εἰ δὲ ταῦτα καλῶς γένοιτο, εὖ ἤδη ἐδόκουν εἰδέναι, ὅτι πολλὴ ἔσοιτο ἀφθονία τῆς ἐμῆς καὶ τῆς σῆς συνουσίας. Καὶ νῦν δὴ νενικήκαμέν τε τὴν μεγάλην μάχην, καὶ Σάρδεις καὶ Κροῖσον ὑποχείριον ἔχομεν, καὶ Βαβυλῶνα ἑλήκαμεν, καὶ πάντας καλεσράμμεθα· καὶ [b] μὰ τὸν Μίθρην ἐγώ τοι ἐχθὲς, εἰ μὴ πολλοῖς διεπύκτευσα, οὐκ ἂν σοι ἐδυνάμην προσελθεῖν. Ἐπεί γε μέντοι [c] ἐδεξιώσω με, καὶ παρά σοι ἐκέλευσας μένειν, ἤδη περίβλεπτος ἦν, ὅτι μετὰ σοῦ ἄσιτος καὶ ἄποτος διημέρευον. Νῦν οὖν, εἰ μὲν ἔσαι πη ὅπως οἱ πλείους ἄξιοι γεγενημένοι πλείονόν σε

gaudebam: itidémque Gadatas; unde factum ut difficile esset te aliquâ ex parte frui. Cùm verò Sacæ et Cadusii societatem nobiscum coïvissent, hi tibi meritò erant colendi; quippe qui et ipsi te colerent. Posteaquam autem *eò* reversi sumus, unde profectionis initium factum erat, quia te videbam occupatum instruendis equis, curribus, machinis, existimabam te, ubi hâc curâ liberatus esses, otium habiturum, ut mihi quoque operam dares. Sed ubi nuntius ille terribilis venit, homines universos contra nos colligi, maxima esse illa intelligebam; quæ si prosperè cederent, certò me jam scire putabam, fore magnam inter nos ambos consuetudinis mutuæ copiam. Nunc tandem et ingenti prælio victoriam adepti sumus, et Sardes cum Cræso nobis subjectas tenemus, et Babylonem cepimus, et omnia nostram in potestatem redegimus: nec herì tamen, per Mithrem, accedere te potuissem, nisi cum multis luctatus fuissem. Verùm ubi me dextrâ prehendisti, et apud te manere jussisti, jam *tum* in oculis omnium eram, qui sine cibo ac potu totum apud te diem transigerem. Nunc igitur, si quo fieri modo potest, ut qui plurimùm *tibi* commodaverimus, plurimùm te

a Καὶ δὴ, &c.] Suspicor legendum ἦδη. Nisi quis isti voculæ vim hujus tribuere velit. Vide p. 132, not. 1.

b Μὰ τὸν Μίθρην] *Hesych.* Μίθρας, ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Sic et *Strabo*, lib. xv, p. 1064. Τιμῶσι (Πέρσαι) δὲ καὶ Ἥλιον ὃν καλοῦσι Μίθραν. De origine *Mithræ* vide *Indic. Etymolog.*

c Ἐδεξιώσω] MS. Bodl. et editiones *Ald. Eton.* aliæque habent, ἐξιώσω: pro quo Leunclavius ex Budensi libro reposuit ἐδεξιώσω. Stephanus etiam hoc verbum tandem in contextum recepit, adsentientibus *Philelpho* et *Gabrielio*; quorum alter vertit, *dextrâ me apprehendisti*: alter, *me manu apprehendisti*. Et *Gabrielio* quidem exemplaria lectionem receptam agnoscunt.

μέρος [a] μεθέξομεν· εἰ δὲ μή, πάλιν αὖ ἐγὼ ἐθέλω παρά σε ἐξαγγέλλειν ἀπιέναι πάντας ἀπὸ σοῦ, πλὴν ἡμῶν τῶν ἐξ ἀρχῆς φίλων. Ἐπὶ τούτῳ ἐγέλασε μὲν ὁ Κῦρος καὶ ἄλλοι πολλοί· Χρυσάντας δὲ ἀνέσχ ὁ Πέρσης, καὶ ἔλεξεν ὧδε.

" Ἀλλὰ τὸ μὲν πρόσθεν, ὦ Κῦρε, εἰκότως ἐν τῷ φανερῷ " σαυτὸν παρεῖχες, δι' ἃ τε αὐτὸς εἶπες, καὶ ὅτι οὐχ ἡμᾶς σοι " μάλιστα ἦν θεραπευτέον. Ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἕνεκα " παρῆμεν· τὸ δὲ πλῆθος ἀνακτᾶσθαι ἔδει ἐκ παντὸς τρόπου, " ὅπως ὅτι ἥδιστα συμπονεῖν καὶ συγκινδυνεύειν ἡμῖν ἐθέλοιεν. Νῦν " δ' [b] ἐπειδὴ οὐχ ὅτῳ τρόπῳ μόνον ἔχεις, ἀλλὰ καὶ ἄλλως ἀνακ- " τᾶσθαι δύνασαι, ὃς καιρὸς εἴη, ἤδη καὶ οἰκίας σὲ τυχεῖν ἄξιον· " ἢ τί ἀπολαύσαις ἂν τῆς ἀρχῆς, εἰ μόνος ἄμοιρος εἴης ἑστίας, " ἧς ἔστε ὁσιώτερον χωρίον ἐν ἀνθρώποις, ἔστε ἥδιον, ἔστε οἰκειότε- " ρόν ἐστιν οὐδέν; Ἔπειτα δ', ἔφη, οὐκ ἂν οἴει σὲ ἡμᾶς αἰσχύνεσθαι,

fruamur, *benè est:* sin autem, rursùs ego nuntiabo verbis tuis, ut omnes à te discedant, exceptis nobis, qui amici ab initio *tui* fuimus. Ibi tum et Cyrus et complures alii risêre; Chrysantas autem Persa surrexit, atque in hunc modum loquutus est:

" Antehac, Cyre, meritò te oculis omnium exhibeas, cùm illis de " causis quas ipse exposuisti, tum quòd nos ii non eramus, quos " tu colere maximè deberes. Quippe nos etiam nostrâ ipsorum causâ " *tunc* aderamus; at necesse erat, ut quovis pacto multitudinem tibi " conciliares, ut quàm libentissimè nobiscum eosdem suscipere labo- " res, et eadem adire pericula vellet. Nunc cùm non modò talis sis, " sed etiam conciliare possis alios, quos opportunum fuerit, æquum " est ut jam tibi quoque domus contingat: alioqui quem ex imperio " fructum perciperes, si solus foci exsors esses, quo nullus neque sanc- " tior fundus est inter homines, neque gratior, neque magis noster " *et peculiaris?* Prætereà, inquit, non adfici nos etiam pudore putas,

a Μεθέξομεν· εἰ δὲ] Post μεθέξομεν MS. Bodl. et libri vulgati ferè omnes οὖ ἔχει· perperam exhibent. In *Aldinâ* quidem editione voces istæ non comparent; in cæterarum contextum ex marginali quodam *scholio* haud dubiè irrepserunt. Utitur enim hîc ellipsi, quæ peculiari nomine σιώπησις, παρασιώπησις, vel etiam ἀναντιπόδοτον vocatur: cujus schematis exempla claros apud scriptores passim occurrunt. Noster hujus historiæ lib. δ'. p. 222. Καὶ νῦν, ἐὰν μὲν Κῦρος βέλτιστα εἰ δὲ μὴ—Ubi vide quæ notavimus. Idem ἀναβ. ζ', p. 246. Εἰ μέν τι σὺ ἔχεις, ὦ Μηδόσαδες, πρὸς ἡμᾶς λέγειν· εἰ δὲ μὴ—— *Thucyd.* sub init. l. iii, p. 149, edit. Ox. Καί ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα· εἰ δὲ μὴ,—— Ubi vide *Scholiast.* Ab exemplis poëtarum me contineo; quippe pluribus opinor, non opus erit. Porrò hâc de emendatione Stephanus et Muretus nobis adsentiuntur.

b Ἐπειδὴ οὐχ ὅτω, &c.] *Muretus* legit, Νῦν δὲ ἐπειδὴ οὐ τούτῳ μόνον ἔχεις. Sed nihil mutandum censeo: nam vulgata lectio et elegans est et planè Attica.

" εἰ σὲ μὲν ὁρῶμεν ἔξω καρτερῶντα, αὐτοὶ δ' ἐν οἰκίαις εἴημεν, καὶ " σῶ δοκοίημεν πλεονεκτεῖν;" Ἐπεὶ δὲ Χρυσάντας ταῦτα ἔλεξε, συνηγόρευον αὐτῷ [a] κατὰ ταῦτα πολλοί. Ἐκ τούτου δὴ εἰσέρχεται εἰς τὰ βασίλεια, καὶ τὰ ἐκ Σάρδεων χρήματα ἐνταῦθ' οἱ ἄγοντες ἀπέδωσαν. Ἐπεὶ δὲ εἰσῆλθεν ὁ Κῦρος, πρῶτον μὲν Ἑστίᾳ ἔθυσεν, ἔπειτα Διὶ βασιλεῖ, καὶ εἴ τινα ἄλλῳ θεῷ οἱ μάγοι ἐξηγοῦντο. Ποιήσας δὲ ταῦτα, τὰ ἄλλα ἤδη ἤρχετο διοικεῖν.

Ἐννοῶν δὲ τὸ αὐτοῦ πρᾶγμα, ὅτι ἐπιχειροίη μὲν ἄρχειν πολλῶν ἀνθρώπων, παρασκευάζοιτο δὲ οἰκεῖν ἐν πόλει τῇ μεγίστῃ τῶν φανερῶν, αὕτη δὲ ὅτως ἔχοι αὐτῷ, ὡς ἂν πολεμιωτάτη γένοιτο ἀνδρὶ πόλις· ταῦτα δὴ λογιζόμενος, φυλακῆς περὶ τὸ σῶμα ἠγήσατο δεῖσθαι. Γνοὺς δ' ὅτι ἁδαμοῦ ἄνθρωποι εὐχειρωτότεροί εἰσιν, ἢ ἐν σίτοις ἢ πολοῖς ἢ λουτρῷ ἢ κοίτῃ ἢ ὕπνῳ, ἐσκόπει τίνας ἂν ἐν τούτοις περὶ ἑαυτὸν πιστοτάτους ἔχοι. Ἐνόμισε δὲ μὴ ἂν γενέσθαι ποτὲ πιστὸν ἄνθρωπον, ὅστις ἄλλον μᾶλλον φιλήσει τοῦ τῆς φυλακῆς δεομένου. Τοὺς μὲν οὖν ἔχοντας παῖδας ἢ γυναῖκας συναρμοζούσας, ἢ παιδικά, ἔγνω φύσει συννεναγκάσθαι ταῦτα μάλιστα φιλεῖν· τοὺς δὲ εὐνούχους ὁρῶν πάντων τούτων στερομένους, ἡγήσατο

" si te videamus forìs toleranter vivere, nos in ædibus degere, ac " videri conditione, quàm tua sit, potiori?" Hæc cùm Chrysantas protulisset, ejus de his sententiam multi tuebantur. Tum deindè *Cyrus* regiam ingreditur, et qui pecunias ex Sardibus advexerant, hîc eas tradebant. Cùm autem ingressus esset, primùm Vestæ rem sacram fecit, deindè Jovi regi, et si cui alteri deo magi sacrificandum *suis è ritibus* indicarent. His peractis, jam alia cœpit administrare.

Cúmque in mentem ei veniret, quid in se negotii suscepisset, qui multis hominibus imperare niteretur, et habere domicilium in urbe inter illustres amplissimâ instituerat, quæ sic adfecta in eum esset, ut urbs alicui maximè infesta: cùm hæc, *inquam*, expenderet, corporis sibi custodiâ opus esse existimavit. Quòd item sciret homines opprimi faciliùs non posse, quàm inter vescendum, bibendum, lavandum, in cubili et somno, circumspiciebat quosnam in his sibi maximè fidos habere posset. Arbitrabatur autem non posse fidum hominem unquam esse, qui alium magìs amaret, quàm illum qui *ejus* custodiâ indigeret. Quamobrem illos, qui haberent liberos vel conjuges genio congruentes, vel amores *alios*, naturâ *ferè* cogi judicabat, ad eos maximè diligendos: at eunuchos omnibus his carere cernens, maximi

a Κατὰ ταῦτα] Idem iterum frustrà receptam improbat scripturam; cùm malit κατὰ ταὐτά.

τούτους ἂν περὶ πλείονος ποιεῖσθαι, οἵτινες δύνανται πλουτίζειν μάλιστα αὐτούς, καὶ βοηθεῖν εἴ τι ἀδικοῖντο, καὶ τιμὰς περιάπτειν αὐτοῖς· [a] τούτους δὲ εὐεργετοῦντα ὑπερβάλλειν αὐτὸν οὐδένα ἡγεῖτο δύνασθαι. Πρὸς δὲ τούτοις, ἄδοξοι ὄντες οἱ εὐνοῦχοι παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, καὶ διὰ τοῦτο δεσπότου ἐπικούρου προσδέονται· ἀδεὴς γὰρ ἂν ἦν, ὅστις οὐκ ἂν ἀξιώσειεν εὐνούχου πλέον ἔχειν ἐν παντί, εἰ μή τι ἄλλο κρεῖττον ἀπείργοι· δεσπότῃ δὲ πιστὸν ὄντα οὐδὲν κωλύει πρωτεύειν τὸν εὐνοῦχον. [a] Ὁ δ' ἂν μάλιστά τις οἰηθείη, ἀναλκίδας τοὺς εὐνούχους γίγνεσθαι, οὐδὲ τοῦτο ἐφαίνετο αὐτῷ. Ἐτεκμαίρετο δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι οἵ τε ὑβρισταὶ ἵπποι ἐκτεμνόμενοι, τοῦ μὲν δάκνειν καὶ ὑβρίζειν ἀποπαύονται, πολεμικοὶ δὲ οὐδὲν ἧττον γίγνονται· οἵ τε ταῦροι ἐκτεμνόμενοι, τοῦ μὲν μέγα φρονεῖν καὶ ἀπειθεῖν ὑφίενται, τοῦ δ' ἰσχύειν καὶ ἐργάζεσθαι οὐ στερίσκονται· καὶ οἱ κύνες δὲ ὡσαύτως, τοῦ μὲν ἀπολείπειν τοὺς δεσπότας ἀποπαύονται ἐκτεμνόμενοι, [b] φυλάττειν δὲ

facturos putabat illos, qui ipsos locupletare plurimùm possent, et auxilio defendere, si injuriis adficerentur, et honoribus ornare: à quo autem beneficiis in hos conferendis ipse superari posset, neminem fore censebat. Prætereà, cùm ignobiles *et pretii nullius* sint apud homines cæteros eunuchi, hanc ipsam ob causam domino indigent, qui suppetias eis ferat: quippe nemo fuerit, quin potior esse velit in omnibus eunucho, si non obstet aliquid, cui vires sint majores: jam qui domino fidelis est, nihil impedit, quo minùs is locum principem teneat, licèt eunuchus sit. Quòd verò maximè quis existimet eunuchos imbelles effici, nè id quidem *Cyro* videbatur. Huic autem argumento erant animalia quoque cætera; siquidem *feroces et* insolentes equi si castrentur, desinunt illi quidem mordere ac insolentes esse, sed nihilominùs ad res bellicas idonei sunt: et tauri si castrentur, ex ferociâ et contumaciâ remittunt aliquid, sed robore tamen et viribus ad laborandum haud destituuntur: eodémque modo canes castrati non ampliùs dominos illi quidem deserunt, sed ad custodiam

a Τούτους δὲ εὐεργετοῦντα, &c.] Ità rectè editiones *Steph.* et *Eton.* Cæteri quidem libri variant: sed receptæ tamen lectionis vestigia ostendunt haud obscura. In MS. Bodl. et edit. *Ald.* et *Flor.* legitur, εὐεργετοῦντα ὑπερβάλλειν αὐτὸν οὐδὲν ἂν ἡγεῖτο, &c. In vet. codic. quos citat Stephanus, εὐεργετοῦντας ὑπερβάλλειν αὐτὸν οὐδένα ἡγεῖτο, &c. Ubi, ut οὐδένα pro οὐδὲν ἂν rectè, ità εὐεργετοῦντας pro εὐεργετοῦντα pravè scriptum in illis, cum Stephano existimo. Quare hîc οὐδένα quidem retinendum, sed εὐεργετοῦντας rejiciendum, et in ejus locum εὐεργετοῦντα reponendum censuimus: unde sensus exoritur, qui cum præcedentibus optimè convenit: ut videlicet (Stephani sunt verba) dicat Xenophon Cyrum hoc considerâsse, eunuchos eum à quo potissimùm opes et auxilium sperent, solere præ omnibus aliis colere et observare; quare non dubium esse quin ipse, cui tanta beneficiis eos prosequendi facultas esset, ut nemini mortalium major, coli observaríque ab illis et in pretio suprà omnes alios haberi posset. At si quis εὐεργετοῦντας retinere vellet, οὐδένας in plurali scribendum esset.

b Φυλάττειν δὲ καὶ, &c.] Sic in MSto

ἢ εἰς θήραν ἀδὲν κακίους γίγνονται. Καὶ οἵ γε ἄνθρωποι ὡσαύτως ἠρεμέστεροι γίγνονται, στερισκόμενοι ταύτης τῆς ἐπιθυμίας, ἀ μέντοι ἀμελέστεροί γε τῶν προσασσομένων, ἀδ' ἧσσόν τι ἱππικοί, ἀδὲ ἧσσόν τι ἀκοντιστικοί, ἀδὲ ἧσσον φιλότιμοι. Καὶ ἄδηλοι δὲ γίγνονται ἢ ἐν τοῖς [a] πολέμοις καὶ ἐν ταῖς θήραις ὅτι ἔσωζον τὸ [b] φιλόνεικον ἐν ταῖς ψυχαῖς. Τῷ δὲ πιστοὶ εἶναι, ἐν τῇ φθορᾷ τῶν δεσποτῶν μάλιστα βάσανον ἐδίδοσαν· [c] ἀδένες γὰρ πιστότερα ἔργα ἐπεδείκνυντο ἐν ταῖς δεσποτικαῖς συμφοραῖς τῶν εὐνούχων. Εἰ δέ τι ἄρα τῆς τοῦ σώματος ἰσχύος μειοῦσθαι δοκοῦσιν, ὁ σίδηρος ἂν ἰσοῖ τοὺς ἀσθενεῖς ἐν τῷ πολέμῳ τοῖς ἰσχυροῖς. Ταῦτα δὴ γιγνώσκων, ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν θυρωρῶν, πάντας τοὺς περὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θεραπευτῆρας, ἐποιήσατο εὐνούχους. Ἡγησάμενος δὲ οὐχ ἱκανὴν εἶναι τὴν φυλακὴν ταύτην πρὸς τὸ πλῆθος τῶν δυσμενῶς ἐχόντων, ἐσκόπει τίνας

et venationem nihilò redduntur deteriores. Sic et homines magìs sedati fiunt, ubi hæc cupiditas eis est exempta; neque tamen negligentiores sunt in exsequendis iis quæ imperantur, neque minùs ad equitandum vel jaculandum idonei, neque minùs honoris cupidi. Imò tum in bellis tum in venationibus manifestè declarant, in animis ipsorum quoddam contentionis studium superesse. Documenta verò fidelitatis in dominorum interitu maxima dedêre: nulli enim *alii* magìs spectatæ fidei facinora designârunt in dominorum suorum calamitatibus, quàm eunuchi. Quòd si fortè nonnihil de viribus corporis existimetur in eis decedere, ferrum *tamen* imbecillos in bello robustis exæquare valet. Hæc igitur cùm animadverteret, facto ab janitoribus initio, illos omnes quibus corporis sui curam committebat, ex eunuchis delegit. Quòd etiam existimaret non sufficere custodiam hanc adversùs eorum multitudinem, qui hostiliter adfecti essent; circumspiciebat, quos

Bodl. et vulgatis codicibus legitur. At duplex hæc orationis forma Stephano minùs placuit; atque adeò sibi gratum fuisse ait ex *Gabrielio* intelligere, in vet. exempl. φυλάττειν δὲ ἢ θηρᾶν inveniri. Sed lectionem vulgatam, quæ tot librorum consentientium auctoritate nititur, temerè mutatam nolim: præsertim cùm apud auctores non desint exempla constructionis subitò variatæ. Noster hujus histor. l. 8, πολλοὶ μὲν οἰκέται σῖτον αἰτοῦσι, πολλοὶ δὲ πιεῖν. Vide Hom. *Odyss.* τ'. v. 64. *Thucyd.* l. 6, p. 399, διὰ μῆκός τε πλοῦ, καὶ ἀπορίαν φυλακῆς πόλεων, &c. Et lib. vii, p. 466, ed. Oxon. ἅμα δὲ ὑπὸ τῆς παλαιπωρίας, ἢ τῷ πιεῖν ἐπιθυμία. *Herodot.* lib. iv, c. 109. Βουδῖνοι δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρεώμενοι καὶ Γελωνοί· ἐδὲν δίσιτα ἢ αὐτά. Vide sis Cl. Blackwall, *Sacr. Class.* p. 85, et confer *Luc.* i, 55, vii, 12.

a Πολίμοις] Haud lectionem ex Camerario libro adfert Stephanus, et recipiendam putat: cum quo sentiunt etiam Leunclavius et Muretus. Editio autem *Eton.* dat πολεμικοῖς: libri alii, πολεμίοις.

b Φιλόνεικον] Sic in MS. Bodl. et editis plerisque libris scribitur; *Etonensis* verò dat φιλόνικον; quæ quidem vox optimè respondet ei quod modò dixit, ἀδὲ ἧσσον φιλότιμοι, eámque si recipias, sententia erit hæc: *Inesse animis eorum studium vincendi alios.* Sed in bonam quoque partem nonnunquam accipitur vox recepta; sicut et φιλονικία p. 270, et aliæ ejusdem originis passim apud hunc ipsum auctorem.

c Οὐδένες γὰρ, &c.] Hinc nomen apud Syros traxêre supra p. 393 notatum. *Herodot.* l. 8, c. 105. Παρὰ τοῖσι Βαρβάροισι τιμιώτεροί εἰσι οἱ εὐνοῦχοι, πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης, τῶν ἐνορχέων. Vide supra p. 393.

τῶν ἄλλων ἂν πιστοτάτους περὶ τὸ βασίλειον φύλακας λάβοι. Εἰδὼς ἦν Πέρσας τοὺς οἴκοι, κακοβιωτάτους μὲν ὄντας διὰ πενίαν, ἐπιπονώτατα δὲ ζῶντας διὰ τὴν τῆς χώρας τραχύτητα, ἢ διὰ τὸ αὐτουργοὺς εἶναι, τούτους ἐνόμιζε μάλιστ' ἂν ἀγαπᾶν τὴν παρ' ἑαυτῷ δίαιταν. Λαμβάνει ἓν τούτων μυρίους [a] δορυφόρους, οἳ κύκλῳ μὲν νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐφύλαττον περὶ τὰ βασίλεια, [b] ὁπότε ἐπὶ χώρας εἴη· ὁπότε δὲ ἐξίοι που, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τεταγμένοι ἐπορεύοντο. Νομίσας δὲ καὶ Βαβυλῶνος ὅλης φύλακάς δεῖν εἶναι ἱκανούς, εἴτ' ἐπιδημῶν αὐτὸς τυγχάνοι, εἴτε καὶ ἀποδημῶν, κατέστησε καὶ ἐν Βαβυλῶνι φρουροὺς ἱκανούς· μισθὸν δὲ καὶ τούτοις Βαβυλωνίους ἔταξε παρέχειν, βουλόμενος αὐτοὺς ὡς ἀμηχανωτάτους εἶναι, ὅπως ὁτιταπεινότατοι καὶ εὐκαθεκτότατοι εἶεν. Αὕτη μὲν δὴ περὶ αὐτόν τε

è cæteris maximè fidos regiæ custodes sumeret. Quòd ergo sciret Persas domi *relictos* pessimè propter inopiam victitare, laborésque totâ vitâ sustinere gravissimos, tum ob agri *Persici* asperitatem, tum quòd opus ipsi faciant; hos potissimùm istam vivendi apud se rationem amplexuros arbitratus est. Itaque decies mille satellites hastatos ex his sumit, qui et noctu et interdiu in excubiis undique circum regiam essent, quandocunque in *ipsâ* regione esset; quando verò prodiret, hinc et illinc instructi *circum ipsum* incederent. Quia verò existimabat etiam toti Babyloni custodes, qui *ad eam tenendam* sufficerent, imponi debere: sive *adeò* ad urbem esset ipse, sive esse peregrè, idoneum in Babylone quoque præsidium constituit; cui stipendium etiam à Babyloniis numerari jussit, quòd eos quàm maximè inopes esse vellet, ut quàm abjectissimi fierent, ac in officio contineri facillimè possent. Et hæc quidem, quæ tunc et

a Δορυφόρους] Cognati regis, qui stolam Medicam gestabant, *Doryphori* vocabantur. Persæ enim stolam Medicam *Doryphoricam* adpellabant, ut *Ælian.* lib. i, Hist. V, c. 22, auctor est. Αἰχμοφόροι quoque passim à Græcis auctoribus dicti sunt, ideò quòd hastati essent. Vide *Q. Curt.* l. iii, c. 3.

b Ὁπότε ἐπὶ χώρας, &c.] Hæc editionis *Stephanianæ* et libri *Camerariani* lectio est: quam Leunclavius (qui lectionem vulgò receptam istam ὁπότε ἴσω ῥαΐσειν sequitur) censet nihil aliud esse, quàm *Scholiolum*, declarandò verbo inusitatiori ῥαΐσειν: atque adeò vehementer in Stephanum invehitur, qui eam in textum reciperet. At quo tandem modo phrasis, ἐπὶ χώρας εἴη possit esse *Scholium* verbi ῥαΐσειν, cum quo nil præter literas quasdam commune habet, haud equidem video. Nec inusitatum dici debet verbum, quod passim apud historicos occurrit. Istam sanè significationem si spectes, quam Leunclavius ei tribuit, fatendum erit, ῥαΐζειν esse inusitatum adeò, ut vix ac nè vix quidem inveniri possit. Nam de eo dici solet, qui, cùm ægrotaverit, *meliùs es habere*, qui *ex morbo recreari*, qui *convalescere* incipiat. *Hesychius*, Ῥαῖσαι, τὸ ἐκ νόσου ἀναλαβεῖν. Ῥαΐσας, ὑγιάνας, ἀνασῴλας. *Harpocration*, Ῥαΐσας, ἀντὶ τοῦ ῥᾴω ἔχειν ἐκ τῆς νόσου. Vide *J. Poll.* l. iii, c. 21. Itaque si verba ista, ἐπὶ χώρας εἴη, *scholium* sunt, cum Stephano potiùs crediderim ea unius tantùm verbi, viz. ἐπιχωριάζει, *scholium* esse. Sed quàm apta sit huic loco recepta lectio, ipsa verborum mox sequentium, εἰ δὲ ἐξίοι που, ostendit antithesis. Quid enim rationi magis consentaneum (verba sunt Stephani) quàm ut *In ipsâ regione esse*, et *Ab ipsâ regione exire*, sibi opponantur? Eandem etiam confirmant illa duo antitheta, quæ paucis interjectis subjunguntur ἐπιδημῶν et ἀποδημῶν.

φυλακὴ, ἢ ἡ ἐν Βαβυλῶνι τότε καλασαθεῖσα, ἢ νῦν ἔτι ὕτως ἔχουσα διαμένει. Σκοπῶν δ' ὅπως ἂν ἡ πᾶσα ἀρχὴ καλέχοιτο, καὶ ἄλλη ἔτι προσγίνοιλο, ἡγήσαλο τὺς μισθοφόρυς τύτυς ὀ τοσῦτον βελλίονας τῶν ὑπηκόων εἶναι, ὅσον ἐλάλλονας· τὺς δ' ἀγαθὺς ἄνδρας ἐγίγνωσκε συνεκτέον εἶναι, οἵπερ σὺν τοῖς θεοῖς τὸ κρατεῖν παρέσχον, καὶ ἐπιμελητέον, ὅπως [a] μὴ ἀνήσωσι τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν. Ὅπως δὲ μὴ ἐπιτάλλειν αὐτοῖς δοκοίη, ἀλλὰ γνόντες καὶ αὐτοὶ [b] ταῦτα ἄριστα εἶναι, ὕτως ἐμμένοιέν τε ἢ ἐπιμελοῖντο τῆς ἀρετῆς, συνέλεξε τύς τε ὁμοτίμυς καὶ πάντας ὁπόσοι ἐπικαίριοι ἦσαν, καὶ ἀξιοχρεώτατοι αὐτῷ ἐδόκυν κοινωνοὶ εἶναι καὶ πόνων καὶ ἀγαθῶν. Ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, ἔλεξε τοιάδε·

" Ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, τοῖς μὲν θεοῖς μεγίση χάρις, " ὅτι ἔδοσαν ἡμῖν τυχεῖν, ὧν ἐνομίζομεν ἄξιοι εἶναι. Νῦν μὲν " γὰρ δὴ ἔχομεν καὶ γῆν πολλὴν καὶ ἀγαθὴν, [c] ἢ οἵτινες ταύ- " την ἐργαζόμενοι θρέψυσιν ἡμᾶς· ἔχομεν δὲ καὶ οἰκίας, καὶ " ἐν ταύταις κατασκευάς. Καὶ μηδείς γε ὑμῶν ἔχων ταῦτα

circum ipsum et Babylone collocata fuit custodia, nunc etiam in eodem statu manet. Præterea cùm consideraret quo pacto universum imperium conservari, atque etiam aliquâ principatûs alterius accessione augeri posset, existimabat stipendiarios non tam superiores esse reliquis sibi subjectis, quàm numero inferiores: ideóque viros fortes secum retinendos judicabat, qui diis juvantibus sibi potentiam istam conciliâssent; et curandum, ut virtutis exercitationem non intermitterent. Nè verò videretur hoc eis imperare, sed ut ipsi censerent hæc esse optima, et *in eis* perseverarent, ac virtutem studiosè colerent, tum Persas illos, qui ὁμότιμοι vocantur, convocavit, tum omnes quotquot pro tempore commodum esset, quíque viderentur imprimis idonei, ut tam in laborum quàm commodorum societatem admitterentur. Ubi convenissent, orationem ejusmodi habuit:

" Maximam diis gratiam habemus, quòd ea nobis adipisci concesse- " rint, quibus arbitrabamur nos esse dignos. Est enim jam nostrâ in potes- " tate solum amplum ac fertile, nec desunt, qui hoc colendo nos alent: " sunt etiam nobis ædes, et eæ quidem instructæ. Nec est cur quisquam

a Μὴ ἀνήσωσι] Hæc libri Camerariani lectio est; quam adsentientibus *Stephano*, *Mureto*, et *Leunclavio* amplexi sumus. Notandum tamen est, à verbo ἀνίημι formari aorist. 1, ex grammaticis præceptis, ἄνῆκα, non autem ἄνηκα: quapropter vel cum *Porto* rectiùs legas, μὴ ἀνήσωσι: vel, quod mallem, μὴ ἀνῶσι. Sic paulò post adhibet ἀνῇ cum eodem accusativo ἄσκησιν. Priùs erat μηνύσωσι.

b Ταῦτα ἄριστα.] Ità reposuimus ex MSto Bodl. Vulgò, ταῦτα ἄριστοι. Nostræ emendationi favent Leunclavius et Philelphus, qui vertunt, *hæc esse optima*. In eodem manu exarato exemplari pariter ac editione *Ald.* pro ἐμμένοιεν, quod statim sequitur, legitur συμμένοιεν.

c Καὶ οἵτινες, &c.] De constructionis mutatione vide quæ supra notavimus p. 418.

" νομισάτω ἀλλότρια ἔχειν· νόμος γὰρ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις
" ἀΐδιός ἐστιν, ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι καὶ
" τὰ σώματα τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τὰ χρήματα. Οὐκοῦν ἀδικίᾳ
" γε ἕξετε ὅ,τι ἂν ἔχοιτε, ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ ἔκ ἀφαιρήσεσθε,
" ἤν τι ἐᾶτε ἔχειν αὐτούς. Τὸ μέντοι ἐκ τῶνδε, ὅτως ἐγὼ γιγνώσκω,
" ὅτι εἰ μὲν τρεψόμεθα ἐπὶ ῥᾳδιουργίαν ἢ τὴν τῶν κακῶν ἀνθρώπων
" ἡδυπάθειαν (οἳ νομίζουσι τὸ μὲν πονεῖν ἀθλιώτατον, τὸ δὲ ἀπόνως
" βιοτεύειν ἡδυπάθειαν) ταχὺ ἡμᾶς φημὶ ὀλίγοι ἀξίους ἡμῶν αὐτοῖς
" ἔσεσθαι, ἢ ταχὺ πάντων τῶν ἀγαθῶν στερήσεσθαι. Οὐ γάρ τοι
" τὸ ἀγαθοὺς ἄνδρας γενέσθαι, τοῦτο ἀρκεῖ, ὥστε ἢ διατελεῖν ὄντας
" ἀγαθούς, ἢν μή τις αὐτῶν διὰ τέλους ἐπιμελῆται· ἀλλὰ ὥσπερ
" καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι ἀμεληθεῖσαι μείονος ἄξιαι γίγνονται, καὶ
" τὰ σώματά γε αὐτὰ εὖ ἔχοντα, ὁπόταν τις αὐτὰ ἀνῇ ἐπὶ
" ῥᾳδιουργίαν, πονήρως πάλιν ἔχει· οὕτω καὶ ἡ σωφροσύνη, καὶ ἡ
" ἐγκράτεια, καὶ ἡ ἀλκή, ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν, ἐκ
" τούτου εἰς τὴν πονηρίαν πάλιν τρέπεται. Οὐκοῦν δεῖ μέλλειν, ἀλλ'
" ἐπὶ τὸ αὐτίκα ἡδὺ προϊέναι αὐτούς. [a] Μέγα μὲν γάρ, οἶμαι,

" vestrûm hæc possidens, aliena se possidere existimet: est enim
" æterna lex inter omnes homines, captâ eorum urbe qui bellum *aliis*
" faciunt, tam corpora illorum qui sunt in urbe, quàm fortunas in
" eorum potestatem venire, qui urbem capiunt. Quamobrem injus-
" tè non possidebitis, quæ tenetis; sed si quid hostes retinere permise-
" ritis, id *quoque* quòd non abstuleritis, clementiæ vestræ acceptum re-
" ferre debebunt. Quod verò attinet ad illa, quæ agenda deinceps erunt,
" hæc mea sententia est, si deflectamus ad desidiam et vitam ignavo-
" rum *hominum* voluptariam (qui laborem pro re miserrimâ, vitam la-
" boris expertem pro voluptariâ ducunt), citò nos equidem nobis
" ipsis aio parum utiles futuros, adeóque bona hæc universa citò amis-
" suros. Neque enim viros fortes fuisse sufficit ad hoc, ut fortes
" permaneant, nisi quis assiduè diligentiam, ut talis sit, adhibeat; sed ut
" artes etiam aliæ, ubi neglectæ sint, minùs æstimantur, et ut ipsa
" corpora benè adfecta, cùm in desidiam solvantur, malè se rursùm ha-
" bere incipiunt; sic et prudentia, et continentia, et fortitudo, cùm
" quis exercitationem horum remittit, exinde rursùs ad improbitatem
" deflectunt. Non igitur *per inertiam* cessandum *nobis*, nec in id,
" quod in præsentiâ suave est, proruendum. Quippe magnum equidem

a Μέγα μὲν γὰρ, οἶμαι, &c.] Probè Augustus: Ἀκούσας ὅτι Ἀλέξανδρος δύο καὶ τριάκοντα γεγονὼς ἔτη κατεστραμμένος τὰ πλεῖστα, διαπορεῖ τί ποιήσει τὸν λοιπὸν χρόνον, ἐθαύμαζεν εἰ μὴ μεῖζον Ἀλέξανδρος ἔργον ἡγεῖτο τὸ κλήσασθαι μεγάλην ἡγεμονίαν, τὸ διατάξαι τὴν ὑπάρχουσαν. *Plutarch.* Apotheg. p. 207. Et *Florus*, lib. ii, c. 17.

" ἔργον καὶ τὸ ἀρχὴν καταπρᾶξαι, πολὺ δ' ἔτι μεῖζον, τὸ λα-
" βόντα διασώσασθαι. Τὸ μὲν γὰρ λαβεῖν, ποτάκις τῷ τόλμαν
" μόνον παρασχομένῳ ἐγένετο· τὸ δὲ λαβόντα κατέχειν, ἔτι τοῦτο
" ἄνευ [a] σωφροσύνης, δ' ἄνευ ἐγκρατείας, δ' ἄνευ πολλῆς
" ἐπιμελείας γίγνεται. [b] Ἃ χρὴ γιγνώσκοντας, νῦν πολὺ μᾶλλον
" ἀσκεῖν τὴν ἀρετὴν ἢ πρὶν τάδε ταγαθὰ κτήσασθαι· εὖ εἰδότας
" ὅτι [b] ὅταν πλεῖσά τις ἔχῃ, τότε πλείοσι μὲν φθονοῦσι καὶ ἐπιβου-
" λεύουσι μὲν πολέμιοι γίγνονται, ἄλλως τε κἂν παρ' ἀκόντων τά τε
" κτήματα καὶ τὴν θεραπείαν, ὥσπερ ἡμεῖς, ἔχῃ. Τοὺς μὲν δὴ
" θεοὺς οἴεσθαι χρὴ σὺν ἡμῖν ἕσεσθαι· οἱ γὰρ ἐπιβουλεύσαντες ἀδίκως
" ταῦτα ἔχομεν, ἀλλ' ἐπιβουλευθέντες ἐτιμωρησάμεθα. Τὸ μέντοι
" μετὰ τοῦτο κράτιστον, ἡμῖν αὐτοῖς παρασκευαστέον· τοῦτο δέ ἐστι, τὸ
" βελτίονας ὄντας τῶν ἀρχομένων, ἄρχειν ἀξιοῦν. Θάλπους μὲν δὴ
" καὶ ψύχους, καὶ σίτων καὶ ποτῶν, καὶ πόνων, καὶ ὕπνου ἀνάγκη καὶ τοῖς
" δούλοις μεταδιδόναι· μεταδιδόντας γε μέντοι πειρᾶσθαι δεῖ ἐν τού-

" aliquid esse abitror, imperium parare, sed multò majus, id quod
" sis adeptus, conservare. Nam adipisci sæpè etiam illi contigit qui
" audaciam duntaxat adhiberet, sed retinere quod adeptus sis, id non
" jam sine prudentiâ, nec sine continentiâ, nec sine multo studio
" fieri solet. Quæ cùm intelligamus, multò jam magìs virtutem exer-
" cere debemus, quàm anteà, bonis hisce necdum partis ; hoc etiam no-
" bis cognito, tum plurimos et invidere, et insidiari, et hostes fieri,
" cùm plurima quis possidet ; præsertim si ab invitis et opes et ob-
" sequium, quod nobis usu venit, habeat. Deos quidem certè nobis-
" cum futuros existimandum est : non enim insidiis usi hæc injus-
" tè possidemus, sed insidiis petiti pœnas sumpsimus. Quod verò
" secundùm hoc optimum *est*, à nobis ipsis parari debet : est autem
" illud, ut iis, qui nobis subjecti sunt, ipsi meliores, imperio nos dignos
" æstimemus. Caloris quidem certè et frigoris, et ciborum, et potûs,
" et laborum, et somni partem servis etiam concedi necesse est ; sed
" ità tamen hæc ipsis impertiri nos oportet, ut declarare nos in his

Plus est, inquit, *provinciam retinere, quàm facere*. Cum quibus concinunt poëtæ :

———*Plus est servâsse repertum,*
Quàm quæsisse novum.———

Claudi. in pri. cons. *Stil.* l. ii, v. 326, et seq.

Nec minor est virtus, quàm quærere, parta tueri :
Casus inest illic ; hîc erit artis opus.

Ovid. lib. ii, *De Arte Am.* v. 13, et seq.

a Σωφροσύνης] A Leunclavio aliisque interpretibus redditur *temperantia*. Ipse Stephano potiùs auscultandum censeo ; qui σωφροσύνην hîc, ut supra paulò, *prudentiam* esse animadvertit : præsertim cùm præcedat *audacia* ; atque hæc velut per antithesin inter se committantur : contrà verò, post σωφροσύνην, si *temperantiam* significet, haud necessaria sed supervacanea potiùs adjectio ἐγκρατείας sit.

b Ὅταν πλεῖσά τις, &c.] Sophoclèum : *Ajac.* v. 157.

Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει.

" τοῖς πρῶτον βελτίονας αὐτῶν φαίνεσθαι. [a] Πολεμικῆς δ' ἐπιστήμης
" καὶ μελέτης παντάπασιν ὲ μεταδοτέον τούτοις, ὅς τινας ἐργάτας
" τὲ ἡμετέρως καὶ δασμοφόρως βουλόμεθα κτήσασθαι, ἀλλ' αὐτὸς
" δεῖ τούτοις τοῖς ἀσκήμασι πλεονεκτεῖν, γιγνώσκοντας ὅτι ἐλευθε-
" ρίας ταῦτα ὄργανα καὶ εὐδαιμονίας οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπέ-
" δειξαν· καὶ ὥσπερ γε ἐκείνως τὰ ὅπλα ἀφῃρήμεθα, ὅτως ἡμᾶς
" αὐτὸς δεῖ μὴ τῶν ὅπλων ποτ' ἐρήμως γίγνεσθαι· εὖ εἰδότας ὅτι
" τοῖς ἀεὶ ἐγγυλάτω τῶν ὅπλων ὅσι, τούτοις ἢ οἰκειόταλά ἐσιν, ἃ ἂν
" βάλωνται. Εἰ δέ τις τοιαῦτα ἐννοεῖται, τί δῆτα ἡμῖν ὄφελος
" καλαπρᾶξαι, ἃ ἐπεθυμήμεν, εἰ ἔτι δεήσει καρτερεῖν ἢ πεινῶντας
" καὶ διψῶντας ἢ ἐπιμελομένως ἢ πονοῦντας; Ἐκεῖνο δεῖ καλαμα-
" θεῖν, ὅτι τοσούτῳ τἀγαθὰ μᾶλλον εὐφραίνει, ὅσῳ ἂν μᾶλλον
" προπονήσας τις ἐπ' αὐτὰ ἀπίοι ([b] οἱ γὰρ πόνοι ὄψον τοῖς ἀγα-
" θοῖς)· ἄνευ δὲ τοῦ δεόμενον τυγχάνειν τινὸς, ὐδὲν ὅτω πολυτελῶς
" παρασκευασθείη ἂν, ὥσθ' ἡδὺ εἶναι. Εἰ δὲ ὧν μὲν μάλισα
" ἄνθρωποι ἐπιθυμοῦσιν, ὁ δαίμων ἡμῖν ταῦτα συμπαρεσκεύακεν,
" ὡς δ' ἂν ἥδισα ταῦτα φαίνοιτο, αὐτός τις αὐτῷ ταῦτα πα-

" primùm præstantiores eis conemur. Militaris verò scientiæ at-
" que exercitationis omninò nihil cum iis communicandum est, quos
" habere volumus, ut operis suis nobis inserviant et tributum pen-
" dant; sed his exercitiis nos superiores istis esse debemus, atque
" adeò scire, deos hominibus hæc instrumenta libertatis et felicitatis ex-
" hibuisse: et quemadmodùm arma istis ademimus, ità nos ipsos nun-
" quam ab armis destitui oportet; idque planè habere persuasum,
" illis *omnia*, quæcunque velint, maximè propria esse, qui quàm prox-
" imè ab armis absint. Quod si quis hujusmodi quædam cogitat,
" quid ergo conducit nobis, quod ea, quæ cupiebamus, perfeceri-
" mus, si *quidem* adhuc necesse erit famem, sitim, curas, labores tole-
" rare? Nimirum hoc cognosci oportet, tantò plus adferre lætitiæ bona,
" quantò majori labore præcedente ad ea perveniatur (labores enim
" fortibus viris obsonii loco sunt): at absque eo, ut aliquis indigeat ejus,
" quod consequitur, nihil tam sumptuosè parari possit, ut suave sit.
" Quòd si in iis comparandis quæ maximè homines expetunt, numen nos
" adjuvit, et ut eadem *quàm* suavissima videantur, ipse sibi aliquis pa-

[a] Πολεμικῆς δ' ἐπιστήμης, &c.] Consilium est victoris retinendi, quæ sit adeptus, prudentissimi. Lege *Polyæn.* lib. vii, 6, 4, et *Dionys. Hal.* Antiq. Rom. l. 7, c. 9.

[b] Οἱ γὰρ πόνοι, &c.] Huc Pindaricum illud referri potest:

Εἰ πόνος ἦν, τὸ τερπνὸν πλέον πεδέρχεται. Nem. ζ', v. 109.

Cui sententiam *Oppiani* libet adjungere:

——πόνῳ δ' ἅμα τέρψις ὑπηδεῖ. Κυνηγ. α', v. 54.

Vide sis l. i, p. 49, et quæ ibi notavimus.

" ρασκευάσει, ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ τοσούτῳ πλεονεκτήσει τῶν ἐνδε-
" εσέρων βίᾳ, ὅσῳ πεινήσας τῶν ἡδίσων σίτων τεύξεται, καὶ
" διψήσας τῶν ἡδίσων ποτῶν ἀπολαύσεται, καὶ δεηθεὶς ἀναπαύ-
" σεως, ἥδιστον ἀναπαύσεται. Ὧν ἕνεκα φημὶ χρῆναι νῦν ἐπι-
" ταθῆναι ἡμᾶς εἰς ἀνδραγαθίαν, ὅπως τῶν τε ἀγαθῶν ἧττον
" ἄριστον καὶ ἥδιστον ἀπολαύσωμεν, καὶ ὅπως τῶν πάντων χα-
" λεπωτάτων ἄπειροι γενώμεθα. Οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ
" ἀγάθὰ οὕτω χαλεπὸν, ὥσπερ τὸ λαβόντα στερηθῆναι, λυπη-
" ρόν. Ἐννοήσατε δὲ κἀκεῖνο, τίνα πρόφασιν ἔχοντες ἂν προει-
" λόμεθα κακίονες, ἢ πρόσθεν, γενέσθαι. Πότερον ὅτι ἄρχο-
" μεν; Ἀλλ' ἡ δήπου τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων πονηρότερον
" προσήκει εἶναι. Ἀλλ' ὅτι εὐδαιμονέστεροι δοκοῦμεν νῦν ἢ πρό-
" τερον εἶναι; Ἔπειτα τῇ εὐδαιμονίᾳ φήσει τὶς τὴν κακίαν
" [a] ἐπιπρέπειν; Ἀλλ' ὅτι ἐπεὶ κεκτήμεθα δοῦλους, τούτους κολά-
" σομεν, ἢν πονηροὶ ὦσι; Καὶ τί προσήκει αὐτὸν ὄντα πονηρὸν
" πονηρίας ἕνεκα ἢ βλακείας ἄλλους κολάζειν; Ἐννοεῖτε δ' ἔτι
" καὶ τοῦτο, ὅτι τρέφειν μὲν παρεσκευάσμεθα πολλοὺς καὶ τῶν
" ἡμετέρων οἴκων φύλακας καὶ τῶν σωμάτων· αἰσχρὸν δὲ πῶς οὐκ

" raverit, *sanè* vir talis *in hoc* meliori erit conditione, quàm *alii* qui-
" bus minùs suppetunt ad victum necessaria, quod esuriens suavissi-
" mis cibis vescetur, et sitiens suavissimo potu fruetur, et requietis
" egens, suavissimè quiescet. Quapropter *equidem* censeo debere jam
" nos contentis viribus bonorum virorum officio fungi, ut bonis
" quàm optimè suavissiméque fruamur, et quod omnium est gravissi-
" mum non experiamur. Nec enim tàm grave *ac molestum est*, bona
" non adipisci, quàm acerbum, quæ sis adeptus, amittere. Quin hoc
" etiam consideretis velim, quam adferre causam possimus, cur nunc
" potiùs vitam ignaviorem sectemur, quàm antehac. An propte-
" reà quòd cum imperio simus? At certè non convenit, eum, qui cum
" imperio sit, subjectis sibi pejorem esse. An quòd esse jam felicio-
" res videamur, quàm priùs? Et fortunæ prosperæ dicet aliquis
" ignaviam decere? An quia servos adepti nunc habemus, in eos
" animadvertemus, si fuerint improbi? At quo pacto convenit, eum,
" qui sit ipsemet improbus, alios improbitatis aut socordiæ causâ plec-
" tere? Prætereà cogitetis velim, instituisse nos multos alere, tàm
" ædium nostrarum, quàm corporum custodes: at quomodo turpe

a Ἐπιπρέπειν] Ità optimè legit *Muretus*; quam emendationem confirmat *Philelphus*, locum sic vertens: *ideò dicet aliquis vitium felicitatem decere.* In vulgatis autem libris scribitur ἐπιρρέπειν.

" ἂν εἴη, [a] εἰ δὴ ἄλλοις μὲν δορυφόρος τῆς σωτηρίας οἰησό-
" μεθα χρῆναι τυγχάνειν, αὐτοὶ δὲ ἡμῖν αὐτοῖς οὐ δορυφορή-
" σομεν; Καὶ μὴν εὖ γε δεῖ εἰδέναι ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλη φυλακὴ
" τοιαύτη, οἵα αὐτόν τινα καλὸν κἀγαθὸν ὑπάρχειν· τοῦτο γὰρ
" δεῖ συμπαρομαρτεῖν· τῷ δ' ἀρετῆς ἐρήμῳ οὐδὲ ἄλλο καλῶς
" ἔχειν οὐδὲν προσήκει. Τί οὖν φημι χρῆναι ποιεῖν, καὶ πῶς
" τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν, καὶ πῶς τὴν μελέτην ποιεῖσθαι; Οὐδὲν
" καινὸν, ὦ ἄνδρες, ἐρῶ· ἀλλ' ὥσπερ ἐν Πέρσαις ἐπὶ τοῖς ἀρ-
" χείοις οἱ ὁμότιμοι διάγουσιν, [b] ἵνα καὶ ἡμᾶς φημὶ χρῆναι
" ἐνθάδε ὄντας τοὺς ὁμοίμους [c] πάντας, ἅπερ καὶ ἐκεῖ ἐπιτηδεύειν,
" καὶ ὑμᾶς γὲ ἐμὲ ὁρῶντας κατανοεῖν παρόντας, εἰ ἐπιμελόμενος
" ὧν δεῖ διάξω· ἐγώ τε ὑμᾶς κατανοῶν θεάσομαι, καὶ οὓς ἂν
" ὁρῶ τὰ καλὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ ἐπιτηδεύοντας, τούτους τιμήσω.
" Καὶ τοὺς παῖδας δὲ, οἳ ἂν ἡμῖν γίγνωνται, ἐνθάδε [d] παι-
" δεύωμεν· αὐτοὶ γὰρ βελτίονες ἐσόμεθα, βουλόμενοι τοῖς παισὶν

" non fuerit, nos alios salutis *nostræ* satellites parandos nobis existi-
" mare, ipsos autem nos minimè nobis esse satellites? Atqui certò
" sciendum est, non esse ullam aliam talem custodiam, qualis est ista,
" si quis probum se et honestum præbeat: hoc enim unà comitari ne-
" cesse est: ei verò, qui virtute destituitur, nec aliud quidquam rectè
" succedere convenit. Quid igitur esse faciendum aio, et ubi virtu-
" tem exercendam, ubi curam *operámque* adhibendam? Nihil, viri,
" novi proferam: sed sicut illi, qui ὁμότιμοι adpellantur, in Persiâ de-
" gunt ad curias, sic aio vobis æqualibus dignitate universis, quotquot
" hîc adestis, iisdem studiis operam dandam, quibus et illic occupati
" fuistis; ac vos quidem me præsentes intueri debetis et animadver-
" tere, num in iis curandis assiduus sim, quæ *curari à me* necesse est:
" atque ego *vicissim* animum advertens vos contemplabor, et quos *qui-*
" *dem* videro præclaris et honestis rebus operam dare, hos honoribus et
" præmiis ornabo. Quinetiam liberi, qui nobis nascentur, *liberaliter*
" hîc nobis erunt instituendi: nam et ipsi meliores erimus, si liberis

a Εἰ δὴ ἄλλοις] *Gabrielius* ex suis vetustis exemplar. adfert εἰ δ' ἄλλοις; quam sequendo, genitivus τῆς σωτηρίας non jungetur cum δορυφόρος sed cum τυγχάνειν, quòd non pro *esse* accipietur, sed pro *consequi*. Sic certè δορυφορήσομεν, utì monuit Stephanus, in altero membro sine adjectione ponitur. MS. Bodl. et cæteri libri lectionem vulgatam præstant.

b Οὕτω καὶ ἡμᾶς] Legitur etiam ὑμᾶς. Minùs, opinor, commodè.

c Πάντας] Ità MS. Bodl. et editi omnes, præter unum *Etonensem*, in quo legitur πάντα: quomodo Stephanus etiam scriptum fuisse suspicatur.

d Παιδεύωμεν] Leunclavianæ editionis lectio est; quam Stephanus etiam vet. lib. auctoritate confirmatam esse, atque adeò vulgatis illis παιδεύομεν et παιδεύσομεν præferendam agnoscit. Eidem placet ἐνθάδε cum γίγνωνται potiùs quàm cum παιδεύωμεν jungere.

" ὡς βέλτισα παραδείγματα ἡμᾶς αὐτὰς παρέχειν· οἵ τε παῖδες
" ἂν εἰ βέλοιντο ῥᾳδίως πονηροὶ γένοιντο, αἰσχρὸν μὲν μηδὲν
" μήτε ὁρῶντες μήτε ἀκούοντες· ἐν δὲ καλοῖς κἀγαθοῖς ἐπιτηδεύ-
" μασι διημερεύοντες."

" *nostris* nos ipsos *tanquam* exempla longè optima exhibere volemus ;
" et liberi ipsi, etiamsi velint, non facilè improbi evadent, quando nihil,
" quod turbe sit, vel conspecturi vel audituri sunt, sed in virtutis et ho-
" nesti studio dies totos consument."

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ

ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ Η'.

ΚΥΡΟΣ μὲν δὴ οὕτως εἶπεν· ἀνέστη δ' ἐπ' αὐτῷ Χρυσάντας, καὶ εἶπεν ὧδε. " [a] Ἀλλὰ πολλάκις μὲν δή, ὦ ἄνδρες, καὶ ἄλλοθι κα-
" τενόησα ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ. Οἵ τε
" γὰρ πατέρες προνοοῦσι τῶν παίδων, ὅπως μή ποτε αὐτοὺς τἀγαθὰ
" ἐπιλείψει, Κῦρός τέ μοι δοκεῖ νῦν συμβουλεύειν ἡμῖν ἀφ' ὧν μάλιστ'
" ἂν εὐδαιμονοῦντες διατελοῖμεν. Ὃ δέ μοι δοκεῖ ἐνδεέστερον ἢ ὡς
" ἐχρῆν δηλῶσαι, τοῦτο ἐγὼ πειράσομαι τοὺς μὴ εἰδότας διδάξαι.
" Ἐννοήσατε γὰρ δή, τίς ἂν πόλις πολεμία ὑπὸ μὴ πειθομένων
" ἁλοίη; τίς δ' ἂν φιλία ὑπὸ μὴ πειθομένων [b] διαφυλαχθείη;
" ποῖον δ' ἂν ἀπειθούντων στράτευμα νίκης τύχοι; πῶς δ' ἂν μᾶλλον
" ἐν μάχαις ἡττῷντο ἄνθρωποι, ἢ ἐπειδὰν ἄρξωνται ἰδίᾳ ἕκαστος

HUJUSMODI Cyrus oratione usus est; post quem surrexit Chrysantas, atque hoc modo loquutus est: " Equidem aliis etiam in
" rebus, viri, animadverti sæpiùs, nihil inter principem et patrem
" bonum interresse. Nam et patres liberis prospiciunt, nè unquam
" eos bona deficiant; et Cyrus jam mihi videtur ea nobis consu-
" lere, de quibus felicitatem perpetuam maximè consequuturi simus.
" Quod autem minùs mihi, quàm oporteret, declarâsse videtur, id
" equidem ignaros edocere conabor. Cogitate enim, quænam urbs
" hostium ab iis capi possit, qui nolint imperio parere? quæ ami-
" corum *urbs* conservari possit ab iis, qui nolint imperio parere? qui
" militum contumacium exercitus victoriâ potiri possit? quonam modo
" faciliùs possint in præliis homines vinci, quàm ubi cœperint seorsum

a Ἀλλὰ πολλάκις μὲν, &c.] Regem bonum esse *patriæ patrem*, agnoscunt omnes. Sic Ulysses apud poëtam:

Λαῶν, οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν. Odyss. ε', v. 12.

Et in Charondæ Legibus, apud *Stobæum*, principes sibi subjectis præsunt, καθάπερ τέκνων ἰδίων. Idem hoc de se, ad populum ipsum provocatione factâ, profitetur Tullius rex, apud *Dionys. Halicarn.* lib. IV, Antiq. Rom. c. 36. Τίς μέντοι τῶν πρὸ ἐμοῦ βασιλέων ὕτω μέτριος ἐν ἐξουσίᾳ διεβίωσε, ἢ φιλάνθρωπος πᾶσι τοῖς πολίταις, ὡς πατὴρ παισὶν οἷς αὐτὸς χράμενος;

b Διαφυλαχθείη] *Stobæus*, διαμεισθείη: deindè, ἀπειθῶν στράτευμα. Sed non audiendus est. Nam apta satis est vulgata lectio, et libris, quos vidi, omnibus confirmata: nisi quòd edit. *Ald.* mendosè det διαφυλαχθοίη.

" περὶ τῆς αὑτῷ σωτηρίας βουλεύεσθαι; τί δὲ ἂν ἄλλο ἀγαθὸν τε-
" λεσθείη ὑπὸ τῶν μὴ πειθομένων τοῖς κρείττοσι; ποῖαι δὲ πόλεις
" νομίμως ἂν [a] οἰκηθεῖεν; ἢ ποῖοι οἶκοι σωθείησαν; πῶς δ' ἂν
" νῆες ὅποι δεῖ ἀφίκοιντο; Ἡμεῖς δὲ ἃ νῦν ἀγαθὰ ἔχομεν, διὰ
" τί ἄλλο μᾶλλον κατεπράξαμεν, ἢ διὰ τὸ πείθεσθαι τῷ ἄρ-
" χοντι; Διὰ τοῦτο γὰρ ἦν νυκτὸς καὶ ἡμέρας ταχὺ μὲν ὅποι ἔδει
" παρεγινόμεθα, ἀθρόοι δὲ τῷ ἄρχοντι ἑπόμενοι, ἀνυπόστατοι
" ἦμεν, τῶν δ' ἐπιλαχθέντων ὀλίγων ἡμιλελὲς καλελείπομεν. Εἰ τοί-
" νυν [b] μέγιστον ἀγαθὸν τὸ πειθαρχεῖν φαίνεται εἰς τὸ κατα-
" πράττειν [c] τἀγαθὰ, εὖ ἴσθ' ὅτι αὐτὸ τοῦτο καὶ εἰς τὸ διασώ-
" ζειν ἃ δεῖ μέγιστον ἀγαθόν ἐστι. Καὶ πρόσθεν μὲν δὴ [d] πολ-
" λοὶ ἡμῶν ἦρχον, ὀλίγοις δ' ἤρχομεν· νῦν δὲ κατεσκεύασθε ὥστε
" πάντες οἱ παρόντες, ὥσε ἄρχετε οἱ μὲν πλειόνων, οἱ δὲ μειόνων.
" Ὥσπερ τοίνυν αὐτοὶ ἀξιώσετε ἄρχειν τῶν ὑφ' ὑμῖν, ὥτω καὶ αὐτοὶ

" singuli salutis propriæ consilia capere? quid aliud rei præclaræ per-
" fici possit ab iis, qui se potioribus haud parent? quæ urbes legitimè
" administrentur? quæve domus servari queant? quo pacto naves eò
" perveniant, quò tendunt? Nos *ipsi* ea commoda, quæ modò no-
" bis adsunt, quânam aliâ re magìs comparavimus, quàm principi
" parendo? Nam ità factum est, ut celeriter et noctu et interdiu, quò
" erat necesse, perveniremus; et dum totis copiis principem se-
" queremur, nemo *vim et* impetum nostrum sustinere potuerit, eo-
" rum denique nihil semiperfectum reliquerimus, quæ *nobis* erant
" imperata. Ergo si parere principi maximum esse bonun manifestè
" patet, ad comparandum bona *cætera*, certò sciendum vobis est,
" etiam idem hoc bonum esse maximum ad conservandum ea, quæ
" *conservari* necesse est. Et anteà quidem multi nobis imperabant,
" cùm nemini nos imperaremus: nunc res omnium, quotquot ad-
" estis, sic comparatæ sunt, ut imperetis alii pluribus, alii paucioribus.
" Quemadmodùm igitur æquum existimatis esse, vos potestati vestræ

a Οἰκηθεῖεν] Sic ex conjecturâ reponendum censuimus, adprobante Stephano; qui loci sententiam vocem passivam postulare vidit. Hâc certè voce paulò pòst in re simili utitur Xenophon, cùm dicit—πόλις οἰκεῖται. Priùs erat οἰκήσειαν.

b Μέγιστον ἀγαθὸν τὸ πειθαρχεῖν, &c.] Ità ferè *Æschylus* obedientiam matrem felicitatis esse dixit:

Πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας
Μήτηρ,—Ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ. v. 230.

c Τἀγαθὰ, &c.] Editi ferè omnes et MSto Bodl. ——τἀγαθὰ, οὕτως ὦ, &c. At vox penultima non comparet in editione *Eton.* nec in *Stobæo*: ideoque de eâ tollendâ Stephano adsentior.

b Πολλοὶ ἡμῶν ἦρχον, &c.] Aliam lectionem in exemplaribus suis invenit *Gabrielius*; nimirum hanc——ἦρχον μὲν ὀλίγοις· ἤρχοντο δέ· quam ille in loco vertendo sequitur, et probat Stephanus. Mihi quidem ista lectio satìs videtur elegans; nolo tamen vulgatam loco movere, cùm neque quidquam sit in eâ vitii, et ad omnibus, quos vidi, libris confirmetur.

" πειθώμεθα οἷς ἂν ὑμῖν καθήκοι. Τοσοῦτον δὲ διαφέρειν ἡμᾶς
" δεῖ τῶν δούλων, ὅσον οἱ μὲν δοῦλοι, ἄκοντες τοῖς δεσπόταις ὑπη-
" ρετοῦσιν· ἡμᾶς δὲ, εἴπερ ἀξιοῦμεν ἐλεύθεροι εἶναι, ἑκόντας δεῖ
" ποιεῖν ὅ,τι πλείστου ἄξιον φαίνεσθαι εἶναι. Εὑρήσετε δὲ, ἔφη, καὶ
" ἔνθα ἄνευ μοναρχίας πόλις οἰκεῖται, τὴν μάλιστα τοῖς ἄρχουσιν
" ἐθέλουσαν πείθεσθαι, ταύτην ἥκιστα τῶν πολεμίων ἀναγκαζομένην
" ὑπακούειν. Παρῶμέν τε οὖν, ὥσπερ Κῦρος κελεύει, ἐπὶ τόδε
" τὸ ἀρχεῖον, ἀσκῶμέν τε δι' ὧν μάλιστα δυνησόμεθα κατέχειν
" ἃ δεῖ, παρέχωμέν τε ἡμᾶς αὐτοὺς χρῆσθαι Κύρῳ ὅ,τι ἂν δέῃ.
" Καὶ τοῦτο γὰρ εὖ εἰδέναι χρὴ, ὅτι ὃ μὴ δύνηται Κῦρος εὑρεῖν
" ὅ,τι αὐτῷ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ χρήσεται, ἡμῖν δὲ ὅ· ἐπείπερ τά γε
" αὐτὰ ἡμῖν συμφέρει, καὶ οἱ αὐτοί εἰσιν ἡμῖν πολέμιοι."

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα εἶπε Χρυσάντας, [a] ὕτω δὴ καὶ ἄλλοι ἀνέ-
σαντο πολλοὶ καὶ Περσῶν καὶ τῶν συμμάχων συνερῶντες· καὶ
ἔδοξε τοὺς ἐντίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὐ-
τοὺς χρῆσθαι [b] ὅ,τι βούληται ἕως ἂν ἀφίῃ Κῦρος. Ὡς δὲ τότε

" subjectis imperare, sic et ipsi pareamus eis, quibus officii ratio parere
" nos jubet. Tantùm autem inter nos et servos interesse oportet, quod
" servi quidem inviti *suas* heris operas exhibent; nos verò, si quidem
" liberi esse volumus, sponte nostrâ facere convenit, quod maximè dig-
" num laude videatur. Invenietis autem, inquit, etiam civitatem, quæ
" unius imperio non administratur, si magistratibus maximè parere ve-
" lit, minimè per vim eò posse adigi, ut hostium imperium accipiat.
" Quare ad hanc, utì Cyrus præcipit, curiam præstò simus, nósque in
" iis exerceamus, quibus retinere potissimùm queamus ea, quæ *conser-*
" *vari* oportet; et operam Cyro nostram offeramus, ut eâ, quamcun-
" que ad rem opus hâc fuerit ipsi, utatur. Nam id quoque scire debe-
" mus, non posse Cyrum quidquam reperire, cujus usus ad sua tan-
" tùm, non etiam ad nostra, commoda pertineat: quandoquidem ea-
" dem sanè nobis conducunt, et iidem nobis hostes sunt."

Quæ ubi Chrysantas dixisset, alii tum Persæ tum socii complures surgebant, qui *hæc* oratione suâ quoque comprobarent: estque decretum, ut honorati semper ad portas præstò essent, et Cyro suam operam offerrent, quamcunque ad rem illi visum esset, donec eos dimitteret. Quod quidem

a Οὕτω] Non est hoc loco particula similitudinis, sed idem ferè sonat, quod *tunc*. Hoc sensu adhibetur etiam *Act.* xx, 11.

b Ὅ,τι βούληται ἕως, &c.] In *Ald. Flor.* et aliis vulg. cod. posita est hypostigme post βούληται, non autem post ἀφίῃ: at contrà Budæus post verbum βούληται eam expunxit, et posuit post ἀφίῃ· hoc faciens (opinor) nè quis verbi βούληται alium nominativum quæreret, quàm Κῦρος. Ego verò cum Stephano (cujus ista sunt verba) neutro in loco interpungere tutius existimavi, cùm utrumque verbum referatur ad Κῦρος: pro ὅ,τι βούληται Κῦρος, ἕως ἂν ἀφίῃ:

ἔδοξεν, ὅτω καὶ νῦν ἔτι ποιοῦσιν οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ βασιλεῖ ὄντες· [a] θεραπεύσει τὰς τῶν ἀρχόντων θύρας. Ὡς δ' ἐν τῷ λόγῳ δεδήλωται Κῦρος κατασησάμενος εἰς τὸ διαφυλάττειν ἑαυτῷ τε καὶ Πέρσαις τὴν ἀρχὴν, ταῦτα ἔτι καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον βασιλεῖς νόμιμα ἔτι καὶ νῦν διατελοῦσι ποιοῦντες. Οὕτω δ' ἔχει καὶ ταῦτα ὥσπερ καὶ τἆλλα· [b] ὅταν μὲν ὁ ἐπισάτης βελτίων γένηται, καθαρώτερον τὰ νόμιμα πράττεται· ὅταν δὲ χείρων, φαυλότερον. Ἐφοίτων μὲν οὖν ἐπὶ τὰς θύρας Κύρου οἱ ἔντιμοι σὺν τοῖς ἵπποις καὶ ταῖς αἰχμαῖς, συνδόξαν πᾶσι τοῖς ἀρίστοις τῶν συγκατασκευαμένων τὴν ἀρχήν. Κῦρος δ' ἐπὶ μὲν τἆλλα καθίστη ἄλλους ἐπιμελητὰς, καὶ ἦσαν αὐτῷ οἱ προσόδων ἀποδεκτῆρες, καὶ δαπανημάτων δοτῆρες, οἱ ἔργων ἐπιστάται, οἱ κτημάτων φύλακες, οἱ τῶν εἰς τὴν δίαιταν ἐπιτηδείων ἐπιμεληταί· οἱ ἵππων δὲ καὶ κυνῶν ἐπιμελητὰς καθίστη, οὓς ἐνόμιζε οἱ ταῦτα τὰ βοσκήματα βέλτιστ' ἂν παρέχειν αὐτῷ χρῆσθαι. Οὓς δὲ συμφύλακας τῆς εὐδαιμονίας οἱ ᾤετο χρῆναι ἔχειν, τούτους ὅπως ὡς βέλτιστοι [c] ἔσονται, οὐκέτι τούτου τὴν ἐπιμέλειαν ἄλλοις

ità, ut tunc decretum fuit, etiam hodiéque faciunt ii, qui regis imperio in Asiâ parent: dum portas principum officiosè frequentant. Atque ut hoc *toto* libro declaratum est, Cyrum sic constituisse imperium, ut illud et sibi et Persis conservaret, *ità* reges eum sequuti nunc quoque constanter iisdem institutis inhærent. Accidit autem in his, quod etiam in aliis: cùm is, qui præest rerum summæ, *vir aliquantò* melior est, *etiam* sinceriùs *puriúsque* instituta *majorum* observantur; cùm deterior *aliquis*, segniùs. Frequentabant igitur illi honorati cum equis et hastis Cyri portas, quando *ità* decretum erat à præstantissimis virtute *et auctoritate* viris, qui unà *cum ipso* imperium *illud* everterunt. Cæterùm alios curatores constituit Cyrus, qui rebus quidem aliis *administrandis* præessent, cùm et eos haberet qui vectigalia reciperent, et qui sumptuum impensas facerent, et præsides operum, et facultatum custodes, et rerum ad victum necessariarum procuratores: equorum etiam et canum curatores constituit, quos existimabat effecturos hæc animalia suum ad usum accommodatissima. Ut autem illi, quos *secum* habere vellet, in societatem conservandæ felicitatis admittendos, longè optimi evaderent, hanc verò curam aliis nequaquam

a Θεραπεύσει τὰς, &c.] *Budæus* legit θεραπεύσει γὰρ τὰς, &c. *Camerarius*, Stephano teste, θεραπεύσεί τε ex suo exempl. adfert. Sed vide dicta p. 410.

b Ὅταν μὲν ὁ ἐπισάτης, &c.] *Pauci enim* (verba sunt Ciceronis, de Leg. iii, c. 14.) *atque admodùm pauci, honore et gloriâ amplificati, vel corrumpere mores civitatis, vel corrigere possunt.* Seneca *Thyest.* v. 213.

Rex velit honesta, nemo non eadem volet.

c Ἔσονται] MS. Bodl. ἔσωνται. Sed nil mutandum videtur.

προσέταττεν, ἀλλ' αὐτῷ ἐνόμιζε τοῦτο ἔργον εἶναι. Ἤδει γὰρ ὅτι, εἴ γε μάχης ποτὲ δεήσοι, ἐκ τούτων αὐτῷ καὶ [a] παρασάτας καὶ ἐπισάτας ληπτέον εἴη, σὺν οἵσπερ οἱ μέγιστοι κίνδυνοι· καὶ ταξιάρχους δὲ καὶ πεζῶν καὶ ἱππέων ἐγίγνωσκεν ἐκ τούτων κατασατέον εἶναι. Εἰ δέοι δὲ καὶ στρατηγῶν τισι ἄνευ αὐτοῦ, ᾔδει ὅτι ἐκ τούτων πεμπτέον εἴη· καὶ πόλεων δὲ καὶ ὅλων ἐθνῶν φύλαξι καὶ σατράπαις ᾔδει ὅτι τούτων τισὶ χρηστέον, καὶ πρέσβεις γε τούτων τινὰς πεμπτέον· ὅπερ ἐν τοῖς μεγίστοις ἡγεῖτο εἶναι εἰς τὸ ἄνευ πολέμου τυγχάνειν [b] ὧν δέοιτο. Μὴ ὄντων μὲν οὖν, οἵων δεῖ, δι' ὧν αἱ μέγισται καὶ πλεῖσται πράξεις ἔμελλον εἶναι, κακῶς ἡγεῖτο τὰ αὐτοῦ ἕξειν· εἰ δ' ὅτοι εἶεν, οἵους δέοι, πάντα ἐνόμιζε καλῶς ἔσεσθαι. Ἐνέδυ μὲν οὖν, ὅτω γνοὺς, εἰς ταύτην τὴν ἐπιμέλειαν· ἐνόμιζε δὲ τὴν αὐτὴν καὶ αὐτῷ [c] ἄσκησιν εἶναι τῆς ἀρετῆς. Οὐ γὰρ ᾤετο οἷόν τε εἶναι, μὴ αὐτόν τινα ὄντα οἷον δεῖ, ἄλλους παρορμᾶν ἐπὶ τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ ἔργα.

Ὡς δὲ ταῦτα διενοήθη, ἠγήσατο σχολῆς πρῶτον δεῖν, εἰ μέλλοι δυνήσεσθαι τῶν κρατίστων ἐπιμελεῖσθαι. Τὸ μὲν οὖν προ-

mandabat, sed esse munus hoc suum arbitrabatur. Nôrat enim, si pugnandum aliquando esset, ex illorum numero sibi et *parastatas* et *epistatas* sumendos esse, cum quibus pericula maxima *essent adeunda:* itidémque præfectos cohortium tàm pedestrium quàm equestrium ex iisdem constituendos esse intelligebat. Quòd si etiam *aliis* exercitûs ducibus, præter se, opus esset, ex his *ipsis* mittendos esse sciebat: quinetiam nôrat, quorundam ex his operâ utendum esse, ut urbium et totarum nationum tum custodes essent, tum satrapæ: ex iisdem quoque nonnullis legatorum mandandum esse officium: quod quidem inter res maximi momenti ad ea, quæ cuperent, absque bello impetranda ducebat. Quod si quidem tales ii non essent, quales esse conveniret, quorum operâ maxima plurimáque negotia essent conficienda, malè rebus suis prospectum fore arbitrabatur: sin ii tales essent, quales oporteret, omnia præclarè successura putabat. Quâ in sententiâ cùm esset, totus in hanc curam incubuit: quin et eandem ipsi virtutis exercitationem utendam existimabat. Nec enim fieri posse putabat, ut, qui talis ipse non esset, qualem esse oporteret, is alios ad præclaras et laudabiles actiones incitaret.

Quæ cùm apud animum expendisset, otio primùm esse sibi opus statuit, si *quidem* efficere vellet, utì res eximias curâ complecti posset. Fieri qui-

a Παρασάτας καὶ, &c.] Consule *Indic. Vocab. Milit.*

b Ὧν δέοιτο] Sic rectè, opinor, reposuit Leunclavius, cùm ab aliis legeretur δέοιτο. Nam ea, quæ modò præcesserant, ad Cyrum ipsum præcipuè spectant.

c Ἄσκησιν εἶναι, &c.] Stephanus legendum esse dicit εἶναι δεῖν, alioquin εἶναι interpretandum esset *impositam esse*, vel simili quopiam modo. Quâ de re illi adsentior.

σόδων ἀμελεῖν ἐχ οἷόν τε ἐνόμισεν εἶναι, προνοῶν ὅτι πολλὰ καὶ τελεῖν ἀνάγκη ἔσοιτο εἰς μεγάλην ἀρχήν· τὸ δ' αὖ, πολλῶν κτημάτων ὄντων, ἀμφὶ ταῦτα αἰεὶ αὐτὸν ἔχειν ἥδει ὅτι ἀσχολίαν παρέξει τῆς τῶν ὅλων σωτηρίας ἐπιμελεῖσθαι. Οὕτω δὴ σκοπῶν ὅπως ἂν τά τε οἰκονομικὰ καλῶς ἔχοι, καὶ ἡ σχολὴ γένοιτο, καὶ ἐνόησέ πως τὴν στρατιωτικὴν σύνταξιν. Ὡς γὰρ τὰ πολλὰ, δεκάδαρχοι μὲν δεκάδων ἐπιμέλονται, λοχαγοὶ δὲ δεκαδάρχων, χιλίαρχοι δὲ λοχαγῶν, μυριάρχοι δὲ χιλιάρχων· καὶ ὅτως ἀδεὶς ἀτημέλητος γίγνεται, ἀδ' ἢν πάνυ πολλαὶ μυριάδες ἀνθρώπων ὦσι· καὶ ὅταν ὁ στρατηγὸς βάληται χρήσασθαί τι τῇ στρατιᾷ, ἀρκεῖ ἢν τοῖς μυριάρχοις, παραγγείλῃ. Ὥσπερ ἓν ταῦτα ἔχει, ὅτω καὶ ὁ Κῦρος συνεκεφαλαιώσατο τὰς οἰκονομικὰς πράξεις· ὥσε καὶ τῷ Κύρῳ ἐγένετο ὀλίγοις διαλεγομένῳ [a] μηδὲ τῶν οἰκείων ἀτημελήτως ἔχειν· ἢ ἐκ τότε ἤδη σχολὴν ἦγε πλείω ἢ ἄλλως μιᾶς οἰκίας ἢ μιᾶς νεὼς ἐπιμελόμενος. Οὕτω δὴ καλασησάμενος τὰ αὑτῷ, ἐδίδαξε καὶ τὼς περὶ αὐτὸν ταύτῃ τῇ καλασάσει χρῆσθαι. Τὴν μὲν δὴ σχολὴν ὅτω κατεσκευάσατο ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς περὶ αὐτόν·

Ἤρχετο δ' ἐπισατεῖν τὸ οἵους δεῖ εἶναι τοὺς [b] κοινῶνας. Πρῶ-

dom certè haud posse judicabat, ut proventuum curam negligeret, quòd prospiceret necesse fore magnos magno in imperio sumptus facere: rursùs autem, cùm magnam opum copiam possideret, harum curâ semper ipsum occupari, id verò avocaturum se sciebat à curâ summæ rerum conservandæ. Quare considerans quo pacto et res familiaris rectè administrari, et *ipse* frui otio posset, rei militaris ordinem intuitus est. Nam plerumque decuriones curam decuriarum gerunt, ductores manipularii, decurionum; tribuni, manipulariorum ducum; decem millium præfecti, tribunorum: atque ità fit, ut sit nemo cujus cura non geratur, tametsi valdè multæ sint hominum myriades: cúmque vult imperator exercitûs operâ uti, satìs est, decem millium præfectis mandata dedisse. Quæ igitur horum est ratio, eâdem Cyrus etiam res domesticas summatim complexus est: quo factum, ut ipso cum paucis colloquente, neque domestica negligerentur: atque deinceps ei plus erat otii quàm alii, qui unius domûs vel navis unius curam gereret. Atque ità rebus suis constitutis, suos etiam docuit eâdem ratione uti. Et hoc quidem modo tàm sibi quàm suis otium paravit.

Cœpit deindè pro præfecti auctoritate curare, ut participes rerum *tales*

a Μηδὲ τῶν] Legitur etiam, teste *Gabrielio*, μηδέν. *Alii.* pessimè dat μὴ δέ. Loci sententiæ congrua videtur vulgata lectio.

b Κοινῶνας] *Camerarius* in suo exempl. legi testatur κοινανέας. Sed vox illa haud dubiè est Xenophontea: quam in sequentibus mox iteratam reperies, cujús-

τον μὲν, ὁπόσοι ὄντες ἱκανοὶ ἄλλων ἐργαζομένων τρέφεσθαι, μὴ παρεῖεν ἐπὶ τὰς θύρας, τούτους ἐπεζήτει· νομίζων τοὺς μὲν παρόντας οὐκ ἂν ἐθέλειν οὔτε κακὸν οὔτε αἰσχρὸν οὐδὲν ἂν πράττειν, καὶ διὰ τὸ παρὰ ἄρχοντι εἶναι, καὶ διὰ τὸ εἰδέναι ὅτι ὁρῶνται, ὅ,τι πράττοιεν, ὑπὸ τῶν βελτίστων· οἳ δὲ μὴ παρεῖεν, τούτους ἡγεῖτο ἢ ἀκρατείᾳ τινὶ, ἢ ἀδικίᾳ, ἢ ἀμελείᾳ ἀπεῖναι. Τοῦτο οὖν πρῶτον ἡγησάμενος, προσηνάγκαζε τοὺς τοιούτους παρεῖναι· [a] τῶν γὰρ παρ' ἑαυτῷ μάλιστα φίλων ἐκέλευσεν ἄν τινα ἀντιλαβεῖν τὰ τοῦ μὴ φοιτῶντος, φάσκοντα λαμβάνειν τὰ ἑαυτοῦ. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο γένοιτο, ἦκον ἂν εὐθὺς οἱ ζερόμενοι, ὡς ἠδικημένοι. Ὁ δὲ Κῦρος πολὺν μὲν χρόνον οὐκ ἐσχόλαζε τοῖς τοιούτοις ὑπακούειν· ἐπεὶ δὲ ἀκούσειεν αὐτῶν, πολὺν χρόνον ἀνεβάλλετο τὴν διαδικασίαν. Ταῦτα δὲ ποιῶν ἡγεῖτο προσεθίζειν [b] αὐτοὺς θεραπεύειν, ἧττον δὲ [c] ἐχθρῶς,

essent, quales oporteret. Primùm requirebat illos, quotquot aliis opus facientibus victum habere possent, si ad portas præstò non essent: quòd existimaret eos, qui adessent, nihil neque sceleris neque rei turpis admissuros, partim quòd *ipsi* principi adessent, partim quòd intelligerent omnes actiones suas à viris præstantissimis conspici: qui verò non adessent, eos vel intemperantiæ, vel injustitiæ, vel negligentiæ causâ putabat abesse. Quamobrem cùm hoc primùm existimaret, etiam cogebat tales ut adessent: nam aliquem illorum quos maximè caros habebat, bona ejus, qui *portas* non frequentaret, occupare jubebat ac dicere, suas se res occupare. Hoc cùm fieret, statim spoliati veniebant, quasi quibus illata esset injuria. Cyro autem longo tempore non vacabat, ut hujusmodi homines audiret: et posteaquam audierat, diu controversiæ dijudicationem differebat. Quæ cùm faceret, arbitrabatur eos se ad observandum *colendúmque* adsuefacere; sed minùs odiosè,

que κοινωνὲς glossa fuit. *J. Poll.* Οἱ κοινῶνες ait, Ξενοφῶντος ἴδιον. At ei saltem cum *Pindaro* communis est ista vox:

——κοινῶνι παρ' εὐ-
θυτάτῳ,——Πυθ. γ', v. 50.

Itaque fallitur Stephanus, qui hominem dici κοινῶνα non putat: sed κοινῶνα vult esse *sodalitium*, itidémque κοινῶνας *sodalitia*: sub quibus tamen fatetur intelligi posse *ipsos sodales*, seu eos, qui *sodalitii* societate sunt conjuncti. Adpositè *Hesychius* Κοινῶνας exponit κοινωνούς. Rectè igitur *Portus* vocabulum Κοινὼν putat κοινωνικώτερον esse, et denotare *socium*, *familiarem*, et eum, *qui rerum aliquarum nobiscum est particeps*.

a Τῶν γὰρ παρ', &c.] Variant hîc inter se libri ferè omnes. MS. Bodl. habet τῶν γὰρ—ἐκέλευσεν ἀνθιλαβεῖν. Editio *Ald.* τὸν γὰρ παρ' ἑαυτῷ μάλιστα φίλον, ἐκέλευσεν ἀντιλαβεῖν. *Flor. Steph.* et *Leuncl.* τῶν γὰρ—ἐκέλευσεν ἄν τινα λαβεῖν. Nos lectionem editionis *Eton.* à Steph. probatam, nec à Manuscripti Bodl. fide prorsùs alienam, damus.

b Αὐτοὺς θεραπεύειν] Stephanus Xenophontem scripsisse putat, αὐτὸν θεραπεύειν, aut αὐτὸς ἑαυτὸν θεραπεύειν. Sed quo minùs huic accedam, librorum, quos vidi, omnium prohibet auctoritas.

c Ἐχθρῶς] Hæc est lectio MSti Bodl. et libri *Camerariani*. Priùs erat ἐχθρὲς, quod sine adjuncto εἶναι, aut aliquo alio infinitivo stare non posse vidit Stephanus. Nostram autem lectionem Leunclavius etiam in loco vertendo sequitur.

ἢ εἰ αὐτὸς κολάζων ἠνάγκαζε παρεῖναι. Εἷς μὲν διδασκαλίας τρόπος ἦν αὐτῷ οὗτος τῷ παρεῖναι· ἄλλος δὲ, τὸ τὰ ῥᾴσα καὶ κερδαλεώτατα τοῖς παρᾶσι προσάπτειν· ἄλλος δὲ, τὸ μηδέν ποτε τοῖς ἀποῦσι νέμειν. Ὁ δὲ δὴ [a] μέγιστος τρόπος τῆς ἀνάγκης ἦν, εἴ τις τούτων μηδενὸς ὑπακούοι, ἀφελόμενος ἂν τοῦτον ἃ ἔχοι, ἄλλῳ ἐδίδου, ὃν ᾤετο δύνασθαι ἂν ἐν τῷ δέοντι παρεῖναι· ἢ οὕτως ἐγίγνετο αὐτῷ φίλος χρήσιμος ἀντὶ ἀχρήστου. (Ἐπιζητεῖ δὲ καὶ ὁ νῦν βασιλεὺς ἤν τις ἀπῇ, οἷς παρεῖναι καθήκει.) Τοῖς μὲν δὴ μὴ παροῦσιν ἕτω [b] προσεφέρετο.

Τοὺς δὲ παρέχοντας ἑαυτοὺς ἐνόμιζε μᾶλις' ἂν ἐπὶ τὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ παρορμᾶν ἔργα, [c] ἐπείπερ ἄρχων ἦν αὐτῶν, εἰ αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπιδεικνύειν πειρῷτο τοῖς ἀρχομένοις πάντων μάλιστα κεκοσμημένον τῇ ἀρετῇ. Αἰσθάνεσθαι μὲν γὰρ ἐδόκει, καὶ διὰ τοὺς γραφομένους νόμους, βελτίους [d] γιγνομένους ἀνθρώπους· τὸν δὲ ἀγαθὸν

quàm si ipse pœnas irrogando eos adesse cogeret. Hæc una docendi ratio erat, ut adessent: alia, quod facillima et maximè fructuosa præsentibus imperaret: item alia, quod nihil unquam absentibus tribueret. Præcipuus verò cogendi modus erat, ut, si nihil horum aliquem moveret, ei facultates adimeret, ac donaret alteri, quem existimaret posse *sibi* opportunè præstò esse: atque hoc modo amicum utilem pro inutili consequebatur. (Inquirit autem etiam is rex, qui nunc rerum potitur, in eos, qui, cùm adesse ex officio debeant, absunt.) Ad hunc sanè modum Cyrus in absentes se gerebat:

Illos autem qui se offerrent *exhiberéntque*, maximè *se* putabat ad præclaras et laudabiles actiones excitaturum, quandoquidem princeps eorum erat, si ipse subjectis imperio declarare se niteretur virtute in primis ornatum. Videbatur enim animadvertere, meliores *quidem* effici homines etiam legibus scriptis; sed principem bonum ar-

a Μέγιστος τρόπος τῆς, &c.] Stephanus timiditatem suam damnat, quòd non ausus sit post τρόπος interpungere; quippe putat genitivum ἀνάγκης cum τρόπος jungi non debere: sed cum μέγιστος τρόπος subaudiendum ex præcedentibus, τὸ προσαναγκάζειν αὐτὸς θεραπεύειν: ad quem μέγιστον τρόπον Noster dicit Cyrum τὴν ἀνάγκην adhibuisse. Quòd si intelligeret, inquit Stephanus, hunc necessitatis modum fuisse maximum, oporteret alios necessitatis modos præcedere, quorum hunc maximum esse censeret: cùm tamen illos ejusmodi esse non dixerit, imò etiam διδασκαλίαν unum illorum habuisse. Hactenùs ille. Dicendum forsan est, cæteros etiam modos (licèt iis vox ἀνάγκη disertè non sit adjuncta) minorem saltem aliquem necessitatis, gradum inferre; atque adeò modum hunc, ultimo loco memoratum, non incommodè dici potuisse *maximum*.

b Προσεφέρετο] Vide dicta p. 385, not. 2.

c Ἐπείπερ ἄρχων ἦν, &c.] Vulgò, ἐπείπερ ἄρχων αὐτῶν: sed vocula ἦν ex *Gabrielii*, *Mureti* et *Camerarii* vet. libris (quibus etiam editio *Stephaniana* adstipulatur) erat adjecta.

d Γιγνομένους] Ità MS. Bodl. et editiones *Ald.* et *Steph.* Aliæ γενομένους exhibent: *Muretus* etiam testatur in vet. libris legi γενομένους ἀντὶ τοὺς ἀνθρώπους.

ἄρχοντα, βλέποντα νόμην ἀνθρώποις [a] ἐνόμιζεν, ὅτι καὶ τάττειν ἱκανός ἐσι, καὶ ὁρᾶν τὸν [b] ἀτακτοῦντα καὶ κολάζειν. Οὕτω δὴ γιγνώσκων, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τὸς θεὸς μᾶλλον ἐπεδείκνυεν ἑαυτὸν ἐκπονοῦντα ἐν τούτῳ τῷ [c] χρόνῳ, ἐπειδὴ εὐδαιμονέσερος ἦν. Καὶ τότε πρῶτον κατεσάθησαν οἱ μάγοι ὑμνεῖν τε ἀεὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τὸς θεὸς, καὶ θύειν ἀν' ἑκάσην ἡμέραν οἷς [d] οἱ μάγοι θεοῖς εἴποιεν. Οὕτω δὴ τὰ τότε κατασαθέντα ἔτι καὶ νῦν διαμένει παρὰ τῷ ἀεὶ ὄντι βασιλεῖ. Ταῦτα δ' ἂν πρῶτον ἐμιμοῦντο αὐτὸν καὶ οἱ ἄλλοι Πέρσαι, νομίζοντες καὶ αὐτοὶ εὐδαιμονέσεροι ἔσεσθαι, ἢν θεραπεύωσι τὸς θεὸς, ὥσπερ ὁ εὐδαιμονέσαλός τε ὢν καὶ ἄρχων· καὶ Κύρῳ δ' ἂν ἡγοῦντο ταῦτα ποιοῦντες ἀρέσκειν.

Ὁ δὲ Κῦρος τὴν τῶν μεθ' αὑτοῦ εὐσέβειαν καὶ ἑαυτῷ ἀγαθὸν ἐνόμιζε,

bitrabatur hominibus *esse* legem oculis præditam : quippe qui et ordinando jubere, et ordinis negligentem cernere ac punire posset. Ità cùm sentiret, primùm se cultûs divini magìs hoc tempore studiosum declarabat, quia felicior evasisset. Atque tunc primùm magi constituti sunt, qui semper cum primâ luce deos hymnis celebrarent, et quotidiè sacrificarent diis illis, quibus ipsi sacrificandum dicerent. Ità quidem id temporis constituta nunc permanent apud eum regem, qui quovis tempore rerum potitur. Imitabantur igitur eum in his primùm Persæ cæteri, quòd et ipsi beatiores se fore arbitrarentur, si deos ità colerent, ut is qui et felicissimus esset et imperaret : prætereà futurum putabant ut, si hæc facerent, Cyro placerent.

Cyrus *ipse* suorum pietatem sibi quoque utilem ducebat esse, cùm

a Ἐνόμιζεν] Hæc est editionis Leunclavianæ lectio, quam et Stephanus recipiendam censuit. Vulgò legitur ἐνόμισεν. Cæterùm de re ipsâ lege *Cic.* de Leg. l. iii, c. 13.

b Ἀτακτοῦντα] Sic propriè dici militem, qui ordinem deserit, atque officium suum non facit, pervulgatam est. Eadem est ratio vocis illi adfinis, quâ utitur apostolus I *Thess.* v. 14, ubi à malis militibus, οἳ ἐ μένουσιν ἐν τάξει, petitâ translatione, ἀτάκτους vocat eos, qui Christi et apostolorum præceptis dicto audientes non erant, quósque adeò, tanquam imperator, corripi jubet. Conf. 2 *Thess.* iii, 7, ubi ἀτακτεῖν (sumptâ itidem ab iis metaphorâ, qui militiæ munia non, utì decet, obeunt, de iis omnibus dicitur, qui aliter, quàm ipsorum vitæ ratio atque honestas requirit, se gerunt.

c Χρόνῳ, ἐπειδὴ, &c.] In *Ald.* et *Flor.* edit. ἐπεὶ δὲ εὐδαιμονέσερον ἦν: in *Eton.* ἐπεὶ δὴ εὐδαιμονέσερος ἦν: ut hæc alius sententiæ sint principium ; cùm tamen contrà claudere præcedentem debeant, sed non sine aliquâ mutatione : nimirum scribendo, ἐπειδὴ εὐδαιμονέσερος ἦν, ut restituimus ex vet. *Gabrielii* libris et editione *Stephanianâ*. Quibus ferè accedunt *Camerarii* liber et MS. Bodl. qui dant ἐπεὶ εὐδαιμονέσερος ἦν. Leunclavius etiam sic reponendum et distinguendum vidit.

d Οἱ μάγοι] Duram esse vocum istarum repetitionem, haud sine causâ judicavit Stephanus. Minùs etiam suavis est vocis θεοῖς sonus, cùm modò præcesserat θεὸς. Hanc tamen lectionem libri, quos vidi, omnes præstant. Itaque nihil loco temerè moverim ; sed retinendo οἱ μάγοι in posteriori etiam loco, aut deesse verbum inter καὶ et θύειν (sive id sit ἐνομίσθη, sive κατέση, sive aliud hujusmodi) aut sibi καθισάθησαν relictum esse subaudiendum κατισάθη, cum Stephano exstimaverim.

[a] λογιζόμενος [b] ὥσπερ οἱ πλεῖν αἱρούμενοι μετὰ τῶν εὐσεβῶν μᾶλλον ἢ μετὰ τῶν ἠσεβηκέναι τι δοκούντων. Πρὸς δὲ τούτοις ἐλογίζετο, εἰ πάντες οἱ κοινωνοῦντες θεοσεβεῖς εἶεν, ἧττον ἂν αὐτοὺς ἐθέλειν περί τε ἀλλήλους ἀνόσιόν τι ποιεῖν μήτε περὶ αὐτόν, εὐεργέτης νομίζων εἶναι τῶν κοινωνῶν. Ἐμφανίζων δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο μηδένα μήτε φίλον ἀδικεῖν μήτε σύμμαχον, ἀλλὰ τὸ δίκαιον ἰσχυρῶς ὁρῶν, μᾶλλον καὶ τοὺς ἄλλους ᾤετ' ἂν τῶν μὲν αἰσχρῶν κερδῶν ἀπέχεσθαι, διὰ τὸ δικαίως δ' ἐθέλειν [c] πορίζεσθαι. Καὶ αἰδοῦς δ' ἂν ἡγεῖτο μᾶλλον πάντας ἐμπιπλάναι, εἰ αὐτὸς φανερὸς εἴη πάντας ὅτως αἰδούμενος, ὡς μήτ' εἰπεῖν ἂν μήτε ποιῆσαι μηδὲν αἰσχρόν. Ἐτεκμαίρετο δὲ τοῦτο ὅτως ἕξειν ἐκ τοῦδε· μὴ γὰρ ὅτι ἀρχοῦλα, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂ φοβοῦνται, μᾶλλον τοὺς αἰδουμένους αἰδοῦνται τῶν ἀναι-

rationem eandem sequeretur, quam illi, qui cum religiosis potiùs, quam cum iis, qui commisisse aliquid impiè videntur, navigare malunt. Prætereà secum reputabat futurum ut, si omnes illi rerum participes religiosi essent, minùs aliquod nefarium *facinus* tum contra se invicem, tum contra *Cyrum* ipsum designare vellent; qui benè se de iis, quos rerum participes habebat, promeritum esse arbitrabatur. Itidem cùm declararet, id maximi se facere, si nec amicus nec socius læderetur, et cùm acriter id quod justum esset intueretur, futurum putabat, ut alii quoque se turpibus à lucris magìs abstinerent, ac ratione justâ rem facere mallent. Etiam *pudore ac* verecundiâ putabat omnes magìs impletum iri, si palam ipse declararet, ità se omnes revereri, ut nihil turpe nec diceret nec faceret. Atque hoc ità futurum isto argumento colligebat; nimirum homines, non dicam principem, sed illos etiam quos *alioqui* non metuunt, magìs reverentur, si verecundi sint,

a Λογιζόμενος] Hoc participium adferens Camerarius elocutionem hanc sive ab auctore sive à librario concisam esse ait: at rectè Stephanus nullam hìc concisionem esse putat, sed perinde accipit ac si dictum esset, τὸν αὐτὸν ἔχων λογισμὸν, ὅπερ οἱ πλεῖν αἱρούμενοι μᾶλλα τῶν εὐσεβῶν.

b Ὥσπερ οἱ πλεῖν, &c.] Egregia sunt in eam rem apud auctores testimonia, quæ loco huic illustrando haud parum inservire possint. Huc pertinet locus *Æschyli* longè pulcherrimus: in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, v. 603, et seq. postquam dixit Eteocles,

Φεῦ τῶ ξυναλλάσσοντος ὄρνιθες βρέμοι
Δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστέροις·

tribus versibus interjectis, addit:

Ἢ γὰρ ξυπισθὰς πλοῖον εὐσέβης ἀνὴρ,
Ναύτησι θαρσεῖς καὶ πανεργία τινὶ,
Ὅλοιτ' ἀνδρῶν σὺν δυσπτύστῳ γένει.

Quocum concinit *Horatiana* Musa, lib. iii, od. 2.

——*vetabo, qui Cereris sacrum*
Vulgârit arcanæ, sub iisdem
Sit trabibus, fragilémque mecum
Solvat phaselum. Sæpè Diespiter
Neglectus, incesto addidit integrum.

Vectores utique, si qua horribilis mare vexaret procella, causam ejus adtribuere solebant impietati alicujus eorum, qui in navi erant. Exemplum nobile in *Jonâ* i, 5, et seq. itidémque in *Diagorâ*, Cic. de Nat. D. l. iii, c 37. Vide, si libet, *Æli.* H. V. l. viii, c. 5. *Philostr.* l. v, c. 20. *Diog. Laërt.* lib. i, segm. 86.

c Πορίζεσθαι] Legitur etiam, testibus Stephano et Mureto, in libris quibusdam vet. πορεύεσθαι. Eadem lectio margini MSti Bodl. est adscripta: cum quâ receptum verbum non commutaverim. Ille verò διὰ τὸ δικαίως dicitur τὰ κέρδη πορίζεσθαι, qui πορίζεται τὴν τῆς δικαιοσύνης ὁδὸν πορευόμενος. Ità Stephanus.

δῶν οἱ ἄνθρωποι· καὶ γυναῖκας δὲ, ἂς ἂν αἰδημένας αἰσθάνονται, ἀνταιδεῖσθαι μᾶλλον ἐθέλουσιν ὁρῶντες. Τὸ δ' αὖ πείθεσθαι ὅτῳ μάλιστ' ἂν ᾠήθη ἔμμονον εἶναι τοῖς περὶ αὐτὸν, εἰ τὰς ἀπροφασίστως πειθομένας φανερὰς εἴη μᾶλλον τιμῶν τῶν τὰς μεγίστας ἀρετὰς καὶ ἐπιπονωτάτας δοκούντων παρέχεσθαι. Γιγνώσκων δ' ὅτῳ ἡδοναὶ ποιοῦσι διατέλει. Καὶ σωφροσύνην δ' αὐτὸς ἐπιδεικνὺς, μᾶλλον ἐποίει καὶ ταύτην πάντας ἀσκεῖν. Ὅταν γὰρ ὁρῶσιν, ᾧ μάλιστα ἔξεσιν ὑβρίζειν, τοῦτον σωφρονοῦντα, ὅτῳ μᾶλλον οἵ γε ἀσθενέστεροι ἐθέλουσιν ἀδεῶς ὑβριστικὸν ποιοῦντες φανεροὶ εἶναι. [a] Διήρει δὲ αἰδοῦς καὶ σωφροσύνην τῇδε, ὡς τὰς μὲν αἰδημένας, τὰ ἐν τῷ φανερῷ [b] αἰσχρὰ φεύγουσας· τὰς δὲ σώφρονας, καὶ τὰ ἐν τῷ ἀφανεῖ. Καὶ ἐγκράτειαν δὲ ὅτῳ μάλιστ' ἂν ᾠήθη ἀσκεῖσθαι, εἰ αὐτὸς ἐπιδεικνύοι ἑαυτὸν μὴ [c] ὑπὸ τῶν παρουσῶν ἡδονῶν ἑλκόμενον ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ προπονεῖν ἐθέλουσα πρῶτον σὺν τῷ καλῷ τῶν εὐφροσυνῶν. Τοιγαροῦν τοιοῦτος ὢν ἐποίησεν ἐπὶ ταῖς θύραις πολὺν μὲν τῶν χειρόνων

quàm si inverecundi: et mulieres, quas esse verecundas animadvertunt, *homines* intuentes vicissim revereri magis volunt. Jam verò parendi studium suis ità maximè constanter mansurum putabat; si eos, qui sine recusatione parerent, in oculis omnium magis ornaret, quàm illos, qui *vel* maximas laboriosissimásque virtutes exhibere viderentur. Cúmque sic sentiret, *sic* etiam facere perseverabat. Prætereà moderationem suam ostendendo efficiebat, ut hanc etiam alii magis exercerent. Nam cùm viderent *homines* eum, cui maxima facultas est insolenter agendi, modestè se gerere; minimè volunt imbecilliores *alii* quidquam insolentiùs palam agere. Sic autem verecundiam ad moderationem cernebat, ut *diceret*, verecundos palam turpia fugere; moderatos, etiam illa quæ occultè *fiant*. Continentiam etiam sic exercitatum iri *à suis* maximè putabat, si ipse declararet, se per occasiones oblatarum voluptatum ab iis quæ honesta et bona essent non abstrahi; sed velle *potiùs* ante lætitias laborem cum honestate *conjunctum* suscipere. Itaque talis cùm esset, perfecit ut ad portas magna inferiorum esset

a Διήρει δὲ αἰδοῦς, &c.] Conf. 1 *Tim.* ii, 9, ubi quas apostolus virtutes in mulieribus requirit, easdem et *Epictetus*, et quidem iisdem ferè verbis *Enchir.* c. 62.

b Αἰσχρὰ φεύγουσας] *Camerarius*, teste Stephano, in suo exempl. post αἰσχρὰ scriptum esse ἴσως dicit. Sed cùm aptam ex eâ, quam habemus, lectione sententiam eliciamus, non est cur quidquam adjiciamus. Si tamen addendum quid esset, inquit Stephanus, nulla convenientior esse adjectio posset, quàm particulæ μόνον post αἰσχρὰ vel post ἐν τῷ φανερῷ. Sed quid si illud ἴσως (pergit Stephanus) in libri illius contextum ex margine irrepsit, cùm aliquis fortasse μόνον deesse annotâsset? Fieri enim potuit ut, cùm aliquis, ἴσως λείπει μόνον, scripsisset, tandem ἴσως tantum superfuerit, aut certè animadversum fuerit, et ex margine translatum in contextum. Hactenus ille: acutiùs, opinor, quàm veriùs. Sed mihi religio erat, insigni adeò divinationis specimine lectorem fraudare.

c Ὑπὸ τῶν παρουσῶν, &c.] Vide quæ notavimus lib. i, p. 48.

εὐταξίαν, ὑπεικόντων τοῖς ἀμείνοσι, πολλὴν δ' αἰδὼ καὶ εὐκοσμίαν πρὸς ἀλλήλους. Ἐπέγνως δ' ἂν ἐκεῖ οὐδένα οὔτε ὀργιζόμενον κραυγῇ οὔτε χαίροντα ὑβριστικῶς γέλωτι· ἀλλὰ ἰδὼν ἂν αὐτοὺς ἡγήσω τῷ ὄντι εἰς κάλλος ζῆν. Τοιαῦτα μὲν δὴ ποιοῦντες καὶ ὁρῶντες ἐπὶ θύραις διῆγον·

Τῆς πολεμικῆς δ' ἕνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν οὕσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι· ταύτην ἡγούμενος καὶ ὅλως [a] ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην. Καὶ γὰρ ἐπόχους ἐν παντοδαποῖς χωρίοις αὕτη μάλιστα ἀποδείκνυσι, διὰ τὸ θηρίοις φεύγουσιν ἕπεσθαι· καὶ ἀπὸ τῶν ἵππων ἐνεργοὺς αὕτη μάλιστα ἀπεργάζεται, διὰ τὴν τοῦ λαμβάνειν [b] φιλοτιμίαν καὶ ἐπιθυμίαν. [c] Καὶ τὴν ἐγκράτειαν δὲ, καὶ πόνους, καὶ ψύχη, καὶ θάλπη, καὶ λιμὸν, καὶ δίψος δύνασθαι φέρειν, ἐνταῦθα μάλιστα προσείθιζε τοὺς κοινῶνας. Καὶ νῦν δ' ἔτι βασιλεὺς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ περὶ βασιλέα

modestia, præstantioribus cedentium, magnus erga se invicem pudor et composita morum gravitas. Neminem ibi animadvertisses vel irascentem cum vociferatione, vel insolente risu gaudentem: sed eos adspiciens existimâsses reapse ad honesti *decorique* normam vivere. Et his ferè quidem agendis conspiciendísque occupati ad portas vitam degunt:

Cæterùm exercitationis bellicæ causâ venatum eos educebat, quos in his exercendos arbitrabatur; quòd venationem duceret tum bellicæ rei totius optimam exercitationem esse, tum equestris *longè* verissimam. Nam ad insidendum equis in locis quibuslibet hæc maximè reddit aptos, quòd fugientes feras sequi necesse sit: hæc item strenuos efficit maximè *quovis* ex equis *perficiendo opere*, propter contentionem studiúmque capiendi. Hîc etiam maximè *suos* illos participes adsuefaciebat ad continentiam, et labores, et frigora, et calores, et famem, et sitim tolerandam. Ac nunc quoque tum rex tum qui cum rege

a Ἀρίστην ἄσκησιν] Noster Κυνηγ. sub initium: Ἐγὼ μὲν οὖν παραινῶ τοῖς νέοις μὴ καταφρονεῖν κυνηγεσιῶν——ἐκ τούτων γὰρ γίγνονται τα εἰς τον πόλεμον ἀγαθοὶ, εἴς τε τὰ ἄλλα, &c. His similia passim in eodem libello, necnon hujus hist. l. i, p. 13, reperire est.

b Φιλοτιμίαν, &c.] Leunclavius sic locum vertit——*propter studium honoris et cupiditatem capiendi.* At φιλοτιμία rectiùs, opinor, hoc loco simpliciter reddas, *Studium, Contentio:* qualis nimirum eorum est, qui obnixè contendunt, ut honorem et laudem sibi ex re quapiam consequantur. Eadem ejusdem vocis est significatio, p. 440.—ὥστε πολλὴν πᾶσι φιλοτιμίαν ἐνέβαλλεν, ὅπως ἕκαστος ἄριστος φανήσοιτο Κύρῳ.

c Καὶ τὴν, &c.] *Plutar.* in Philopœm. p. 357, de militari instituto victúque: τὰ δὲ πάσης μὲν πλάνης ἔμπειρα, καὶ πάσης ἀνωμαλίας προσῆκον εἶναι, μάλιστα δὲ φέρειν ῥαδίως μὲν ἔνδειαν εἰθισμένα, ῥαδίως δὲ ἀγρυπνίαν. Adi Nostrum sub finem Κυνηγετ. Stephanus legi testatur, Καὶ πρὸς πόνους καὶ ψύχη καὶ θάλπη, καὶ πρὸς τὸ λίμον καὶ δίψος δύνασθαι φέρειν. Addit etiam, ex Camerarii libro adferri πρὸς ἐγκράτειαν. Sed nihil muto.

ταῦτα ποιοῦντες διατελοῦσιν. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ᾤετο προσήκειν οὐδενὶ ἀρχῆς, ὅστις μὴ βελτίων εἴη τῶν ἀρχομένων, καὶ τοῖς προειρημένοις πᾶσι δῆλον· καὶ ὅτι οὕτως ἀσκῶν τοὺς περὶ ἑαυτὸν, πολὺ μάλιστα αὐτὸς ἐξεπόνει καὶ τὴν ἐγκράτειαν καὶ τὰς πολεμικὰς τέχνας καὶ τὰς μελέτας. Καὶ γὰρ ἐπὶ θήραν τοὺς μὲν ἄλλους ἐξῆγεν, ὁπότε [a] μὴ μένειν ἀνάγκη τις εἴη· αὐτὸς δὲ καὶ ὁπότε ἀνάγκη εἴη, οἴκοι ἐθήρα τὰ ἐν τοῖς παραδείσοις θηρίᾳ τρεφόμενα· καὶ οὔτε αὐτὸς ποτὲ [b] πρὶν ἱδρῶσαι δεῖπνον ἠρεῖτο, οὔτε ἵπποις ἀγυμνάστοις σῖτον ἐνέβαλλε· συμπαρεκάλει δὲ καὶ εἰς ταύτην τὴν θήραν τοὺς περὶ αὐτὸν σκηπτούχους. Τοιγαροῦν πολὺ μὲν αὐτὸς διέφερεν ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς ἔργοις, πολὺ δὲ οἱ περὶ ἐκεῖνον, διὰ τὴν ἀεὶ μελέτην. Παράδειγμα μὲν δὴ τοιόνδε ἑαυτὸν παρείχετο. Πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ τῶν ἄλλων οὕς τινας μάλιστα ὁρῴη τὰ καλὰ διώκοντας, τούτους καὶ δώροις καὶ ἀρχαῖς καὶ ἕδραις καὶ πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν· ὥστε πολλὴν πᾶσι φιλοτιμίαν ἐνεβαλλεν, ὅπως ἕκαστος ἄριστος φανήσοιτο Κύρῳ.

vivunt in his faciendis perseverant. Quod igitur arbitraretur nemini convenire imperium, qui non esset subjectis sibi melior, etiam iis, quæ antehac exposuimus, omnibus perspicuum *est : sicut illud* quoque, quod suos in hunc modum exercendo, multò maximè tum ad continentiam tum bellicas artes et exercitationes ipse laborando se consuefaceret. Nam venatum quidem alios educebat, ubi nulla necessitas *domi* manere cogebat : ipse verò etiam cùm necesse esset *manere*, domi feras venari solebat, quæ in septis hortorum alerentur : nec vel ipse prius unquam, quàm sudâsset, sumebat cœnam ; nec equis prius, quàm essent exerciti, pabulum objiciebat : ad hanc venationem sceptrigeros etiam suos invitabat. Itaque multùm in omnibus præclaris actionibus *et studiis* ipse præstabat, multùm qui cum eo versabantur, ob exercitationem *illam* perpetuam. Atque hujusmodi sanè exemplum ipse se præbuit. Prætereà, si quos alios videret maximè rerum honestarum sectatores, eos et donis, et imperiis, et sedendi loco, et omnibus honoribus ornabat : adeò ut omnibus ingens studium injiceret, quò quisque Cyro præstantissimus videretur.

a Μὴ μένειν, &c.] Leunclavius marginalem hanc lectionem in vertendo hoc loco sequitur : ὁπότε μὴ μένειν οἴκοι, ἀνάγκη : et ea quæ statim sequuntur verba sic distinguit——ὁπότε ἀνάγκη εἴη οἴκοι, ἐθήρα, &c. Quod ad lectionem illam attinet, vox sanè οἴκοι subaudienda potiùs, quàm textui, contra librorum omnium fidem, inferenda videtur : nec mihi Leunclaviana distinguendi ratio æquè placet, atque ista, quæ in edit. *Steph. Eton.* cæterísque ferè omnibus obtinet : quámque adeò recepimus. De re ipsâ vide quæ notavimus p. 22.

b Πρὶν ἱδρῶσαι, &c.] Idem ferè de Cyro minore tradit Noster in libro qui inscribitur Οἰκονομ. p. 484, *edit. Steph.* Ὀμνυμί σοι τὸν Μήθρην (Lysandrum adloquitur Cyrus) ὅταν περ ὑγιαίνω, μὴ πώποτε δειπνῆσαι, πρὶν ἱδρῶσαι, ἢ τῶν πολεμικῶν τι, ἤ, &c.

Καταμαθεῖν δὲ τοῦ Κύρου δοκοῦμεν, ὡς οὐ τούτῳ μόνῳ ἐνόμιζε χρῆναι τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων διαφέρειν, τῷ βελτίονας αὐτῶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ καταγοητεύειν ᾤετο χρῆναι αὐτούς. Στολήν τε γοῦν εἵλετο τὴν Μηδικὴν αὐτός τε φορεῖν, καὶ τοὺς κοινῶνας ταύτην ἔπεισεν ἐνδύεσθαι· αὐτὴ γὰρ αὐτῷ συγκρύπτειν ἐδόκει, εἴ τις τὶ ἐν τῷ σώματι ἐνδεὲς ἔχοι, καὶ καλλίστους καὶ μεγίστους ἐπιδεικνύναι τοὺς φοροῦντας. Καὶ γὰρ τὰ ὑποδήματα τοιαῦτα ἔχουσιν, ἐν οἷς μάλιστα λαθεῖν ἐστὶ καὶ ὑποτιθεμένους τι, ὥστε δοκεῖν μείζους εἶναι ἢ εἰσί. Καὶ [a] ὑποχρίεσθαι δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς προσίετο, ὡς εὐοφθαλμότεροι φαίνοιντο ἢ εἰσί· καὶ ἐντρίβεσθαι, ὡς εὐχροώτεροι ὁρῷντο ἢ πεφύκασιν. Ἐμελέτησε δὲ καὶ ὡς μηδὲ πτύοντες μηδὲ ἀπομυττόμενοι φανεροὶ εἶεν· μηδὲ μεταστρεφόμενοι ἐπὶ θέαν μηδενὸς, [b] ὡς οὐδὲν θαυμάζοντες. Πάντα δὲ ταῦτα ᾤετο φέρειν τι εἰς τὸ δυσκαταφρονητοτέρους φαίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις. Οὓς μὲν δὴ ἄρχειν ᾤετο

Animadvertisse verò nos in Cyro id quoque putamus, quod non eo duntaxat principes existimârit præstare subjectis sibi debere, ut iis meliores essent; verùm etiam illecebris *quisbusdam* hos illis deliniendos arbitraretur. Itaque tum sibi vestem Medicam gestandam esse certo judicio statuit, tum *illi suo* participum collegio persuasit, ut eandem induerent: nam si quid in alicujus corpore vitii esset, id vestitus is occultare Cyro videbatur; et illos, qui eum gestarent, quàm pulcherrimos et maximos exhibere. Habent enim hujusmodi calceos, in quibus maximè subjici clam aliquid potest, ut grandiores, quàm sint, esse videantur. *Hoc* etiam admittebat, ut oculis pigmenta quædam sublinerentur, quò viderentur oculos habere pulchriores, quàm essent; et ut fucus infricaretur, quò præditi colore meliori cernerentur, quàm natura concessisset. Ad hæc *eos* exercuit, ut palam nec exspuerent nec emungerent se; nec ad ullam rem spectandam se converterent, quasi nihil admirarentur. Hæc adeò universa putabat aliquid adferre momenti ad hoc, ut subjectorum imperio suo contemptu minimè digni viderentur. Et ad hunc sanè

a Ὑποχρίεσθαι δὲ, &c.] Ex more scil. Medorum ac τρυφητῶν apud alias etiam gentes. Vide quæ hâc de re notavimus p. 15.

b Ὡς οὐδὲν θαυμάζοντες] Zenonis placitum erat, teste *Laërt.* l. vii, § 123. τὸν σοφὸν οὐδὲν θαυμάζειν. Pythagoras etiam hunc sese ex philosophiâ fructum percepisse professus est, τὸ μηδὲν θαυμάζειν. *Plutarch.* περὶ τοῦ ἀκούειν, pag. 44. Hinc *Horat.* l. i, ep. 6.

Nil admirari propè res est una, Numici,
Solâque, quæ possit facere et servare beatum.

At *Platoni* in *Theæteto*, p. 155, et *Aristot.* τῶν μετὰ τὰ φυσ. l. i, c. 2, θαυμάζειν est ἀρχὴ τῆς φιλοσοφίας, et μάλα φιλοσόφου πάθος. Verùm conciliari poterunt, quæ tantùm inter se pugnare videntur, sententiæ; si de tirone philosopho, Platonem et Aristotelem, de veterano sapientiæ jam apicem summum assecuto, priores illos loqui statuerimus.

[a] χρῆναι δι' ἑαυτῆ, ὅτω κατεσκεύασε καὶ μελέτῃ καὶ τῷ σεμνῶς προεσάναι αὐτῶν· ὃς δ' αὖ κατεσκεύαζεν εἰς τὸ δκλεύειν, τότως ὅτε μελετᾷν τῶν ἐλευθερίων πόνων ὁδένα παρώρμα, ὅτε ὅπλα κεκτῆσθαι ἐπέτρεπεν· ἐπεμελεῖτο δ' [b] ὅπως μήτε ἄσιτοι μήτε ἄποτοί ποτε ἔσοιντο, ἐλευθερίων ἕνεκα μελετημάτων. Καὶ γὰρ ὁπόταν ἐλαύνοιεν τὰ θηρία τοῖς ἱππεῦσιν εἰς τὰ πεδία φέρεσθαι σῖτον εἰς θήραν τότοις ἐπέτρεπε, τῶν δὲ ἐλευθέρων ὁδενί· ἢ ὁπότε πορεία εἴη, ἦγεν αὐτὸς πρὸς τὰ ὕδατα, ὥσπερ τὰ ὑποζύγια. Καὶ ὁποτε δὲ ὥρα εἴη ἀρίστε, ἀνέμενεν αὐτὸς ἐς' ἂν φάγοιέν τι, ὡς μὴ [c] βλιμιῷεν· ὥστε καὶ ὅτοι αὐτὸν, ὥσπερ οἱ ἄριστοι, [d] πατέρα ἐκάλεν, ὅτι ἐπεμέλετο αὐτῶν ὅπως ἀναμφιλόγως ἀεὶ ἀνδράποδα διατελοῖεν. Τῇ μὲν δὴ ὅλῃ Περσῶν ἀρχῇ ὅτω τὴν ἀσφάλειαν κατεσκεύαζεν·

modum eos, quibus beneficio suo magistratus mandandos esse putabat, instruxit; tum exercendo, tum illo ipso, quod eis cum majestate præesset: quos autem ad serviendum instruebat, eos nec ad se in laboribus ullis liberalibus exercendos excitabat, nec habere arma sinebat: studioséque dabat operam, nè unquam liberalium exercitationem causâ vel cibo vel potu carerent. Etenim his permittebat, quoties equitibus feras in campos adigerent, ut cibum ad venationem secum sumerent, ingenuorum verò nemini: quando item faciendum erat iter, ad aquas eos, perinde ac jumenta, ducebat. Et cùm prandii tempus erat, expectabat eos donec aliquid comedissent, nè fames ingens eos invaderet: quo fiebat ut etiam hi, non aliter ac optimates, eum patrem adpellarent; quòd curam ipsorum gereret, ut semper sine dubio mancipia manerent. Ac totum quidem imperium Persicum hoc modo firmum ut esset *ac stabile*, *Cyrus* effecit:

a Χρῆναι δι' ἑαυτῆ, ὅτω] Ita edit. *Steph. Leuncl. Ald.* In quibusdam libris ponitur distinctio post χρῆναι, non rectè: sed de quo tamen lectorem non celandum existimavi.

b Ὅπως μήτε, &c.] Ità rescripsimus ex MSto Bodl. Priùs legebatur ὅπως μήποτ' ἄσιτοι, &c.

c Βλιμιῷεν] *Suidas*: Βλιμιᾷν· τὸ παρ' ἡμῖν λιμώττειν· Ξενοφῶν δὲ βλιμιᾷν λέγει τὸ τὸν στόμαχον ἐπιδάκνεσθαι ὑπὸ τῆ λιμοῦ. *Phavorinus*: βλιμιᾷ, μεγάλως λιμώττει. Id verò morbi genus, quod Græci βέλιμον adpellant, ità describit *Galen.* Defin. Med. p. 262, T. 2. Βέλιμός ἐστι διάθεσις καθ' ἣν ἐπιζήτησις ἐν μικρῶν διαλειμμάτων γίνεται τροφῆς. Ἐκλύονται δὲ καὶ καταπίπτουσι, καὶ ἀχροῦσι καὶ καταψύχονται τὰ ἄκρα, θλίβονταί τε τὸν στόμαχον, ᾗ ὁ σφυγμὸς ἐπ' αὐτῶν ἀμυδρὸς γίνεται. Vide quæ de hoc verbo notavit Cl. *Jungermannus* ad *Poll.* l. ii, *segm.* 217. Gell. l. xvi, c. 3.

d Πατέρα ἐκάλεν] *Herodotus* l. iii, c. 89. ——λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος· Καμβύσης δὲ, δεσπότης· Κῦρος δὲ, πατήρ. Ὁ μὲν, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ χρήσιμα· ὁ δὲ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος· ὁ δὲ, ὅτι ἤπιός τε, καὶ ἀγαθὰ σφι πάντα ἐμηχανήσατο. Hic nimirum mores referebat Ulyssis, qui πατὴρ (ut Homerus plus vice simplici) ὅς ἤπιος ἦεν. Easdem horum omnium adpellationes, ab Herodoto haustas, recenset etiam *Themistius* orat. 19, c. 123, postr. edit.—Πέρσαι καλῶς Κῦρον μὲν, πατέρα· Καμβύσην δὲ, δεσπότην· Δαρεῖον δὲ, κάπηλον ἐπονόμαζον. Tangit et *Julianus* orat. i, pag. 9, ubi vide eruditissimus illustris. *Ez. Spanhemii* observationes.

Ἑαυτῷ δὲ, ὅτι μὲν ἀχ ὑπὸ τῶν καταγραφέντων κίνδυνος εἴη παθεῖν τι, ἰσχυρῶς ἐθάῤῥει (ἠ γὰρ ἀνάλκιδας ἡγεῖτο εἶναι αὐτὰς, καὶ ἀσυντάκτως ὄντας ἑώρα, καὶ πρὸς τούτοις ἀδὲ ἐπλησίαζε τούτων ἀδεὶς αὐτῷ ἅτε νυκτὸς ἅτε ἡμέρας)· ὃς δὲ κρατίστας τε ἡγεῖτο, καὶ ὡπλισμένας καὶ ἀθρόας ὅπλας ἑώρα, καὶ τὰς μὲν αὐτῶν ἥδει ἱππέων ἡγεμόνας ὄντας, τὰς δὲ, πεζῶν· πολλὰς δὲ αὐτῶν καὶ φρονήματα ἔχοντας ἠσθάνετο ὡς ἱκανὰς ὄντας ἄρχειν· ἠ τοῖς φύλαξι δὲ αὐτᾶ ἅτοι μάλιστα ἐπλησίαζον, καὶ αὐτῷ δὲ Κύρῳ τούτων πολλοὶ πολλάκις συνεμίγνυσαν (ἀνάγκη [a] γὰρ ἦ, ὅτι καὶ χρῆσθαι ἔμελλεν αὐτοῖς)· ὑπὸ τούτων ἂν καὶ κίνδυνος ἦν αὐτὸν μάλιστα παθεῖν τι κατὰ πολλὰς τρόπας. Σκοπῶν ἂν ὅπως ἂν αὐτῷ καὶ τὰ ἀπὸ τούτων ἀκίνδυνα [b] γένοιντο, τὸ μὲν περιελέσθαι αὐτῶν τὰ ὅπλα καὶ ἀπολέμους ποιῆσαι, ἀπεδοκίμασε, καὶ ἄδικον ἡγέμενος, καὶ κατάλυσιν τῆς ἀρχῆς τοῦτο νομίζων· τὸ δ' αὖ μὴ προσίεσθαι αὐτὰς, καὶ τὸ ἀπιστᾶλα φανερὸν εἶναι, ἀρχὴν ἡγήσαλο πολέμου· ἓν δ' ἀντὶ πάντων

At sibi nè quid ab iis, quos in potestatem redegisset, accideret, nihil periculi futurum, valdè animo confidebat (nam et imbelles eos existimabat, et nullo *inter se* conjunctos ordine videbat, ac prætereà nemo illorum propius ad ipsum neque noctu neque interdiu accedebat): quos verò præstantissimos ducebat, et armis instructos, et confertos conspiciebat, ac partim sciebat equitum duces esse, partim peditum; eorúmque complures animadvertebat esse animis elatis, quasi qui ad imperandum essent idonei; quíque propiùs ad custodes ipsius accedere solebant, quorúmque multi Cyrum ipsum sæpenumerò convenirent (quod fieri necesse erat, siquidem operâ ipsorum uti vellet); ab his igitur maximè nè quid ei mali accideret, periculum erat, ídque multis modis. Quamobrem dispiciens quo pacto ab iis quoque tutus esset, arma quidem illis adimi et reddi ad bellum ineptos, minimè probavit; quòd esse illud et cum injuriâ et cum imperii eversione conjunctum duceret: rursùs eos non admittere, ac palam declarare quod fidem eis non haberet, *id* belli initium *esse* arbitraretur: itaque *hoc* unum istorum omnium

a Γὰρ ἦν, ὅτι ἠ, &c.] Sic edit. *Leuncl. Eton.* aliæque: nec aliter scribi voluit Stephanus. *Ald.* habet κιχρῆσθαι ἤμελλεν αὐτοῖς. Sed μέλλω cum præterito infinitivi perperam jungitur. MS. Bodl. turbat hîc omnia: quippe exhibet εἴ τι κεχρῆσθαι ἠμελλῶς. Idem liber, itemque edit. *Ald.* et *Flor.* paulò infra dant κεχρῆσθαί τε πλείσοις, ubi reponendum est καὶ χρῆσθαι πλείσοις.

b Γένοιντο] Ità MS. Bodl. et edit. *Ald. Steph. Leuncl.* In aliis quibusdam legitur γένοιτο, quibus accedit exemplar Gabrielio visum. Parum refert utro tandem modo legas: nam apud auctores sæpè nomina neutra pluralia cum verbo plurali juncta reperias. Noster lib. i, pag. 72, in eâdem etiam periodo diversos adhibuit numeros: ἐν τοῖς πολεμικοῖς τὰ καινὰ μηχανήματα εὐδοκιμεῖ· ταῦτα γὰρ μᾶλλον καὶ ἐξαπατᾷν δύνανται——Conf. Joh. x, 27.

τούτων ἕνεκα καὶ κρείττονα εἶναι πρὸς τὴν αὐτοῦ ἀσφάλειαν καὶ κάλλιστον, εἰ δύναιτο ποιῆσαι τοὺς κρατίστους ἑαυτῷ μᾶλλον φίλους ἢ ἀλλήλοις. Ὡς δὲ ἐπὶ τὸ φιλεῖσθαι δοκεῖ ἡμῖν ἐλθεῖν, τοῦτο πειρασόμεθα διηγήσασθαι.

Πρῶτον μὲν γὰρ διὰ παντὸς ἀεὶ τοῦ χρόνου φιλανθρωπίαν τῆς ψυχῆς ὡς ἡδύνατο μάλιστα ἐνεφάνιζεν· ἡγούμενος, ὥσπερ ῥᾴδιόν ἐστι φιλεῖν τοὺς μισεῖν δοκοῦντας, οὕτω δ' εὐνοεῖν τοῖς κακονόοις, οὕτω καὶ τοὺς γνωσθέντας ὡς φιλοῦσι, καὶ εὐνοοῦσιν ἂν ἂν δύνασθαι μισεῖσθαι ὑπὸ τῶν φιλεῖσθαι ἡγουμένων. Ἕως μὲν οὖν χρήμασιν ἀδυναλώτερος ἦν εὐεργετεῖν, τῷ τε προνοεῖν τῶν συνόντων καὶ τῷ προπονεῖν, καὶ τῷ συνηδόμενος μὲν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς φανερὸς εἶναι, συναχθόμενος δὲ ἐπὶ τοῖς κακοῖς, τούτοις ἐπειρᾶτο τὴν φιλίαν θηρεύειν· ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο αὐτῷ ὥστε χρήμασιν εὐεργετεῖν, δοκεῖ ἡμῖν γνῶναι, πρῶτον μὲν, ὡς εὐεργέτημα ἀνθρώποις πρὸς ἀλλήλους οὐδέν ἐστιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς δαπάνης ἐπιχαριτώτερον, ἢ σίτων καὶ ποτῶν μετάδοσις. Τοῦτο δ' οὕτω νομίσας, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τράπεζαν συνέταξεν, ὅπως οἷς αὐτὸς σιτοῖτο σίτοις, τούτοις ὅμοια ἀεὶ [a] παρατίθοιτο αὐτῷ, ἱκανὰ παμπόλλοις ἀνθρώποις· ὅσα

loco judicabat et optimum esse ad securitatem suam et honestissimum, si præstantissimos *illos* sibi redderet amiciores quàm inter se ipsos essent. Quo igitur modo pervenisse nobis eò videatur, ut amaretur, exponere conabimur.

Primùm quovis tempore quàm poterat maximè humanitatem animi declarabat; cùm existimaret, quemadmodùm facilè non sit eos deligere, qui odisse videantur, aut malè erga nos adfectos benevolentiâ complecti, sic fieri non posse ut illi, quorum cognitus sit amor et benevolentia, iis odio sint, qui *se* diligi arbitrentur. Quamdiu certè quidem minùs valeret opibus ad beneficia conferenda, tum illis prospiciendo qui cum ipso versarentur, tum pro iis laborando, et palam declarando se prosperis ipsorum rebus lætari, adversas graviter ferre, venari amorem eorum nitebatur: verùm posteaquam hoc adeptus est, ut beneficus esse largiendis opibus posset, animadvertisse nobis videtur, primò quidem beneficium hominibus inter se ex eâdem impensâ nullum esse gratius, quam si quis cibum ac potum impertiatur. Id cùm ità se habere statuisset, primùm de mensâ suâ mandatum dedit, ut quibus ipse cibis vesceretur, iis similis semper sibi adponerentur, permultis hominibus suffecturi: quæcunque

a Παρατίθοιτο] Sic in omnibus, quos vidi, libris scriptum legitur. *Portus* reponendum dicit vel παρατιθεῖτο, vel παρατίθειτο, accentu in præcedentem syllabam ob verbi compositionem retracto. Sed nihil muto; nam legitur simplex θοίμην θοῖο, θοῖτο, pro θείμην, θεῖο, θεῖτο· nec quid causæ est, cur eadem etiam compositi forma non obtineat.

δὲ παρατεθείη, ταῦτα πάντα, πλὴν οἷς αὐτὸς καὶ οἱ σύνδειπνοι χρήσαιντο, διεδίδου οἷς ἀεὶ βούλοιτο τῶν φίλων μνήμην ἐνδείκνυσθαι, ἢ φιλοφροσύνην. Διέπεμπε δὲ καὶ τούτοις ὃς ἀγασθείη ἢ ἐν φυλακαῖς, ἢ ἐν θεραπείαις, ἢ [a] ἐν αἰσισινοῦν πράξεσιν· ἐνσημαινόμενος τοῦτο, ὅτι [b] ἐχὶ λανθάνοι χαρίζεσθαι βουλόμενος. Ἐτίμα δὲ καὶ τῶν [c] οἰκετῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης ὁπότε τινὰ ἐπαινέσειε· καὶ τὸν πάντα δὲ σῖτον τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τράπεζαν ἐπελίθελο, οἰόμενος ὥσπερ [b] καὶ τοῖς κυσὶν ἐμποιεῖν τινα καὶ τοῦτο εὔνοιαν. Εἰ δὲ καὶ θεραπεύεσθαί τινας βούλοιτο τῶν φίλων ὑπὸ πολλῶν, καὶ τούτοις ἔπεμπεν ἀπὸ τραπέζης· καὶ νῦν γὰρ ἔτι οἷς ἂν ὁρῶσι πεμπόμενα ἀπὸ τῆς βασιλέως τραπέζης, τούτοις πάντες μᾶλλον θεραπεύουσι· νομίζοντες αὐτοὺς ἐντίμους εἶναι, καὶ ἱκανοὺς διαπράττειν ἤν τι δέωνται. Ἔτι δὲ καὶ ὁ τούτων μόνον ἕνεκα τῶν εἰρημένων εὐφραίνει τὰ πεμπόμενα

verò adponebantur, ea semper omnia, extra illos, quibus ipse atque convivæ vescerentur, distribuebat iis ex amicis, quibus volebat ostendere se eorum meminisse, aut se iis benè velle. Prætereà mittebat *cibos* iis, quos *ob diligentiam* in excubiis vel admiraretur, vel in *præstandis* obsequiis, vel aliis in actionibus: *simul* significans, non esse ignotam voluntatem ejus, qui *sibi* gratificari cuperet. *Eodem* etiam honore *ciborum* è mensâ *suâ missorum* domesticos *suos* adficiebat, quando aliquem laudare vellet: atque etiam cibos omnes horum domesticorum in mensâ suâ adponi curabat, quod putaret hoc eis benevolentiam quandam inditurum, sicut et canibus *usu venire solet*. Quòd si amicos aliquos à multis coli vellet, his etiam *aliquid* de mensâ suâ mittebat; hodiéque adeò etiam si quibus de mensâ regis mitti *aliqua* vident, eos universi magìs colunt; quòd illos et honoratos esse arbitrentur, et auctoritate valere ad impetrandum, si quid ipsis sit opus. Nec his solùm de causis, quas indicavimus, lætitiam adferunt quæ à

a Ἐν αἰσισινῦν, &c.] Hanc lectionem, levi mutatione factâ, ex MSto Bodl. reposuimus: nam in eo scribitur ἐν αἷς τισιν ἦν. In *Ald.* et *Flor.* edit. habes ἐν ταῖς τισιν ἦν: in aliis ἐν αἰσισιῦν: in *Steph.* et *Leuncl.* ἐν ἄλλαις τισὶ, &c. At Stephanus Budæum nobiscum facere in annot. testatur: atque ipse adeò sic, utì reposuimus, legendum se putare fatetur.

b Ὅτι ἐχὶ λανθάνοι, &c.] MSto Bodl. ὅτι οὐκ ἂν λανθάνοιεν, in marg. ἐχὶ λανθάνοιεν. Edit. *Ald.* et *Flor.* ἐχὶ λανθάνοιεν χαρίζεσθαι βουλόμενοι. Sed Stephanus, Leunclavius aliique (ex vet. etiam cod. auctoritate) lectionem receptam rectè sunt amplexi.

b Τοῖς κυσὶν] In edit. *Flor.* legitur τοῖς ἀνοσίν: at in *Ald. Steph. Leuncl.* cæterisque, quas vidi, omnibus, necnon in MSto Bodl. τοῖς κυσίν. Illam lectionem sequitur *Philelphus*: hanc tamen Stephanus pro verâ habendam rectè judicavit. Etiam ferocissimas quasque belluas (verba sunt *Porti*) vocum blanditiis et ciborum illecebris ità lenimus, ut innatam feritatem quodammodò exuere, et quandam mansuetudinem induere videantur, ut se nobis arbitratu nostro tractandas facilè permittant. Quid mirum igitur, si de canibus idem hoc loco dicatur; qui solent, herilem mensam circumstantes expectare, dum aliquid sibi ex eâ projiciatur?

c Οἰκετῶν ἀπὸ τῆς, &c.] Οἰκέται qui dicantur, docebit p. 193. n. 2.

παρὰ βασιλέως, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡ ἡδονὴ πολὺ διαφέρει τὰ ἀπὸ τῆς βασιλέως τραπέζης. Καὶ τοῦτο μέντοι ὅτως ἔχειν οὐδέν τι θαυμασόν· ὥσπερ γὰρ αἱ ἄλλαι τέχναι διαφερόντως ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσιν ἐξειργασμέναι εἰσὶ, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ παρὰ βασιλεῖ σῖτα πολὺ διαφερόντως ἐκπεπόνηται. Ἐν μὲν γὰρ ταῖς μικραῖς πόλεσιν οἱ αὐτοὶ ποιοῦσι κλίνην, θύραν, ἄροτρον, τράπεζαν· (πολλάκις δ' ὁ αὐτὸς οὗτος καὶ οἰκοδομεῖ, καὶ ἀγαπᾷ ἂν καὶ ὅτως ἱπανὸς αὐτὸν τρέφειν ἐργοδότας λαμβάνῃ· ἀδύναιον γὰρ πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον πάντα καλῶς ποιεῖν) ἐν δὲ ταῖς μεγάλαις πόλεσι, διὰ τὸ πολλοὺς ἑκάστου δεῖσθαι, ἀρκεῖ καὶ μία ἑκάστῳ τέχνη εἰς τὸ τρέφεσθαι· πολλάκις δὲ οὐδ' ὅλη μία, ἀλλ' ὑποδήματα ποιεῖ ὁ μὲν ἀνδρεῖα, ὁ δὲ γυναικεῖα. Ἔστι δὲ ἔνθα καὶ ὑποδήματα ὁ μὲν νευροῤῥαφῶν μόνον, τρέφεται, ὁ δὲ, σχίζων· ὁ δὲ [a] χιτῶνας μόνον συντέμνων, ὁ δέ γε, τούτων οὐδὲν ποιῶν, ἀλλὰ συντιθεὶς ταῦτα. Ἀνάγκη οὖν τὸν ἐν βραχυτάτῳ διατρίβοντα ἔργῳ, τοῦτον καὶ ἄριστα

rege mittuntur, sed reapse multùm præstant suavitate, quæ de mensâ regis *veniunt*. Atque hoc sanè ità esse non est mirandum: nam ut aliorum quoque artificiorum opera magnis in urbibus egregiè perficiuntur, sic etiam cibi regii longè præstantiùs elaborantur. Nam parvis in urbibus iidem spondam, januam, aratrum, mensam fabricantur: (atque sæpenumerò idem etiam domum exstruit, et benè secum agi putat, si hoc modo locatores inveniat operis, unde quod ipsi sufficiat alendo *paret:* fieri certè nequit ut is, qui multis artificiis occupatur, omnia rectè faciat) at magnis in urbibus, quia multi singulis egent, vel unum cuique sufficit artificium, ut eo se alat: sæpenumerò nè unum quidem totum, sed calceos alius viriles, alius muliebres facit. Est ubi alius calceos duntaxat nervis consuendo se alit, scindendo alius; *itidem* alius tunicas tantummodò conscindendo, alius nihil horum faciendo, sed ista componendo. Quamobrem necesse est eum, qui occupatur opere minimè longo, etiam id *quàm* optimè cogi

a Ὁ δὲ χιτῶνας, &c.] Aut ταῦτα (quod mox sententiam claudit) aut χιτῶνας mendosè legi arbitratur Stephanus: sed hoc quàm illud suspectum magìs habet. Nam ei hic accus. χιτῶνας locum occupare videtur alìus cujusdam, qui ad τὰ ὑποδήματα pertineat. Ait idem suspicionem suam augere participium συντέμνων: quòd, se judice, verisimile sit non minùs id περὶ τῶν ὑποδημάτων dixisse Xenophontem, quàm duo præcedentia νευροῤῥαφῶν et σχίζων. At cùm Xenophon jam participium σχίζων adhibuerat; haud consentaneum est, utì mihi quidem videtur, ut illud alterum partic. συντέμνων de eâdem re statim ingereret. *J. Pollux* certè lib. vii, c. 20, περὶ ὑποδημάτων loquens, hæc ipsa Xenophontis verba citat, et ad σχίζων sistit. Quare nihil mutandum, sed ταῦτα ad ea omnia quæ præcesserant sive ὑποδήματα, sive χιτῶνας respiciant, referendum censeo.

[a] δυναγκάσθαι τοῦτο ποιεῖν. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο πέπονθε καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν δίαιταν. Ὧ μὲν γὰρ ὁ αὐτὸς κλίνην στρώννυσι, τράπεζαν κοσμεῖ, μάττει, ὄψα ἄλλοτε ἄλλοῖα ποιεῖ, ἀνάγκη, οἶμαι, τούτω ὡς ἂν ἕκαστον προχωρῇ, οὕτως ἔχειν· ὅπου δὲ ἱκανὸν ἔργον ἑνὶ ἕψειν πρέα, ἄλλῳ ὀπτᾶν, ἄλλῳ δὲ ἰχθὺν ἕψειν, ἄλλῳ ὀπτᾶν· ἄλλῳ ἄρτους ποιεῖν, καὶ μηδὲ τούτους παντοδαπούς, ἀλλὰ ἀρκεῖ ἂν ἓν εἶδος εὐδοκιμοῦν παράσχῃ· ἀνάγκη, οἶμαι, ταῦτα οὕτω ποιούμενα, πολὺ διαφερόντως ἐξειργάσθαι ἕκαστον· Τῇ μὲν δὴ τῶν σίτων θεραπείᾳ τοιαῦτα ποιῶν πολὺ ὑπερεβάλλετο πάντας·

Ὡς δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι θεραπεύων πολὺ ἐκράτει, τοῦτο νῦν διηγήσομαι· πολὺ γὰρ διενεγκὼν ἀνθρώπων τῷ πλείους προσόδους λαμβάνειν, πολὺ ἔτι πλέον διήνεγκε τῷ πλείους ἀνθρώπων δωρεῖσθαι. Καλῆρξε μὲν δὴ τούτου Κῦρος· διαμένει δὲ ἔτι καὶ νῦν τοῖς βασιλεῦσιν ἡ πολυδωρία. Τίνι μὲν γὰρ φίλοι πλουσιώτεροι ὄντες φανεροὶ ἢ Περσῶν βασιλεῖ; Τίς δὲ κοσμῶν κάλλιον φαίνεται στολαῖς τοὺς περὶ αὐτὸν ἢ βασιλεύς; [c] Τίνος δὲ δῶρα γιγνώσκεται ὥσπερ

perficere. Hoc ipsum et in victu accidit. Nam cui *unus et* idem lectum sternit, mensam instruit, farinam subigit, aliàs alia obsonia parat, eum necesse est, opinor, sic habere singula, utì cesserunt, verùm ubi negotii uni satìs est, ut elixas carnes coquendas, aliî ut assandas; aliî ut elixos coquendos pisces, aliî ut assandos, curet: aliî ut panes faciendos curet, ac nè hos quidem omnis generis, sed unam ab eo *panis* speciem probatam effici satìs est; *tum verò* hæc in hunc modum facta, necesse est, opinione meâ, egregiè admodùm esse singillatim perfecta. Et talia quidem cùm institueret, *suos* cibis demerendo longè *Cyrus* omnes superabat:

Ut autem *homines* demerendo aliis etiam rebus omnibus longè præstiterit, id *equidem* modò sum narraturus: nam tametsi mortales cæteros eo ipso excelleret, quod proventus plurimos perciperet; multò *tamen* etiam in hoc magìs excelluit, quod unus inter homines plurima largiretur. Atque hoc quidem *ità* à Cyro cœptum fuit; ac permanet etiam nunc apud *illos* reges multa donandi consuetudo. Quis enim palam opulentiores habet amicos, quàm *habeat* rex Persarum? Quis *illo* rege suos elegantiùs ornare vestitu videtur? Cujus munera *ejusmodi esse* cognoscuntur,

a Δυναγκάσθαι] Aliam scripturam Camerarius è suo vet. lib. depromptam exhibet, nimirum διαίκασθαι; quod reddit *excellere*. Sed δυνάγκασθαι pro *excellere*, sicut dicitur δυνάγκαι, meritò veretur Stephanus ut aliquo scriptoris hujus exemplo defendi possit.

b Τίνος δὲ] Stephano placet hæc lectio, Τὰ τίνος δὲ δῶρα, eodem sensu manente, sed articulo ornatûs aliquid adjiciente. Verùm de mutandâ scripturâ non sum solicitus, ubi nec libri (quos videre contigit) variant, nec necessitas ulla vel auctoris consuetudo et indoles id requirit.

ἔνια τῶν βασιλέως, [a] ψέλλια καὶ σρεπτοὶ καὶ ἵπποι χρυσοχάλινοι; οὐ γὰρ δὴ ἔξεσιν ἐκεῖ ταῦτα ἔχειν ᾧ ἂν μὴ βασιλεὺς δῷ. Τίς δ' ἄλλος λέγεται δώρων μεγέθει ποιεῖν αἱρεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἀντ' ἀδελφῶν, καὶ ἀντὶ πατέρων καὶ ἀντὶ παίδων; Τίς δ' ἄλλος ἐδυνάσθη ἐχθροὺς ἀπέχοντας πολλῶν μηνῶν ὁδὸν τιμωρεῖσθαι, ὡς Περσῶν βασιλεύς; Τίς δὲ ἄλλος, καταστρεψάμενος ἀρχὴν, ὑπὸ τῶν ἀρχομένων [b] πατὴρ καλούμενος ἀπέθανεν, ἢ Κῦρος; Τοῦτο δὲ τὄνομα δῆλον ὅτι εὐεργετοῦντός ἐσι μᾶλλον ἢ ἀφαιρουμένου. Κατεμάθομεν δὲ ὡς καὶ τοὺς βασιλέως καλουμένους [c] ὀφθαλμοὺς καὶ τὰ βασιλέως ὦτα οὐκ ἄλλως ἐκτήσατο ἢ τῷ δωρεῖσθαί τε καὶ τιμᾶν· τοὺς γὰρ ἀπαγγείλαντας ὅσα καιρὸς αὐτῷ εἴη πεπύσθαι, μεγάλως εὐεργετῶν, πολλοὺς ἐποίησεν ἀνθρώπους καὶ ὠτακουσεῖν καὶ κατοπτεύειν τί ἂν ἀγγείλαντες ὠφελήσειαν βασιλέα. Ἐκ τούτου δὴ

qualia sunt regis *illius* nonnulla, armillæ, torques, equi frenis aureis insignes? non enim illic hæc habere cuiquam licet, cui rex ea non donârit. Quis alius magnitudine munerum efficere dicitur, ut fratribus ipse anteferatur, et parentibus, et liberis? Quis alius hostes suos, multorum mensium itineris intervallo distantes, *sic* ulcisci potuit, ut rex Persarum? Quis alius, cùm imperium *aliorum* evertisset, sic diem extremum obiit, ut à subjectis sibi pater adpellaretur, præter Cyrum? At nomen illud magìs ei tribui qui beneficia confert, quàm qui rapit aliena, constat. Accepimus etiam, Cyrum illos, qui et oculi et aures regis adpellantur, non aliâ ratione sibi conciliâsse, quàm munera largiendo et honoribus ornando: quippe dum in eos, qui nuntiabant quæcunque ipsius interesset *in tempore* cognita habere, magna beneficia conferret, efficiebat ut homines multi et auribus id captarent et notarent oculis, quo nuntiato, regi aliquid utilitatis adferrent. Hinc

a Ψέλλια καὶ, &c.] *Versum in oratione fieri, multò fædissimum est, totum: sicut etiam in parte, deforme;* inquit Quinctil. *Instit. Orat.* l. ix, c. 4. Plurimos tamen, præsertim hexametros, in orationis tractu prosaïci scriptores effudêre. Imò *Quinctilianum* ipsum in eandem compositionis incuriam, quam in aliis acriter perstringit, incidisse notat Cl. *Marklandus* epist. crit p. 14.—*utendum* (verba sunt *Fabii* Institut. Orat. l. i, c. 6.

planè sermone, ut nummo cui publica forma est.

Similiter *Cicero*, ad Att. l. ii, ep. 18. *Displiceo mihi, nec sine summo scribo dolore.* Et in principio orat. *Archianæ:* si qua, *inquit*, exercitatio dicendi,

in quâ me non inficior mediocriter esse versatum:

Plura si desideres exempla, *Bircovium* adi ad *Dionys. Hal.* T. 2, p. 51, v. 39, edit. *Oxon.* et *Barth.* Adv. l. viii, c. 21, l. xi, c. 16. Conf. *Jac.* i, 17, ubi Apostolum integrum hexametrum adhibuisse notavit Cl. *Blackwallus;* quam vide sis ad *Sacr. Class.* p. 151.

b Πατὴρ καλούμενος] Vide quæ paulò suprà notavimus, p. 442.

c Ὀφθαλμοὺς κ.τ.λ. &c.] *Suidas*, Ὀφθαλμοὺς βασιλέως, ἀντὶ τοῦ μέγα δυνάμενος παρὰ βασιλεῖ. Οὕτω δὲ ἐκάλουν τοὺς σατράπας, διʼ ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ· ὡς βασιλέως ὦται, τοὺς ὠτακουστὰς, διʼ ὧν ἀκούει τὰ πραττόμενα ἐκάστῳ πανταχοῦ.

καὶ πολλοὶ ἐνομίσθησαν βασιλέως ὀφθαλμοὶ καὶ πολλὰ ὦτα. [a] Εἰ δέ τις οἴεται ἕνα αἱρετὸν εἶναι ὀφθαλμὸν βασιλεῖ, οὐκ ὀρθῶς οἴεται· ὀλίγα γὰρ εἷς ἂν ἴδοι καὶ εἷς ἀκούσειε· καὶ τοῖς ἄλλοις ὥσπερ ἀμελεῖν ἂν παραγγελλόμενον εἴη, εἰ ἑνὶ τοῦτο προσεταγμένον εἴη· πρὸς δὲ, καὶ ὄντινα γιγνώσκοιεν ὀφθαλμὸν ὄντα, τοῦτον ἂν εἰδεῖεν ὅτι φυλάττεσθαι δεῖ. Ἀλλ' οὐχ ὅτως ἔχει, ἀλλὰ τῷ φάσκοντος ἀκοῦσαί τι ἢ ἰδεῖν ἄξιον ἐπιμελείας παντὸς βασιλεὺς ἀκούει. Οὕτω δὴ πολλὰ μὲν βασιλέως ὦτα, πολλοὶ δὲ ὀφθαλμὸν νομίζονται· καὶ φοβοῦνται πανταχοῦ λέγειν τὰ μὴ σύμφορα βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτοῦ ἀκούοντος, καὶ ποιεῖν ἃ μὴ σύμφορα, ὥσπερ αὐτοῦ παρόντος. [b] Οὔκουν ὅπως μνησθῆναί ἄν τις ἐτόλμησε πρὸς τινὰ περὶ Κύρου φλαῦρόν τι, ἀλλ' ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς πᾶσι καὶ ὠσὶ βασιλέως, τοῖς ἀεὶ παροῦσιν, ὅτως ἕκαστος διέκειτο. Τὸ δὲ ὅτω διακεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους πρὸς αὐτὸν, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅ,τι ἄν τις αἰτιάσαιτο μᾶλλον ἢ ὅτι μεγάλα ἤθελεν ἀντὶ μικρῶν εὐεργετεῖν.

Καὶ τῷ μὲν δὴ μεγέθει δώρων ὑπερβαλεῖν, πλουσιώτατον ὄν-

multos esse regis oculos, et aures multas, existimatùm fuit. Quòd si qui arbitratur unum regi potiùs expetendum esse oculum, *is* rem non rectè æstimat: nam unus *aliquis* cernere pauca, *pauca* unus audire posset; et quædam quasi negligentia cæteris esset indicta, si uni *tantùm* id mandatum esset *officii:* prætereà, quemcunque *regis* oculum esse animadverterent, ab eo cavendum scirent. Verùm ità se res non habet, sed audit rex quemlibet, qui se vel audivisse vel vidisse quidpiam dignum quod curæ habeatur adfirmat. Atque ità multæ regis aures, multi esse oculi existimantur: et ubique proferre metuunt ea, quæ regi non conducant, tanquam si audiret ipsemet; et facere quæ non conducant *ei reformidant*, tanquam si præsens ipse adesset. Itaque non modò non ausus est ad quempiam aliquis sinistram Cyri mentionem facere, sed *etiam* ità quilibet adfectus erat, quasi omnes, quibuscum quovis tempore versaretur, et oculi regis et aures essent. Quòd verò sic in eum adfecti essent homines, *ejus rei* causam equidem ignoro quam potiorem quis putet, quàm quòd exiguis *ipse meritis* beneficia rependere magna vellet.

Ac munerum quidem magnitudine eum superâsse *alios*, mirum non

a Εἰ δέ τις οἴεται, &c.] In Camerarii libro scriptum esse testatur Stephanus, εἰ δέ τινες ἄουλο et versu eodem, ἐκ ὀρθῶς οἰοῦλαι. Sed utrobique ἄουλο aut οἰοῦλαι scribendum monet Stephanus, et quidem hoc potiùs quàm illud. At vulgata mihi placet lectio, neque adeò eam cum illis commutare velim.

b Οὔκουν ὅπως, &c.] Rectè monet Stephanus, vel ἐκῆν scripsisse Xenophontem, vel in ἔκειν inclusisse negativam particulam, quam ὅπως sibi præfigi postulat; perinde ac si dixisset ἐκ ὅπως ἔν.

τα, ὦ θαυμασόν· τῇ δὲ θεραπείᾳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν φίλων βασιλεύοντα περιγενέσθαι, τοῦτο ἀξιολογώτερον. Ἐκεῖνος τοίνυν λέγεται καὶ ἀδηλος εἶναι μηδενὶ ἂν ἔτως αἰσχυνθεὶς ἢ πώμενος, ὡς φίλων θεραπείᾳ. Καὶ λόγος δὲ αὐτοῦ ἀπομνημονεύεται, ὡς λέγοι [a] παραπλήσια ἔργα εἶναι νομέως ἀγαθοῦ καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ· τόν τε γὰρ νομέα [b] χρῆναι ἔφη, εὐδαίμονα τὰ κτήνη ποιοῦντα, χρῆσθαι αὐτοῖς (ἡ δὴ προβάτων εὐδαιμονία) τόν τε βασιλέα ὡσαύτως εὐδαίμονας πόλεις καὶ ἀνθρώπους ποιοῦντα, χρῆσθαι αὐτοῖς. Οὐδὲν ἂν θαυμασὸν, εἴπερ ταύτην εἶχε τὴν γνώμην, τὸ φιλονείκως ἔχειν πάντων ἀνθρώπων θεραπείᾳ περιγίγνεσθαι.

Καλὸν δὲ ἐπίδειγμα καὶ τοῦτο λέγεται Κῦρος ἐπιδεῖξαι Κροίσῳ, ὅτε ἐνθυμοῖτο αὐτὸν ὡς δια τὸ πολλὰ διδόναι πένης ἔσοιτο, ἐξὸν αὐτῷ θησαυροὺς χρυσοῦ [c] πλείους ἑνί γε ἀνδρὶ ἐν τῷ οἴκῳ καταθέσθαι.

est, cùm opulentissimus esset; at verò eum, qui esset regiâ cum dignitate, amicos officiosè studioséque colendo vicisse, id *sanè* magìs prædicari meretur. Enimverò traditum est, eum in nullâ re adeò manifesta pudoris signa dedisse, posteaquam superatus esset, atque in amicorum cultu *et obsequio*. Ac dictum *quoddam* ejus memoratur, quo similia perhibuerit esse boni pastoris et boni regis opera: nam debere pastorem aiebat, posteaquam jumentis felicitatem conciliâsset, *ità deindè* illis uti (quæ quidem pecudum esset felicitas) itémque regem, posteaquam civitatibus et hominibus felicitatem conciliâsset, illis uti. Nihil mirum igitur, cùm hâc esset in sententiâ, *singulari* contentione conatum esse homines universos officiosè demerendo vincere.

Præclarum certè et illud documentum Cyrus dedisse Crœso perhibetur, cùm is futurum admoneret, ut multa largiendo pauper fieret; cui tamen liceret, uni quidem homini, plurimos auri domi suæ thesauros recondere.

a Παραπλήσια ἔργα, &c.] Vide sis quæ suprà notavimus p 1. His, ex *J. Poll.* segm. 249, lib. i, libet addere, ποιμένα, αἰπόλον, βουκόλον, συβώτην, ἱπποφορβόν communi omnes nomine dici νομεῖς· quod ante nos notavit etiam Cl. *Bos.* in Diss. de Etymol. Græcâ. Ποιμὴν autem (ὁ τῶν προβάτων ἤτοι μὴν, utì dicto loco *J. Pollux*) ductâ ex pastoritii regiique muneris similitudine quâdam metaphorâ, passim à *Scholi.* in *Homer.* exponitur βασιλεύς. Ex eâdem *rectionis* notione, quæ voci huic subjecta est, Ecclesiæ Præfecti in Sacris Literis comparantur ποιμέσι, et ποιμαίνειν dicuntur Ecclesiam. Vide *Act.* xx, 28. 1 *Pet.* v, 2. Hinc Christus Dominus, Rex Regum, summus Ecclesiæ Præfectus, vocatur ὁ ποιμὴν ὁ μέγας, *Heb.* xiii, 20, et ἀρχιποιμὴν, 1 *Pet.* v, 4. Cyrus etiam ipse, cui hanc Xenophon tribuit sententiam, *Pastor* Domini adpellatur *Isai.* xliv, 28.

b Χρῆναι ἔφη] In *Camerarii* libro post χρῆναι scriptum est ἄρα: quæ particula aliquid ornatûs adjicit, sensum non mutat. Eadem est ratio articuli τὰ ante τίνος δὲ δῶρα, utì notavit Stephanus.

c Πλείους ἑνί γε, &c.] Ab interpretibus nonnullis ἑνὶ, pro μόνῳ minùs rectè accipitur. Illis autem verbis significari monuit Stephanus, *plures esse quàm usquam, qui quidem unius tantummodò viri sint.* Alioquì enim licuisse et aliis plurimos domi thesauros recondere, quî negare Xenophon potuisset?

Καὶ τὸν Κῦρον λέγεται ἐρέσθαι, Καὶ πόσα ἂν ἤδη οἴει μοι χρήματα εἶναι, εἰ συνέλεγον χρυσίον, ὥσπερ σὺ κελεύεις, ἐξ ὅτου ἐν τῇ ἀρχῇ εἰμί; Καὶ τὸν Κροῖσον [a] εἰπεῖν, Πολύν τινα ἀριθμόν. Καὶ τὸν Κῦρον φησὶ ταῦτα, Ἄγε δή, φάναι, ὦ Κροῖσε, συμπεμψον ἄνδρα σὺν Ὑστάσπᾳ τούτῳ, ὅτῳ σὺ πιστεύεις μάλιστα. Σὺ δὲ, ὦ Ὑστάσπα, ἔφη, περιελθὼν πρὸς τοὺς φίλους, λέγε αὐτοῖς ὅτι δέομαι χρυσίου πρός πρᾶξίν τινα (καὶ γὰρ τῷ ὄντι προσδέομαι)· καὶ κέλευε αὐτοὺς, ὁπόσα ἂν ἕκαστος δύναιτο, πορίσαι μοι χρήματα· γράψαντας δὲ καὶ σημηναμένους δοῦναι τὴν ἐπιστολὴν τῷ Κροίσου θεραπόντι φέρειν. Ταῦτα δὲ ὅσα ἔλεγε καὶ γράψας καὶ σημηνάμενος, ἐδίδου τῷ Ὑστάσπᾳ φέρειν πρὸς τοὺς φίλους· ἐνέγραψε δὲ πρὸς πάντας, καὶ Ὑστάσπαν ὡς φίλον αὑτῷ δέχεσθαι. Ἐπεὶ δὲ περιῆλθε καὶ ἤνεγκεν ὁ Κροίσου θεράπων τὰς ἐπιστολὰς, ὁ δὴ Ὑστάσπας εἶπεν, Ὦ Κῦρε βασιλεῦ, καὶ ἐμοὶ ἤδη χρὴ ὡς πλουσίῳ χρῆσθαι· πάμπολλα γὰρ ἔχων πάρειμι δῶρα, διὰ τὰ σὰ γράμματα. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Εἷς μὲν τοίνυν καὶ οὗτος ἤδη θησαυρὸς ἡμῖν, ὦ Κροῖσε· τοὺς δὲ ἄλλους καταθεῶ, καὶ λόγισαι πόσα ἐσὶν ἕτοιμα χρήματα, ἤν τι δέωμαι χρῆσθαι. Λέγεται δὴ λογιζόμενος ὁ Κροῖσος

Quæsivisse tum Cyrus dicitur, Et quantam pecuniæ summam habiturum me jam fuisse arbitraris, si, quemadmodùm tu jubes, aurum collegissem ab eo tempore quo cum imperio sum? Ibi Crœsum dixisse *aiunt*, Ingentem quandam summam. Et subjecisse Cyrum, Age verò, Crœse, mitte quendam cum hoc Hystaspâ, cuicunque fidei plurimum habes. Tu autem, Hystaspa, inquit, circumito profectus ad amicos, ac dicito mihi quoddam ad negotium esse opus auro (et reverà mihi *eo* est opus); et præcipe, copiam pecuniæ mihi quisque suppeditet, quantam possit; scriptámque adeò *de eâ* obsignatámque epistolam Crœsi ministro ferendam tradat. Cúmque hæc, quæcunque dixerat, etiam mandâsset literis atque obsignâsset, dedit *eas* Hystaspæ ad amicos ferendas: et in his scripsit ad omnes, etiam Hystaspam, tanquam amicum suum, exciperent. *Is* cùm circumivisset, et Crœsi minister literas adferret, inquit Hystaspas, Etiam mecum, rex Cyre, tibi agendum erit ut cum divite: nam permultis tibi cum muneribus adsum, propter literas tuas. Et Cyrus, Ergo jam, ait, hic quoque thesaurus unus nobis est, Crœse: cæteros autem considerato, ac subductis rationibus collige, quantæ nobis pecuniæ paratæ sint, si ad usum aliquem eis mihi sit opus. Crœsus initis rationibus multò plures

a Εἰπεῖν, Πολύν, &c.] Distinctionem inter voces istas tollit Leunclavius, et locum sic reddit, *Ibi Crœsum indicásse magnam quandam summam.* De quâ sive vertendi sive interpungendi ratione illi non adsentior. Nam verba ista Πολύν τινα ἀριθμόν, non ab εἰπεῖν pendent, sed potiùs respiciunt ea, quæ modò protulerat Cyrus, Καὶ πόσα ἂν ἤδη, &c. quasi respondisset Crœsus, Πολύν τινα ἀριθμὸν ἂν ἤδη οἶμαί σοι χρημάτων εἶναι, εἰ, &c.

πολλαπλάσια εὑρεῖν, ἢ ἔφη Κύρῳ ἂν εἶναι ἐν τοῖς θησαυροῖς ἤδη, εἰ συνέλεγεν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο φανερὸν ἐγένετο, εἰπεῖν λέγεται ὁ Κῦρος, Ὁρᾷς, φάναι, ὦ Κροῖσε, ὡς εἰσὶ καὶ ἐμοὶ [a] θησαυροί; Ἀλλὰ σὺ μὲν κελεύεις με, παρ' ἐμοὶ αὐτὰς συλλέγοντα, φθονεῖσθαί τε δι' αὐτὰς καὶ μισεῖσθαι, καὶ φύλακας αὐτοῖς [b] ἐφιστάντα μισθοφόρους, τούτοις πιστεύειν· ἐγὼ δὲ, τὰς φίλους πλείστους ποιῶν, [c] τούτους μοι νομίζω θησαυροὺς καὶ φύλακας ἅμα ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν πιστοτέρους εἶναι, ἢ εἰ [d] φρουροὺς μισθοφόρους ἐπεσησάμην. Καὶ ἄλλο δέ σοι ἐρῶ· ἐγὼ γάρ, ὦ Κροῖσε, ὃ μὲν οἱ θεοὶ δόντες εἰς τὰς ψυχὰς τοῖς ἀνθρώποις, ἐποίησαν ὁμοίως πένητας πάντας, τοῦτο μὲν οὐδὲ αὐτὸς δύναμαι περιγενέσθαι, ἀλλ' εἰμὶ ἄπλητος κἀγώ, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, χρημάτων· τῇ δέ γε μέντοι διαφέρειν μοι δοκῶ τῶν πλείστων, ὅτι οἱ μὲν, [e] ἐπειδὰν τῶν ἀρκούντων περιττὰ κλήσωνται, τὰ μὲν αὐτῶν καταρύπτουσι, τὰ δὲ καταση̃πουσι, τὰ δὲ ἀριθμοῦντες

reperisse fertur, quàm habiturum jam in thesauris fuisse Cyrum dixerat, si *eas* collegisset. Quod ubi patuit, dixisse Cyrus traditur, Vidésne, Crœse, mihi quoque thesauros esse? Tu verò me jubes, collectos eos apud me retinendo, invidiæ me atque odio per eos exponere, ac mercenariis custodibus præfectis fidem habere: sed ego amicos à me locupletatos arbitror mihi thesauros esse, custodésque tum mei *ipsius* tum bonorum nostrorum fideliores, quàm si præsidiarios mercede conductos eis præficerem. Etiam aliud *quiddam* tibi dicam: ego nempe id, Crœse, quod cùm dii indiderint in hominum animos, pariter omnes fecêre pauperes, nè ipse quidem vincere possum; sed expleri pecuniis nequeo, perinde atque cæteri: verùm hoc discrimen inter me et alios plurimos esse puto, quod illi, cùm pecuniæ copiâ sufficientem superante potiti fuerint, partim eam defodiunt, partim putrescere sinunt, partim numerando,

a Θησαυροί;] In edit. *Eton.* post vocem istam rectè ponitur interrogationis nota: quod Stephanus etiam fieri oportere vidit monuitque. Sic etiam p. 247, ὁρᾷς ὡς interrogativè poni videre est. Infinitivos autem illos, εἰπεῖν et φάναι. Nostrum ἐκ παραλλήλου hoc loco posuisse, tametsi nullus moneam, animadvertet lector.

b Ἐφιστάντα μισθοφόρους, &c.] In *Ald.* et *Flor.* non post μισθοφόρους posita est interpunctio, sed post ἐφιστάντα. Atqui consentaneum esse videtur, ut μισθοφόρους cum φύλακας conjungamus, sicut φρουροὺς μισθοφόρους statim post legimus. Rectè hæc monuit Stephanus, cui editiones primæ notæ omnes adstipulantur.

c Τούτους μοι νομίζω, &c.] In eâ quoque magnus ille Macedonum rex erat sententiâ; de quo sic *Theon*: Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, πῶς ἔχει τὰς θησαυρούς· Ἐν τούτοις, ἔφη, δείξας τοὺς φίλους. *Progymn.* c. v, p. 73, *edit. Scheff.* Pulchrè etiam *Theodota* illa: Ἐάν τις, ἔφη, φίλος μοι γενόμενος ᾖ ποιεῖν ἐθέλῃ, ἅτερός μοι βίος ἐστί. *Memorabil.* lib. iii, haud procul à fine.

d Φρουροὺς μισθοφόρους] Vox ultima in quibusdam libris, teste Stephano, deest; quam tamen omnino retinendam censeo. In MSto certè Bodl. et editis libris, quos vidi, omnibus exstat.

e Ἐπειδὰν τῶν ἀρκούντων, &c.] Conf. 1 *Tim.* vi, 10.

καὶ μελῃδοῦντες καὶ [a] ἱστάντες καὶ διαψύχοντες καὶ φυλάττοντες πράγματα ἔχουσι, καὶ ὅμως ἔνδον ἔχοντες αὐτὰ ὅτε ἐσθίουσι πλείω ἢ δύνανται φέρειν (διαῤῥαγεῖεν γὰρ ἄν), ὅτ' ἀμφιέννυνται πλείω ἢ δύνανται φέρειν (ἀποπνιγεῖεν γὰρ ἄν)· ἀλλὰ τὰ περιττὰ χρήματα πράγματα ἔχουσιν. Ἐγὼ δὲ ὑπηρετῶ μὲν τοῖς θεοῖς, καὶ ὀρέγομαι ἀεὶ πλειόνων· ἐπειδὰν δὲ κτήσωμαι, ἃ ἂν ἴδω περιττὰ ὄντα τῶν ἐμοὶ ἀρκούντων, τούτοις τάς τ' ἐνδείας τῶν φίλων [b] ἐξακοῦμαι, καὶ πλουτίζων καὶ εὐεργετῶν ἀνθρώπους εὔνοιαν ἐξ αὐτῶν κτῶμαι καὶ φιλίαν, καὶ ἐκ τούτων καρποῦμαι ἀσφάλειαν καὶ εὔκλειαν· ἃ ὅτε καλασιήπελαι, ὅτε ὑπερπληροῦντα λυμαίνεται· ἀλλὰ ἡ εὔκλεια, ὅσῳ ἂν πλείων ᾖ, τοσούτῳ καὶ μείζων καὶ καλλίων καὶ κουφοτέρα φέρειν γίγνεται, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς φέροντας αὐτὴν κουφοτέρους παρέχεται. Ὅπως δὲ καὶ τοῦτο εἰδῇς, ἔφη, ὦ Κροῖσε, [c] ἐγὼ οὐ τοὺς πλεῖστα ἔχοντας, καὶ

metiendo, ponderando, ventilando, custodiendo sibi negotium facessunt: neque tamen *intereà*, dum eam domi habent, plus comedunt quàm ferre possint (dirumperentur enim), neque plures induunt vestes, quàm gestare possint (quòd *alioqui* suffocarentur); sed opes *illæ* supervacaneæ negotium *ipsis* exhibent. Ego et diis inservio, et plures semper *opes* adpeto: verùm ubi eas comparavi, quas usum mihi sufficientem excedere video, his *ipsis* amicorum penuriæ medeor, et homines ditando ac beneficiis adficiendo benevolentiam ex eis amorémque mihi paro; de quibus et securitatis et gloriæ fructum capio: quæ *quidem* neque putrescunt, neque nimiùm excrescendo vitiantur; sed gloria quo auctior est, eo fit major et pulchrior et portatu levior, ac sæpenumerò etiam illos, qui eam gestant, expeditiores reddit. Atque ut hoc quoque scias, Crœse, inquit, non eos ego, qui pecunias plurimas possident, et

a Ἱστάντες, &c.] Quæ verbi ἵστημι hoc in loco vis est, eandem illi, γνώμην ἐμὴν, rectè tribueris *Matt.* xxvi, 15. Ibi quidem ἔστησαν Vulgatus et Erasmus vertunt *constituerunt*: rectiùs *Beza, appenderunt*; cum quo facit etiam *Erasm. Schmidius.* Nec enim tantùm pacti ità fuerunt cum Judâ, sed paratam pecuniam adpenderunt et præstiterunt; quandoquidem paucis diebus post, Jesu jam condemnato, eam retulit, et in templo ad pedes ἀρχιερέων et πρεσβυτέρων abjecit, *Matt.* xxvi, 4, 5. Hanc interpretationem confirmat textus Hebræus *Zach.* xi, 12, nam ἔστησαν evangelistæ respondet לשקרו Prophetæ; verbum autem שקל redditur *libravit, ponderavit, adpendit.* Accedit huc, quòd LXX. Interp. in hoc ipso æstimandi salvatoris nostri negotio ἔστησαν posuerunt pro שקרו *adpenderunt.* Scilicet argentum olim non numerari, sed adpendi et ponderari consueverat. Neque huic interpretationi obstat, quod *Marcus* utitur verbo ἐπιγελάω xiv, 11. Agit enim *Marcus* (verba sunt *Bezæ*) de ipsâ proditionis primâ pactione: *Matthæus* verò de pecuniæ pactæ secutâ numeratione.

b Ἐξακοῦμαι] Optimè sic legendum monuerunt Budæus et Stephanus. Hic autem illius suumque pariter judicium ab exemplari *Camerariano* confirmari testatur. Eandem lectionem ex veteribus quibusdam libris adfert etiam *Muretus.* Priùs legebatur ἐξαμοῦμαι.

c Ἐγὼ οὐ τοὺς πλεῖστα, &c.] Sententiam hanc expressit *Horatius* Od. iv, 9, 45.

φυλάττοντας πλεῖσα, εὐδαιμονεσάτως ἡγεῖμαι (οἱ γὰρ τὰ τείχη φυλάττοντες, ὅτως ἂν εὐδαιμονέσατοι εἶησαν· πάντα γὰρ τὰ ἐν ταῖς πόλεσι φυλάττουσιν)· ἀλλ' ὃς ἂν κτᾶσθαί τε πλεῖσα δύνηται σὺν τῷ δικαίῳ, [a] χρῆσθαί τε πλείστοις σὺν τῷ καλῷ, τοῦτον ἐγὼ εὐδαιμονέσατον νομίζω [b] καὶ τὰ χρήματα. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ φανερὸς ἦν ὥσπερ καὶ ἔλεγε πράττων.

Πρὸς δὲ τούτοις, καταγνόησας τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι ἢν μὲν ὑγιαίνοντες διατελῶσι, παρασκευάζονται ὅπως ἕξουσι τὰ ἐπιτήδεια, καὶ καταλίθενται τὰ χρήσιμα εἰς τὴν τῶν ὑγιαινόντων δίαιταν· ὅπως δὲ, ἢν ἀσθενήσωσι, τὰ σύμφορα παρέσται, τοῦτο οὐ πάνυ ἐπιμελούμενος ἑώρα· ἔδοξεν οὖν μὴ ταῦτα ἐκπονῆσαι αὐτῷ τοὺς τε ἰατροὺς τοὺς ἀρίστους συνεκομίσατο πρὸς αὑτὸν, [c] τῷ τελεῖν ἐθέλειν, μὴ ὁπόσα

servant plurimas, felicissimos duco (hoc enim pacto qui muros custodiunt, felicissimi essent ; cùm omnia, quæ sunt in urbibus, custodiant) ; sed qui parare plurimas justè potest, et plurimis honestè uti, hunc ego felicissimum existimo, etiam opum respectu. Et hæc quidem Cyrus utì verbis proferebat, ità *etiam* in oculis omnium faciebat.

Prætereà, cùm animadvertisset hominum plerosque, dum bonâ valetudine perpetuò fruuntur, operam dare ut à rebus necessariis instructi sint, et quæ victui rectè valentium usui sint, reponere : verùm ut, in morbum si inciderint, utilia suppetant, id *quia* non admodùm eis esse curæ cernebat ; visum est ei, in his quoque *parandis* operam esse ponendam ; atque *adeò* medicos præstantissimos undique collectos secum ducebat, quòd sumptus facere vellet ; ac quæcunque

Verbis adducendis tempero : quippe sunt notissima. Egregiè *Quinctilianus* Instit. Orat. l. iii, c. 7. *Sed omnia, quæ extra nos bona sunt, quæque hominibus forte obtigerunt, non ideò laudantur, quod habuerit quis ea, sed quod his honestè sit usus. Nam divitiæ, et potentia, et gratia, cùm plurimum virium dent, in utramque partem certissimum faciunt morum experimentum : aut enim meliores propter hæc, aut pejores sumus.* Nec prætermittendus est elegantissimus *Pindari* locus :

Ὁ μὰν πλοῦτος ἀρετᾶις
Δεδαιδαλμένος,
Φέρει τῶν———
Ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
Ἀνδρὶ φέγγος.

Ὀλυμπ. β', v. 96, et seq.

Cæterùm Stephano in *App.* de *Dial. Att.* incertum videtur, utrum interpunctionem ante, an post πλεῖσα illud alterum collocari debeat. Ipse quidem, Leunclavium et Gabrielium secutus, rectiùs post πλεῖσα distinctionem poni puto. *Budæus* Com. L. G. p. 395, post φυλάττοντας interpunctionem collocavit, et πλεῖσα cum εὐδαιμονεσάτους junxit : quod factum nollem.

a Χρῆσθαι] Mosto Bodl. et edit. *Ald.* κεχρῆσθαι. Errorem huic planè geminum suprà notavimus p. 443.

b Καὶ τὰ χρήματα] Familiaris admodùm tàm poëtis quàm aliis scriptoribus Atticis est ellipsis præpositionis κατὰ· Noster lib. i, p. 5——εἶδος μὲν κάλλιστος, ψυχὴν δὲ φιλανθρωπότατον, pro κατ' εἶδος, καλὸς ψυχήν. Sic 1 *Cor.* x, 33. Καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω. Miror itaque hoc loco hæsisse *Portum*, nec vidisse præpositionem κατὰ facilè, et ex genio linguæ Græcæ, subaudiri potuisse.

c Τῷ τελεῖν, &c.] Lectionem hanc, à Stephano ex Camerarii libro adlatam, adstipulantibus Leunclavio, Gabriclio, et margine MSti Bodl. vulgatæ huic τῷ

ἢ ὄργανα ἔφη τις ἂν αὐτῷ χρήσιμα γενέσθαι, ἢ φάρμακα, ἢ σῖτα, ἢ ποτὰ, οὐδὲν τούτων ὅ,τι οὐχὶ παρασκευάσας ἐθησαύριζε παρ' αὐτῷ. Καὶ ὁπότε δέ τις ἀσθενήσειε τῶν θεραπεύεσθαι ἐπικαιρίων, ἐπεσκόπει, καὶ παρεῖχε πάντα ὅτȣ ἔδει· καὶ τοῖς ἰατροῖς δὲ χάριν ᾔδει, ὁπότε τις ἰάσαιτό τινα, [a] τῶν παρ' ἐκείνȣ λαμβάνων. Ταῦτα μὲν δὴ καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἐμηχανᾶτο πρὸς τὸ πρωτεύειν παρ' οἷς ἐβούλετο ἑαυτὸν φιλεῖσθαι·

Ὧν δὲ προηγόρευέ τε [b] ἀγῶνας καὶ ἆθλα προȣτίθει, φιλονεικίας ἐμποιεῖν βȣλόμενος περὶ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἔργων, ταῦτα τῷ μὲν Κύρῳ ἔπαινον παρεῖχεν, ὅτι ἐπεμέλετο ὅπως ἀσκοῖτο ἡ ἀρετή· τοῖς μέντοι ἀρίστοις οἱ ἀγῶνες οὗτοι πρὸς ἀλλήλȣς καὶ ἔριδας καὶ φιλονεικίας ἐνέβαλλον. Πρὸς δὲ τȣ́τοις, ὥσπερ νόμον κατεστήσατο ὁ Κῦρος, ὅσα διακρίσεως δέοιτο, εἴτε δίκῃ εἴτε ἀγωνίσματι, τοὺς διομένȣς διακρίσεως συντρέχειν τοῖς κριταῖς. Δῆλον ȣ̃ν ὅτι ἐστοχάζοντο μὲν οἱ ἀνταγωνιζόμενοί τι ἀμφότεροι τῶν κρατίστων ϗ τῶν μάλιστα φίλων κριτῶν· ὁ δὲ μὴ νικῶν τοῖς μὲν νικῶσιν ἐφθόνει, τȣ̀ς δὲ

instrumenta quis utilia esse ipsi diceret, vel medicamenta, vel cibos, vel potum, eorum nihil erat, quod non paratum apud se reconderet. Ac si aliquando quispiam ex iis æger esset, quod curari conveniret, invisebat *eum* et suppeditabat omnia quibus esset opus : etiam medicis gratiam habebat, cùm quis sanâsset quempiam, sumptâ portione aliquâ eorum, quæ apud ipsum erant *recondita*. Hæc quidem et *alia* hujusmodi multa machinatus est, ut apud eos principatum obtineret, à quibus diligi se volebat :

Quarum autem rerum et certamina Cyrus indicebat et proponebat præmia, cùm contentiones inter suos excitare de studiis præclaris et honestis vellet, eæ res Cyro laudem adferebant, quòd curæ ipsi esset, ut virtus coleretur ; præstantissimis sanè *quibusque* certamina hæc, inter ipsos *suscepta*, tum contentiones tum altercationes injiciebant. Præterea, Cyrus quasi legem constituit, ut quæcunque dijudicari necesse esset, sive aliquâ in lite, seu certamine, ad judices unà currerent illi quibus dijudicatione opus esset. Itaque manifestum est, adversarios utrosque conjectando respicere solitos ad judices optimos et *sibi* amicissimos : victus autem victoribus invidebat, et eos, qui sententiam secundùm

τε λέγειν ἐθέλειν, præferendam censui. Etenim ex his verbis quæ commoda possit elici sententia, non video: cùm ea, quam recepimus, scriptura neque adeò longè à fide cæterorum exemplarium recedat (nam demptis duabus tantùm literis exoritur) et sensum non ineptum fundat. *Athenæo*, lib. ii, c. 3, τελεῖν itidem est, τὸ δαπανᾶν. Fortasse tamen adhuc etiam εὐστοχίᾳ locus est; atque aliud quidpiam reponi debet, quod nunc quidem non adsequimur.

a Τῶν παρ' ἐκείνȣ, &c.] Vide quæ notavimus p. 301.

b Ἀγῶνας καὶ ἆθλα, &c.] Conf. p. 62, et quæ *Onosander*, c. 10, ex Nostro haustæ tradit.

μὴ ἑαυτὸν κρίνοντας ἐμίσει· ὁ δ' αὖ νικῶν, τῷ δικαίῳ προσεποιεῖτο νικᾶν, ὥσε χάριν ἑδενὶ ἡγεῖτο ὀφείλειν. Καὶ οἱ πρωτεύειν δὲ βουλόμενοι φιλίᾳ παρὰ Κύρῳ, ὥσπερ ἄλλοι ἐν πόλεσιν, καὶ οὗτοι ἐπιφθόνως πρὸς ἀλλήλους εἶχον· ὥσθ' οἱ πλέονες ἐκποδὼν ἐβούλοντο ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον γενέσθαι μᾶλλον ἢ συνέπραξαν ἄν τι ἀλλήλοις ἀγαθόν. Καὶ ταῦτα μὲν δεδήλωται, ὡς ἐμηχανᾶτο τοὺς κρείττους αὑτὸν μᾶλλον πάντας φιλεῖν ἢ ἀλλήλους·

Νῦν δὲ ἤδη διηγησόμεθα ὡς τὸ πρῶτον ἐξήλασε Κῦρος ἐκ τῶν βασιλείων· ἡ γὰρ αὐτῆς τῆς ἐξελάσεως ἡ σεμνότης ἡμῖν δοκεῖ μία τῶν τεχνῶν εἶναι τῶν μεμηχανημένων τὴν ἀρχὴν μὴ εὐκαταφρόνητον εἶναι. Πρῶτον μὲν ἓν πρὸ τῆς ἐξελάσεως εἰσκαλέσας πρὸς αὑτὸν τοὺς τὰς ἀρχὰς ἔχοντας Περσῶν τε καὶ τῶν ἄλλων, διέδωκεν αὐτοῖς τὰς Μηδικὰς στολάς (καὶ τότε Πέρσαι πρῶτον Μηδικὴν στολὴν ἐνέδυσαν)· διαδούς τε, ἅμα τάδε ἔλεγεν αὐτοῖς, ὅτι ἐλάσαι βούλοιτο εἰς τὰ [a] τεμένη τὰ τοῖς θεοῖς ἐξῃρημένα, καὶ θύσαι μετ' ἐκείνων. Πάρεστε οὖν, ἔφη, ἐπὶ τὰς θύρας κοσμηθέντες ταῖς στολαῖς ταύταις, πρὶν ἥλιον ἀνατέλλειν, καὶ καθίσασθε ὡς ἂν ὑμῖν Φεραύλας ὁ Πέρσης ἐξαγγείλῃ παρ' ἐμοῦ· καὶ ἐπειδὰν, ἔφη, ἐγὼ ἥκω,

se non tulissent, odio prosequebatur : victor contrà, jure se vicisse præferebat, adeóque nemini se gratiam debere putabat. Itidem qui primas inter amicos Cyri tenere volebant, perinde sibi mutuò invidebant, atque alii *solent*, *qui degunt* in urbibus : adeò ut plerique vellent alius alium è medio sublatum, potiùs quàm ut invicem adjuvando commodum aliquod sibi procurarent. Et hæc quidem indicata sunt, *quò patet*, quibus artibus *Cyrus* efficere conatus est, ut præstantissimi quique magìs ipsum amarent, quàm se mutuò :

Jam verò narrabimus, quo pacto Cyrus primùm è regiâ provectus est : nam hujus ipsius egressûs majestas una nobis videtur ex iis esse artibus, quæ perfecerunt ut imperium ipsius facilè contemni non posset. Primùm igitur, antequam prodiret, arcessitis ad se tàm Persis quàm aliis qui essent cum imperio, vestes iis Medicas distribuit (et amictum sanè Medicum Persæ tunc primùm induerunt) : simul, inter distribuendum, dicebat, velle se provehi ad fana diis selecta, et *unà* cum ipsis rem sacram facere. Quamobrem ad Portas adeste, inquit, ornati vestibus istis, prius quàm sol oriatur, et *sic* consistite, quemadmodùm Pheraulas Persa vobis ex me denuntiabit : cúmque ego, inquit, præcessero,

a Τεμένη] *Hesychius* : Τεμένη, ναοὶ, τιμὴν, ἢ ἱερὸν καὶ βωμὸς, ἢ ἀποτεμνθὲν θεῷ, ἄλσος, ἢ τὰ ἀφωρισμένα κατὰ τιμὴν χωρία. ἢ βασιλεῖ. Τέμενος, πᾶς ὁ μεμερισμένος τόπος τινὶ εἰς

ἔπεσθε ἐν τῇ ῥηθείσῃ χώρᾳ. Ἦν δ' ἄρα τινὶ δοκῇ ὑμῶν ἄλλη κάλλιον εἶναι ἢ ὡς ἂν νῦν ἐλαύνωμεν, ἐπειδὰν πάλιν ἔλθωμεν, διδασκέτω με· ὅπῃ γὰρ ἂν κάλλιστον καὶ ἄριστον ὑμῖν δοκῇ εἶναι, ταύτῃ ἔκασα δεῖ καλασήσασθαι. Ἐπεὶ δὲ τοῖς κρατίστοις διέδωκε τὰς καλλίστας στολὰς, ἐξέφερε δὴ καὶ ἄλλας Μηδικὰς στολάς (πολλὰς γὰρ παρεσκευάσατο, οὐδὲν φειδόμενος οὔτε πορφυρίδων οὔτε [a] ὀρφνίνων, οὔτε φοινικίδων, οὔτε καρυκκίνων ἱματίων)· νείμας δὲ τούτων τὸ μέρος ἑκάστῳ τῶν ἡγεμόνων, ἐκέλευσεν αὐτοὺς τούτοις κοσμεῖν τοὺς αὑτῶν φίλους, ὥσπερ, ἔφη, ἐγὼ ὑμᾶς κοσμῶ. Καί τις τῶν παρόντων ἐπήρετο αὐτὸν, Σὺ δὲ, ὦ Κῦρε, ἔφη, πότε κοσμήσῃ; Ὁ δ' ἀπεκρίνατο, Οὐ γὰρ νῦν, ἔφη, δοκῶ ὑμῖν αὐτὸς κοσμεῖσθαι ὑμᾶς κοσμῶν; Ἀμέλει, ἔφη, ἢν δύνωμαι ὑμᾶς τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν, ὁποίαν ἂν ἔχων στολὴν τυγχάνω, ἐν ταύτῃ καλὸς φανοῦμαι. Οὕτω δὴ οἱ μὲν, ἀπελθόντες, μεταπεμπόμενοι τοὺς φίλους ἐκόσμουν ταῖς στολαῖς·

Ὁ δὲ Κῦρος, νομίζων Φεραύλαν τὸν ἐκ τῶν δημοτῶν καὶ συνετὸν εἶναι καὶ φιλόκαλον καὶ εὔτακτον, καὶ τοῦ χαρίζεσθαι αὐτῷ ἕκ [b] ἀμελεῖν,

loco *vobis* indicato sequimini. Quòd si cui vestrûm alia *quæpiam* ratio videbitur elegantior, quàm ea quâ modò prodimus, *is* illam mihi, cùm redierimus, ostendat: nam utì vobis pulcherrimum optimúmque visum fuerit, ità singula constitui debent. Posteaquam præstantissimis vestes elegantissimas distribuerat, etiam alias vestes Medicas protulit (permultas enim parari curaverat, nullis parcens, sive purpurei, seu fusci, seu punicei, seu caryccini coloris vestes essent): has autem singulos inter duces dispertitus, jussit eos amicos suos istis ornare; sicut *et* ego, inquit, vos orno. Et quidam ex iis qui aderant, eum interrogans, Tu verò, Cyre, ait, quando ornaberis? Cui *Cyrus* respondens, Annon modò, inquit, ipse vobis ornari videor, dum vos orno? Nimirum, ait, si possim in vos amicos *meos* esse beneficus, quamcunque *tandem* habeam vestem, in eâ videbor elegans. Atque ità quidem illi digressi amicos arcessebant ac vestibus *istis* ornabant:

Cyrus autem, quòd existimaret Pheraulam, hominem *cæteroqui* plebeium, et ingenio valere, et elegantiæ atque ordinis esse studiosum, miniméque negligentem in iis quæ Cyro grata facere posset, *et illum ipsum*

a Ὀρφνίνων] *Plato* in Tim. p. 68, ὄρφινον χρῶμα fieri dicit, ὅταν λευκῷ καὶ ἐρυθρῷ καὶ μέλανι μεμιγμένοις κουφισί τε, μᾶλλον συλλαβῇ μέλαν. Et *J. Poll.* lib. vii, *segm.* 69 (qui hunc fortè locum Xenophontéum respexit), τὰ δὲ μέλανα ἱμάτια, ὀρφνινᾶ ἐκάλουν.

b Ἀμελεῖν, ὡς πολὺ, &c.] *Gabrielii* exemplaria, ἀμελῆ· quod sanè meliùs convenit cum iis, quæ antecesserunt. Vide p. 107.

ὅς ποτε καὶ περὶ τοῦ τιμᾶσθαι ἕκαστον κατὰ τὴν ἀξίαν συνεῖπε· τοῦτον δὴ καλέσας συνεβουλεύετο αὐτῷ πῶς ἂν τοῖς μὲν εὖνοις κάλλιστα ἰδεῖν ποιοῖτο τὴν ἐξέλασιν, τοῖς δὲ δυσμενέσι φοβερώτατα. Ἐπεὶ δὲ σκοπεῖντοιν αὐτοῖν τὰ αὐτὰ ἔδοξεν, ἐκέλευε τὸν Φεραύλαν ἐπιμεληθῆναι ὅπως ἂν ὅτω γένηται αὔριον ἡ ἐξέλασις, ὥσπερ ἔδοξε καλῶς ἔχειν. Εἴρηκα δὲ, ἔφη, ἐγὼ πάντας πείθεσθαί σοι περὶ τῆς ἐν τῇ ἐξελάσει τάξεως· ὅπως δ' ἂν ἥδιον παραγγέλλοντός σου ἀκούωσι, φέρε λαβών, ἔφη, χιτῶνας μὲν τούτους τοῖς τῶν δορυφόρων [a] ἡγεμόσι· κάσας δὲ τάσδε τὰς ἐφιππείους, τοῖς τῶν ἱππέων ἡγεμόσι δός, καὶ τῶν ἁρμάτων τοῖς ἡγεμόσιν ἄλλας τάσδε χιτῶνας. Ὁ μὲν δὴ ἔφερε λαβών· οἱ δὲ ἡγεμόνες ἐπεὶ ἴδοιεν αὐτὸν, ἔλεγον, Μέγας δὲ σύ γε, ὦ Φεραύλα, ὁπότε γε καὶ ἡμῖν τάξεις ἃ ἂν δέοι ποιεῖν. Οὐ μὰ Δί', ἔφη ὁ Φεραύλας, ἃ μόνον γε, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ συσκευοφορήσω· νῦν γοῦν φέρω τώδε δύω κάσα, τὸν μέν σοι, τὸν δὲ ἄλλῳ· σὺ μέντοι τούτων λάβε ὁπότερον βούλει. Ἐκ τούτου δὴ ὁ μὲν λαμβάνων τὸν κάσαν τοῦ μὲν φθόνου ἐπελέλησο, εὐθὺς δὲ συνεβουλεύετο

qui aliquando sententiam de singulis pro dignitate ornandis oratione suâ comprobaverat: hunc arcessit ac cum eo deliberat, quo pacto effecturus esset, ut prodeundi ratio spectatu benevolis pulcherrima, infestis maximè formidabilis esset. Cúmque dispicientibus ipsis eadem visa fuissent, Pheraulam diligenter operam dare jubebat, ut in crastinum ità fieret egredientium equitatio, quemadmodùm *ipsis* pulchrè fieri posse visum esset. Equidem, ait, quod ad ordinem in egressu servandum attinet, omnes tibi parere jussi: verùm ut libentiùs imperanti tibi obtemperent, sumptas, inquit, tunicas has adfer satellitum hastatorum ducibus; atque etiam saga ista equestria ducibus equitum dato, et curruum ducibus alias hasce tunicas. Ac Pheraulas quidem *has* acceptas proferebat: eum verò duces ubi conspexissent, aiebant, Magnus tu sanè *quidam* es, cùm nobis etiam sis indicaturus quæ facienda sint. Non profectò, inquit Pheraulas, non *id* solùm, utì quidem videtur, sed unà sarcinas etiam portabo: non certè quidem duo ista saga adfero, alterum tibi, et huic alterum; tu verò horum utrum volueris accipe. Tum deindè is, qui sagum accipiebat, invidiæ obliviscebatur, statimque ipsum

a Ἡγεμόσι· κάσας δὲ, &c.] Sic ex *Poll.* et sequentibus paulò infra reponendum: is autem l. vii, *segm.* 68, hæc habet: κάσσα, (scr. κάσας) δὲ ἱππικὸς Ξενοφῶν εἴρηκεν ἐν τῇ Παιδείᾳ. In his verbis satis liquet eum hunc Xenophontis locum respicere, atque adeò lectionem receptam confirmare. Adde huc quod statim sequitur, νῦν γοῦν φέρω τώδε δύο κάσα. MS. Bodl. καλέσας δὲ τόσδε τὰς, &c. unde, duabus abjectis literis, nostra exoritur scriptura. Stephanus etiam et Leunclavius sic reponendum monuerunt; cùm priùs legeretur, καλέσως δὲ τὰς ἐφιπ· et καλέσας καὶ τὰς, &c.

αὐτῷ, ὁπότερον λαμβάνοι. Ὁ δὲ [a] συμβουλεύσας ἂν ὁπότερος βελτίων εἴη, καὶ εἰπὼν, Ἢν μου κατηγορήσῃς ὅτι αἵρεσίν σοι δέδωκα, εἰσαῦθις ὅταν διακονῶ, ἑτέρῳ χρήσῃ μοι διακόνῳ. Ὁ μὲν δὴ Φεραύλας οὕτω διαδοὺς ἦ ἐτάχθη, εὐθὺς ἐπεμελεῖτο τῶν εἰς τὴν ἐξέλασιν ὅπως ὡς κάλλιστα ἕκαστα ἕξει.

Ἡνίκα δὲ ἡ ὑστεραία ἧκε, καθαρὰ μὲν ἦν πάντα πρὸ ἡμέρας, [b] στοῖχοι δὲ εἱστήκεσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ὁδοῦ, ὥσπερ καὶ νῦν ἔτι ἵστανται ᾗ ἂν βασιλεὺς μέλλῃ ἐλαύνειν· ὧν ἐντὸς οὐδενί ἐστιν εἰσιέναι τῶν μὴ τετιμημένων· μαστιγοφόροι δὲ καθέστασαν, οἳ ἔπαιον εἴ τις ἐνοχλοίη. Ἔστασαν δὲ πρῶτον μὲν τῶν δορυφόρων εἰς τετρακισχιλίους, [c] ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν εἰς τέτταρας· δισχίλιοι δὲ ἑκατέρωθεν τῶν πυλῶν. Καὶ οἱ ἱππεῖς δὲ πάντες παρῆσαν καταβεβηκότες ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ [d] διειρκότες τὰς χεῖρας διὰ τῶν κανδύων, ὥσπερ καὶ νῦν

in consilium adhibebat, utrum sumeret. Pheraulas, ubi de meliore sago consilium dedisset, Si me indicaveris, ait, quòd optionem tibi dederim, posthac ubi *aliquid* administrabo, dissimilem me administrum invenies. Atque in hunc modum Pheraulas his distributis, ut jussus erat, statim curabat ea quæ ad egressum pertinent, ut singula quàm elegantissimè instructa essent.

Postera cùm advenisset dies, liquida prius erant omnia *et integra*, quàm illuxisset, et ordines ex utrâque viæ parte stabant, quemadmodùm jam quoque subsistunt, quà rex equitaturus est; atque intra hos ordines nemini licet ingredi, qui non sit honoratorum in numero: adstabant et flagellis instructi *quidam*, qui molestiæ quemvis auctorem cæderent. Ac primùm quidem satellites hastati ad quater mille stabant, ante portas in quaternos *explicati:* ex utrâque verò portarum parte millia duo. Aderant item equites omnes, et ex equis descenderant, insertis per candyas manibus, quemadmodùm hâc etiam tempestate

a Συμβουλεύσας ἂν, &c.] Suspensa est hæc oratio, quæ hoc tandem modo (si quid mutandum sit) absoluta fiat, Ὁ δὲ συνεβούλευσεν, ὁπότερος ἂν βελτίων εἴη, εἰπὼν, &c. vel (quod malim), Ὁ δὲ συμβουλεύσας ὁπότερος ἂν βελτίων εἴη, εἶπεν, &c. Sic p. 398, διδοὺς τῷ Κύρῳ τὰ γράμματα, εἶπε, ταῦτα, &c. Stephanus et Leunclavius etiam particulam ἂν post ὁπότερος poni debere putant.

b Στοῖχοι] Budæo sic scribenti unà cum Stephano adsentior: præsertim cùm pro hâc scripturâ faciat etiam MS. Bodl. Vulgò, στίχοι.

c Ἔμπροσθεν τῶν] Libri plerique omnes, ἔμπροσθεν δὲ τῶν, &c. Sed rectè Stephanus expungit particulam δὲ, adsentiente etiam *Gabrielii* exemplari.

d Καὶ διειρκότες, &c.] Ità omnino legendum, cùm mox sequatur διείρουσι. Edit. *Ald.* et *Flor.* διηρκότες, quod verisimile est pro διειρκότες malè positum esse, præsertim cùm η non habeat ι subscriptum. *Flor.* quidem et *Eton.* habent in posteriore loco διειροῦσιν, non διείρουσιν: cum tamen διείρειν, non διειρεῖν, dici constet. Quòd si quis malit vulgatum διηρκότες, sub η ponat ι, et διείρουσιν in διαίρουσιν mutet necesse est. Nostræ verò emendationi favent Stephanus et Leunclavius. Porrò, in vertendo hoc loco à mente auctoris aberrásse priores videntur interpretes:

ἔτι διείρσιν ὅταν ὁρᾷ βασιλεύς. Ἕσασαν δὲ Πέρσαν μὲν ἐκ δεξιᾶς, οἱ δὲ ἄλλοι σύμμαχοι ἐξ ἀριστερᾶς τῆς ὁδῦ, καὶ τὰ ἅρματα ὡσαύτως τὰ ἡμίσεα ἐκαλέρωθεν. Ἐπεὶ δὲ ἀνεπεπάννυντο αἱ τῦ βασιλείυ πύλαι, πρῶτον μὲν ἦγοντο τῷ Διὶ ταῦροι πάγκαλοι εἰς τέσσαρας, ἢ [a] οἷς τῶν ἄλλων θεῶν οἱ μάγοι ἐξηγεῖντο· [b] πολὺ γὰρ οἴονται Πέρσαι χρῆναι τοῖς περὶ τὰς θεὰς μᾶλλον τεχνίταις χρῆσθαι ἢ περὶ τἆλλα. Μετὰ δὲ τὰς βᾶς ἵπποι ἦγοντο, θῦμα τῷ Ἡλίῳ· μετὰ δὲ τύτυς ἐξήγετο ἅρμα λευκὸν, χρυσόζυγον, ἐσέμμενον, Διὸς ἱερόν· μετὰ δὲ τόδε, Ἡλίυ ἅρμα λευκὸν, ἢ τῦτο ἐσεμμένον, ὥσπερ τὸ πρόσθεν· μετὰ δὲ τῦτο, ἄλλο τρίτον ἅρμα ἐξήγετο, φοινικίσι καλαπεπλαμένοι οἱ ἵπποι, [c] καὶ πῦρ ὄπισθεν αὐτῆ ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄνδρες εἵποντο φέροντες. Ἐπὶ δὲ τύτοις, ἤδη αὐτὸς ἐκ τῶν πυλῶν πρὸφαίνετο ὁ Κῦρος ἐφ' ἅρματος, ὀρθὴν ἔχων τὴν τιάραν, καὶ [d] χιτῶνα πορφυρῦν μεσόλευκον (ἄλλῳ δ' ἐκ ἔξεσι μεσόλευκον

eas inserunt, quoties ipsos rex adspicit. Stabant verò ad dextram Persæ, socii cæteri ad lævam viæ partem, eodémque modo curruum pars utrinque dimidia. Posteaquam regiæ fores aperirentur, primùm Jovi quaterni pulcherrimi tauri ducebantur, et diis cæteris quibus magi *ducendos suis è ritibus* indicârant: nam Persæ multo magìs existimant divinis in rebus artificum operâ utendum esse, quàm in aliis. Secundùm boves equi ducebantur, *ad* sacrificium Soli *faciendum:* post eos producebatur currus albus, cum aureo jugo, coronatus, Jovi sacer: ponè hunc, Solis currus albus, et is, utì prior ille, coronatus: post illum, currus alius tertius producebatur, cujus equi puniceis *stragulis* contecti erant, et post eum viri quidam sequebantur, qui magno in foco ignem gestabant. Post hos jam Cyrus ipse prodibat in conspectum è portis in curru, cum tiarâ rectâ, et tunicâ purpureâ albo distinctâ (aliî verò subalbicantem gestare non

alius vertit, *cùm manus per candyas extraxissent:* alius, *sublatis manibus per candyas*: alius, *translatis manibus per amictus:* Leunclavius tandem, *exertis per candyas manibus.* Hunc magìs apto quàm cæteros vocabulo usum esse existimat Stephanus: ipse malim cum *Brissonio*, *insertis;* hoc enim voluit Xenophon, *in candyas* manus inseruisse eos, in quos rex oculos conjiciebat. Hujus observationis meminit etiam Noster Ἑλλην. β', non longè ab initio; ubi Autobœsacem ac Mitræum non aliâ de causâ à Cyro minore interfectos fuisse narrat, quàm quòd ei obvii facti, manus intra manicam non contraxissent; id quod facere soleant coram rege tantùm; ut ibidem tradit. Vide sis *Casaub.* notas in *Æneam*, p. 93.

a Οἷς τῶν ἄλλων, &c.] Libri quidam veteres, teste Mureto, habent, καὶ οἷς ἄλλοις θεοῖς: ex quibus sensus idem efficitur; nec quid mutationis inducendum.

b Πολὺ γὰρ] Ità optime MS. Bodl. exemplaria *Gabrielio* et *Mureto* visa, et editio Stephaniana. In cæteris perperam legitur πολλοὶ γὰρ, &c.

c Καὶ πῦρ ὄπισθεν, &c.] Erat hic sacer ignis, de quo *Amm. Marcel.* lib. xxiii, c. 6. *Ferunt*, ait (de magis loquitur), *si justum est credi, etiam ignem cælitùs lapsum, apud se sempiternis foculis custodiri: cujus portionem exiguam, ut faustam, præsse quondam Asiaticis regibus dicunt.*

d Χιτῶνα πορφυρῦν, &c.] Vestis hæc (ut ex *J. Poll.* et *Hesychio* constat) σαράγις à Persis vocata erat. *Hesych.* Σάραπις,

ἔχειν), καὶ περὶ τοῖς σκέλεσιν [a] ἀναξυρίδας ὑσγινοβαφεῖς, καὶ κάνδυν ὁλοπόρφυρον. Εἶχε δὲ καὶ [b] διάδημα περὶ τῇ τιάρᾳ· καὶ οἱ [c] συγγενεῖς δὲ αὐτῷ τὸ αὐτὸ τοῦτο σημεῖον εἶχον, ἢ νῦν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔχουσι. [d] Τὰς δὲ χεῖρας ἔξω τῶν χειρίδων εἶχε. Παρῳχεῖτο δὲ αὐτῷ ἡνίοχος μέγας μὲν, μείων δ' ἐκείνου, εἴτε καὶ τῷ ὄντι, εἴτε καὶ ὀπωσοῦν· μείζων δὲ ἐφάνη πολὺ Κῦρος. Ἰδόντες δὲ πάντες [e] προσεκύνησαν, εἴτε καὶ ἄρξαί τινες κεκελευσμένοι, εἴτε καὶ ἐκπλαγέντες τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ δόξαι μέγαν τε καὶ καλὸν φανῆναι τὸν Κῦρον· Πρόσθεν δὲ Περσῶν οὐδεὶς Κῦρον προσεκύνει. Ἐπεὶ δὲ προῆει τὸ τοῦ Κύρου ἅρμα, προηγοῦντο μὲν οἱ τετρακισχίλιοι δορυφόροι, παρεπορεύοντο δὲ οἱ δισχίλιοι ἑκατέρωθεν τοῦ ἅρματος· ἐφεπόντο δὲ οἱ περὶ αὐτὸν σκηπτοῦχοι ἐφ' ἵππων, κεκοσμημένοι, σὺν τοῖς

licet) et subligaculis circum crura colore hysgino tinctis, et toto purpureo candye. Habebat et circum tiaram diadema; idémque insigne cognatis ipsius erat, *sicut* et hoc tempore illud ipsum retinent. Manus extra manicas tenebat. Præter ipsum curru vehebatur auriga, procerus quidem *ille*, sed Cyro tamen minor, sive *hoc* reapse sic esset, seu quocunque modo: multò quidem certè procerior visus est Cyrus. Eum ubi conspexissent, omnes submissè venerati sunt, sìve quia fuisset imperatum aliquibus ut *veneraliones hujus* initium facerent, seu quòd adparatu fuissent obstupefacti, quódque procerus et pulcher Cyrus ipse visus esset. Ante id certè tempus Persarum nemo Cyrum *ità* veneratus fuerat. Cùm autem currus Cyri progrederetur, præibant quater mille satellites, bis mille ad currûs utrumque latis comitabantur; subsequebantur autem familiares ejus sceptrigeri in equis, ornati, palta

Περσικὸς χιτὼν, μεσόλευκος. Vide *Poll.* lib. vii, *segm.* 61. Apud utrumque σαράβης pro σάραπις reponendum censet doctissim. *Relandus* in Diss. de Vet. Ling. Persicâ. Vim vocis μεσόλευκος expressisse videtur *Curtius* l. iii, c. 3, ubi de Darii cultu sic loquitur: *Cultus regis inter omnia luxuriâ notabatur: purpureæ tunicæ medium album intextum erat.* Redditur etiam *semialbus.*

a Ἀναξυρίδας ὑσγινοβαφεῖς] *Hesychius* et *Suidas* ἀναξυρίδας interpretantur φοινικίδια καὶ βράκια. *Schol. Poll.* τὰς δὲ ἀναξυρίδας, ἃς σκιλιὰς καλοῦσι. Hesychius autem σκιλιὰς interpretatur τὰ τῶν σκελῶν σκεπάσματα. *Eustathius* etiam in Ili. α'. p. 22. Ἀναξυρὶς, ait, τὸ παρὰ Ῥωμαίοις βράκιον δηλοῖ. Leunclavius pro ὑσγινοβαφεῖς (quod in MSto Bodl. edit. *Ald. Steph.* aliisque comparet) sequitur βυσσινοβαφεῖς: *Philelphus*, κισσινοβαφεῖς. Sed nihil muto. Hysginus verò color, auctore *Plinio* H. N. l. ix, c. 42, è coccino purpureóque seu Tyrio fuit mixtus. Nomen (utì ad *Plinium* notat *Harduinus*) traxisse ab ὕσγη videtur, quæ *Suidæ* herba est tingendis adhiberi solita lanis. Ὕσγη, inquit, εἶδος βοτάνης· καὶ ὑσγινοβαφὴς χιτὼν, ὁ ὑπὸ τῆς ὕσγης βεβαμμένος.

b Διάδημα] Insigne regium etiam apud Persas, quod capiti imponebatur.

c Συγγενεῖς] Vide quæ de his notavimus, p. 42.

d Τὰς δὲ χεῖρας, &c.] Locum hunc respicit *Schol. Poll.* l. ii, *segm.* 151. Ἀπὸ χειρῶν δὲ, ἃς χειρίδες, παρὰ Ξενοφῶντι. Idem l. vii, *segm.* 62. χειρίδες δὲ, τὰ περὶ ταῖς χερσίν. Noster *Hist. Græc.* l. ii, κόρην nominat. quam hîc χειρίδα. Vide sis dicta p. 459, not. 4.

e Προσεκύνησαν] Verbum hoc Latini modò *adorare*, modò *venerari* interpretati sunt. *Corn. Nepos*, vitæ *Conon.* c. 3, *necesse est, si in conspectum ejus* (regis Persarum) *veneris, venerari regem, quod προσκυνεῖν illi vocant.* Vide quæ notavimus p. 219.

παλτοῖς, ἀμφὶ τὰς τριακοσίας. Οἱ δ' αὖ τῷ Κύρῳ τρεφόμενοι ἵπποι παρήγοντο χρυσοχάλινοι, [a] ῥαβδωτοῖς ἱματίοις καλαπεπλαμένοι, ἀμφὶ τὰς διακοσίας· ἐπὶ δὲ τούτοις δισχίλιοι ξυσοφόροι· ἐπὶ δὲ τούτοις, ἱππεῖς οἱ πρῶτοι γενόμενοι, μύριοι, εἰς ἑκατὸν πανταχῇ τεταγμένοι, ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Χρυσάντας· ἐπὶ δὲ τούτοις μύριοι ἄλλοι Περσῶν ἱππεῖς τεταγμένοι ὡσαύτως, ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Ὑσάσπας· ἐπὶ δὲ τούτοις ἄλλοι μύριοι ὡσαύτως, ἡγεῖτο δ' αὐτῶν Δατάμας· ἐπὶ δὲ τούτοις ἄλλοι, ἡγεῖτο δ' αὐτῶν Γαδάτας· ἐπὶ δὲ τούτοις Μῆδοι ἱππεῖς, ἐπὶ δὲ τούτοις Ἀρμένιοι, μετὰ δὲ τούτους Ὑρκάνιοι, μετὰ δὲ τούτους Καδούσιοι, ἐπὶ δὲ τούτοις Σάκαι. Μετὰ δὲ τοὺς ἱππέας ἅρματα ἐπὶ τετράρων τεταγμένα· ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Ἀρταβάτης Πέρσης.

Πορευομένου δὲ αὐτοῦ, παρείπουτο πάμπολλοι ἄνθρωποι ἔξω τῶν σημείων, δεόμενοι Κύρου ἄλλος ἄλλης πράξεως. Πέμψας οὖν πρὸς αὐτοὺς τῶν σκηπτούχων τινὰς οἳ παρείπουτο αὐτῷ τρεῖς ἐκαλέρωθεν τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, τούτου ἕνεκα τοῦ διαγγέλλειν, ἐκέλευσεν εἰπεῖν αὐτοῖς, εἴ τις τι αὐτοῦ δέοιτο, διδάσκειν τῶν ὑπάρχων τινὰ ὅ,τι τις βούλοιτο, ἐκείνους δὲ ἔφη πρὸς αὐτὸν ἐρεῖν. Οἱ μὲν δὴ

gestantes, numero ferè trecenti. Prætereà ducebantur equi frenis aureis insignes, qui Cyro nutriebantur, virgatis vestibus instrati, ad ducentos : secundùm hos spiculatores bis mille : post eos primi facti equites, decies mille, ubique per centenos ordinati, quorum dux erat Chrysantas : post hos alii decies mille Persici equites, eodem modo instructi, quorum dux erat Hystaspas : post eos itidem alii decies mille, quos Datamas ducebat : post hos alii, duce Gadatâ : post eos *erant* equites Medi, ac post hos Armenii, post illos Hyrcanii, post quos Cadusii, ac post Cadusios Sacæ. Post equites currus *erant* in quaternos ordinati ; quos Artabates Persa ducebat.

Cúmque *jam* pergeret, homines permulti extra signa adfectabantur, quorum alius aliud quiddam à Cyro petebat. Itaque missis ad eos quibusdam ex sceptriferis, qui terni ab utroque currûs latere, nuntiorum perferendorum causâ, comitabantur eum, dici eis jussit, si quid aliquis ab se posceret, is præfectis inferioribus, quodcunque vellet indicaret, eos autem aiebat rem ad se delaturos. Atque illi quidem

a Ῥαβδωτοῖς ἱματίοις] In MSto Bodl. et vulgatis plerisque libris, ῥάβδῳ τοῖς ἱματίοις. Sed Stephanus et Leunclavius rectè reposuerunt ῥαβδωτοῖς pro ῥάβδῳ τοῖς. Hanc emendationem *Philelphus* et *Gabrielius* confirmant: quorum alter habet, *amictibúsque virgatis strati*, alter, *virgatísque strati stragulis*. Ῥαβδωτὰ autem ἱμάτια adpellantur *virgatæ vestes* et *virgata saga vel sagula*, qualia *Virgilius* Æn. viii, v. 660. Gallis tribuit :

Virgatis lucent sagulis———

A. Polluce l. vii, segm. 53, memorantur αἱ ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥαβδοί.

ἀπιόντες εὐθὺς καὶ τὰς ἵππους ἐπορεύοντο, ᾗ ἐβούλευόντο τίνι ἕκαστος προσίοι. Ὁ δὲ Κῦρος ὃς ἐβούλετο μάλιστα θεραπεύεσθαι τῶν φίλων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, τούτους, πέμπων τινὰ, πρὸς αὑτὸν ἐκάλει καθ' ἕκαστον, καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς ὅτῳ, Ἤν τις ὑμᾶς διδάσκῃ τι τούτων τῶν παρεπομένων, ὃς μὲν ἂν μηδὲν δοκῇ ὑμῖν λέγειν, μὴ προσέχετε αὐτῷ τὸν νοῦν· ὃς δ' ἂν δικαίων δεῖσθαι δοκῇ, εἰσαγγέλλετε πρὸς ἐμὲ, ἵνα κοινῇ βουλευόμενοι [a] διαπράττοιμεν αὐτοῖς. Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι, ἐπεὶ καλέσειεν, ἀνὰ κράτος ἐλαύνοντες ὑπήκουον, συναύξοντες τὴν ἀρχὴν τῷ Κύρῳ, καὶ ἐνδεικνύμενοι ὅτι σφόδρα πείθοιντο·

Δαϊφάρνης δέ τις ἦν, σολοικότερος ἄνθρωπος τῷ τρόπῳ, ὃς ᾤετο, εἰ μὴ ταχὺ ὑπακούοι, ἐλευθερώτερος ἂν φαίνεσθαι· Αἰσθόμενος δ' ὁ Κῦρος τοῦτο, πρὶν προσελθεῖν αὐτὸν καὶ διαλεχθῆναι αὐτῷ, ὑποπέμψας τινὰ τῶν σκηπτούχων, εἰπεῖν ἐκέλευσε πρὸς αὐτὸν ὅτι ἀδὲν ἔτι δέοιτο· ᾗ τοιοῦτον οὐκ ἐκάλει. [b] Ὡς δ' ὁ ὕστερον

discedentes, mox ad equites se convertebant, et quem quisque *potissimùm* adiret, deliberabant. Cyrus autem, quos ex amicis coli maximè ab hominibus vellet, eos, misso quodam, ad se singillatim arcessebat, et his verbis compellabat, Si quis istorum, qui adsectantur, vobis aliquid indicârit; qui quidem nihil dicere videbitur, ei nè attendite: qui verò justa postulare visus fuerit, *de hoc* ad me referte, ut communi consultatione res eis conficiamus. Et cæteri quidem, vocante Cyro, totis viribus adequitantes obtemperabant, *suóque studio* imperium Cyri augebant, et se promptissimos ad parendum demonstrabant:

At Daïpharnes quidam erat, horridiori vir indole, qui se, si minùs celeriter pareret, visum iri magìs liberum existimabat. Id cùm animadverteret Cyrus, priusquam accederet, secúmque colloqueretur, quendam è sceptrigeris submisit, ac dicere homini jussit, nihil ampliùs eo sibi opus esse: nec deinceps eum arcessebat. Ut autem is,

a Διαπράττοιμεν αὐτοῖς] Ità MS. Bodl. et editi libri, quos vidi, omnes. Stephanus ex Camerarii libro adfert, προσάγετε πρὸς ἐμὲ, et διαπράξαιμεν. Hoc pro διαπράττοιμεν substituendum censet; ut προσάγετε, *inquit*, pro προσαγγέλλετε (voluit, opinor, εἰσαγγέλλετε: nam alterum illud in nullo, quod sciam, exemplari legitur) substituere minimè necesse est. Sed potest et recepta prioris verbi scriptura tolerari. De mutatione numeri singularis (quo in antecedentibus usus erat) in pluralitvum αὐτοῖς vide p. 396, not. 2.

b Ὡς δ' ὁ ὕστερον, &c.] *Camerarius*, testibus Stephano et Leunclavio, loci hujus aliam ex libro suo scripturam adfert; nimirum hanc, ὁ δὲ ὕστερος κληθεὶς αὐτοῦ, πρότερος αὐτῷ προσήλασε· καὶ ὁ Κῦρος ἵππον αὐτῷ ἔδωκε, quæ Camerario et Leunclavio placet; mihi non item. Nam illud ὑπήκουσε omnino retinendum censeo, quo magìs luculentè discrimen inter mores utriusque hominis exprimatur. Daïpharnes ille, σολοικότερος ἄνθρωπος τῷ τρόπῳ, existimabat, εἰ μὴ ταχὺ ὑπακούοι, ἐλευθερώτερος ἂν, &c. Hunc, lætæ indolis adolescentem, tenuit nulla mora vocatum: atque adeò cùm statim ὑπήκουσε, Cyrus ipse, ut benevolentiam suam erga eum declararet, aliósque ad ejus obedientiam imitandam incitaret, προσήλασε, καὶ ἵππον, &c.

κληθεὶς αὐτῷ πρότερος αὐτῷ ὑπήκουσε, προσήλασεν ὁ Κῦρος, καὶ ἵππον αὐτῷ ἔδωκε τῶν παρεπομένων, καὶ ἐκέλευσε τῶν σκηπτούχων τινὰ συναπαγαγεῖν αὐτῷ ὅπου κελεύσειε. Τοῖς δὲ ἰδοῦσιν ἔντιμόν τι τοῦτο ἔδοξεν εἶναι, καὶ πολὺ πλείονες ἐκ τούτου αὐτὸν ἐθεράπευον ἀνθρώπων. Ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο πρὸς τὰ τεμένη, ἔθυσαν τῷ Διΐ, ᾗ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ταύρους· ἔπειτα τῷ Ἡλίῳ, καὶ ὡλοκαύτωσαν τοὺς ἵππους. Ἔπειτα Γῇ σφάξαντες, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ μάγοι, ἐποίησαν· ἔπειτα δὲ, ἥρωσι τοῖς Συρίαν ἔχουσι. Μετὰ δὲ ταῦτα, καλοῦ ὄντος τοῦ χωρίου, ἔδειξε τέρμα ὡς ἐπὶ πέντε σταδίων χωρίου, καὶ εἶπε καλὰ φυλὰς ἀνὰ κράτος ἐνταῦθα ἀφεῖναι τοὺς ἵππους. Σὺν μὲν δὴ τοῖς Πέρσαις αὐτὸς ἤλασε, καὶ ἐνίκα· πολὺ μάλιστα γὰρ ἐμεμελήκει αὐτῷ ἱππικῆς. Μήδων δὲ Ἀρταβάτης ἐνίκα (Κῦρος γὰρ αὐτῷ τὸν ἵππον ἐδεδώκει)· Σύρων δὲ, ὁ προσταῖων· Ἀρμενίων δὲ, Τιγράνης· Ὑρκανίων δὲ, ὁ υἱὸς τοῦ ἱππάρχου· Σακῶν δὲ, ἰδιώτης ἀνὴρ, [a] ἀπέλιπεν ἄρα τῷ ἵππῳ τοὺς ἄλλους ἵππους ἐγγὺς τῷ ἡμίσει τοῦ δρόμου. Ἐνθὰ δὴ λέγεται ὁ Κῦρος ἐρέσθαι τὸν νεανίσκον, εἰ δέξαιτ' ἂν βασιλείαν ἀντὶ τοῦ ἵππου. Τὸν δ' ἀποκρίνασθαι, ὅτι βασιλείαν μὲν οὐκ ἂν δεξαίμην, χάριν δὲ ἀνδρὶ ἀγαθῷ καταθέσθαι

qui posterior illo vocatus fuerat, prior præ parendi studio accessit, Cyrus *obviam* provectus est, eique equum donavit, ex illorum numero, qui unà sequebantur, et ex sceptrigeris quandam jussit deducere quò ille mandâsset. Hoc verò qui cernerent, esse putabant honorificum quiddam, ac multò plures deinceps eum colebant. Cùm ad delubra pervenissent, sacrum Jovi fecêre, tauris integris combustis : deindè Soli, combustis *hîc* equis integris. Deindè Telluri mactatis hostiis, id fecêre, quod magi docuerant : posteà, iis heroïbus, qui terram Syriam tenerent. His peractis, quia locus amœnus erat, metam designavit ad stadiorum quinque spatium ; edixítque ut tributim hîc equos totis viribus *ad cursum* emitterint. Et ipse quidem cum Persis provectus vicit ; quippe cui multò maximè res equestris curæ fuerat. Inter Medos Artabates victoriam adeptus est (huic enim Cyrus equum donaverat) : inter Syros is, qui *Syris* præerat : inter Armenios, Tigranes : inter Hyrcanios, equitum præfecti filius : inter Sacas autem, privatus quidam, equo suo *hic utique* cæteros à tergo reliquit, propè dimidio spatio curriculi. Atque hîc Cyrus interrogâsse juvenem dicitur, an hunc equum commutare cum regno vellet : Illum respondisse, Nollem equidem *eum* cum regno commutare, verùm gratiam apud virum bonum

a Ἀπέλιπεν ἄρα, &c.] Victorum hîc interrupta est enumeratio ; ad quam tandem, disputatione haud ità brevi interjectâ, redit Noster, p. 466. Hoc ideò notavi, ut iis obviam irem censuris, quæ Scriptores Sacros sæpè vexant : et longiores, quæ haud raræ Paulinâ præsertim in oratione adparent, parentheses importunè tangunt.

δεξαίμην ἄν. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπε, Καὶ μὴν ἐγὼ δεῖξαί σοι θέλω ἔνθα [a] κἂν μύων βάλῃς, οὐκ ἂν ἁμάρτοις ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Πάντως τοίνυν, ὁ [b] Σάκας ἔφη, δεῖξόν μοι· ὡς βαλῶ γε ταύτῃ τῇ βώλῳ, ἔφη ἀνελόμενος. Καὶ ὁ μὲν Κῦρος δείκνυσιν αὐτῷ ὅπου ἦσαν πλεῖστοι τῶν φίλων· ὁ δὲ καταμύων ἵησι τῇ βώλῳ, καὶ παρελαύνοντος Φεραύλα τυγχάνει· ἔτυχε γὰρ ὁ Φεραύλας [c] παραγγέλλων τι τεταγμένον παρὰ τοῦ Κύρου· βληθεὶς δὲ οὐδὲ μετεσράφη, ἀλλ' ᾤχετο ἐφ' ὅπερ ἐτάχθη. Ἀναβλέψας δὲ ὁ Σάκας, ἐρωτᾷ τίνος ἔτυχεν. Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὐδενὸς τῶν παρόντων. Ἀλλ' οὐ μέντοι, ἔφη ὁ νεανίσκος, τῶν γε ἀπόντων. Ναὶ μὰ Δί',

pro equo dono dato collocatam inire non recusarem. Et Cyrus, Equidem, ait, ostendere tibi locum volo, quò si vel conniventibus oculis *aliquid* conjicias, à viro bono non sis aberraturus. Omnino, inquit Sacas ille, ostendito mihi; ut posteaquam glebam hanc sustulero, conjiciam. Tum Cyrus ei demonstrat *locum*, ubi amici ipsius plurimi erant: is verò conniventibus oculis ictu glebæ *locum* petit, et Pheraulam adtingit, qui prætervehebatur: nam is fortè quiddam à Cyro imperatum renuntiabat: cúmque ictu percussus esset, nè se quidem convertit, sed id acturus perrexit, quod imperatum erat. Sacas, apertis oculis, quem adtigisset, interrogat. Neminem profectò, ait *Cyrus*, ex iis qui adsunt. At nè quidem, inquit adolescens *ille*, quenquam absentium. Imò verò,

a Κἂν μύων] Liber Budensis, κἂν καμμύων, paulò pòst autem tertium habemus κἀλαμύων: pro quo forsan, *inquit Leunclavius*, reponendum sit, καμμύων. Sed nihil muto.

b Σάκας ἔφη, δεῖξον, &c.] Libri alii alio modo locum hunc repræsentant. *Ald.* et MS. Bodl. ὁ Σάκας ἔφη ἀνελόμενος δεῖξόν μοι, ὡς βαλῶ γε ταύτῃ τῇ βώλῳ, ἀνελών. *Steph.* et *Leuncl.* pro ἀνελων iterum exhibent ἀνελόμενος. *Eton.* aliique ἀνελόμενος in posteriori quoque loco agnoscunt, altero illo ante δεῖξον prorsùs sublato. *Camerar.* ὁ Σάκας ἔφη, δεῖξόν μοι· ὡς βαλῶ γε ταύτῃ τῇ βώλῳ, ἔφη ἀνελόμενος. Hæc mihi præter cæteras omnes ridet scriptura. Sed accipe quæ Stephanus ad hunc locum diligentur adnotavit: Minimè dubium est, *inquit*, quin partic. ἀνελόμενος alterutro è loco expungi debeat: satius autem fuerit è posteriore expungere, cùm ibi ἀνελόμενος non possit esse ὅταν ἀνέλωμαι (quomodo enim, cùm eam jam ostendat, ταύτῃ dicens?) sed accipiendum sit pro ἣν ἀνελόμην. Quem tamen usum hæc participia habere non solent, tali præsertim loco adhibita. Verùm huic incommodo mederi etiam poterimus, si hanc lectionem libri Camerarii sequamur, ὁ Σάκας ἔφη, δεῖξόν μοι· ὡς βαλῶ γε ταύτῃ τῇ βώλῳ, ἔφη ἀνελόμενος. Nec verò in hâc lectione movere quenquam debet verbi ἔφη repetitio: nam aliis in locis repeti videmus, ubi duriorem ejus repetitionem judicare possumus; cùm hîc prius ἔφη videri possit respicere ad illud tantùm δεῖξόν μοι: posterius autem ἔφη, adjunctum habens participium, ἀνελόμενος, ad illa verba, ὡς βαλῶ γε ταύτῃ τῇ βώλῳ: quasi hîc non continuato sermone hæc omnia dixerit, sed posteriora verba post aliquod temporis intervallum addiderit, sublato è terrâ lapide.

c Παραγέλλων τι, &c.] Camerarius in illo suo libro scriptum docet, non τεταγμένον sed τακτικὸν, et παραγγελῶν τινὶ, item ὑπὸ Κύρου non παρὰ Κύρου. Sed Leunclavius rectè statuit illud τι τακτικὸν ὑπὸ Κύρου, esse glossam alicujus recentioris declarantis alterum τι τεταγμένον. Solent enim, *inquit*, Græci posteriores uti voce τακτικὰ, non solùm de rebus militaribus, verùm etiam de mandatis in genere, quæ aliquem ad ordinem spectant.

ἔφη ὁ Κῦρος, σύ γε ἐκείνῳ τῷ παρὰ τὰ ἅρματα ταχὺ ἐλαύνοντος τὸν ἵππον. Καὶ πῶς, ἔφη, ἂ μεταστρέφεται; Καὶ ὁ Κῦρος ἔφη, Μαινόμενος γάρ τις ἐστὶν, ὡς ἔοικεν. Ἀκούσας δὲ ὁ νεανίσκος ᾤχετο σκεψόμενος τὶς εἴη· καὶ εὑρίσκει τὸν Φεραύλαν γῆς τε κατάπλεων τὸ γένειον καὶ αἵματος· ἐρρύη γὰρ αὐτῷ ἐκ τῆς ῥινὸς βληθέντι. Ἐπεὶ δὲ προσῆλθεν, ἤρετο αὐτὸν εἰ βληθείη. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, Ὡς ὁρᾷς. Δίδωμί τοίνυν σοι, ἔφη, τοῦτον τὸν ἵππον. Ὁ δ' ἐπήρετο, Ἀντὶ τοῦ; Ἐκ τούτου δὴ διηγεῖτο ὁ Σάκας τὸ πρᾶγμα, καὶ τέλος εἶπε, Καὶ οἶμαί γε ἐγὼ ἡμαρτηκέναι ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. Καὶ ὁ Φεραύλας εἶπεν. Ἀλλὰ πλουσιωτέρῳ μὲν ἂν, εἰ ἐσωφρόνεις, ἢ ἐμοὶ, ἐδίδους· [a] νῦν δὲ κἀγὼ δέξομαι· ἐπεύξομαι δὲ, ἔφη, τοῖς θεοῖς, οἵπερ με ἐποίησαν βληθῆναι ὑπὸ σοῦ, δοῦναί μοι ποιῆσαι μὴ μεταμέλειν σοι [b] τῆς ἐμῆς δωρεᾶς. Καὶ νῦν μὲν, ἔφη, ἀπέλα ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἐμὸν ἵππον· αὖθις δὲ ἐγὼ παρέσομαι πρὸς σέ. Οἱ μὲν δὴ οὕτω διημάξαντο· [c] Καδουσίων δὲ ἐνίκα Ῥαθονίκης. Ἀφίει δὲ καὶ τὰ ἅρματα καθ' ἕκαστον· τοῖς δὲ νικῶσι πᾶσιν ἐδίδου βοῦς τε, ὅπως ἂν

inquit Cyrus, *adtigisti* profectò illum, qui præter *istos* currus celeriter equum agitat. Quî fit igitur, ait, ut se non convertat? Nimirum furiosus quispiam est, ait Cyrus, utì quidem adparet. His adolescens auditis, quinam is esset, inspecturus ibat; ac Pheraulam reperit, qui mentum cum barbâ terrâ et sanguine plenum haberet: *is* enim percusso è naribus fluebat. Cúmque accessisset, an ictu percussus fuisset, interrogavit. Ut vides, respondit ille. Hunc ergo tibi, ait, equum dono. Cujus rei gratiâ? quærebat Pheraulus. Hîc jam Sacas rem narrabat, ac tandem aiebat, Arbitror equidem me à viro bono non aberrasse. Et Pheraulas, Opulentiori, quàm ego sum, ait, si quidem saperes, *eum* dedisses: sed tamen eum accipiam: deos autem precor, quorum voluntate factum est ut tu me ferires, facultatem mihi dent perficiendi, ut hujus te mihi dati muneris haud pœniteat. Et nunc quidem, ait, hoc equo meo conscenso discede: ego verò ad te *mox* redibo. Atque ità quidem *inter se* illi permutatione utebantur: ex Cadusiis autem Rathonices vicit. Currus etiam singulos *Cyrus* ad cursum emisit: omnibus autem victoribus et boves donabat, ut eis

a Νῦν δὲ] Valet hîc ἀλλὰ, ἀλλὰ γὰρ, vel ἀλλ' ὅμως. Exempla suppeditat *Devarius*, quæ alibi frustra quæsiveris.

b Τῆς ἐμῆς, &c.] Leunclavius vitiosè sic scribi, et reponi, contra librorum fidem, debere statuit, μὴ μεταμέλειν σοὶ τῆσδε σῆς δωρεᾶς. Non enim, *inquit*, hoc Pheraulis, sed illius Sacæ, Pherauli datum, munus erat. Sed fallitur, opinor, vir doctus, cæteroqui διανοίας ἐκ ἀσόχος. Nam τῆς ἐμῆς δωρεᾶς valet τῆς μοὶ δοθείσης δωρεᾶς. Sic Noster supra p. 141. Φιλία τῇ ἐμῇ, pro eo quod est φιλία τῇ εἰς ἐμέ. Similiter Plato in *Gorgiâ*: Καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῆς· εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ. H. e. *pro eâ amicitiâ, quâ in te adficior*. Vide *Budæi* Comm. G. L. p. 31.

c Καδουσίων δὲ, &c.] Vide dicta ad p. 464.

θύσαντες ἑστιῶντο, καὶ ἐκπώματα. Τὸν μὲν οὖν βοῦν ἔλαβε καὶ αὐτὸς τὸ νικητήριον, τῶν δὲ ἐκπωμάτων τὸ αὐτοῦ μέρος Φεραύλᾳ ἔδωκεν, ὅτι καλῶς ἔδοξεν αὐτῷ τὴν ἐκ τοῦ βασιλείου ἔλασιν [a] διαταγεῦσαι. Οὕτω δὴ ἡ τότε ὑπὸ Κύρου κατασταθεῖσα ἔλασις, οὕτως ἔτι καὶ νῦν διαμένει ἡ βασιλέως ἔλασις· πλὴν τὰ ἱερὰ ἄπεστιν, ὅταν μὴ θύῃ. Ὡς δὲ ταῦτα τέλος εἶχεν, ἀφικνοῦνται πάλιν ἐς τὴν πόλιν, καὶ ἐσκήνωσαν οἷς μὲν ἐδόθησαν οἰκίαι, κατ' οἰκίας· οἷς δὲ μὴ, ἐν τάξει.

Καλέσας δὲ καὶ ὁ Φεραύλας τὸν Σάκαν τὸν δόντα τὸν ἵππον, ἐξένιζε· καὶ τἄλλα τε παρεῖχεν ἔκπλεω, καὶ ἐπεὶ ἐδεδειπνήκεσαν, τὰ ἐκπώματα αὐτῷ, ἃ ἔλαβε παρὰ Κύρου, [b] ἐκπιμπλὰς προὔπινε καὶ ἐδωρεῖτο. Καὶ ὁ Σάκας ὁρῶν πολλὴν μὲν καὶ καλὴν στρωμνὴν, πολλὴν δὲ καὶ καλὴν κατασκευὴν, καὶ οἰκέτας δὲ πολλοὺς, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Φεραύλα, ἢ καὶ οἴκοι τῶν πλουσίων ἦσθα; Καὶ ὁ Φεραύλας εἶπε, Ποίων πλουσίων; τῶν μὲν οὖν σαφῶς [c] ἀποχειροβιώτων.

mactatis epularentur, et pocula. Etiam ipse quidem certè *victor* bovem, victoriæ præmium, accepit; poculorum partem suam Pheraulæ donavit, quia visus esset ipsi processionem è regiâ pulchrè ordinâsse. Atque ut ista tunc à Cyro instituta fuit processio, sic etiam hoc tempore processio regis permanet: extra quàm quod absunt victimæ, quoties rem sacram non facit. Posteaquam his esset impositus finis, ad urbem redibant, et quibus ædes erant datæ, *suas* in ædes divertebant; quibus *datæ* non *erant*, in ordines.

Pheraulas autem arcessitum Sacam, qui equum ei donaverat, hospitio excepit; et cùm alia præbuit adfatim, tum ubi cœnati essent, quæ à Cyro acceperat, impleta propinabat ei donabatque pocula. Sacas verò *iste* cùm copiosam et elegantem vestem stragulam videret, copiosúmque et elegantem adparatum, et multos quoque famulos, Dic mihi, Pheraula, inquit, an etiam domi unus ex opulentis eras? Quibus opulentis? ait Pheraulas: ex iis quidem certè qui manibus suis victum quærunt.

a Διαταγεῦσαι.] Libri plerique, διατάξαι: margines, διαταγεῦσαι, quod rectè, opinor, Leunclavius in textum restituit. Noster Ἕλλην. ϛ', haud longè ab initio, plus vice simplici utitur verbo ταγεύειν, quod significat, *munus ordinatoris rerum præcipui gerere*: ac ταγεύεσθαι, *regi et administrari* per ταγὸν, h. e. per imperatorem constituentem omnia; sic adpellatum apud Thessalos, velut ordinatorem rerum; cujus Officium Xenophonti ταγεία est, cùm dicto libro ait, κατεσκευάσατο τὴν ταγείαν τυραννίδι ὁμοίαν. Hinc igitur est illud compositum διαταγεῦσαι, quo significatur, *aliquid eximio cum imperio* τοῦ ταγοῦ, vel *imperatoris, aut præfecti supremi, constituere ac ordinare*. Cum autem minùs hoc usitatum esset, interpretatus est aliquis per aliud verbum διατάξαι *ordinare*: quod quia scriptoribus librariis notius erat, in contextum, loco alterius insolentioris verbi, receptum fuit. Hæc ferè in suis notis Leunclavius: quorum confirmandorum causâ, vide sis *Æschylum* in *Prometheo Vincto*, v. 96, et in *Persis*, v. 23.

b Ἐκπιμπλὰς] Ità MS. Bodl. et edit. *Ald. Leuncl.* et aliæ. Legitur etiam ἐμπιμπλὰς aut ἐμπιπλὰς.

c Ἀποχειροβιώτων] Interpretatur *J. Pollux*, l. ii, *segm.* 150. ὁ ἀπὸ τῶν χειρῶν ζῶν.

Ἐμὲ γάρ τοι ὁ πατὴρ τὴν μὲν τῶν παίδων παιδείαν, γλίσχρως αὐτὸς ἐργαζόμενος καὶ τρέφων, ἐπαίδευεν· ἐπεὶ δὲ μειράκιον ἐγιγνόμην, ὡς δυνάμενος τρέφειν ἀργὸν, εἰς ἀγρὸν ἀπαγαγὼν, ἐκέλευσεν ἐργάζεσθαι. Ἔνθα δὴ ἐγὼ ἀντέτρεφον ἐκεῖνον ἕως ἔζη, αὐτὸς σκάπτων καὶ σπείρων [a] μάλα μικρὸν γήδιον, ὡς μέντοι πονηρόν γε, ἀλλὰ πάντων δικαιότατον· ὅ,τι γὰρ ἂν λάβοι σπέρμα, καλῶς καὶ δικαίως ἀπεδίδου αὐτό τε καὶ τόκον ὡδέν τι πολύν· ἤδη δέ ποτε ὑπὸ γεναιότητος καὶ διπλάσια ἀπέδωκεν ὧν ἔλαβεν. Οἴκοι μὲν δὴ οὕτως ἐγωγε ἔζων· νῦν δὲ ταῦτα πάντα, ἃ ὁρᾷς, Κῦρός μοι ἔδωκε. Καὶ ὁ Σάκας εἶπεν, Ὦ μακάριε σὺ τά τε ἄλλα, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὅτι ἐκ πένητος πλούσιος γεγένησαι· πολὺ γὰρ οἶμαί σε ἡδὺ διὰ τοῦτο ἥδιον πλουτεῖν, ὅτι [b] πεινήσας χρημάτων πεπλούτηκας. Καὶ ὁ Φερεύλας εἶπεν, Ἡ δὲ οὕτως, ὦ Σάκα, ὑπολαμβάνεις, ὡς ἐγὼ νῦν τοσούτῳ ἥδιον ζῶ, ὅσῳ πλείω κέκτημαι; Οὐκ οἶσθα, ἔφη, ὅτι ἐσθίω μὲν καὶ πίνω καὶ καθεύδω ἡδ' ὁτιοῦν νῦν ἥδιον ἢ τότε, ὅτε πένης ἦν; Ὅτι δὲ ταῦτα πολλά ἐστι, τοσοῦτον κερδαίνω, πλείω μὲν

Etenim pater meus suis me laboribus tenuiter alens, in diciplinâ puerili educavit; posteaquam verò adolescens factus sum, quia me in otio non poterat alere, rus abduxit, et opus *illic* facere jussit. Ibi ego sanè vicissim eum, dum viveret, alui tum ipse pastinando tum conserendo agellum perexiguum, non improbum tamen, sed omnium justissimum: nam quidquid seminis accepisset, id ipsum rectè ac justè reddebat, ac fœnus non valdè copiosum: atque adeò nonnunquam singulari quâdam naturæ bonitate etiam duplum reddidit ejus quod acceperat. Hoc equidem certè pacto domi vivebam: jam verò hæc universa, quæ vides, Cyrus mihi dedit. Et Sacas *ille*, O te felicem cùm alias ob res, inquit, tum ob id ipsum, quod ex paupere dives factus sis: nam arbitror tibi propterea multò jucundiores esse divitias, quòd cùm pecunias vehementer expeteres, divitias adeptus sis. Et Pheraulas, Itáne verò, inquit, existimas, Saca, eo me nunc jucundiùs vivere, quo plura possideam? Nescis, ait, me et edere, et bibere, et dormire nè tantillo quidem nunc suaviùs, quàm eo tempore, quo pauper eram? Hoc lucri istorum copiâ facio, quod plura mihi

Idem, l. vii, *segm.* 7. ἀποχειροβίωλος inter eas ponit voces, quæ minùs recipiuntur. Ad istum tamen *Pollucis* locum doctus quidam rectè notavit, *Lucianum* voce ἀποχειροβίωλος, uti in *Somnio*: cui adjicienda Nostri, Αὐτοκατάκτου certè, auctoritas. Imò verò ante utrosque illos eâ usus est *Herodotus*, lib. iii, c. 42.——ἐγὼ τόνδε ἑλὼν, οὐκ ἐδικαίωσα φέρειν ἐς ἀγορὴν, καὶ περιὼν ἀποχειροβίωλος.

a Μάλα μικρὸν, &c.] Insigni usus pleonasmo sic locutus est Noster. Haud multum autem à locutione Xenophontêâ discrepat Ciceroniana illa, *minutæ interrogatiunculæ*, quæ occurrit in procem. *Paradox.*

b Πεινήσας χρημάτων] Vide quæ notavimus p. 241 et 414.

φυλάττειν δεῖ, πλείω δὲ ἄλλοις διανέμειν, [a] πλείονα δὲ ἐπιμελέμενον [a] πράγματα ἔχειν. Νῦν γὰρ δὴ ἐμὲ πολλοὶ μὲν οἰκέται σῖτον αἰτοῦσι, πολλοὶ δὲ πιεῖν, πολλοὶ δὲ ἱμάτια· οἱ δὲ ἰατρῶν δέονται· ἥκει δὲ τις [b] ἢ τῶν προβάτων λελυκωμένα φέρων, ἢ τῶν βοῶν καλακεκρημνισμένα, ἢ νόσον φάσκων ἐμπεπτωκέναι τοῖς κτήνεσιν· ὥστε μοι δοκῶ, ἔφη ὁ Φεραύλας, νῦν διὰ τὸ πολλὰ ἔχειν πλείω λυπεῖσθαι ἢ πρόσθεν διὰ τὸ ὀλίγα ἔχειν. Καὶ ὁ Σάκας, Ἀλλὰ ναὶ μὰ Δία, ἔφη, [c] ὅταν σῶα ᾖ, πολλὰ ὁρῶν, πολλαπλάσια ἐμοῦ εὐφραίνῃ. Καὶ ὁ Φεραύλας εἶπεν, Οὔ τοι, ὦ Σάκα, ἥτως ἡδύ ἐσι τὸ ἔχειν χρήματα, ὡς ἀνιαρὸν τὸ ἀποβάλλειν. Γνώσῃ δ' ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω· τῶν μὲν γὰρ πλουτούντων ἡδεῖς ἀναγκάζεται ὑφ' ἡδονῆς ἀγρυπνεῖν, τῶν δὲ ἀποβαλλόντων τὶ ἡδέως ἂν ἴδοις δυνάμενον καθεύδειν ὑπὸ λύπης. Μὰ Δί', ἔφη ὁ Σάκας, ἡδέ γε τῶν λαμβανόντων τὶ νυσάζοντα ἡδέως ἂν ἴδοις ὑφ' ἡδονῆς. Ἀληθῆ,

custodienda sunt, plura inter alios distribuenda, plurium habenda cura cum negotiorum molestiis. Nam multi à me jam famuli cibum petunt, multi potum, multi vestem: egent medicis alii: quidam vel oves à lupis laniatas adfert, vel boves in præcipitium actos, vel morbum pecudes invasisse narrat: adeò ut existimem, ait Pheraulas, plus me jam doloris ex eo percipere, quòd multa possideam, quàm priùs, quòd haberem pauca. Profectò, inquit *ille* Sacas, cùm salva sunt, plura cernens, longè majori, quàm ego, voluptate adficeris. Et Pheraulas, Nequaquam, Saca, ait, tàm jucundum est, opes possidere, quàm molestum, amittere. Verum autem dicere me intelliges: nam illorum, qui opulenti sunt, nemo præ voluptate vigilare cogitur, at eorum, qui aliquid amittunt, neminem videas, qui præ mœrore dormire possit. Nè quidem profectò eorum etiam quenquam, ait Sacas, qui aliquid accipiunt, præ voluptate dormitantem vides. Vera,

a Πλείονα δὲ ἐπιμελέμενον] MS. Bodl. πλειόνων, quod et margines editorum librorum exhibere solent, et agnoscit *Stobæus*. Sed nihil mutandum: quippe nunc hoc nunc illo casu gaudet ἐπιμελοῦμαι. Noster Ἑλλην. δ'. p. 331, *edit. Steph.* Ὁ μὲν οὖν Φυλλίδας τά τε ἄλλα ἐπιμελεῖτο, &c. Idem ἀπομνημ. lib. ii, sub finem: καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ἐπιμελεῖτο. Stephano judice, eleganter diceretur, πλείονα δὲ πλειόνων ἐπιμελέμενον, &c. ut utraque retineretur lectio. Mihi recepta magìs placet.

b Ἢ τῶν προβάτων, &c.] Λελυκωμένα *Hesychius* exponit λυκόσπαστα. Miratur, nec injuriâ, Stephanus nullo ex vet. lib. aliam hujus loci γραφὴν adferri: nam quomodo, inquit ille, καλακεκρημνισμένα tolerari potest? Certè ut ἢ προβάτων λελυκωμένα dixit, subaudiens τινὰ, sic videtur, dicendum fuisse, ἢ τῶν βοῶν καλακεκρημνισμένης, subaudiendo τινός: aut numero singulari καλακεκρημνισμένον, relinquendo subintelligendum τινά. Idem in Thesauro L. G. in verbo κάλακρημνίζω, legit καλακεκρημνισμένων. Mihi verò cùm minùs Stephani placeant suspiciones, aliâ adgrediar viâ. An igitur dicendum, utrobique, et cum λελυκωμένα et cùm καταπεκρημνισμένα, subintelligi debere σώματα? Nam σῶμα (quod tribuitur tàm animatis quàm inanimis) de iis, quæ naturâ sunt animata, dicitur etiam cùm sunt mortua.

c Ὅταν σῶα ᾖ, πολλά, &c.] Horatiano illi haud absimile:

——— *At mihi plaudo*
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arcâ.

ἔφη, λέγεις· εἰ γάρ τοι τὸ ἔχειν [a] ὅτως, ὥσπερ τὸ λαμβάνειν, ἡδὺ ἦν, πολὺ ἂν διέφερον εὐδαιμονίᾳ οἱ πλήσιοι τῶν πενήτων. Καὶ ἀνάγκη δέ τοι ἐσὶν, ἔφη, ὦ Σάκα, τὸν πολλὰ ἔχοντα, πολλὰ καὶ δαπανᾶν καὶ εἰς θεὺς, καὶ εἰς φίλους, καὶ εἰς ξένους· [b] ὅσις ἂν ἰσχυρῶς χρήμασιν ἥδεται, εὖ ἴσθι τοῦτον, καὶ δαπανῶντα, ἰσχυρῶς ἀνιᾶσθαι. Μὰ Δί', ἔφη ὁ Σάκας· ἀλλ' οὐκ [c] ἐγὼ τούτων εἰμὶ, ἀλλὰ καὶ εὐδαιμονίαν τοῦτο νομίζω, τὸ, πολλὰ ἔχοντα, πολλὰ καὶ δαπανᾶν. Τί οὖν, ἔφη, πρὸς τῶν θεῶν, ὁ Φεραύλας; οὐχὶ σύ γε αὐτίκα μάλα εὐδαίμων ἐγένου, καὶ ἐμὲ εὐδαίμονα ἐποίησας; λαβὼν γὰρ, ἔφη, ταῦτα πάντα κέκτησο, καὶ χρῶ ὅπως βούλει αὐτοῖς· ἐμὲ δὲ μηδὲν ἄλλο ἢ ὥσπερ ξένον τρέφε, καὶ ἔτι εὐτελέσερον ἢ ξένον· ἀρκέσει γάρ μοι, ὅ,τι ἂν καὶ σὺ ἔχῃς, [d] τούτων μετέχειν. Παίζεις, ἔφη ὁ Σάκας. Καὶ ὁ Φεραύλας ὀμόσας εἶπεν, ἢ μὴν σπουδῇ λέγειν. Καὶ ἄλλα γέ σοι, ὦ Σάκα, προσδιαπράξομαι παρὰ Κύρου, μήτε θύρας τὰς Κύρου θεραπεύειν,

inquit, narras: nam si tàm jucundum esset aliquid habere, quàm accipere, longè divites pauperibus felicitate præstarent. Enimverò necesse est eum, Saca, qui multa possidet, etiam multa tum in deos, tum in amicos, tum in hospites impendere: quisquis ergo pecuniis vehementer delectatur, eum certò scias, etiam sumptum cùm facit, vehementer angi. At ego non sum profectò, inquit Sacas, ex eorum numero, sed etiam felicitatem *quandam* hanc esse arbitror, ut qui multa possidet, multa etiam expendat. Quid igitur, per deos *immortales*, ait Pheraulas? non tu jam statim admodùm felix factus es, et me beâsti? accepta enim hæc, inquit, universa possideto, et utitor iis ex animi sententiâ; me non aliter atque hospitem pascito, vel etiam viliùs quàm hospitem; quippe mihi sufficiet illorum esse participem, quæcunque tu habeas. Ludis *verò*, inquit Sacas. Et Pheraulas juratus ait se *ista* seriò dicere. Quin et alia tibi, Saca, insuper à Cyro impetrabo, *ut nempe* neque per obsequium frequentare *te* portas Cyri *necesse sit*,

a Οὕτως, ὥσπερ] In editione *Steph.* malè scribitur οὕτως ὥστε, pro quo ὥστε vel ὥσπερ (quod cæteri libri, quos vidi, omnes habent) reponendum monet ipse Stephanus.

b Ὅσις ἂν] Pro ἦν *Stobæus* habet γάρ. Stephanus neutram aptum hîc locum particulam habere putat; eique adeò in loco hoc interpretando visum est adhibere adverbium *atqui*; nimirum sic:— *facere sumptus necesse est: atqui eum qui valdè pecuniis delectatur, valdè etiam*, &c. Mihi tum lectio tum interpretatio vulgò recepta placent.

c Ἐγὼ τούτων εἰμὶ] Simili modo loquitur apostolus 1 *Tim.* i, 20. Ὧν ἐσὶν Ὑμέναιος καὶ, &c. Ità 2 *Tim.* i, 15.

d Τούτων μετέχειν] Stephanus legit τούτῳ, contra librorum, quos vidi, omnium fidem. Ipse nihil mutandum censeo. Simili infra paulò utitur, εἴ τι ἡδὺ δόξειε λαβεῖν, μηδὲν τούτων, &c. Vide etiam p. 463.

μήτε στρατεύεσθαι. Ἀλλὰ σὺ μὲν πλουτῶν οἴκοι [a] μένε· ἐγὼ δὲ ταῦτα ποιήσω καὶ ὑπὲρ σοῦ καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ· ἢν ἐάν τι ἀγαθὸν προσλαμβάνω διὰ τὴν Κύρου θεραπείαν, ἢ καὶ ἀπὸ στρατείας τινὸς, οἴσω πρὸς σὲ, ἵνα ἔτι πλειόνων ἄρχῃς· μόνον, ἔφη, ἐμὲ ἀπόλυσον ταύτης τῆς ἐπιμελείας· ἢν γὰρ ἐγὼ σχολὴν ἄγω ἀπὸ τούτων, ἐμοί τέ σε οἶομαι πολλὰ καὶ Κύρῳ χρήσιμον ἔσεσθαι. Τούτων οὕτω ῥηθέντων, ταῦτα συνέθεντο, καὶ ταῦτα ἐποίουν. Καὶ ὁ μὲν ἡγεῖτο εὐδαίμων γεγενῆσθαι, ὅτι πολλῶν ἦρχε χρημάτων· ὁ δ' αὖ ἐνόμιζε μακαριώτατος εἶναι, ὅτι ἐπίτροπον ἕξει σχολὴν παρέχοντα πράττειν, ὅ,τι ἂν αὐτῷ ἡδὺ εἴη.

Ἦν δὲ τῷ Φεραύλα ὁ τρόπος φιλέταιρός τε, καὶ θεραπεύειν οὐδὲν ἡδὺ αὐτῷ οὕτως ἐδόκει εἶναι οὐδ' ὠφέλιμον, ὡς ἀνθρώπους. Καὶ γὰρ βέλτιστον πάντων τῶν ζώων ἡγεῖτο ἄνθρωπον εἶναι ἢ εὐχαριστότατον, ὅτι ἑώρα τούς τε ἐπαινουμένους ὑπό τινος, ἀντεπαινοῦντας τούτους προθύμως, τοῖς τε χαριζομένοις πειρωμένους ἀντιχαρίζεσθαι· καὶ ὃς γνοῖεν εὐνοϊκῶς ἔχοντας, τούτοις ἀντευνοοῦντας· καὶ ὃς εἰδεῖεν φιλοῦντας αὐτούς, τούτους μισεῖν ἀδυναμένους· καὶ γονέας δὲ

neque militare: sed domi tu mane opulentus; ego hæc et tuâ et meâ causâ faciam: quòd si etiam aliquid boni *vel* Cyro studiosè operam navando prætereà consequar, vel ex militiâ quâdam, *id* ad te perferam, quò plura in potestate habeas; tantùm, ait, hâc tu me curâ liberato: nam si ab his rebus esse mihi otioso liceat, arbitror te et mihi et Cyro magno usui futurum. His dictis, paciscebantur hæc inter se, atque hæc fecerunt. Ac alter quidem *eorum* se jam felicem factum existimabat, quòd multarum opum dominus esset: alter etiam se felicissimum putabat, quod procuratorem esset habiturus, qui otium ei suppeditaret ad agendum quidquid animo suo collibuisset.

Erat autem ea Pheraulis indoles, ut sodalitiis delectaretur; nec arbitrabatur ex ullius rei cultu tantum voluptatis commodive percipi, quantum ex hominis cultu *et observantiâ*. Nam existimabat hominem inter omnes animantes optimum esse ac gratissimum; quia videret, eos qui ab aliquo laudarentur, vicissim hos studiosè laudare, operámque dare, ut gratificantibus vicissim gratificentur: et quos benevolo *erga se* animo cognoscerent, eos vicissim benevolentiâ complecti: quos amare se perspicerent, eos odisse nequaquam posse: parentes denique

[a] Μένε.] Stephanus *μενῶ*· cui ab omnibus iterum, quos vidi, libris reclamatum est. Margines quidem edit. *Leuncl.* et *Eton.* lectionem *Stephanianam* agnoscunt; agnoscunt et versiones quædam. Sed quod verbum contextus exhibet, id mihi (non aliud quodvis in margine latinè reddendum videtur.

πολὺ μᾶλλον ἀνθεραπεύειν πάντων τῶν ζώων ἐθέλοντας ἢ ζῶντας ἢ τελευτήσαντας· τὰ δ' ἄλλα πάντα ζῶα ἢ ἀχαριστότερα καὶ ἀγνωμονέστερα ἀνθρώπων ἐγίγνωσκεν εἶναι. Οὕτω δὴ ὅ,τε Φεραύλας ὑπερήδετο, ὅτι ἐξέσοιτο αὐτῷ, ἀπαλλαγέντι τῆς τῶν ἄλλων κτημάτων ἐπιμελείας, [a] ἀμφὶ τὰς φίλας ἔχειν· ὅ,τε Σάκας, ὅτι ἔμελλε πολλὰ ἔχων πολλοῖς χρήσεσθαι. Ἐφίλει δὲ ὁ μὲν Σάκας τὸν Φεραύλαν, ὅτι προσέφερέ τι ἀεί· ὁ δὲ, τὸν Σάκαν, ὅτι παραλαμβάνειν πάντα ἤθελε, καὶ ἀεὶ πλειόνων ἐπιμελούμενος, ἧδὲν μᾶλλον αὐτῷ ἀσχολίαν παρεῖχε. Καὶ ἕτοι μὲν δὴ ἕτω διῆγον.

Θύσας δὲ καὶ ὁ Κῦρος, [b] καὶ νικητήρια ἑσιῶν, ἐκάλεσε τῶν φίλων οἳ μάλις' αὐτὸν αὔξειν τε βουλόμενοι φανεροὶ ἦσαν καὶ τιμῶντες εὐνοϊκώταλα. Συνεκάλεσε δὲ αὐτοῖς καὶ Ἀρτάβαζον τὸν Μῆδον, καὶ Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον, καὶ τὸν Ὑρκάνιον ἵππαρχον, καὶ Γωβρύαν. Γαδάτας δὲ τῶν σκηπτούχων ἦρχεν αὐτῷ, ἢ ὅπη ἐκεῖνος διεκόσμησεν, ἡ πᾶσα ἔνδον δίαιτα κἀθεισήκει· καὶ ὁπότε μὲν συνδειπνοῖέν τινες, ἧδ' ἐκάθιζε Γαδάτας, ἀλλ' ἐπεμελεῖτο· [c] ὁπότε δὲ αὐτοὶ εἶεν, καὶ

multò magìs obsequiis et cultu demereri velle, quàm cætera animalia, sive illi vivorum essent in numero, seu mortem obiissent: cæteras verò animantes universas et magìs ingratas et minùs beneficii memores esse, quàm homines, sentiebat. Sic igitur et Pheraulas mirificè gaudebat, quòd ipsi, aliarum rerum suarum curâ liberato, amicis operam dandi futura esset facultas; *itidem*que Sacas, quòd multa possidens, multis fruiturus esset. At Sacas quidem *hic* Pheraulam diligebat, quòd semper aliquid adferret: Pheraulas Sacam, quòd accipere omnia vellet; ac tametsi plura semper ei curanda venirent, non tamen *propterea* plus sibi negotii exhiberet. Et hi quidem hoc pacto degebant:

At Cyrus etiam cùm, factâ re sacrâ, victoriam epulo celebraret, illos amicos invitavit, quos apertè constaret et auctum eum maximè velle et animis ei summè benevolis honorem habere. Cum his invitavit et Medum illum Artabazum, et Tigranem Armenium, et equitum præfectum Hyrcanium, et Gobryam. Gadatas autem sceptrigeris ejus præerat, totáque victûs ratio domestica sic erat instituta, quemadmodùm ille ordinaverat: et quoties cœnabant *apud Cyrum* aliqui, nè sedebat quidem Gadatas, sed *convivii* curam gerebat: at quoties soli essent, et ipse

a Ἀμφὶ τὰς φίλας] Ità MS. Bodl. et ex iis quædam exemplaribus, quibus Stephanus et Gabrielius usi sunt. Vulgò, ἀμφὶ τὰς ἄλλας φίλας. At *aliorum* certè amicorum haud commodè fieret hìc mentio; cùm non de *amicis* jam anteà, sed de *facultatibus*, sermo erat. Itaque vocem ἄλλας delendam rectè monuerunt Stephanus et Muretus.

b Καὶ νικητήρια ἑσιῶν] Deest in edit. *Ald.* καὶ ante νικητήρια, quod cæteræ cum MSto Bodl. rectè præstant. Simili modo loquitur *Plutarchus* in *Phocio*. Νικήσαντος δὲ, (*Phocum* vult *Phocionis* f. in *Panathen.* victorem) καὶ πολλῶν αἰτησάντων ἑστιᾶσαι τὰ νικητήρια, &c, *epulum victoriale præbere*.

c Ὁπότε δὲ αὐτοὶ, &c.] Sic optimè

συνεδείπνει· ἥδετο γὰρ αὐτῷ ξυνών· ἀντὶ δὲ τȣ́των πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἐτιμᾶτο ὑπὸ τȣ̃ Κύρȣ· διὰ δὲ Κῦρον, καὶ ὑπ' ἄλλων. Ὡς δ' ἦλθον οἱ κληθέντες ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ȣ̓χ ὅπȣ ἔτυχεν ἕκαστον ἐκάθιζεν, ἀλλ' ὃν μὲν μάλιστα ἐτίμα, παρὰ τὴν ἀριστερὰν χεῖρα, ὡς εὐεπιβȣλευτοτέρας ταύτης ȣ̓σης ἢ τῆς δεξιᾶς· τὸν δὲ δεύτερον παρὰ τὴν δεξιὰν, τὸν δὲ τρίτον πάλιν παρὰ τὴν ἀριστερὰν, τὸν δὲ τέταρτον παρὰ τὴν δεξιάν· ϗ ἢν πλέονες ὦσιν, ὡσαῦτως. Σαφηνίζεσθαι δὲ ὡς ἕκαστον ἐτίμα, τȣ̃το ἐδόκει αὐτῷ ἀγαθὸν εἶναι· ὅτι ὅπȣ μὲν οἴονται οἱ ἄνθρωποι τὸν κρατιστεύοντα [a] μήτε κηρυχθήσεσθαι, μήτε ἆθλα λήψεσθαι, δῆλοί εἰσιν ἐνταῦθα ȣ̓ φιλονείκως πρὸς ἀλλήλȣς ἔχοντες· ὅπȣ δὲ μάλιστα πλεονεκτῶν ὁ κράτιστος φαίνεται, ἐνταῦθα [b] προθυμότατα φανεροί εἰσιν ἀγωνιζόμενοι πάντες. Καὶ ὁ Κῦρος δὲ ȣ̓́τως ἐσαφήνιζε μὲν τȣ̀ς κρατιστεύοντας παρ' ἑαυτῷ,

unà *cum Cyro* cœnabat: delectabatur enim *Cyrus* consuetudine Gadatæ: propter hæc autem à Cyro multis et magnis honoribus adficiebatur, ac propter Cyrum, etiam ab aliis. Ad cœnam invitati cùm venissent, non fortuitò unumquemque collocabat, sed quem honore maximo dignabatur, ad lævam, quòd hæc insidiis obnoxia magìs sit quàm dextra; secundum *ab hoc* ad dextram, tertium rursùs ad lævam, quartum ad dextram: ac si plures etiam essent, eâdem ratione *eos collocabat*. Arbitrabatur autem utile esse, quo honore singulos ornaret, planum fieri: *quippe* quia ubi existimant homines, eum qui præstet *aliis* neque præconia neque præmia accepturum, liquidò patet, inter eos æmulationem ibi nullam existere: ubi verò præstantissimi cujusque conditio cernitur esse optima, ibi summâ cum alacritate universi certamina se suscipere declarant. Et Cyrus quidem hoc modo quinam apud se maximâ essent auctoritate planum faciebat,

MS. Bodl. cujus margini σχόλιον hoc adscriptum est, μόνοι δίχα ἑτέρων. Rectè: nam αὐτὸς sæpè valet *solus*. Eustathius ad Il. ϱ', v. 254, αὐτὸς ἴτω exponit μόνος ἐλθέτω. Aristoph. Ἀχαρν. v. 503. Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, *Soli sumus*. Ferè ut *Plautus* Casi. Act. ii, Sc. ii, v. 25. *Nos sumus*, pro *nos sumus solæ*. Sed scriptores etiam prosaïci nobis exempla suppeditant *Æl.* H. V. l. vii, c. 13, de *Agesilão*, τὸν τρίβωνα περιβαλλόμενος αὐτὸν, *solo amictus pallio attrito*. Dionys. Hal. *Antiq. Rom.* l. iii, c. 23, αὐτὰ δὲ τὰ ἀναγκαιότατα ἐρῶ, pro μόνα τὰ ἀναγκαιότατα. Hâc de emendatione mihi adsentiuntur *Muretus*, *Camerarius*, et *Gabrielius*, quorum libri MSS. Bodleiano nostro accedunt. Eandem et *Stephanus* scripturam probat; sed nonnihil veretur, ut idoneo aliquo exemplo confirmari possit usus iste αὐτὸς pro μόνος: ideóque suspicatur μόνοι αὐτοὶ scriptum fuisse. Sed peritissimum linguæ Græcæ virum frustrà fuisse docent, opinor, exempla modò adlata. Priùs autem legebatur, ὁπότε δὲ μὴ αὐτοὶ εἶεν.

a Μήτε κηρυχθήσεσθαι, μήτε, &c.] Vide quæ notavimus, pag. 99. Virtus quippe *laudata* crescit: atque, ut præclarè cecinit *Pindarus*,

Αὔξονται δ' ἀρεταὶ χλω-
ραῖς ἐέρσαις, ὡς ὅτε δένδρον ἀΐσ-
σει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δικαίοις
Τε, πρὸς ὕγρον εἰθέρα.———

Nem. η', v. 68, et seq.

b Προθυμότατα] MS. Bodl. φρονιμώτατοι. Edit. *Ald.* φρονιμώτατα. Ego verò cum Stephano, Leunclavio, aliisque pro receptâ lectione sentio. Nam qui certant προθυμότατα, illi μάλιστα φιλονείκως πρὸς ἀλλήλȣς ἔχȣσι.

εὐθὺς ἀρξάμενος ἐξ ἕδρας καὶ παρασάσεως. Οὐ μέντοι ἀθάνατον τὴν ταχθεῖσαν ἕδραν κατεσήσατο, ἀλλὰ νόμιμον ἐποιήσατο, ἢν ἀγαθοῖς ἔργοις προβῆναι εἰς τὴν τιμιωτέραν ἕδραν, καὶ, εἴ τις ῥᾳδιουργοίη, ἀναχωρῆσαι, εἰς τὴν ἀτιμοτέραν. Τὸν δὲ προϊόντα ἐν ἕδρᾳ ᾐσχύνετο μὴ πλεῖσα ἢ ἀγαθὰ ἔχοντα παρ' αὑτῷ φαίνεσθαι. Καὶ ταῦτα δὲ [a] ἐπὶ Κύρου γενόμενα, ἔτως ἔτι καὶ νῦν διαμένοντα αἰσθανόμεθα.

Ἐπεὶ δὲ ἐδείπνουν, ἐδόκει τῷ Γωβρύᾳ τὸ μὲν πολλὰ ἕκαστα εἶναι, οὐδὲν θαυμαστὸν παρ' ἀνδρὶ πολλῶν ἄρχοντι· τὸ δὲ τὸν Κῦρον, ἔτω μεγάλα πράττοντα, εἴ τι ἡδὺ δόξειε λαβεῖν, [b] μηδὲν τούτων μόνον καταδαπανᾶν, ἀλλὰ ἔργον [c] ἔχειν δεόμενον τούτου κοινωνεῖν τοὺς παρόντας. Πολλάκις δὲ ἢ τῶν ἀπόντων φίλων ἐστὶν οἷς ἑώρα πέμποντα ταῦτα αὐτὸν, οἷς ἡσθεὶς τύχοι· ὥστε ἐπεὶ ἐδεδειπνήκεσαν, καὶ

exorsus statim à sessionis et adsistendi loco. Neque tamen esse *cuique* perpetuum locum volebat eum, quo sedere jussus fuisset; sed lege cavit, ut præclaris facinoribus progressio fieret ad locum honoratiorem; ac, si quis ignavè nequitérque se gereret, ad minùs honorificum retrocederet. Putabat autem sibi pudendum *Cyrus*, eum *hominem* qui locum in consessu principem obtineret, non etiam conspici plurimis ab se bonis ornatum. Atque hæc ut Cyri tempore fuerunt *constituta*, ità nunc quoque servari animadvertimus.

Cùm cœnarent, minimè visum est Gobryæ mirum, magnâ copiâ res singulas esse apud hominem multis imperantem: sed id *potiùs*, quòd Cyrus in tantâ rerum magnitudine, si quid suave visus esset consecutus, id non solus absumeret; sed etiam negotium sibi exhiberet rogando, ut *amici* præsentes ejus essent participes. Quinetiam sæpenumerò videbat eum nonnullis amicis absentibus ea mittere, quibus fortè delectatus esset: quo fiebat, ut posteaquam cœnati essent, et

a Ἐπὶ Κύρου] Ità *Luc.* iv, 27. Ἐπὶ Ἐλισσαίου, *ætate Elisæi*, quo tempore is prophetæ munere functus est. Conf. *Act.* xi, 28.

b Μηδὲν τούτων] Sic ex MSto Bodl. edit. *Eton.* aliisque restituimus. *Aldus*, *Stephanus* et *Leunclavius* perperam legunt μηδὲν τοῦτον. *Stephanum* quidem haud diù illusit error; reponendúmque adeò τούτων is tandem adnotavit. De ratione structuræ, quâ τούτων ad εἴ τι relatum est vide supra p. 396, not. 2.

c Ἔχειν δεόμενον τούτου, &c.] MS. Bodl. τὸν δεόμενον τοῦ κοινωνεῖν. Edit. *Ald.* inverso articulorum ordine ἔργον ἔχειν τοῦ δέομενον τὸν κοινωνεῖν. Quòd si ponamus artic. τὸν ante δέομενον (legendo itidem τούτου κοινωνεῖν: non τοῦ κοιν.) intelligendum erit non ipsum Cyrum operam hanc sumere; sed alium, quem ad eos suo nomine rogandos mitteret. Sed malim vulgatam verborum scripturam retinere, eáque ad Cyrum ipsum enixè et instanter eos rogare solitum referre. *Gabrielius* longè diversam scripturam adfert, nimirum hanc —ἔργον ἔχειν τῶν ἐδομένων τοῦ κοινωνεῖν, &c. quam meritò rejicit Stephanus, tum quòd retinendo etiam τῶν ἐδομένων, dicendum fuisse videatur, ἔργον ἔχειν δεόμενον τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐδομένων κοινωνεῖν, &c. tum quòd ἔδομαι activam habere significationem soleat.

τὰ πάντα πολλὰ ὄντα διαπεπόμφει ὁ Κῦρος ἀπὸ τῆς τραπέζης, εἶπεν ἄρα ὁ Γωβρύας, Ἀλλ' ἐγώ, ὦ Κῦρε, πρόσθεν μὲν ἡγούμην τούτῳ σε πλεῖσον διαφέρειν ἀνθρώπων, τῷ στρατηγικώτατον εἶναι· νῦν δὲ θεὸς ὄμνυμι, ἢ μὴν ἐμοὶ δοκεῖν πλέον σε διαφέρειν [a] φιλανθρωπίᾳ ἢ στρατηγίᾳ. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος· καὶ μὲν δὴ καὶ ἐπιδεικνῦναι τὰ ἔργα πολὺ ἥδιον φιλανθρωπίας ἢ στρατηγίας. Πῶς δή; ἔφη ὁ Γωβρύας. Ὅτι, ἔφη, τὰ μὲν, κακῶς ποιοῦντα ἀνθρώπους, δεῖ ἐπιδείκνυσθαι, τὰ δὲ, εὖ.

Ἐκ τούτου δή, ἐπεὶ ὑπέπινον, ἤρετο ὁ Ὑστάσπας τὸν Κῦρον, Ἆρ' ἄν, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἀχθεσθείης μοι εἴ σε ἐροίμην ὃ βούλομαί σε πυθέσθαι; Ἀλλὰ ναὶ μὰ τοὺς θεούς, ἔφη, τοὐναντίον τούτου, ἀχθοίμην ἄν σοι, εἰ αἰσθοίμην σιωπῶντα ἃ ἂν βούλοιο ἐρέσθαι. Λέγε δή μοι, ἔφη, ἤδη πώποτε καλέσαντός σε οὐκ ἦλθον; [b] Εὐφήμει, ἔφη ὁ Κῦρος. Ἀλλ' [c] ὑπακούων σχολῇ ὑπήκουσα; Οὐδὲ τοῦτο.

omnia, permulta quidem illa, Cyrus ex mensâ huc illuc misisset, Gobryas diceret, Existimabam antehac equidem, Cyre, plurimùm eo præstare te *cæteris* hominibus, quod imperatoriæ artis peritissimus esses: at nunc deos juratus testor, videri mihi plus te humanitate quàm imperatoriâ laude excellere. *Sic est* profectò, ait Cyrus; et quidem humanitatis, quàm artis imperatoriæ, opera demonstrare multò est gratius. Quinam *istuc?* ait Gobryas. Quòd, inquit, hæc hominibus malefaciendo demonstrare necesse est, illa benefaciendo.

Deindè, cùm largiùs biberent, Cyrum Hystaspas interrogans, Num mihi succensurus sis, ait, Cyre, si te interrogem, quod rescire cupio? Imò verò per deos *immortales*, ait, contra succenserem tibi, si te reticere animadverterem, de quibus interrogare velles. Dic mihi igitur, inquit, an unquam arcessitus abs te, non accessi? Bona verba, subjecit Cyrus. Num verò lentè tibi parui? Nè id quidem.

a *Φιλανθρωπίᾳ*] Vox *φιλανθρωπία* passim à Leunclavio redditur *clementia*. At quâ de causâ *humanitas* ei minùs esset probata, nequeo hariolari: nisi forsan eum *A. Gellii* fefellerat auctoritas; qui l. xiii, c. 16, *humanitatem* non id esse tradit, quodvolgus existimat, quódque à Græcis *φιλανθρωπία* dicitur, &c. Sed errare *Gellium* abundè docet ipse (ad quem inauspicatò provocat) *Cicero:* apud quem usurpari solet vox *humanitas* non solùm pro *eruditione, institutionéque in bonas artes*, sed etiam pro *facilitate, lenitate, mansuetudine, comitate, benignitate*, &c. Vide *Gellii* ipsius locum memoratum, et quæ ibi notavit Cl. *Gronovius*.

b Εὐφήμει] Q. d. (interprete Stephano) *Absit, ut te minùs morigerum fuisse dicas.* Idem illud verbum *Cic. Sen.* 14, locum quendam *Platonis Reip.* l. i, haud longè ab initio interpretatus, vertit *Dii meliora:* nisi quis cum *Langio* aliisque malit *Dic meliora.* Elegantiorem certè vulgatam esse lectionem arbitror.

c Ὑπακούων σχολῇ ὑπήκουσα] Similis ejusdem verbi geminatio reperitur apud *Act.* vii, 34. Ἰδὼν εἶδον τὴν, &c. et *Heb.* vi, 14. Ἢ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθυνῶ σε. Vide p. 298, not. 4.

Προσαχθὲν δέ τι ἤδη σοι ἀκ ἔπραξα; Οὐκ αἰτιῶμαι, ἔφη. Ὁ δὲ πράττοιμι, ἔσιν ὅ,τι πώποτε οὐ προθύμως, ἢ οὐχ ἡδομένως πράττοντά με κατέγνως; Τοῦτο δὴ πάντων ἥκιστα, ἔφη ὁ Κῦρος. Τίνος μὴν ἕνεκα, ἔφη, πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Κῦρε, Χρυσάντας σε ἔτρεψεν, ὥστε εἰς τὴν τιμιωτέραν ἐμοῦ ἕδραν ἱδρυθῆναι; Ἢ λέγω; ἔφη ὁ Κῦρος. Πάντως, ἔφη ὁ Ὑστάσπας. Καὶ σὺ αὖ ἀκ ἀχθεσθήσῃ μοι ἀκούων τἀληθῆ; Ἡσθήσομαι μὲν οὖν, ἔφη, ἢν εἰδῶ ὅτι ἀκ ἀδικοῦμαι. Χρυσάντας τοίνυν, ἔφη, ἅτοσι πρῶτον μὲν ἀ κλῆσιν ἀνέμενεν, ἀλλὰ πρὶν καλεῖσθαι παρῆν τῶν ἡμετέρων ἕνεκα· ἔπειτα δὲ, ἀ τὸ κελευόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅ,τι αὐτὸς γνοίη ἄμεινον εἶναι πεπραγμένον ἡμῖν, τοῦτο ἔπραττεν. Ὁπότε δ' εἰπεῖν τι δέοι εἰς τὰς συμμάχους, ἃ μὲν ἐμὲ ᾤετο πρέπειν λέγειν, ἐμοὶ συνεβούλευεν· ἃ δὲ ἐμὲ αἴσθοιτο βουλόμενον μὲν εἰδέναι τὰς συμμάχους, αὐτὸν δέ με αἰσχυνόμενον περὶ ἐμαυτοῦ λέγειν, ταῦτα ἅτως λέγων ὡς ἐαυτῷ γνώμην ἀπεφαίνετο· ὥσ' ἔν γε τούτοις τί κωλύει αὐτὸν καὶ ἐμοῦ ἐμοὶ κρείττονα εἶναι; Καὶ ἑαυτῷ μὲν ἀεί φησι πάντα τὰ παρόντα ἀρκεῖν, ἐμοὶ δὲ ἀεὶ φανερός ἐσι σκοπῶν τι ἂν προσγενόμενον ὀνήσειεν· ἐπί τε τοῖς ἐμοῖς καλοῖς μᾶλλον ἐμοῦ ἀγάλλεσθαι καὶ ἥδεσθαι. Πρὸς ταῦτα ὁ Ὑστάσπας εἶπε, Νὴ τὴν

Num aliquid *mihi* abs te imperatum, non effectum dedi? Nihil habeo quod querar, ait. Quidquid autem facerem, eorum *omnium* an aliquid est, quod unquam non alacriter, neque cum voluptate facere me animadverteris? Id verò minimè omnium, ait Cyrus. Quid igitur est, per deos *immortales*, quo Chrysantas te movit, ut sede honoratiori, quàm ego, collocaretur? Dicámne? inquit Cyrus. Omnino, subjecit Hystaspas. Et tu mihi rursùm non succensebis, ubi quod verum est audies? Imò verò voluptatem capiam, inquit, si me nullâ injuriâ adfici sciam. Hic ergo Chrysantas primùm, ait, non expectabat donec arcesseretur, sed rerum nostrarum causâ priùs etiam, quàm arcesseretur, aderat: deindè, non id solum *faciebat*, quod imperaretur; sed quidquid animadverteret ipse, quod effectum nobis conduceret, agebat. Quoties autem ad socios aliquid dicendum erat, quæ ejus judicio me dicere decebat, de iis consilium mihi dabat suum; quæ verò præsentisceret me quidem scire socios cupere, sed pudore præpediri, quo minùs ipse de me dicerem, ea sic proferebat, quasi suam ipsius sententiam exponeret: atque adeò quid vetat, quo minùs in his mihi meipso potior fuerit? Prætereà sibi semper ea, quæ adsunt, sufficere ait; mihi verò prospicere semper eum palam est, ecquid accedere possit amplius, quod utilitatem adferat: denique de meis commodis plus lætitiæ ac voluptatis ille capit, quàm egomet *capiam*. Ac hæc Hystaspas, Lætor, ità

Ἤραν, ὦ Κῦρε, ἥδομαί γε ταῦτά σε ἐρωτήσας. Τί μάλιστα; ἔφη ὁ Κῦρος. Ὅτι κἀγὼ πειράσομαι ταῦτα ποιεῖν· ἓν μόνον, ἔφη, ἀγνοῶ, ὅπως ἂν εἴην δῆλος χαίρων ἐπὶ τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς· πότερον κρoτεῖν δεῖ τῷ χεῖρε, ἢν γελᾷν, ἢ τί ποιεῖν. Καὶ ὁ Ἀρταβαζος εἶπεν. Ὀρχεῖσθαι δεῖ τὸ Περσικόν. Ἐπὶ τούτοις μὲν δὴ γέλως ἐγένετο.

Προϊόντος δὲ τοῦ συμποσίου, ὁ Κῦρος τὸν Γωβρύαν ἐπήρετο, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Γωβρύα, νῦν ἂν δοκοίης ἥδιον τῶνδέ τῳ τὴν θυγατέρα δοῦναι, ἢ ὅτε τὸ πρῶτον ἡμῖν συνεγένου; Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Γωβρύας, κἀγὼ τἀληθῆ λέγω; Νὴ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος, ὡς ψεύδους γε ἀδεμία ἐρώτησις δεῖται. Εὖ τοίνυν, ἔφη, ἴσθι ὅτι νῦν ἂν πολὺ ἥδιον. Ἦ καὶ ἔχοις ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, εἰπεῖν διότι; Ἔγωγε. Λέγε δή. Ὅτι τότε μὲν ἑώρων τοὺς πόνους καὶ τοὺς κινδύνους εὐθύμως αὐτοὺς φέροντας, νῦν δὲ ὁρῶ αὐτοὺς [a] τὰ ἀγαθὰ σωφρόνως φέροντας. Δοκεῖ δέ μοι, ὦ Κῦρε, χωλεπώτερον εἶναι εὑρεῖν ἄνδρα τἀγαθὰ

me Juno amet, inquit, me de his te interrogâsse. Cur *id* potissimùm? ait Cyrus. Quippe quia et ipse hæc facere enitar: unum modò, inquit, ignoro, quo *scilicet* pacto efficere possim, ut manifestum sit me tuis commodis gaudere; utrùm manibus mihi plaudendum, an ridendum, vel quid agendum sit. Et Artabazus, Saltandum tibi est, ait, more Persico. Et hæc quidem *verba* risus consequutus est.

Cùm autem compotatio produceretur, Gobryam Cyrus interrogans, Dic mihi, Gobrya, inquit, modóne tibi videare libentiùs horum alicui filiam daturus, quàm id temporis quo primùm nobis consuetudine congressus es? Num et ego, subjecit Gobryas, verum dicam? *Ità* profectò, ait Cyrus; quippe nulla interrogatio mendacium desiderat. Itaque certò scias, inquit, multò me jam libentiùs *id facturum*. Possísne mihi dicere, ait Cyrus, quamobrem? Ego verò *possim*. Dic igitur. Quia cernebam eos id temporis tum labores, tum pericula, præsentibus et æquis animis tolerare; nunc etiam res secundas moderatè ferre video. Arbitror autem, Cyre, difficilius esse reperire hominem qui res secundas,

a Τὰ ἀγαθὰ σωφρόνως, &c.] Gravis admodùm sententia: quámque quotidiana veram esse docet experientia. Itaque non sine causâ *Horatius*:

——*benè ferre magnam*
Disce fortunam.

Carm. lib. iii, Ode 27. Et lib. ii, Ode 3.

Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem; non secùs ac bonis
Ab insolenti temperatam
Lætitiâ,——

Multis utique fortunæ filiis contingere videmus id, quod Tantalo contigisse tradit *Pindarus*; apud quem hæc canuntur:

——Εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπια σκοποὶ ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος ἔτος. Ἀλλὰ γὰρ κατασπέφαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη· κόρῳ δ' ἔλεν Ἄταν ὑπέροπλον, Τὰν οἱ, &c.

Olymp. i, v. 85, & seq.

καλῶς φέρονΐα ἢ τὰ κακά· τὰ μὲν γὰρ ὕβριν τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ σωφροσύνην τοῖς πᾶσιν ἐμποιεῖ. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, Ἤκουσας, ὦ Ὑσάσπα, Γωβρύα [a] τὸ ῥῆμα; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη· καὶ ἐὰν πολλὰ τοιαῦτά γε λέγῃ, πολὺ μᾶλλόν με τῆς θυγατρὸς μνησῆρα λήψεται, ἢ ἐὰν ἐκπώματα πολλά μοι ἐπιδεικνύῃ. Ἦ μήν, ἔφη ὁ Γωβρύας, πολλὰ γέ μοι ἐστὶ τοιαῦτα συγγεγραμμένα, ὧν ἐγώ σοι ἀ φθονήσω, ἢν τὴν θυγατέρα μα [b] γυναῖκα λαμβάνῃς· τὰ δὲ ἐκπώματα, ἔφη, ἐπειδὴ ἀκ ἀνέχεσθαί μοι φαίνῃ, ἀκ οἶδ' εἰ Χρυσάντᾳ τάτῳ [c] δώσω, ἐπεὶ καὶ τὴν ἕδραν σα ὑφήρπασε. Καὶ μὲν δὴ, ἔφη ὁ Κῦρος, ὦ Ὑσάσπα, καὶ οἱ ἄλλοι δὲ οἱ παρόντες, ἢν ἐμοὶ λέγητε, ὅταν τὶς ὑμῶν γαμεῖν ἐπιχειρήσῃ, γνώσεσθε ὁποῖός τις κἀγὼ συνεργὸς ὑμῖν ἔσομαι. Καὶ ὁ Γωβρύας εἶπεν, Ἢν δέ τις ἐκδῶναι βάληται θυγατέρα, πρὸς τίνα δεῖ λέγειν; Πρὸς ἐμὲ, ἔφη ὁ Κῦρος, καὶ τᾶτο· πάνυ γὰρ, ἔφη, δεινός εἰμι ταύτην τὴν τέχνην. Ποίαν; ἔφη ὁ Χρυσάντας. Τὸ γνῶναι ὁποῖος ἂν γάμος ἑκάστῳ συναρμόσειε. Καὶ ὁ Χρυσάντας ἔφη, Λέγε δὴ πρὸς

quàm qui adversas, rectè feras: nam illæ in plerisque insolentiam, hæ modestiam in omnibus, excitant. Et Cyrus, Audivistíne, inquit, hoc Gobryæ verbum, Hystaspa? *Audivi* profectò, ait: ac si *quidem* ejusmodi plura dixerit, multò me magìs filiæ procum habiturus est, quàm si multa mihi pocula ostentet. Profectò, inquit Gobryas, multa mihi sunt hujusmodi literis consignata, quæ tibi ego non invidebo, si filiam meam uxorem duxeris: pocula verò, ait, quia mihi non videris admittere, haud scio an Chrysantæ huic dem, quando is sedem etiam tibi surripuit. Enimverò, ait Cyrus, Hystaspa, et cæteri qui adestis, si mihi *rem* indicaveritis, quando quis vestrûm uxorem ducere conabitur, qualis et ipse vobis *in eâ* futurus sum adjutor, cognoscetis. Et Gobryas, Cui verò indicandum erit, inquit, si quis filiam nuptum dare velit? Etiam illud mihi *significate*, ait Cyrus: nam hanc artem mirificè calleo. Quam? ait Chrysantas. Cognoscendi, *inquit*, quod conjugium cuique congruat. Et Chrysantas, Dic ergo, per

a Τὸ ῥῆμα:] H. e. τὸν λόγον: nam plura Gobryas dixerat. Eodem modo vox adhibetur illa *Luc.* ii, 50. Καὶ αὐτοὶ οὐ συνῆκαν τὸ ῥῆμα, ὃ, &c. Conf. *Luc.* xx. 20, ubi λόγος exstat, pro quo paulò post v. 26, ῥῆμα legitur. Similiter sanè *verbum* apud auctores Latinos pro integro sæpè sermone, sive oratione ponitur. *Terent.* And. 1. 5. 6. M. *Miseram me, quod verbum audio?* ubi *verbum* Donatus ἀξίωμα interpretatur. Sed exempla passim obvia sunt.

b Γυναῖκα λαμβάνῃς] Eâdem locutione utitur *Luc.* xx, 29, 30.

c Δώσω] Ità liber *Budensis*, Leunclavio auctore. *Gabrielius* adfert δῷ, quod Stephano placet. Horum certè utrumvis rectè vulgato illi δῶς anteferas. Nam primam locus personam postulat: cùm non in potestate Hystaspæ pocula essent ista, sed Gobryæ; cujus hæc ipsa verba sunt.

τῶν θεῶν, ποίαν τινά μοι γυναῖκα οἴει συναρμόσειν κάλλιστα. Πρῶτον μέν, ἔφη, μικράν· μικρὸς γὰρ καὶ αὐτὸς εἶ· ἢν δὲ μεγάλην γαμήσειας, ἢν ποτε βάλῃ αὐτὴν ὀρθὴν φιλῆσαι, προσάλλεσθαί σε δεήσει ὡς τὰ κυνάρια. Τοῦτο μὲν δή, ἔφη, ὀρθῶς προνοεῖς· καὶ γὰρ ὀδ' ὀπωσιοῦν ἀλτικός εἰμι. Ἔπειτα δ', ἔφη, σιμὴ ἄν σοι ἰσχυρῶς συμφέροι. Πρὸς τί δὴ αὖ τοῦτο; Ὅτι, ἔφη, σὺ γρυπὸς εἶ· πρὸς ἓν τὴν σιμότητα σάφ' ἴσθι ὅτι ἡ γρυπότης ἄρισα προσαρμόσειε. Λέγεις σὺ, ἔφη, ὡς καὶ τῷ εὖ δεδειπνηκότι, ὥσπερ καὶ ἐγὼ νῦν, ἄδειπνος ἂν συναρμόζοι; Ναὶ μὰ Δί', ἔφη ὁ Κῦρος· τῶν μὲν γὰρ μεσῶν γρυπὴ ἡ γαστὴρ γίγνεται, τῶν δὲ ἀδείπνων, σιμή. Καὶ ὁ Χρυσάντας ἔφη, Ψυχρῷ δ' ἄν, πρὸς τῶν θεῶν, βασιλεῖ ἔχοις ἂν εἰπεῖν ποία τις συνοίσει; Ἐνταῦθα μὲν δὴ ὅ,τι Κῦρος ἐξεγέλασε, καὶ οἱ ἄλλοι ὁμοίως· Γελώντων δὲ ἅμα εἶπεν ὁ Ὑστάσπας, Πολύ γε, ἔφη, μάλιστα τότε σε, ὦ Κῦρε, ζηλῶ ἐν τῇ βασιλείᾳ. Τίνος; ἔφη ὁ Κῦρος. Ὅτι δύνασαι καὶ ψυχρὸς ὢν γέλωτα παρέχειν. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπεν, [a] Ἔπειτα ἐκ ἂν πρίαιό γε παμπόλλου ὥστε σοι ταῦτα εἰρῆσθαι, καὶ ἀπαγγελθῆναι παρ' ᾗ εὐδοκιμεῖν βούλει, ὅτι ἀστεῖος εἶ; Καὶ ταῦτα μὲν δὴ ὕτω διεσκώπτετο.

deos *immortales*, ait, cujusmodi uxorem mihi pulcherrimè congruentem fore arbitreris. Primùm, inquit, parvam: nam et tu parvus es: quòd si grandem ducas, adsilire te necesse fuerit, catellorum more, se fortè rectam osculari velis. Id verò, inquit, rectè abs te providetur: nam nè tantillùm quidem ad saltandum habilis sum. Deindè, ait, sima admodùm tibi adcommoda esset. Cur illud? Quia tu, inquit, nasum aduncum habes; optimè igitur, certò scias, simæ nasi formæ congruerit adunca. Túne ais, inquit, benè cœnato, quemadmodùm jam ego *sum*, incœnatam fore congruentem? *Ità* profectò, ait Cyrus; nam eorum, qui pleni sunt, venter aduncus est; incœnatorum, simus. Et Chrysantas, Possísne, obsecro te, inquit, dicere, cujusmodi uxor regi frigido commoda foret. Hìc risum et Cyrus edidit, et alii itidem. Quibus simul ridentibus, Hystaspas dixit, Equidem te, Cyre, multò maximè felicem ob hoc in *isto* regno *tuo* dico. Quid illud est? ait Cyrus. Quod cùm frigidus sis, risum movere possit. Et Cyrus, Tu verò non magno redimeres, inquit, ut hæc abs te dicta essent, atque illi renuntiaretur, apud quam existimari te velis, quod sis urbanus? Et hæc ità quidem ultro citróque jactabantur scommata.

[a] Ἔπειτα] Hanc lectionem *Camerarii* et *Gabrielii* exhibent exemplaria, necnon MS. Bodl. in margine: eámque adeò adsentientibus Stephano et Leunclavio, libens amplexus sum. Vulgò, ἐπεὶ ἔκ, &c.

Μετὰ δὲ ταῦτα Τιγράνῃ μὲν ἐξήνεγκε γυναικεῖον κόσμον, καὶ ἐκέλευσε τῇ γυναικὶ δῦναι, ὅτι ἀνδρείως συνεστρατεύετο τῷ ἀνδρί. Ἀρταβάζῳ δὲ χρυσῆν ἔκπωμα· τῷ δὲ Ὑρκανίῳ ἵππον καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ καλὰ ἐδωρήσατο. Σοὶ δὲ, ἔφη, ὦ Γωβρύα, δώσω ἄνδρα τῇ θυγατρί. Οὐκοῦν ἐμὲ, ἔφη ὁ Ὑστάσπας, δώσεις, ἵνα καὶ τὰ συγγράμματα λάβω. Ἦ καὶ ἔστι σοι, ἔφη ὁ Κῦρος, οὐσία ἀξία τῶν τῆς παιδός; Νὴ Δί', ἔφη, πολλαπλασίων μὲν ἂν χρημάτων. Καὶ πᾶ, ἔφη ὁ Κῦρος, ἔστι σοι αὕτη ἡ οὐσία; Ἐνταῦθα, ἔφη, ὅπερ καὶ σὺ κάθησαι, φίλος ὢν ἐμοί. Ἀρκεῖ μοι, ἔφη ὁ Γωβρύας· καὶ εὐθὺς ἐκείνας τὴν δεξιὰν, Δίδα, ἔφη, ὦ Κῦρε· δέχομαι γάρ. Καὶ ὁ Κῦρος λαβὼν τὴν τοῦ Ὑστάσπα δεξιὰν, ἔδωκε τῷ Γωβρύᾳ· ὁ δὲ ἐδέξατο. Ἐκ δὲ τούτου πολλὰ καὶ καλὰ ἔδωκε δῶρα τῷ Ὑστάσπα, ὅπως τῇ παιδὶ πέμψειε· Χρυσάνταν δ' ἐφίλησε προσαγαγόμενος. Καὶ ὁ Ἀρτάβαζος εἶπε, Μὰ Δί', ἔφη, ὦ Κῦρε, οὐχ ὁμοίᾳ γε χρυσῇ ἐμοί τε τὸ ἔκπωμα δέδωκας ἢ Χρυσάνθᾳ τὸ δῶρον. Ἀλλὰ καὶ σοὶ, ἔφη, δώσω. Ἐπήρετο ἐκεῖνος, Πότε; Εἰς τριακοστὸν, ἔφη, ἔτος. [a] Ὡς ἀναμενοῦντος, ἔφη, καὶ οὐκ ἀποθανουμένου, οὕτω παρασκευάζου. Καὶ τότε μὲν δὴ οὕτως ἔληξεν

Secundùm hæc Cyrus mundum muliebrem Tigrani protulit, quem ut uxori daret, præcepit; quòd ea virili animo militiæ mariti comes fuisset. Artabazo poculum aureum, Hyrcanio equum, cum aliis multis ac pulchris rebus, donavit. Tibi verò, Gobrya, inquit, virum dabo, cui filiam colloces. Me igitur dabis, ait Hystaspas, ut etiam illa *Gobryæ* scripta consequar. Num tibi sunt, inquit Cyrus, facultates, quæ sint puellæ fortunis dignæ? *Sunt* profectò, ait, et multò quidem majoribus opibus. Et ubinam, inquit Cyrus, has habes facultates? Hîc, ait, ubi tu consedisti, qui mihi amicus es. *Id verò* sufficit mihi, subjecit Gobryas; statímque porrectâ dextrâ, Da, Cyre, ait: nam accipio. Et prehensam Cyrus Hystaspæ dextram Gobryæ dedit; et is accepit. Multa deindè et elegantia dedit Hystaspæ munera, quæ puellæ mitteret: Chrysantam verò admotum sibi osculatus est. Et Artabazus, Profectò, Cyre, inquit, non ex eodem auro mihi poculum, et Chrysantæ munus *hoc* dedisti. At enim, ait *Cyrus*, etiam tibi daturus sum. Quando? quærebat ille. Ad annum, inquit, trigesimum. Tu verò sic te parato, ait *Artabazus*, quasi *illud* ipse *tempus* expectaturus sim, nec mortem priùs obiturus. Et hoc quidem modo tum illi contubernalium

a Ὡς ἀναμενοῦντος, &c.] Leunclavius sic ista vertit: "Tu verò sic te parato, ait *Hystaspes*, &c. Sed rectè monuit *Portus* hoc *Artabazo* potiùs tribuendum esse: quod ea, quæ modò præcesserant, verba satìs demonstrant.

ἡ σκηνή· ἐξανισαμένων δ' αὐτῶν ἐξανέση καὶ ὁ Κῦρος, καὶ ξυμπρέπεμψεν αὐτοὺς ἐπὶ τὰς θύρας.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοὺς ἐθελοντὰς συμμάχους γενομένους ἀπέπεμπεν οἴκαδε ἑκάστους, πλὴν ὅσοι αὐτῶν οἰκεῖν ἐβούλοντο παρ' αὐτῷ· τούτοις δὲ χώραν καὶ οἰκους ἔδωκε, καὶ νῦν ἔτι ἔχουσιν οἱ τῶν [a] καλαμεινάνλων τούτων τότε ἀπόγονοι· πλεῖστοι δ' εἰσὶ Μήδων καὶ Ὑρκανίων· τοῖς δ' ἀπιοῦσι δωρησάμενος πολλὰ, καὶ ἀμέμπτους ποιησάμενος καὶ ἄρχοντας καὶ στρατιώτας, ἀπεπέμψατο. Ἐκ τούτου δὴ διέδωκε τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις τὰ χρήματα, ὅσα ἐκ Σάρδεων ἔλαβε· τοῖς μὲν μυριάρχοις τοῖς περὶ αὐτὸν ὑπηρέταις ἐξαίρετα ἐδίδου πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ, τὰ δ' ἄλλα διένειμε· καὶ τὸ μέρος ἑκάστῳ δοὺς τῶν μυριάρχων, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς διανέμειν, ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνοις διένειμεν. Ἐδίδοσαν δὲ τὰ μὲν ἄλλα χρήματα, ἄρχων ἄρχοντας τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ δοκιμάζων· τὰ δὲ τελευταῖα οἱ ἑξάδαρχοι, τοὺς ὑφ' ἑαυτοῖς ἰδιώτας δοκιμάσαντες, πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ ἐδίδοσαν· καὶ ἦτον πάντες εἰληφέσαν τὸ δίκαιον μέρος. Ἐπειδὴ δὲ εἰληφέσαν τὰ τότε δοθέντα, οἱ μέν τινες ἔλεγον περὶ τοῦ Κύρου τοιάδε, Ἧ που αὐτός γε πολλὰ ἔχει, [d] ὅπου γε καὶ ἡμῶν ἑκάστῳ τοσαῦτα δέδωκεν.

convivio finis est impositus: cùm autem ipsi surgerent, etiam Cyrus surrexit, et eos ad fores usque prosequutus est.

Postridiè socios, qui sponte se conjunxerant, singulos domum remisit, exceptis iis, qui apud ipsum habere domicilia vellent: his agros et ædes dedit, quas etiam nunc posteri eorum, qui tunc remansêre, possident: sunt autem plurimi ex Medis et Hyrcaniis: cùm discedentibus multa donâsset, et perfecisset ut nihil illi, sive præfecti essent sive milites, quererentur, *sic eos* dimisit. Deindè militibus etiam suis pecunias, quascunque ex Sardibus ceperat, distribuit: ac decem quidem millium præfectis et ministris suis eximia *quædam* pro dignitate cujusque largiebatur, cætera *hinc inde* dividebat: et datâ parte *certâ* cuique decem millium præfecto, demandavit iis curam *aliis* distribuendi, quemadmodùm illis distribuisset. Ac pecuniæ quidem cæteræ sic distributæ sunt, ut præfectus quisque in præfectos *inferiores*, sibi parentes, explorando inquireret; sex item militibus præfecti, gregariis quibus præerant militibus exploratis, pecunias ultimas cuique pro merito dederunt: atque hoc modo justam universi portionem consecuti sunt. Acceptis autem *pecuniis* hisce tunc distributis, aliqui de Cyro aiebant, Ipse multa certè possidet, cùm tam multa cuique nostrûm dederit.

a Καλαμεινάνλων τούτων] *Gabrielii* exemplar pronomen hoc non habet; et hinc quidem, absque ullo sensûs detrimento, abesse potest.

b Ὅπου] Eadem est vocula hujus vis 2 *Pet.* ii, 11, quod ante nos observavit Cl. *Blackwallus*.

Οἱ δέ τινες αὐτῶν ἔλεγον, Ποῖα πολλὰ ἔχει; οὐχ ὁ Κῦρος τρόπος τοιοῦτος [a] οἷος χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ διδοὺς μᾶλλον ἢ κτώμενος ἥδεται. Αἰσθανόμενος δὲ ὁ Κῦρος τούτους τοὺς λόγους καὶ τὰς δόξας τὰς περὶ αὐτοῦ, συνέλεξε τοὺς φίλους τε, ἧ τοὺς ἐπικαιρίους ἅπαντας, καὶ ἔλεξεν ὧδε·

" Ἄνδρες φίλοι, ἑώρακα μὲν ἤδη ἀνθρώπους, οἳ βούλονται δο-
" κεῖν πλείω κεκτῆσθαι ἢ ἔχουσιν, ἐλευθεριώτεροι ἂν οἰόμενοι εἶτω
" φαίνεσθαι· ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν, ἔφη, ἔτοι τοὔμπαλιν οἱ βούλονται
" ἐφέλκεσθαι· τὸν γὰρ πολλὰ δοκοῦντα ἔχειν, μὴ κατ' ἀξίαν τῆς
" οὐσίας φαίνεσθαι ὠφελοῦντα τοὺς φίλους, ἀνελευθερίαν ἔμοιγε δοκεῖ
" περιάπτειν. Εἰσὶ δ' αὖ, ἔφη, οἳ λεληθέναι βούλονται ὅσα ἂν
" ἔχωσι· πονηροὶ ἂν καὶ ἔτοι τοῖς φίλοις ἔμοιγε δοκοῦσιν εἶναι·
" διὰ γὰρ τὸ μὴ εἰδέναι τὰ ὄντα, πολλάκις δεόμενοι οὐκ ἐπαγ-
" γέλλουσιν οἱ φίλοι τοῖς ἑταίροις, ἀλλ' ἀπατῶνται. Ἁπλοῦς
" δέ μοι, ἔφη, δοκεῖ εἶναι, τὸ τὴν δύναμιν φανερὰν ποιήσαντα, οὐκ
" ταύτης ἀγωνίζεσθαι περὶ καλοκἀγαθίας. Κἀγὼ ὦν, ἔφη, βού-
" λομαι ὑμῖν, ὅσα μὲν οἷόν τ' ἐστὶν ἰδεῖν τῶν ἐμοὶ ὄντων δεῖξαι·
" ὅσα δὲ μὴ οἷόν τε ἰδεῖν, διηγήσασθαι." Ταῦτα εἰπὼν, τὰ

Alii dicebant, Quæ sunt *illa* multa quæ possidet? non eo est ingenio Cyrus, ut pecunias velit construere, sed majorem voluptatem dando quàm accipiendo percipit. Hos sermones *hominúm*que de se sententias cùm Cyrus animadvertisset, convocatis amicis et omnibus illis, quos interesset arcessiri, in hanc sententiam loquutus est:

" Vidi equidem nonnullos, amici, qui existimari vellent plura
" possidere, quàm haberent *reipsa;* quòd hoc modo futurum arbi-
" trarentur, ut magìs liberales viderentur: verùm illi vergere mihi
" videntur in partem instituto suo contrariam: nam eum, qui mul-
" ta possidere credatur, non pro ratione facultatum amicis palam
" commodare, *id verò* mihi notam illiberalitatis *ei* imprimere videtur.
" Rursùs alii quantum possideant, cæteros ignorare volunt; qui et
" ipsi mihi sanè videntur malè de amicis mereri: nam quia facul-
" tates eorum ignorantur, sæpè amici egentes sodalibus quid sibi opus
" sit non significant, sed decipiuntur. Id mihi simplicissimi videtur
" *hominis* esse, ut ostensis facultatibus *suis*, pro earum ratione be-
" nignitatis laudem sibi parare contendat. Quamobrem et ipse vobis
" monstrare volo, quascunque facultates meas videre licet; et quas vi-
" dere non licet, *eas* oratione vobis exponam." Hæc loquutus, alias

a Οἷος] Ità *Gabrielii* et *Camerarii* exemplaria: quam lectionem vulgatæ illi ὅλως anteponendam censuit Stephanus, et ipse haud cunctanter recepi. Οἷος enim respondet illi τοιοῦτος, sive expresso (ut in hoc loco), sive subaudito, ut ἀπομν. β', sub finem: ὁ γαρ ἦν οἷος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν. *Muretus* legit ὡς.

μὲν ἐδείκνυε πολλά τε καὶ καλὰ κτήματα· τὰ δὲ κείμενα ὡς μὴ ῥᾴδια εἶναι ἰδεῖν, διηγεῖτο· τέλος δὲ εἶπεν ὧδε, " Ταῦτα, ἔφη, " ὦ ἄνδρες, ἅπαντα δεῖ ὑμᾶς, ἁδὲν μᾶλλον ἐμὰ ἡγεῖσθαι ἢ καὶ " ὑμέτερα· ἐγὼ γὰρ, ἔφη, ταῦτα ἀθροίζω, ἵθ' ὅπως αὐτὸς καται- " δαπανήσω, ἵθ' ὅπως αὐτὸς κατατρίψω (ἃ γὰρ ἂν δυναίμην)· " ἀλλ' ὅπως ἔχω τῷ τε ἀεὶ ὑμῶν καλόν τι ποιοῦντι διδόναι, καὶ " ὅπως ἤν τις ὑμῶν τινὸς ἐνδεῖσθαι νομίσῃ, πρὸς ἐμὲ ἐλθὼν λάβῃ, " ἃ ἂν ἐνδεὴς τυγχάνῃ ὤν." Καὶ ταῦτα μὲν ἅτως ἐλέχθη.

Ἡνίκα δὲ ἤδη αὐτῷ ἐδόκει καλῶς ἔχειν τὰ ἐν Βαβυλῶνι, ὡς καὶ ἀποδημεῖν, συνεσκευάζετο τὴν εἰς Πέρσας πορείαν, καὶ τοῖς ἄλλοις παρήγγειλεν· ἐπεὶ δὲ ἐνόμισεν ἱκανὰ ἔχειν ὧν ᾤετο δεήσεσθαι, ἅτω δὴ ἀνεζεύγνυε. Διηγησόμεθα δὲ καὶ ταῦτα, ὡς πολὺς σόλος ὤν, εὐτάκτως μὲν κατεσκευάζετο, καὶ πάλιν ἀνεσκευάζετο, κατεχωρίζετο δὲ τάχυ ὅπᾳ δέοιτο. Ὅπᾳ γὰρ ἂν στρατοπεδεύηται βασιλεὺς, σκηνὰς μὲν δὴ ἔχοντες πάντες οἱ ἀμφὶ βασιλέα στρατεύονται καὶ θέρους ᾗ χειμῶνος. Εὐθὺς δὲ τᾶτο ἐνόμιζε Κῦρος, πρὸς ἕω βλέπᾳσαν ἵσασθαι τὴν σκηνήν· ἔπειτα ἔταξε πρῶτον μὲν πόσον δεῖ ἀπολιπόντας σκηνᾶν τὰς δορυφόρας τῆς βασιλικῆς σκηνῆς· ἔπειτα σιτοποιοῖς μὲν

quidem opes, et multas et pulchras, *eis* commonstrabat; alias verò sic positas, ut facilè conspici non possent, commemorabat: tandémque dixit, " Hæc omnia vos nihilo magìs mea quàm vestra ducere conve- " nit: nam equidem ea colligo, non ut ipse absumam, nec ut ipse con- " teram (quod à me quidem fieri non posset); sed partim ut ha- " beam, quod alicui vestrûm quovis tempore præclarum aliquod fa- " cinus edenti largiar, partim ut si quis vestrûm egere se aliquâ re " arbitretur, ad me veniat, et quidquid fortè desiderat, accipiat." Hæc in hunc modum dicta fuerunt.

Cùm autem res ità Babylone constitutas existimaret, ut etiam inde abesse posset, iter in Persiam parabat, cæterísque *idem faciendum* denuntiabat: ac postquam satìs eorum habere se putaret, quibus opus sibi fore existimabat, *Babylone* movit. Nos autem et hæc commemoraturi sumus, quàm *scilicet*, numerosus cùm esset exercitus, ordinatè tum *depositis impedimentis* castra metaretur, tum *vasis ruraùm collectis* castra moveret, celeritérque se quo oporteret loco disponeret. Nam ubicunque castra rex habet, *ibi* quidem omnes qui circa regem esse solent, tentoriis sibi collocatis tàm æstate quàm hyeme militant. Statim autem Cyrus hoc instituit, tentorium *nempe* ità figi ut orientem spectaret: deindè primùm quanto intervallo à tabernaculo regio abesse satellitum tentoria deberent, instituit; tum locum dextrum iis, quibus esset mandata panis conficiendi cura, adsignavit;

χώραν ἀπέδειξε τὴν δεξιὰν, ὀψοποιοῖς δὲ τὴν ἀριστερὰν, ἵπποις δὲ τὴν δεξιὰν, ὑποζυγίοις δὲ τοῖς ἄλλοις τὴν ἀριστεράν· καὶ τἆλλα δὲ διεῖτακτο, ὥστε εἰδέναι ἕκαστον τὴν ἑαυτῷ χώραν ἢ μέτρῳ ἢ τόπῳ. Ὅταν δὲ ἀνασκευάζωνται, συντίθησι μὲν ἕκαστος σκεύη οἷσπερ τέτακται χρῆσθαι, ἀνατίθενται δ' αὖ ἄλλοι ἐπὶ τὰ ὑποζύγια· ὥσθ' ἅμα μὲν πάντες ἔρχονται οἱ σκευαγωγοὶ [a] ἐπὶ τὰ τεταγμένα ἄγειν, ἅμα δὲ πάντες ἀνατιθέασιν ἐπὶ τὰ ἑαυτῷ ἕκαστος. Οὕτω δὴ ὁ αὐτὸς χρόνος ἀρκεῖ μιᾷ τε σκηνῇ καὶ πάσαις ἀνῃρῆσθαι· Ὡσαύτως ἔτως ἔχει καὶ περὶ [b] κατασκευῆς. Καὶ περὶ τῷ πεποιῆσθαι δὲ τὰ ἐπιτήδεια πάντα ἐν καιρῷ, ὡσαύτως διατέτακται ἑκάστοις τὰ ποιητέα· καὶ διὰ τοῦτο ὁ αὐτὸς χρόνος ἀρκεῖ ἑνί τε μέρει καὶ πᾶσι πεποιῆσθαι. Ὥσπερ δὲ οἱ περὶ τὰ ἐπιτήδεια θεράποντες χώραν εἶχον τὴν προσήκουσαν ἕκαστοι, ἕτω καὶ οἱ ὁπλοφόροι αὐτῷ ἐν τῇ στρατοπεδεύσει χώραν τε εἶχον τὴν τῇ ὁπλίσει ἑκάστῃ ἐπιτηδείαν, καὶ ἤδεσαν ταύτην ὁποία ἦν, καὶ [c] εἰς ἀναμφισβήτητον πάντες κατεχωρίζοντο. [d] Καλὸν μὲν γὰρ ἡγεῖτο ὁ Κῦρος καὶ ἐν οἰκίᾳ εἶναι

iis, qui obsoniis adparandis operam dabant, sinistrum; equis item dextrum, sinistrum jumentis cæteris: erant *sic* etiam descripta cætera, ut quisque stationem suam tum mensurâ tum loco nôsset. Cùm verò vasa colligunt, quisque vasa illa componit, quorum ipsi adsignatus est usus: ac rursùm alii jumentis *ea* imponunt: quo fit, ut simul omnes impedimentorum vectores ad ea veniant, quibus vehendis ipsi sunt destinati; et simul quisque suis *jumentis sua* imponat. Ità tempus idem uni tabernaculo et omnibus tollendis sufficit. Eadem est impedimenta deponendi ratio. Prætereà singulis est imperatum quid facere debeant, ut omnia necessaria parentur opportunè: idcircò tempus idem et uni parti et omnibus parandis sufficit. Atque utì erat locus ministris singulis hæc necessaria curantibus conveniens, sic et armati milites in metatione castrorum locum illum habebant, qui armaturæ cuivis aptus esset, et quis is esset, nôrant, atque *adeò* universi eum sic occupabant, ut minimè de eo ambigerent. Nimirum Cyrus arbitrabatur etiam in familiâ præclarum esse

a Ἐπὶ τὰ τεταγμένα, &c.] Stephano in mentem venit esse legendum, ἐπὶ τὸ τὰ τεταγμένα, &c. quam correctionem adprobo.

b Κατασκευῆς. Καὶ, &c.] Sic MS. Bodl. et editi libri, quos vidi, omnes: Stephano tamen hæc orationis structura displicuit, et ità tandem emendanda visa est: ὡσαύτως ἔτως ἔχει καὶ περὶ κατασκευῆς, καὶ περὶ τῷ πεποιῆσθαι δὲ τὰ ἐπιτήδεια πάντα ἐν καιρῷ· ὡσαύτως γὰρ διατέτακται ἑκάστοις τὰ ποιητέα. Parva quidem est mutatio, sed adeò apta, ut si vel unus præiret codex, in contextu mihi exprimenda videretur.

c Εἰς] Edit. *Ald.* ἐπ' ἀναμφ. malè. MS. Bodl. ἐς, et paulò infra ἐς Πέρσας ἐπορεύετο. Utrobique Atticè.

d Καλὸν μὲν γὰρ, &c.] Quemadmodùm et *Hesiodus* Ἔργων καὶ ἡμ. v. 471, et seq.

——— εὐθυμοσύνη γὰρ ἀρίστη
Θνητοῖς ἀνθρώποις, κακοθυμοσύνη δὲ κακίστη.

In edit. *Ald.* et MSto Bodl. perperam legitur εὐθυμοσύνην.

ἐπιτήδευμα τὴν εὐθημοσύνην (ὅταν γὰρ τίς τι δέηται, δῆλόν ἐστιν ὅπῃ δεῖ ἐλθόντα λαβεῖν)· πολὺ δὲ ἔτι κάλλιον ἐνόμιζε τὴν τῶν στρατιωτικῶν φυλῶν εὐθημοσύνην εἶναι, ὅσῳ τὲ ὀξύτεροι οἱ καιροὶ τῶν εἰς τὰ πολεμικὰ χρήσεων, καὶ μείζω τὰ σφάλματα ἀπὸ τῶν ὑστεριζόντων ἐν αὐτοῖς· ἀπὸ δὲ τῶν ἐν καιρῷ παραγινομένων πλείστα [a] ἄξια ταῦτα τὰ κτήματα ἑώρα γινόμενα ἐν τοῖς πολεμικοῖς· διὰ ταῦτα δ' ἂν καὶ ἐπεμέλετο ταύτης τῆς εὐθημοσύνης μάλιστα. Καὶ αὐτὸς μὲν δὴ πρῶτος ἑαυτὸν ἐν μέσῳ κατετίθετο τῇ στρατοπέδῳ, ὡς ταύτης τῆς χώρας ἐχυρωτάτης ὄσης· ἔπειτα δὲ τοὺς μὲν πιστοτάτους, ὥσπερ εἰώθει, περὶ ἑαυτὸν εἶχε, τούτων δὲ ἐν κύκλῳ ἐχομένους ἱππέας τ' εἶχε καὶ ἁρματηλάτας. Καὶ γὰρ τούτους ἐχυρᾶς ἐνόμιζε χώρας δεῖσθαι, ὅτι σὺν οἷς μάχονται ὅπλοις ἥδιον πρόχειρον ἔχοντες τούτων στρατοπεδεύονται, ἀλλὰ πολλῷ χρόνῳ δέονται εἰς τὴν ἐξόπλισιν, εἰ μέλλουσι χρησίμως ἐξοίσειν. Ἐν δεξιᾷ δὲ καὶ ἐν ἀριστερᾷ αὐτῇ τε καὶ τῶν ἱππέων πελτασταῖς χώρα ἦν· τοξοτῶν δ' αὖ χώρα ἡ πρόσθεν ἦν ἢ ὄπισθεν αὐτῇ τε ἢ τῶν ἱππέων. Ὁπλίτας δὲ ἢ τοὺς τὰ μεγάλα γέρρα ἔχοντας κύκλῳ πάντων εἶχεν, ὥσπερ τεῖχος· ὅπως καὶ εἴ δέοι τι ἐνσκευάζεσθαι τοὺς ἱππέας, οἱ μονιμώτατοι

studium collocationis aptæ (nam *hoc modo* si aliquâ re quis indiget, planum est quò ire debeat, ut eam sumat) : sed multò pulchrius existimabat esse, militares tribus aptè atque ordine disponi, cùm in usu rerum bellicarum quanto magìs subitæ sunt temporis opportunitates, tanto graviores ab iis *oriuntur* offensiones, qui negligentiâ suâ *et tarditate* eas sibi præripi sinunt : per illos verò, qui maturè adsunt, ea fieri videbat, quæ bellicis in rebus quantivis pretii sunt : his igitur de causis aptæ hujus collocationis erat perstudiosus. Ac primus quidem ipse castrorum in medio se collocabat, quòd is locus esset quàm munitissimus : deindè circum se fidissimos *quosque*, sicut *et aliàs* consueverat, habebat ; atque his orbe facto proximi erant tum equites tum curruum ductores. Etenim arbitrabatur his loco tuto esse opus, quòd ità in castris agant, ut armis illis, quibus *in hostem* pugnant, expeditè uti non possint ; sed longo tempore ad armandum se indigeant, si *quidem* utiliter efferre *in aciem ea* velint. Parte verò tum ipsius tum equitum dextrâ et lævâ peltastarum locus erat ; sagittariorum tàm ante quàm post ipsum, et post equites. Gravis armaturæ milites et qui scuta majora gestabant *suis* omnibus circumdabat, tanquam murum ; ut, si necesse esset equites separare, maximè statarii

a Ἄξια ταῦτα τὰ, &c.] In edit. *Ald.* in margine tantùm agnoscit, nec loci non comparet ταῦτα, quod et MS. Bodl. postulat sententia.

πρόσθεν ὄντες παρέχοιεν αὐτοῖς ἀσφαλῆ τὴν καθόπλισιν. Ἐκάθευδον δὲ αὐτῷ ἐν τάξει ὥσπερ οἱ ὁπλῖται, ὥστω δὲ καὶ οἱ πελτασταὶ καὶ οἱ τοξόται· ὅπως ἢ ἐκ τῶν νυκτῶν, εἰ δέοι τι, ὥσπερ καὶ οἱ ὁπλῖται παρεσκευασμένοι εἰσὶ παίειν τὸν εἰς χεῖρας ἰόντα, ὥστω ἢ οἱ τοξόται ἢ οἱ ἀκοντισταί, εἴ τινες προσίοιεν, ἐξ ἑτοίμου ἀκοντίζοιεν ἢ τοξεύοιεν ὑπὲρ τῶν ὁπλιτῶν. Εἶχον δὲ καὶ σημεῖα πάντες οἱ ἄρχοντες ἐπὶ ταῖς σκηναῖς· [a] οἱ δὲ ὑπηρέται, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ σώφρονες ἴσασι μὲν ἢ τῶν πλείσων τὰς οἰκήσεις, μάλιστα δὲ τῶν ἐπικαιρίων· ὥστω καὶ τῶν ἐν τοῖς στρατοπέδοις τάς τε χώρας τὰς τῶν ἡγεμόνων ἠπίσαντο οἱ Κύρου ὑπηρέται, καὶ τὰ σημεῖα ἐγίγνωσκον ἃ ἑκάστοις ἦν· ὥστε ὅτου δέοιτο Κῦρος, οὐκ ἐζήτουν, ἀλλὰ τὴν συντομωτάτην ἐφ' ἕκαστον ἔθεον. Καὶ διὰ τὸ εἰλικρινῆ ἕκαστα εἶναι τὰ φῦλα, πολὺ μᾶλλον ἦν δῆλα καὶ ὁπότε τις εὐτακτοίη, καὶ εἴ τις μὴ πράττοι τὸ προσταττόμενον· οὕτω δὴ ἐχόντων, ἡγεῖτο, εἴ τις ἐπιθεῖτο νυκτὸς ἢ ἡμέρας, ὥσπερ ἂν εἰς ἐνέδραν εἰς τὸ στρατόπεδον τὸς ἐπιθεμένους ἐμπίπλειν. Καὶ τὸ τακτικὸν δὲ εἶναι οὐ τοῦτο μόνον ἡγεῖτο εἴ τις ἐκτεῖναι φάλαγγα εὐπόρως δύναιτο, ἢ βαθύναι, ἢ ἐκ κέρατος εἰς φάλαγγα κατασῆσαι, ἢ ἐκ δεξιᾶς, ἢ ἀριστερᾶς, ἢ ὄπισθεν ἐπιφανέντων τῶν πολεμίων, ὀρθῶς ἐξελίξαι· ἀλλὰ ἢ

milites ante ipsos essent, tutúmque spatium eis ad arma capienda præberent. Et quemadmodùm gravis armaturæ milites, sic et peltastæ et sagittarii somnum instructi capiebant ; ut etiam noctu, si quid usus posceret, perinde ac gravis armaturæ milites parati sunt ad feriendos eos qui cominùs invadunt, sic et sagittarii et jaculatores pro gravis armaturæ militibus, si qui *hostes* accederent, promptè sagittis et jaculis suis uterentur. Prætereà *certa quædam* signa præfecti omnes ad tabernacula habebant : ministri autem, non aliter ac in urbibus illi, qui frugi sunt et *prudentes*, plurimorum domos nôrunt, et eorum præsertim, quos interest *nôsse ;* sic, *inquam*, et Cyri ministri loca ducum in castris, et singulorum signa nôrunt : adeò ut si alicujus operâ Cyrus egeret, *hunc illi* non quærebant, sed viâ quàm maximè compendiariâ ad unumquemque currebant. Et quia singulæ nationes secretæ, miniméque inter se confusæ erant, multò etiam magìs patebat, sive quis ordinis observans esset, sive, quod esset imperatum, non faceret : atque hoc modo cùm essent comparati, futurum arbitrabatur, ut si quis vel noctu vel interdiu *suos* adoriretur, in castra *sua*, tanquam in insidias, adgrediendo incideret. Ac tacticum esse non id solum arbitrabatur, si quis extendere phalangem facilè possit, vel densare, vel de cornu in phalangem redigere, vel prout hostes conspecti fuerint dextrorsum, sinistrorsum à tergo, rectè *eam* explicare ; sed etiam

a Οἱ δὲ ὑπηρέται——οἱ Κύρου ὑπηρέται] Vide supra dicta de repetitione vocis στρατιῶται, p. 383.

διασπᾷν, ὁπότε δέοι, τακτικὸν ἡγεῖτο, καὶ τὸ τιθέναι γε τὸ μέρος ἕκαστον, ὅπῃ μάλιστα ἐν ὠφελείᾳ ἂν εἴη, καὶ τὸ ταχύνειν δὲ, ὅπου φθάσαι δέοι· πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα [a] τακτικῷ ἀνδρὸς ἐνόμιζεν εἶναι, καὶ ἐπεμελεῖτο τούτων πάντων ὁμοίως· καὶ ἐν μὲν ταῖς πορείαις πρὸς τὸ συμπίπτον ἀεὶ διαλάττων ἐπορεύετο, ἐν δὲ τῇ στρατοπεδεύσει ὡς τὰ πολλὰ ὥσπερ εἴρηται καθεχώριζεν.

Ἐπεὶ δὲ πορευόμενοι γίγνονται καθὰ τὴν Μηδικὴν, τρέπεται ὁ Κῦρος πρὸς Κυαξάρην. Ἐπεὶ δὲ ἠσπάσαντο ἀλλήλους, πρῶτον μὲν δὴ ὁ Κῦρος εἶπε τῷ Κυαξάρει ὅτι οἶκος αὐτῷ ἐξηρημένος εἴη ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἀρχεῖα, ὅπως ἔχῃ, ἢν ὅταν ἐκεῖσε ἔλθῃ, ὡς εἰς οἰκεῖα καταλύεσθαι· ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλα δῶρα ἔδωκεν αὐτῷ πολλὰ ἢ καλά. Ὁ δὲ Κυαξάρης ταῦτα μὲν ἐδέξατο, προσέπεμψε δὲ αὐτῷ τὴν θυγατέρα στέφανόν τε χρυσοῦν, ἢ ψέλια φέρουσαν, καὶ στρεπτὸν, ἢ στολὴν Μηδικὴν ὡς δυνατὸν καλλίστην. Καὶ ἡ μὲν δὴ παῖς ἐστεφάνου τὸν Κῦρον· ὁ δὲ Κυαξάρης εἶπε, Δίδωμί σοι, ὦ Κῦρε, καὶ αὐτὴν ταύτην γυναῖκα, ἐμὴν οὖσαν θυγατέρα· καὶ ὁ σὸς δὲ πατὴρ ἔγημε τὴν τοῦ ἐμοῦ πατρὸς θυγατέρα, ἐξ ἧς σὺ ἐγένου· αὕτη δέ ἐστιν ἣν σὺ πολλάκις, παῖς ὤν, ὅτε παρ' ἡμῖν ἦσθα, ἐτιθηνήσω·

posse distrahere, cùm necessitas postulat, pertinere ad aciei instruendæ rationem putabat; ac partem quamlibet eo loco collocare, quo plurimùm sit profutura: et accelerare cùm opus est antevertere: hæc omnia et his similia putabat ejus esse viri qui struendæ aciei peritus esset, atque hæc pariter omnia curæ habebat: ac in itineribus quidem semper ad id quod accideret *aliter atque aliter* ordinatis copiis pergebat; sed in metatione castrorum plerumque illâ, quam diximus, dispositione utebatur.

Cùm autem progrediendo Medorum in regionem pervenissent, Cyrus ad Cyaxarem divertit. Cúmque se mutuò complexi salutâssent, primùm Cyrus Cyaxari dixit, domum et curiam ei Babylone selectam esse; ut, cùm eò etiam veniret, tanquam in sua divertere posset; deindè munera quoque alia permulta et insignia ei donavit. His Cyaxares acceptis filiam ad ipsum mittit, quæ *ei* coronam auream, et armillas, et torquem, et Medicam vestem quàm fieri potuit pulcherrimam adferebat. Et puella Cyrum coronabat: Cyaxares verò ait, Hanc ipsam tibi, Cyre, uxorem trado, quæ mea est filia: pater quoque tuus patris mei filiam uxorem duxit, quâ tu natus es: atque hæc illa est, cui tu puer sæpenumerò, cùm apud nos esses, mores nutricis blandiebare:

a Τακτικὸ ἀνδρὸς] Eos Antiqui vocabant τακτικούς, qui ea, quæ ad aciem instruendarum scientiam pertinent, vel scriptis tradebant, vel usu ipso alios edocebant. Vide, si libet, quæ notata sunt à doctiss. *Casaub.* ad titulum *Æneæ* comment. polior. et ab *Arcerio* ad præf. *Ælii Tactic.*

καὶ ὁπότε τις ἐρωσῴη αὐτὴν, τίνι γαμοῖτο, ἔλεγεν ὅτι Κύρῳ· ἐπιδίδωμι δὲ αὐτῇ ἐγὼ καὶ φερνὴν Μηδίαν τὴν πᾶσαν· ἄδε γάρ ἐσί μοι ἄῤῥην παῖς γνήσιος. Ὁ μὲν ἅτως εἶπεν· ὁ δὲ Κῦρος ἀπεκρίνατο, Ἀλλ', ὦ Κυαξάρη, τό τε γένος ἐπαινῶ καὶ τὴν παῖδα, καὶ δῶρα· βέλομαι δὲ, ἔφη, σὺν τῇ τὲ πατρὸς γνώμῃ καὶ τῇ τῆς μητρὸς ταῦτά σοι συναινέσαι. Εἶπε μὲν ἅτως ὁ Κῦρος· ὅμως δὲ τῇ παιδὶ πάντα ἐδωρήσατο, ὁπόσα ᾤετο καὶ τῷ Κυαξάρει χαριεῖσθαι· Ταῦτα δὲ ποιήσας, εἰς Πέρσας ἐπορεύετο.

Ἐπεὶ δὲ ἐπὶ Περσῶν ὁρίοις ἐγένετο πορευόμενος, τὸ μὲν ἄλλο στράτευμα αὐτὸς κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς φίλοις εἰς τὴν πόλιν ἐπορεύετο, [a] ἱερεῖα μὲν ἄγων ὡς πᾶσι Πέρσαις ἱκανὰ θύειν τὲ καὶ ἐσιᾶσθαι· δῶρα δ' ἦγεν οἷα μὲν ἔπρεπε τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ ἢ τοῖς ἄλλοις φίλοις, οἷα δὲ ἔπρεπε ταῖς ἀρχαῖς καὶ γεραιτέροις καὶ τοῖς ὁμοτίμοις πᾶσιν· ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσι Πέρσαις καὶ Περσίσιν ὅσα περ καὶ νῦν ἔτι δίδωσιν, ὅταν περ [b] ἀφίκηται βασιλεὺς εἰς Πέρσας. Ἐκ δὲ τότε συνέλεξε Καμβύσης τοὺς γεραιτέρους Περσῶν, καὶ τὰς

cúmque interrogabatur ab aliquo, cuinam esset nuptura, Cyro *se nupturam* respondebat: addo nomine dotis Mediam universam; nec enim mihi soboles sexûs virilis ulla est legitima. Hæc erant Cyaxaris verba: cui *sic* respondit Cyrus, Equidem, Cyaxares, et genus laudo et puellam, et munera: sed in his, inquit, tibi de sententiâ patris ac matris adsentiri volo. Et quanquam hæc ità Cyrus diceret, puellæ tamen omnia donabat, quæcunque grata Cyaxari futura putabat. Atque his peractis, in Persiam iter faciebat.

Cúmque pergendo Persarum ad fines pervenisset, copias ibidem cæteras reliquit: ipse cum amicis ad urbem contendit, animantes secum ducens, quæ Persis universis tàm ad sacrificia quàm ad epulas sufficerent: munera ferebat etiam qualia patri, matri, amicis cæteris dari deceret; et qualia magistratibus, senioribus iisque omnibus qui ὁμότιμοι adpellantur, convenirent: prætereà cunctis in Persiâ viris ac fœminis ea largiebatur, quæcunque solet hâc etiam tempestate largiri rex, cùm in Persiam venit. Deindè convocatis Cambyses Persarum senioribus, et illis

a Ἱερεῖα] Vide sis quæ notavimus p. 35.

b Ἀφίκηται βασιλεὺς εἰς, &c.] Rectè dicitur rex *Persarum ἀφικνεῖσθαι, ἐξιέναι, ἐλαύνειν εἰς Πέρσας*, quando ex Aulâ suâ et urbe regiâ prodit in publicum, in agrum et regionem populi sui. Quin ità planè (uti Cl. *Perizon.* notavit) etiam privati cives ex ædibus suis in Forum et Concionem Atheniensium prodeuntes dicuntur *Æli.* H. V. lib. ii, c. 16, παρελθόντες εἰς τὸν Ἀθηναίων. Eâ verò potissimum de causâ Noster aliique sæpè dicunt, *regem Persarum in Persida profectum esse*, vel, *venisse εἰς Πέρσας*, quòd hic neutiquam habitârit semper in Perside, sed plerumque extra eam, modò Susis, modò Ecbatanis, modò Babylone, rariùs Persepoli.

ἀρχὰς, οἵπερ τῶν μεγίστων κύριοί εἰσι· παρεκάλεσε δὲ καὶ Κῦρον, καὶ ἔλεξε τοιάδε·

" Ἄνδρες Πέρσαι, καὶ σὺ, ὦ Κῦρε, ἐγὼ ἀμφοτέροις ὑμῖν εἰκότως " εὔνους εἰμί· ὑμῶν μὲν γὰρ βασιλεύω· σὺ δὲ, ὦ Κῦρε, παῖς " ἐμὸς εἶ. Δίκαιος ἂν εἰμὶ, ὅσα γιγνώσκειν δοκῶ ἀγαθὰ ἀμ- " φοτέροις, ταῦτα εἰς τὸ μέσον λέγειν. Τὰ μὲν γὰρ παρελθόντα " ὑμεῖς μὲν Κῦρον ηὐξήσατε, στράτευμα δόντες, καὶ ἄρχοντα τοῦτο " αὐτὸν κατασήσαντες· Κῦρος δὲ ἡγεμένος τούτου σὺν θεοῖς εὐ- " κλεεῖς μὲν ὑμᾶς, ὦ Πέρσαι, ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐποίησεν, " ἐνίμησε δ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάσῃ· τῶν δὲ συστρατευσαμένων αὐτῷ τὸς " μὲν ἀρίστους καὶ πεπλούτικε, τοῖς δὲ πολλοῖς μισθὸν καὶ τροφὴν " παρεσκεύακεν· ἱππικὸν δὲ κατασήσας Περσῶν, πεποίηκε Πέρ- " σαις καὶ πεδίων εἶναι μετουσίαν. Ἢν μὲν οὖν καὶ τοιοῦτον ἦτε " γιγνώσκητε, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν αἴτιοι ἀλλήλοις ἔσεσθε· εἰ δὲ " ἢ σὺ, ὦ Κῦρε, ἐπαρθεὶς ταῖς παρούσαις τύχαις, ἐπιχειρήσεις " καὶ Περσῶν ἄρχειν ἐπὶ πλεονεξίᾳ, ὥσπερ τῶν ἄλλων, ἢ ὑμεῖς, " ὦ πολῖται, φθονήσαντες τούτῳ τῆς δυνάμεως, καταλύειν πει- " ράσεσθε τοῦτον τῆς ἀρχῆς, εὖ ἴσε ὅτι ἐμποδὼν ἀλλήλοις " πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἔσεσθε. Ὡς οὖν μὴ ταῦτα γίγνηται,

magistratibus, penes quos *illic* rerum maximarum potestas est, Cyrum etiam arcessivit, et in hanc sententiam dixit:

" Meritò ego, Persæ, túque *itidem* Cyre, benevolentiâ vos com- " plector utrosque: nam *ut* rex vobis sum, *ità* tu, Cyre, mihi filius " es. Quamobrem æquum est, me, quæcunque animadvertere mihi " videor in rem utrisque futura, in medium ea proferre. Quod enim " attinet præterita, vos Cyrum auxistis, cùm exercitu tradito illum " etiam ei imperatorem constitueritis: Cyrus ducis munere fungens, " diis juvantibus, vobis quidem, Persæ, apud omnes homines celebri- " tatem nominis, et honorem per Asiam universam conciliavit: præ- " stantissimos autem eorum, qui cum eo militârunt, opulentos etiam " reddidit; vulgo *militum* stipendia et victum paravit: quin et Persa- " rum equitatu instituto perfecit, ut etiam loca *plana* et campestria " Persæ sibi vindicare possint. Itaque si deinceps etiam in hâc sententiâ " perstiteritis, multarum *bonarúm*que rerum auctores invicem vobis eritis: " sin autem vel tu, Cyre, præsenti felicíque *adeò* rerum statu ela- " tus, perinde Persis imperare tui cum captatione commodi conabere, " ut cæteris; vel vos, cives, potestatis hujus invidi, imperium ipsi ab- " rogare tentabitis, certò scitote *vosmetipsos* mutuò vobis in multis et " præclaris rebus futuros impedimento. Quapropter ut hæc non accidant,

" ἀλλὰ ταὐγαθὰ, ἐμοὶ δοκεῖ, ἔφη, θύσαντας [a] ὑμᾶς κοινῇ, καὶ
" θεὼς ἐπιμαρτυραμένως συνθέσθαι, σὲ μὲν, ὦ Κῦρε, [b] ἤν τις
" ἢ ἐπιστρατεύηται χώρᾳ Περσίδι, ἢ Περσῶν νόμως διασπᾷν πει-
" ρᾶται, βοηθήσειν παντὶ σθένει· ὑμᾶς δὲ, ὦ Πέρσαι, ἤν τις ἢ
" ἀρχῆς Κῦρον ἐπιχειρῇ καταπαύειν, ἢ [c] ἀφίσασθαί τις τῶν ὑπο-
" χειρίων, βοηθήσειν καὶ ὑμῖν αὐτοῖς καὶ Κύρῳ καθ' ὅ,τι ἂν ἐπαγ-
" γέλλῃ. Καὶ ἕως μὲν ἂν ἐγὼ ζῶ, ἐμὴ γίγνηται ἡ ἐν Πέρσαις
" βασιλεία· ὅταν δ' ἐγὼ τελευτήσω, δῆλον ὅτι Κύρῳ, ἐὰν ζῇ.
" Καὶ ὅταν μὲν ἕτος [d] ἀφίκηται εἰς Πέρσας, ὁσίως ἂν ὑμῖν ἔχοι,
" τοῦτον θύειν τὰ ἱερὰ ὑπὲρ ὑμῶν, ἅπερ νῦν ἐγὼ θύω· ὅταν
" δ' ἕτος ἔκδημος ᾖ, καλῶς ἂν οἶμαι ὑμῖν ἔχειν, εἰ ἐκ τοῦ
" γένους ὃς ἂν δοκῇ ὑμῖν ἄριστος εἶναι, ἕτος τὰ τῶν θεῶν ἀπο-
" τελοίη." Ταῦτα εἰπόντος Καμβύσου, συνέδοξε Κύρῳ τε καὶ
τοῖς Περσῶν τέλεσι· καὶ συνθέμενοι ταῦτα τότε, ᾗ θεὼς ἐπιμαρτυ-
ράμενοι, ἕτω καὶ νῦν ἔτι διαμένουσι ποιοῦντες πρὸς ἀλλήλους Πέρσαι
τε καὶ βασιλεύς. Τούτων δὲ πραχθέντων, ἀπῄει ὁ Κῦρος.

" sed bona *potiùs*, visum est mihi, posteaquam rem sacram communiter
" feceritis, deósque fueritis testati, *sic vobis* paciscendum esse, ut tu qui-
" dem, Cyre, si quis vel in terram Persidem copias hostiles ducat, vel
" leges Persarum convellere conetur, omnibus viribus opem feras; vos
" verò, Persæ, si quis vel Cyrum imperio spoliare, vel eorum aliquis,
" qui ejus in potestatem redacti sunt, deficere conetur, tum vobis ipsis
" tum Cyro, prout denuntiârit, subveniatis. Atque dum equidem vix-
" ero, meum esto in Persas imperium; verùm ubi vivendi finem fece-
" ro, planum est, illud Cyri fore, si vivet. Et is quidem cùm in Persi-
" am veniet, piè feceritis si pro vobis hostias cædet, quas ipse nunc cæ-
" do: ubi verò peregrè aberit, rectè vestra se res habebit, ut arbitror, si
" is ex familiâ *nostrâ*, qui vobis optimus esse videbitur, rem divinam
" perfecerit." Quæ Cambyses cùm protulisset, eadem tum à Cyro,
tum à Persarum magistratibus, *decreto communi facto*, sunt adprobata:
et *quemadmodùm* id temporis hæc pacti sunt, deósque contestati, sic et
Persæ et rex inter se constanter eadem hoc etiam tempore observant.
Atque his rebus peractis, Cyrus discessit.

a Ὑμᾶς] MS. Bodl. ἡμᾶς, quod Leunclavius in loco vertendo exprimit. Malim lectionem vulgatam sequi.

b Ἤν τις ἢ ἐπιστρατεύηται] Hunc verborum ordinem restituendum rectè monuerunt Stephanus et Leunclavius. Priùs particula ἢ perperam post ἐπιστρατεύηται posita erat.

c Ἀφίσασθαί τις, &c.] Leunclavius scribendum censuit ἢ ἀφίσασθαί τι τῶν ὑποχειρίων, vel ἀφίσασθαί τινας τῶν, &c. *ut sua*, inquit, *verbo* ἀφίσασθαι *constet significatio.* Sed nil mutandum: nam ἀφίσαμαι (unde ἀφίσασθαι) est *deficio, discedo à fide:* at ἀφίστημι (à quo ἀφίσασθαι minimè formatum esse, talem certè virum non latuit) est *absistere facio, ad defectionem solicito*, &c.

d Ἀφίκηται εἰς, &c.] Vide p. 488.

Ὡς δ' ἀπιὼν ἐγένετο ἐν Μήδοις, συνδόξαν τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ, γαμεῖ τὴν Κυαξάρου θυγατέρα, ἧς ἔτι καὶ νῦν λόγος ὡς παγκάλης γενομένης. (Ἔνιοι δὲ τῶν λογοποιῶν λέγουσιν, ὡς τὴν της μητρὸς ἀδελφὴν ἔγημεν· ἀλλὰ γραῦς ἂν καὶ παντάπασιν [a] ἦν ἡ παῖς.) Γήμας δὲ, εὐθὺς ἔχων ἀνεζεύγνυεν. Ἐπεὶ δ' ἐν Βαβυλῶνι ἦν, [b] ἐδόκει αὐτῷ σατράπας ἤδη πέμπειν ἐπὶ τὰ κατεστραμμένα ἔθνη. Τοὺς μέντοι ἐν ταῖς ἄκραις φρουράρχους, καὶ τοὺς χιλιάρχους τῶν κατὰ τὴν χώραν φυλακῶν, οὐκ ἄλλως ἦν ἑαυτῷ ἐβούλετο ἀκούειν· ταῦτα δὲ προεωρᾶτο, ἐννοῶν ὅπως, εἴ τις τῶν σατραπῶν ὑπὸ πλούτου καὶ πλήθους ἀνθρώπων ἐξυβρίσειε, καὶ ἐπιχειρήσειε μὴ πείθεσθαι, εὐθὺς [c] ἀνύπαλους ἔχοι ἐν τῇ χώρᾳ. Ταῦτ' οὖν βουλόμενος πρᾶξαι, ἔγνω συγκαλέσαι πρῶτον τοὺς ἐπικαιρίους, καὶ προειπεῖν, ὅπως εἰδεῖεν, [d] ἐφ' οἷς ἴασιν οἱ ἰόντες· ἐνόμιζε γὰρ οὕτω

Cúmque in Mediam pervenisset, de patris matrísque sententiâ Cyaxaris filiam uxorem ducit: quam etiam nunc perhibent fuisse perpulchram. (Nonnulli autem scriptores historiarum aiunt, matris cum eo sororem fuisse nuptam: verùm ea virgo fuisset omnino *tunc* anus.) Nuptiis celebratis, mox cùm eâ discessit. Cúmque esset Babylone, visum est ei satrapas jam mittendos esse ad nationes in ditionem redactas. Præsidiorum verò magistros in arcibus, et tribunos eorum militum, qui per regionem in excubiis erant, alteri, quàm sibi, parere nolebat: atque hæc *ità* prospiciebat, cùm cogitaret eo pacto futurum ut, si quis satraparum opibus et hominum multitudine fretus insolenter se gereret, imperiúmque detrectare niteretur, mox adversarios *in* ipsâ regione haberet. Hæc igitur facere cùm vellet, primùm convocandos judicabat, quos pro tempore commodum esset, rémque his priùs exponendam; ut quas ob causas mitterentur ii, qui mittendi essent, scirent: nam hâc ratione

a Ἦν ἡ παῖς] Vox παῖς ponitur etiam (*Hesychio* teste) ἀντὶ παρθένου. Itaque Leunclavius et Gabrielius rectè eam verterunt *virgo*. Ille autem aliam lectionem (ex ipsius, opinor, conjecturâ profectam) margini editionis suæ adscribendam curavit; nimirum hanc:——ἦν, ἡ παῖς· quæ Stephano valdè apta esse videtur. Ego certè, si loco movenda sit vulgata lectio, malim cum *Mureto* reponere ἅπαις pro ἡ παῖς· nihil enim obstare videtur, quo minùs ἅπαις, perinde atque ἄτοκος, sit κοινὸν ὄνομα τῆς τε μηκέτι τικτούσης, καὶ τῆς μηδόλως, utì loquitur *J. Pollux*, lib. iii, *segm.* 15.

b Ἐδόκει αὐτῷ σατράπας, &c.] Quod de Cyro hoc loco Noster, id propheta *Daniel* (Babylone, ut videtur eruditis. *Us-serio*, hoc tempore cum Cyro in Mediam profectus) de Cyaxare tradit, vi, 1. Communè forsan erat utriusque principis decretum: Cyrus enim regiones, Medicarum, quibus præfectus fuerat, copiarum operâ subactas, ad Cyaxaris ditionem se adjecisse professus est lib. v, p. 306, ideóque ejus consilio, in superiori illo congressu (de quo vide p. 312), adhibito, satrapiarum eam distributionem Cyrum instituisse, ut credamus par est. Ità ferè *Armachensis* ille ad annum M. 3466, P. J. 4176, ante æram Christ. 538.

c Ἀνύπαλους ἔχοι ἐν, &c.] MS. Bodl. εὐθὺς ἀνύπαλον ἔχοιεν τὴν χώραν. *Camerarii* liber ἀνύπαλα. Utrique anteferenda videtur vulgata lectio.

d Ἐφ' οἷς ἴασιν] Similiter ἐπὶ in hac sig-

ῥᾴδιον φέρειν ἂν αὐτός. Ἐπεὶ δὲ καλασαίη τὶς ἄρχων, καὶ αἰσθάνοιτο ταῦτα χαλεπῶς, ἂν ἐδόκην αὐτῷ φέρειν, νομίζοντες δι' ἑαυτῶν ἀπιστίαν ταῦτα γενέσθαι. Οὕτω δὴ συλλέξας, λέγει αὐτοῖς τοιάδε·

" Ἄνδρες φίλοι, εἰσὶν ἡμῖν ἐν ταῖς κατεσταμμέναις πόλεσι " φρουροὶ καὶ φρούραρχοι, οὓς τότε κατελίπομεν· καὶ τούτοις ἐγὼ " προσάξας ἀπῆλθον ἄλλο μὲν οὐδὲν πολυπραγμονεῖν, τὰ δὲ " τείχη διασώζειν. Τούτους μὲν οὖν ἃ παύσω τῆς ἀρχῆς, ἐπεὶ καλῶς διαπεφυλάκασι τὰ προσταχθέντα· ἄλλους δὲ σατράπας " πέμψαι μοι δοκεῖ, οἵτινες ἄρξουσι τῶν ἐνοικούντων, καὶ τὸν δασμὸν " λαμβάνοντες τοῖς τε φρουροῖς δώσουσι μισθὸν, καὶ ἄλλο τελέσουσιν " ὅ,τι ἂν δέῃ. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τῶν ἐνθάδε ὑμῶν, οἷς ἂν ἐγὼ " πράγματα παρέχω, πέμπων πράξοντάς τι ἐπὶ ταῦτα τὰ " ἔθνη, χώρας γε νέμεσθαι καὶ οἰκους ἐκεῖ, ὅπως δασμοφορῆται " αὐτοῖς δεῦρο, ὅταν τε ἴωσιν ἐκεῖσε, εἰς οἰκεῖα ἔχωσι κατά- " γεσθαι." Ταῦτα εἶπε, καὶ ἔδωκε πολλοῖς τῶν Φίλων καλὰ πάσας τὰς καλασταφείσας πόλεις οἴκους, καὶ ὑπηκόους· καὶ ἔτι νῦν εἰσιν

laturos id æquioribus animis arbitrabatur. Sin præfectus aliquis *jam* constitutus esset, atque hæc *deindè* animadverteret, graviter laturos arbitrabatur, *velut* existimantes hæc ideò fieri, quòd fides sibi non haberetur. Itaque convocatis iis, hujusmodi quædam loquutus est:

" Sunt nobis, amici, subactis in urbibus et præsidiarii milites et eo- " rum præfecti, quos tunc reliquimus; atque his ego discedens præcepi " nihil ut aliud curiosè instituerent agere, sed *munitiones et* castella tue- " rentur. His equidem magistratum non adimam, cùm præclarè quæ " *ipsis* erant mandata conservârint; verùm alii mihi satrapæ mittendi " videntur, qui *regionum* incolis præsint, acceptóque tributo, tum præ- " sidiariis militibus stipendium persolvant, tum quidquid præterea ne- " cesse fuerit, perficiant. Etiam mihi videtur, iis, qui è vobis hîc degunt, " et quibus ego negotia impono, dum ad obeunda quædam munera ad " istas nationes eos mitto, istic et agros et ædes adsignandas esse; ut et " tributum huc illis adferatur, et cùm eò venerint, suas in ædes possint " divertere." Hæc cùm dixisset, multis ex amicis in omnibus subactis urbibus donabat ædes et quos parentes haberent: atque hâc etiam

nificatione tertio casui jungitur *Mat.* xxvi, 50. Non erat igitur, cur eruditis. *Casaubonus* improbaret vulgatam istius commatis scripturam ἐφ' ᾧ πάρει; et alteram illam ἐφ' ὃ πάρει mallet, quam codex *Alexandr* aliique à doctiss. *Christ. Wolfio* memorati, repræsentant. Inauspicatò certè ad Xenophontem provocat vir doctissimus, quò suam stabiliret opinionem: Noster enim, et hâc et illâ sæpè usus structurâ, nunc quarto casui, nunc tertio præpositionem jungit istam. Sic l. iii, p. 171. ἐφ' οἷς τε ἐτειφόμεθα, &c. l. vii, p. 396, ἐπ' ἀγαθῷ παρεῖναι, l. viii, infra ἐφ' ᾧ Κῦρος αὐτὰ, &c. Alterius constructionis exempla ultrò se ubique ferè offerunt.

τοῖς ἀπογόνοις τῶν τότε λαβόντων αἱ χῶραι καταμένωσαι, ἄλλαι ἐν ἄλλῃ γῇ, αὐτοὶ δὲ οἰκῶσι παρὰ βασιλεῖ. "Δεῖ δὲ, ἔφη, τὺς "ἰόντας σατράπας ἐπὶ ταῦτας τὰς χώρας, τοιούτους ὑμᾶς σκο- "πεῖν οἵτινες ὅ,τι ἂν ἐν τῇ γῇ ἑκάστῃ καλὸν ἢ ἀγαθὸν ᾖ, "μεμνήσονται καὶ δεῦρο ἀποπέμπειν· ὡς μετέχωμεν καὶ οἱ ἐνθάδε "ὄντες τῶν πανταχῇ γιγνομένων ἀγαθῶν· καὶ γὰρ ἤν τι πῃ δεινὸν "γίγνηται, ἡμῖν ἔσται ἀμυντέον." Ταῦτ' εἰπὼν, τότε μὲν ἔπαυσε τὸν λόγον· ἔπειτα δὲ ὡς ἐγίγνωσκε τῶν φίλων ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἐπιθυμοῦντας ἰέναι, ἐκλεξάμενος αὐτῶν τὺς δοκοῦντας ἐπιτηδειοτάτους εἶναι, ἔπεμπε σατράπας, εἰς Ἀραβίαν μὲν, [a] Μεγάζυβον· εἰς Καππαδοκίαν δὲ, Ἀρταβάταν· εἰς Φρυγίαν δὲ τὴν μεγάλην, Ἀρταχάμαν· εἰς [b] Λυκίαν δὲ καὶ Ἰωνίαν, Χρυσάντην· εἰς Καρίαν δὲ, Ἀδύσιον, ὥσπερ ἦτων· εἰς Φρυγίαν δὲ τὴν παρ' Ἑλλήσποντον, καὶ Αἰολίδα, Φαρνοῦχον. Κιλικίας δὲ καὶ Κύπρου καὶ Παφλαγόνων οὐκ ἔπεμψε Πέρσας σατράπας, ὅτι ἐκόντες ἐδόκουν αὐτῷ συστρατεύεσθαι ἐπὶ Βαβυλῶνα· δασμοὺς μέντοι συνέταξεν ἀποφέρειν καὶ τούτους. Ὡς δὲ τότε Κῦρος κατεσκέψατο, ὅτως ἔτι καὶ νῦν βασιλέως εἰσὶν αἱ ἐν ταῖς ἄκραις φυλακαὶ, καὶ οἱ χιλίαρχοι τῶν φυλακῶν [c] ἐκ βασιλέως

tempestate posteri eorum, qui tunc *illa* consequuti sunt, in agrorum, quorum alii aliâ in regione siti sunt, possessione permanent: ipsi verò apud regem habitant. " De satrapis autem, inquit, ad regiones illas " mittendis, ut ejusmodi sint vobis videndum est, qui meminerint huc " etiam mittendum esse quidquid in quovis solo pulchri boníve fuerit: " ut etiam nos qui hîc manemus *omnium* bonorum, quæ ubique pro- " veniunt, participes simus: nam si quid uspiam rei terribilis existat, " *id* nobis propulsandum erit." Hæc loquutus, finem tunc dicendi fecit: ac deindè, quos ex amicis animadverteret eundi cupidos, secundùm conditiones propositas; habito delectu, eos, qui maximè viderentur idonei, satrapis misit, in Arabiam, Megazybum: in Cappadociam, Artabatam: in Phrygiam magnam, Artacamam: in Lyciam atque Ioniam, Chrysantem: in Cariam, Adusium, ut *ipsi* petierant: in Phrygiam, quæ propter Hellespontum sita est, et Æolidem, Pharnuchum. Ciliciæ verò, et Cypro, et Paphlagonibus satrapas Persicos nullos misit, quòd ultro visi essent adversùs Babylonem ejus signa sequuti: sed tamen his etiam tributa indixit adferenda. Ut autem Cyrus id temporis constituit, sic etiam nunc arcium præsidia regis *in potestate* sunt, et præsidiariorum tribuni à rege

a Μεγάζυβον] Edit. *Elzev.* Μεγάδυζον. nec aliter veteres quidam legerunt interpretes. Sed hoc monuisse sat est.

b Δυκίαν.] Legitur etiam Λυδίαν. Supra quoque p. 404, pro Λύκιοι in quibusdam libris scribitur Λυδοί. Lectionem vulgatam utrobique retinendam puto.

c Ἐκ βασιλέως, &c.] Eadem est præpositionis istius vis apud *Jok.* vi, 65.

εἰσὶ καθεσηκότες, καὶ παρὰ βασιλεῖ ἀποδεδεγμένοι. Προεῖπε δὲ πᾶσι τοῖς ἐκπεμπομένοις [a] σατράπαις, ὡς δυνατὸν, ὅσα ἑώρων ποιοῦντα αὐτὸν, πάντα μιμεῖσθαι· πρῶτον μὲν ἱππέας καθιζάναι ἐκ τῶν συνεπομένων Περσῶν καὶ συμμάχων, ἢ ἁρμαμαξάτας· ὁπόσοι δ' ἂν γῆν καὶ ἀρχεῖα, λάβωσιν, ἀναγκάζειν τούτους ἐπὶ θύρας ἰέναι, καὶ σωφροσύνης ἐπιμελουμένους, παρέχειν ἑαυτοὺς τῷ σατράπῃ χρῆσθαι, ἤν τι δέηται· παιδεύειν δὲ καὶ τοὺς γιγνομένους παῖδας ἐπὶ θύρας, ὥσπερ παρ' αὐτῷ· ἐξάγειν δὲ ἐπὶ τὴν θήραν τὸν σατράπην τοὺς ἀπὸ θυρῶν, καὶ ἀσκεῖν αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν ἑαυτῷ τὰ πολεμικά. "Ὃς δ' ἂν ἐμοὶ, ἔφη, καλὰ λόγον τῆς δυνάμεως πλεῖσα "μὲν ἅρματα, πλείστους δὲ καὶ ἀρίστους ἱππέας ἀποδεικνύῃ, τοῦτον "ἐγὼ, ὡς ἀγαθὸν σύμμαχον, καὶ ὡς ἀγαθὸν συμφύλακα Πέρ- "σαις τε καὶ ἐμοὶ τῆς ἀρχῆς, τιμήσω. Ἑστωσαν δὲ παρ' ὑμῖν καὶ "[b] ἕδραις, ὥσπερ παρ' ἐμοὶ, οἱ ἄριστοι προτετιμημένοι· καὶ τρά- "πεζα, ὥσπερ ἡ ἐμὴ, τρέφουσα μὲν πρῶτον τοὺς οἰκέτας, ἔπειτα "δὲ, καὶ ὡς φίλοις μεταδιδόναι, ἱκανῶς κεκοσμημένη· καὶ ὡς τὸν "καλόν τι ποιοῦντα καθ' ἡμέραν ἐπιγεραίρειν. Κτᾶσθε δὲ καὶ

constituuntur, et apud regem descripti *census eorum* exstant. Prætereà satrapis omnibus, quos emittebat, edixit, ut omnia, quæcunque se facere viderent, pro viribus imitarentur: primùm equites et curruum agitatores ex illis Persis ac sociis qui comitarentur ipsos, instituerent: quicunque verò et agros et palatia consequuti essent, eos ad frequentandam portam cogerent, útque temperantiæ studiosi, satrapæ semet utendos exhiberent, si quid usus posceret: etiam liberos, qui *eis* nascerentur, ad portam educarent *et instituerent*, quemadmodùm apud ipsum fieret: itidem satrapam, quos haberet ad portam, venatum educere debere, ac tum se tum suos ad res bellicas exercere. " Qui autem mihi, ait, pro " ratione potestatis *suæ* currus plurimos, plurimos etiam præstantissi- " mósque equites effecerit, hunc ego, tanquam egregium belli socium, " et tanquam præclarum custodiæ imperii tum Persici tum mei adju- " torem, honoribus ornabo. Sint apud vos etiam sessionibus, perinde " atque apud me, viri præstantissimi præ cæteris honorati: *sit* et men- " sa, quæ sicut *et* mea, primùm domesticos alat: deindè, sat benè in- " structa *sit* tum ad impertiendum amicis; tum ad honorem illi exhi- " bendum, qui singulos in dies aliquid præclarè geret. Etiam septa vobis

a Σατράπαις, ὡς δυνατὸν ὅσα, &c.] Sic reposuimus ex conjecturâ *Leunclavii*; cui nonnihil favet *Gabrielii* vet. exempl. ὅσα ἑώρων exhibentis auctoritas. Legebatur antea——σατράπαις ὅσα δυνατὸν ἑώρων ποιοῦντα, &c.

b Ἕδραις] Sic corrigendum ex iis quæ paulò infra leguntur, p. 495, πάντες δὲ οἱ ἄριστοι τῶν παρόντων ἕδραις προτετίμηνται. Vulgò scribitur ἕδραι. *Camerarii* liber hanc offert lectionem: ἔσων δὲ παρ' ὑμῖν καὶ ἕδραι, ὥσπερ παρ' ἐμοὶ προτετιμημένοις: cui receptam nemo non, opinor, anteferendam videt.

" παραδείσους, καὶ θηρία τρέφετε, καὶ μήτε αὐτοὶ πολὺ ἄνευ πόνου
" σῖτον παράθεσθε, μήτε ἵπποις ἀγυμνάστοις χόρτον ἐμβάλλετε·
" οὐ γὰρ ἂν δυναίμην ἐγὼ εἷς ὢν ἀνθρωπίνῃ ἀρετῇ τὰ πάντων
" ὑμῶν ἀγαθὰ διασώζειν, ἀλλὰ δεῖ ἐμὲ μὲν ἀγαθὸν ὄντα σὺν
" ἀγαθοῖς τοῖς παρ' ἐμοῦ ὑμῖν ἐπίκουρον εἶναι· ὑμᾶς δὲ ὁμοίως
" αὐτοὺς, ἀγαθοὺς ὄντας, σὺν ἀγαθοῖς τοῖς μεθ' ὑμῶν ἐμοὶ συμ-
" μάχους εἶναι. Βουλοίμην δ' ἂν ὑμᾶς καὶ τόδε καταμαθεῖν, ὅτι
" τούτων ὧν νῦν ὑμῖν παρακελεύομαι, οὐδὲν τοῖς δούλοις προσ-
" τάττω· ἃ δ' ὑμᾶς φημὶ χρῆναι ποιεῖν, ταῦτα καὶ αὐτὸς πει-
" ρῶμαι πάντα πράττειν. Ὥσπερ δ' ἐγὼ ὑμᾶς κελεύω ἐμὲ μι-
" μεῖσθαι, οὕτω καὶ ὑμεῖς τοὺς ὑφ' ὑμῶν ἀρχοὺς ἔχοντας μιμεῖσθαι
" ὑμᾶς διδάσκετε."

Ταῦτα δὲ Κῦρος οὕτω τότε τάττων, ἔτι καὶ νῦν τῷ αὐτῷ τρόπῳ πᾶσαι μὲν αἱ ὑπὸ βασιλεῖ φυλακαὶ ὁμοίως φυλάττονται, πᾶσαι δὲ αἱ τῶν ἀρχόντων θύραι ὁμοίως θεραπεύονται, πάντες δὲ οἱ οἶκοι καὶ μεγάλοι καὶ μικροὶ ὁμοίως οἰκοῦνται· πάντες δὲ οἱ ἄριστοι τῶν παρόντων ἕδραις προτετίμηνται, πᾶσαι δὲ αἱ πορεῖαι συντεταγμέναι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον εἰσὶ, πᾶσι δὲ συγκεφαλαιοῦνται πολλαὶ πράξεις ὀλίγοις ἐπισάταις. Ταῦτα δ' εἰπὼν, ὡς χρὴ ποιεῖν ἑκάστους, ᾗ δύναμιν ἑκάστῳ προσθεὶς, ἐξέπεμπε, καὶ προεῖπεν ἅπασι

" hortorum sunto, ac feras alite, nec ipsi unquam labore nullo præce-
" dente cibum *vobis* adponite, neque pabulum equis non exercitis objì-
" cite: non enim fieri poterit, ut unus ego virtute humanâ vestrûm om-
" nia bona tuear; sed necesse est ut ipse, strenuum me præbendo, cum
" viris fortibus à me *mittendis*, vobis auxilio sim; ac vos itidem viros
" esse fortes *oportet*, et cum vestris, qui et ipsi fortes sint, belli mihi
" socios *et adjutores* esse. Velim hoc etiam consideretis, nihil me
" horum, ad quæ jam vos cohortor, servis imperare: et quæ vobis faci-
" enda esse aio, hæc ipsemet exsequi omnia studio. Denique ut vos
" ego me imitari jubeo, sic etiam vos illos, qui vestro sub imperio ma-
" gistratus habent, ad vos imitandos instituite."

Atque hæc utì tum Cyrus instituit, sic etiam hodiè cuncta regis imperio subjecta præsidia custodiuntur, et omnes magistratuum portæ officiosè pari ratione frequentantur, omnésque tum amplæ tum exiguæ domus simili modo administrantur: omnes ex iis, qui adsunt, præstantissimi sessionibus honoris ergo supra cæteros ornantur; omnia itinera eodem modo instituuntur, pérque paucos præfectos res multæ brevi compendio curantur. His indicatis, quemadmodùm se gerere singuli deberent, ac manu militum cuique datâ, sic eos dimisit, ut prædiceret universis,

παρασκευάζεσθαι, ὡς εἰς νέωλα στρατείας ἐσομένης, καὶ ἀποδείξεως ἀνδρῶν καὶ ὅπλων καὶ ἵππων καὶ ἁρμάτων. Καλενοήσαμεν δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Κύρου καλάρξαντος, ὡς φασὶ, καὶ νῦν ἔτι διαμένει· ἐφοδεύει γὰρ ἀνὴρ κατ' ἐνιαυτὸν ἀεὶ, στράτευμα ἔχων· ὃς, ἢν μέν τις τῶν σατραπῶν ἐπικουρίας δέηται, ἐπικουρεῖ· ἢν δέ τις ὑβρίζῃ, σωφρονίζει· ἢν δέ τις ἢ δασμῶν φορᾶς ἀμελῇ, ἢ τῶν ἐνοίκων φυλακῆς, ἢ ὅπως ἡ χώρα ἐνεργὸς ᾖ, ἢ ἄλλο τι τῶν τεταγμένων παραλίπῃ, ταῦτα πάντα καλευθερπίζει· ἢν δὲ μὴ δύνηται, βασιλεῖ ἀπαγγέλλει· ὁ δὲ ἀκούων, βουλεύεται περὶ τοῦ ἀτακτοῦντος· καὶ οἱ πολλάκις λεγόμενοι ὅτι βασιλέως υἱὸς καταβαίνει, βασιλέως ἀδελφὸς, βασιλέως ὀφθαλμὸς, οὐ ἐνίοτε φαίνονται, οὗτοι τῶν ἐφόδων εἰσίν· ἀποπέμπεται γὰρ ἕκαστος αὐτῶν, ὁπόθεν ἂν βασιλεὺς κελεύῃ.

Καλεμάθομεν δὲ αὐτοῦ καὶ ἄλλο μηχάνημα πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, ἐξ οὗ ταχέως ἠσθάνετο καὶ τὰ πάμπολυ ἀπέχοντα ὅπως ἔχοι. Σκεψάμενος γὰρ, πόσην ἂν ὁδὸν ἵππος κατανύτοι τῆς ἡμέρας ἐλαυνόμενος, ὥστε διαρκεῖν, ἐποιήσατο ἱππῶνας τοσούτους διαλείποντας, καὶ ἵππους ἐν αὐτοῖς κατέστησε, καὶ τοὺς ἐπιμελησομένους τούτων· οὐ ἄνδρα ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τόπων ἔταξε, τὸν ἐπιήδειον παραδέχεσθαι τὰ φερόμενα γράμματα, καὶ παραδιδόναι, καὶ παραλαμβάνειν

parārent sese, quod suscipienda in annum proximum esset expeditio, et lustrandi milites, arma, equi, currus. Hoc etiam ab auctore Cyro profectum, ut aiunt, nunc quoque servari animadvertimus: obit quispiam *satrapias ditionis Persicæ* cum exercitu singulis annis: qui, si satraparum aliquis indiget auxilio, fert *ei* auxilium; si quis insolenter se gerit, *eum* sanam ad mentem revocat: quòd si quis vel tributa conferenda, vel incolas custodiendos, vel agrum colendum minùs diligenter curat, vel aliquid aliud ex iis quæ sunt imperata prætermittat, hæc *ille* corrigit omnia: si verò nequeat, regi denuntiat: is ubi rem audit, de eo, qui *spreto imperio* se petulanter gerit, deliberat; ac ii sæpenumerò, de quibus dicitur, regis filius descendit, regis frater, regis oculus, licèt aliquando non conspiciantur, circitores illi sunt: nam unusquisque horum revocatur, undecunque rex jubet.

Etiam aliud quiddam excogitâsse Cyrum cognovimus, *quod* ad magnitudinem imperii *pertinet*, unde celeriter intelligeret, qui etiam rerum longè remotarum status esset. Cùm enim considerâsset, quantum itineris equus agitatione diurnâ conficere viribus integris posset, equorum stabula parari curavit, quæ tantundem distarent, et in his equos constituit, cum illis qui eorum curam gererent: ordinavit et quolibet loco quendam, qui tum ad recipiendum literas adlatas, tum ad tradendum eas aliis idoneus esset; quique defatigatos equos

τὰς [a] ἀπειρηκότας ἵππους καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἄλλους πέμπειν νεαλεῖς. Ἔσι δ' ὅτι καὶ τὰς νύκτας φασὶν ἴσασθαι ταύτην τὴν πορείαν, ἀλλὰ τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι. Τούτων δὲ οὕτω γιγνομένων, [b] φασί τινες θᾶττον τῶν γεράνων ταύτην τὴν πορείαν ἀνύτειν· [c] εἰ δὲ τοῦτο ψεύδονται, ἀλλ' ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων [d] πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη, τοῦτο εὔδηλον. Ἀγαθὸν δὲ, [e] ὡς τάχιστα ἕκαστον αἰσθανόμενον, ὡς τάχιστα ἐπιμελεῖσθαι.

Ἐπεὶ δὲ περιῆλθεν ὁ ἐνιαυτὸς, συνήγειρε στρατιὰν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ λέγεται αὐτῷ γενέσθαι εἰς δώδεκα μὲν ἵππων μυριάδας, εἰς δισχίλια δὲ ἅρματα δρεπανηφόρα, πεζῶν δὲ εἰς μυριάδας ἑξήκοντα. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα συνεσκευάσατο αὐτῷ [f] ὥρμα δὴ ταύτην τὴν στρατείαν, ἐν ᾗ λέγεται καταστρέψασθαι πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα [g] Συρίαν

et homines exciperet, ac alios mitteret recentes. Atque hoc in itinere nè noctu quidem interdum cessare eos dicitur, sed nuntio diurno succedere nocturnum. Quæ cùm ità fiunt, aiunt nonnulli gruum volatu celeriùs iter *istos* hujusmodi conficere : quod si verè non dicitur, saltem hoc manifestum est, omnium pedestrium itinerum, quæ homines conficiant, hoc velocissimum esse. Bonum est autem, ut quamprimùm aliquid animadvertitur, *etiam* cura quàm celerrimè adhibeatur.

Posteaquam annus præteriisset, Cyrus exercitum Babylonem coëgit, habuisséque fertur ad centum viginti equitum millia, currus falcatos bis mille, peditum millia sexcenta. Quo adparatu facto, expeditionem illam suscepit, quâ nationes universas sibi subjecisse dicitur, quæ ab ingressu

a Ἀπειρηκότας ἵππους ἢ ἀνθρώπους, &c.] In libris vulgatis non exstant ἢ ἀνθρώπους: quæ tamen verba fuêre in exemplaribus *Philelpho* et *Gabrielio* visis reperta; atque adeò haud cunctanter à me, adsentientibus Stephano et Leunclavio, restituta.

b Φασί τινες] Non φασί τινες, sed φασί τινες, à Leuncl. redditum, quod aptius ei visum est: mihi non item. Cæterùm de cursoribus istis vide *Herodot.* l. viii, c. 98, et *Suid.* ad v. Ἀγγάροι.

c Εἰ δὲ τοῦτε——ἀλλὰ, &c.] Similiter ἀλλὰ post εἰ loco *tamen* usurpatur 2 *Cor.* xiii, 4, et *Col.* ii, 5.

d Πεζῇ πορειῶν] *Scilicet* ad differentiam τῶν κατὰ θάλασσαν: perinde atque πεζοὶ apud auctores opponi solent τοῖς ναυμαχοῦσι, et πεζὴ δύναμις τῇ ναυτικῇ. Similiter *pedibus ire*, est *terrâ ire* apud *Cæsar.* B. C. l. ii, c. 23, et apud *Cicer.* in *Vatin.* c. v, *pedibus iter conficere* et *navigare* opponuntur.

e Ὡς τάχιστα ἕκαστον] Stephanus scribendum arbitratur ἑκάστου, aut ἑκάστων, utrumlibet in neutro genere. Sed nihil muto.

f Ὥρμα δὴ ταύτην, &c.] Ità MS. Bodl. et libri editi, quos vidi, omnes. Liber Budensis, teste Leunclavio, habet ταύτην τὴν στρατιὰν ἔχων, ἐν ᾗ λέγεται, &c. Ipse malim quidem cum Stephano retinere vulgatam lectionem, et statim post ἅρμα δὴ adjicere præpositionem εἰς, vel ἐπὶ: sic l. i, p. 51, ὡρμᾶτο ἐπὶ τὴν στρατείαν. Quod omnino faciendum; nisi cuiquam visum fuerit ὁρμᾶν transitivè sumere.

g Συρίαν ἰσχύντι] Ex eodem libro Budensi Leunclavius etiam adfert probátque Συρίαν ἰσχύνι: cui vulgata tamen scriptura mihi neutiquam postponenda videtur. Verba enim de eo possint intelligi, qui ingressus Syriam, ultra eam ad mare usque rubrum pergat.

εἰσβάλλει οἰκεῖ μέχρις ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἡ εἰς Αἴγυπτον στρατεία λέγεται γενέσθαι, καὶ καταστρέψασθαι Αἴγυπτον. Καὶ ἐκ τούτου τὴν ἀρχὴν ὥρισεν αὐτῷ πρὸς ἕω μὲν, ἡ ἐρυθρὰ θάλαττα. πρὸς ἄρκτον δὲ, ὁ Εὔξεινος πόντος· πρὸς ἑσπέραν δὲ, Κύπρος καὶ Αἴγυπτος· πρὸς μεσημβρίαν δὲ, Αἰθιοπία. Τούτων δὲ τὰ πέρατα τὰ μὲν διὰ θάλπος, τὰ δὲ διὰ ψύχος, τὰ δὲ διὰ ὕδωρ, τὰ δὲ δι' ἀνυδρίαν δυσοίκητα. Αὐτὸς δ' ἐν μέσῳ τούτων τὴν δίαιταν ποιησάμενος, [a] τὸν μὲν ἀμφὶ τὸν χειμῶνα χρόνον διῆγεν ἐν Βαβυλῶνι ἑπτὰ μῆνας (αὕτη γὰρ ἀλεεινὴ ἡ χώρα)· τὸν δὲ ἀμφὶ τὸ ἔαρ, τρεῖς μῆνας ἐν Σούσοις· τὴν δὲ ἀκμὴν τοῦ θέρους, δύο μῆνας ἐν Ἐκβατάνοις· ὅτῳ δὲ ποιοῦντ' αὐτὸν λέγουσιν ἐν ἐαρινῷ θάλπει καὶ ψύχει διάγειν ἀεί. Οὕτω δὲ διέκειντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι, ὡς πᾶν μὲν ἔθνος μειονεκτεῖν ἐδόκει, εἰ μὴ Κύρῳ πέμψειεν

Syriæ ad mare rubrum usque sedes suas habent. Posteà suscepta in Ægyptum fertur expeditio, quâ Ægyptum subegerit. Atque *adeò* deinceps imperium Cyri terminabat ad orientem, mare rubrum; ad septentriones, pontus Euxinus: occidentem versùs, Cyprus et Ægyptus: ad meridiem, Æthiopia. Harum autem regionum extremi fines, partim ob calorem, partim propter frigus, partim propter aquam, partim ob aquæ inopiam, sunt propemodùm inhabitabiles. Ipse cum in harum medio viveret, hyberno tempore septem menses Babylone degebat (ista quippe regio tepida est); verno, tres menses Susis; ipsâ æstate vigente, menses duos Ecbatanis: quod quia faceret, semper in calore frigoréque verno vitam egisse dicitur. Erat autem ea hominum erga ipsum adfectio, ut natio quævis deteriore videretur esse conditione, si non Cyro mitteret

a Τὸν μὲν ἀμφὶ τὸν, &c.] Quod Cyri institutum reliqui deinceps Persarum reges ferè secuti sunt. Noster *Anab. γ'*, sub finem: ἡ δὲ πρὸς ἕω, ἐπὶ Σοῦσά τε ἡ Ἐκβάτανα φέρει, ἔνθα θερίζειν ἡ ἐαρίζειν λέγεται βασιλεύς. *Plutarch.* de *Exil.* p. 604. Καίτοι τέσσαρα Περσῶν βασιλέας ἡμακάριζον, ἐν Βαβυλῶνι τὸν χειμῶνα διάγοντας· ἐν δὲ Μηδίᾳ, (*Ecbatanis* nempe) τὸ θέρος· ἐν δὲ Σούσοις, τὸ ἦδιστον τοῦ ἔαρος. Apud eundem, Diogenes etiam suas Athenis Corinthum, et Corintho Thebas migrationes instituto illi adsimilâsse dicitur, de *Profect. Virt.* p. 78, παρέβαλε ταῖς βασιλέως, ἔαρος μὲν ἐν Σούσοις, ἡ χειμῶνος ἐν Βαβυλῶνι, θέρους δ' ἐν Μηδίᾳ διαγιγνομέναις. Hinc apud *Aristidem*, *Romæ encom.* p. 203, T. 1, Edit. *Oxon.* μεταναίσαι τινὲς βασιλεῖς,——καὶ πλανῆται. *Ælianus* quidem de *Animal.* l. 10, c. 6, de Persarum rege loquitur tanquam θερίζοντος μὲν ἐν Σούσοις, χειμάζοντος δὲ ἐν Ἐκβατάνοις. At locum esse corruptum, legendúmque ibi commutatis verbis, θερίζοντα μὲν ἐν Ἐκβατάνοις, χειμάζοντα δὲ ἐν Σούσοις, animadvertit post doctiss. *Brissonium* illustris. *Ezek. Spanhemius* Observ. ad *Juli.* orat. 1, p. 126. Miror autem neque hunc neque illum apud *Strabonem* idem ferè dici, atque id quod ex *Ælianо* adtulerunt, animadvertisse: is enim lib. ii, p. 795, sic scribit, ἡ ἦν τὰ Ἐκβάτανα χειμάδιον τοῖς Πέρσαις· mox, ἡ νῦν ἔτι τοῖς Παρθυαίων βασιλεῦσι τὴν αὐτὴν παρέχεται χρείαν τε, ἡ ἀσφάλειαν. Idem tamen l. 16, p. 1079, tradit, *Ecbatana* regibus Parthorum æstiva agentibus sedem esse. Confer, si libet, *Dion. Chrysost.* orat. 6, p. 86. *Athen.* l. xii, c. 1, p. 513.

ὅ,τι καλὸν αὐτοῖς ἐν τῇ χώρᾳ ἢ φύοιτο, ἢ τρέφοιτο, ἢ τεχνῷτο· πᾶσα δὲ πόλις ὡσαύτως· πᾶς δὲ ἰδιώτης πλέσιος ἂν ᾠ̈ετο γενέσθαι, εἴ τι Κύρῳ χαρίσαιτο· καὶ γὰρ ὁ Κῦρος λαμβάνων παρ' ἑκάσων ὧν ἀφθονίαν εἶχον οἱ διδόντες, ἀντεδίδω ὧν σπανίζοντας αὐτὸς αἰσθάνοιτο.

Οὕτω δὲ τῷ αἰῶνος προκεχωρηκότος, μάλα δὴ πρεσβύτης ὢν ὁ Κῦρος ἀφικνεῖται εἰς Πέρσας [a] τὸ ἕβδομον ἐπὶ τῆς αὐτῷ ἀρχῆς. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ πάλαι δὴ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐτετελευτήκεσαν αὐτῷ· ὁ δὲ Κῦρος ἔθυσε τὰ νομιζόμενα ἱερὰ, καὶ τῷ χορῷ ἡγήσατο Πέρσαις κατὰ τὰ πάτρια, καὶ τὰ δῶρα πᾶσι διέδωκεν, ὥσπερ εἰώθει. Κοιμηθεὶς δ' ἐν τῷ βασιλείῳ, ὄναρ εἶδε τοιόνδε· ἔδοξεν αὐτῷ προσελθὼν [b] κρείττων τις ἢ κατὰ ἄνθρωπον, εἰπεῖν,

quidquid ipsis egregium in regione *suâ* vel nasceretur, vel aleretur, vel arte perficeretur: itidem quævis urbs: et quivis homo privatus opulentum se arbitrabatur, si quid Cyro gratificaretur: nam Cyrus à singulis accipiens ea, quorum copiam illi, qui dabant, haberent: vicissim eis largiebatur ea, quorum ipsos inopes esse animadverteret.

Posteaquam hoc modo ætate provectiori Cyrus esse cœpisset, admodùm senex vice jam septimâ, ex quo imperium adeptus erat, in Persiam venit. *Quo tempore* tum pater tum mater *ipsius* jamdudum, ceu credi par est, è vivis excesserant: *hîc* Cyrus sacrificia statuta fecit, ex instituto patrio chorum Persarum duxit, et pro more munera in omnes distribuit. Consopitus autem in regiâ, somnium hujusmodi vidit: accedere quispiam ad ipsum visus est, humanâ specie augustior, qui diceret,

a Τὸ ἕβδομον, &c.] *Gabrielius* ex vetust. exempl. adfert τὸ ἕβδομον ἤδη ἐπὶ, &c. nec malè. Veteres quidam interpretes cùm parum locum hunc acceperint, verterintque adeò τὸ ἕβδομον *anno septimo*, insignes quosdam temporum et annalium scriptores (nominatim *Torniellum* ad an. M. 3494. *Petavium* de Doctr. Temp. l. 10, c. 15. *Prideauxium* ad an. 530.) in errorem induxerunt. Hi enim, Nostro *Cyrop.* l. 8, auctore citato, adfirmant, Cyrum anno imperii sui septimo occubuisse. At certè Xenophontem à *Petavio* saltem attentiùs lectum esse oportuit priusquàm ad auctoritatem ejus in Historiâ fidemque imminuendam fuerat adgressus. Τὸ ἕβδομον Græcis idem est quod Latinis *septimùm*: similiter τὸ τρίτον, τὸ τέταρτον, τὸ πέμπτον sonant *tertiùm*, *quartùm*, *quintùm*. Quare docti illi viri perperam ex hoc loco (neque enim alium, opinor, ullum ad sententiam suam trahere potuerunt) Xenophontem septem annos *Babylonici* regni Cyro tribuisse, collegerunt. Hâc de re plura forsan alibi.

b Κρείττων] Præter vulgarem significationem, *Deum* etiam notat, aut rem, in quâ vis inest major aliqua. *Plato* in *Sophistâ*, p. 216, τάχ' ἂν ἂν καί σοι τις ἕτερος τῶν κρειττόνων συνέποιτο. *Plutarch.* in *Pyrrho*, p. 399. τοῦτο τὸς βαρβάρος ἐπέσχε τῷ πρόσω χωρεῖν, ὡς τινα τῶν κρειττόνων θαυμάσαντας. *Lucian.* in *Symp.* ed. *Amst.* p. 636. ἐδείκνυτο ὡς τινα τῶν κρειττόνων, *ut deorum quempiam exceperunt*: non verò ut veterat ille, *ut quempiam ex præstantioribus*, &c. *Aristid.* παναθην. T. 1, p. 96, edit. *Oxon.* ὅτι τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν ἕρυμα ὑπὸ τῶν κρειττόνων πεπεισμένον, &c. Sic auctores alii. *Hesychius*, οἱ κρείττονες, οἱ θεοί. Cui loquendi modo lucem fœnerare videtur Xenophon, pleniori hâc usus oratione, κρείττων τις ἢ κατὰ ἄνθρωπον. De divinis ἐπιφανείαις vide quæ disseruit Cl. *Cleric.* ad *Gen.* xii, 7.

συσκευάζω, ὦ Κῦρε· ἤδη γὰρ εἰς θεὸς ἄπει. Τοῦτο δὲ ἰδὼν τὸ ὄναρ ἐξηγέρθη, καὶ σχεδὸν ἐδόκει εἰδέναι ὅτι τοῦ βίου ἡ τελευτὴ παρείη· Εὐθὺς οὖν λαβὼν ἱερεῖα, ἔθυε Διΐ τε πατρῴῳ καὶ Ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς [a] ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς Πέρσαι θύουσιν, ὧδε ἐπευχόμενος· "Ζεῦ πατρῷε καὶ Ἥλιε, καὶ πάντες θεοί, δέχεσθε τάδε, καὶ τελεσή- "ρια πολλῶν καὶ καλῶν πράξεων, καὶ χαρισήρια, ὅτι ἐσημήνατέ "μοι καὶ ἐν ἱεροῖς καὶ ἐν οὐρανίοις [b] σημείοις καὶ ἐν οἰωνοῖς καὶ [c] ἐν "φήμαις ἃ τ' ἐχρῆν ποιεῖν καὶ ἃ οὐκ ἐχρῆν. [d] Πολλὴ δ' ὑμῖν "χάρις ὅτι κἀγὼ ἐγίγνωσκον τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν, καὶ οὐδε- "πώποτε ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐφρόνησα. Αἰτοῦ- "μαι δ' ὑμᾶς δοῦναι καὶ νῦν παισὶ μὲν καὶ γυναικὶ καὶ φίλοις "καὶ πατρίδι εὐδαιμονίαν· ἐμοὶ δὲ, οἷόν περ αἰῶνα δεδώκατε, τοι- "αύτην καὶ τελευτὴν δοῦναι." Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ποιήσας, καὶ οἴκαδε ἐλθὼν ἔδοξεν ἡδέως ἀναπαύσεσθαι, καὶ κατεκλίθη. Ἐπεὶ δὲ ὥρα ἦν, οἱ τεταγμένοι προσιόντες λόσασθαι αὐτὸν ἐκέλευον. Ὁ

para te, Cyre : nam ad deos jam iturus es. Hoc somnio viso, excitatus est, propéque scire videbatur, vitæ *sibi* finem adesse. Quamobrem sumptis mox hostiis, Jovi patrio, et Soli, et diis cæteris in summis montium jugis, qui Persis sacrificandi mos est, rem divinam fecit, et hujusmodi usus est precatione : " Jupiter patrie, túque Sol, ac *vos* dii uni- " versi, accipite hæc sacra, quibus et multis præclarísque actionibus fi- " nem impono, et gratias vobis ago, quòd mihi tum in sacrificiis tum " signis cœlestibus, tum auguriis tum ominibus ea significâstis, quæ vel " facienda vel omittenda erant. Magnas etiam vobis gratias ago, quòd " et ipse curam *de me* vestram agnoverim, et nunquam me rebus pro- " speris supra conditionem humanam extulerim. Rogo autem vos, " ut nunc quoque liberis, uxori, amicis, patriæ felicitatem largiamini : " mihi verò *peto*, ut quale concessistis ævum, talem etiam exitum de- " tis." His peractis, cùm domum revertisset, quieti se dare decrevit, et decubuit. Posteaquam tempus ità posceret, accedunt ii, quibus hoc erat negotii datum, atque ut lavet, hortantur. Suaviter ille se

a Ἐπὶ τῶν ἄκρων, ὡς, &c.] Pro ὡς Πέρσαι θύουσι, Stephano placet ἐφ' ὧν Πέρσαι θύουσι. Sed nihil muto.

b Σημείοις] In MS. Bodl. et editione *Ald.* non comparet vox ista : quam tamen genuinam esse ostendit vel hic locus p. 51. Ὅτι μὲν, ὦ παῖ, θεοί σοί τε καὶ ὑμῖν πέμπουσί σε, καὶ ἐν ἱεροῖς δῆλον καὶ ἐν οὐρανίοις σημείοις.

c Ἐν φήμαις] Vox φήμη, inquit *Eustathius* ad Il. κ', p. 799. ἐπὶ τῆς ἁπλῶς ἀνθρωπίνης διαλέξεως λαλιάν, ἀλλά τινα θειοτέραν, διαλαλιὰν τῶν μέλλοντος.

d Πολλὴ δ' ὑμῖν χάρις, &c.] Oratio rarissimi apud τοὺς ἔξω exempli ; quæque Christiano digna fuerit nomine. Phrasis ista, ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐφρόνησα, haud ità longè discedit à locutionibus apostolicis *Rom.* xii, 3, 16. 1 *Cor.* iv, 6.

δ' ἔλεγεν ὅτι ἡδέως ἀναπαύοιτο. Οἱ δ' αὖ τέταγμένοι, ἐπεὶ ὥρα ἦν, δεῖπνον παρετίθεσαν· τῷ δὲ ἡ ψυχὴ σῖτον μὲν οὐ προσίετο, διψῆν δ' ἐδόκει, καὶ ἔπινεν ἡδέως. Ὡς δὲ καὶ τῇ ὑστεραίᾳ συνέβαινεν αὐτῷ ταῦτα καὶ τῇ τρίτῃ, ἐκάλεσε τοὺς παῖδας· οἱ δ' ἔτυχον συνηκολουθηκότες αὐτῷ, καὶ ὄντες ἐν Πέρσαις. Ἐκάλεσε δὲ καὶ τοὺς φίλους, καὶ τοὺς Περσῶν ἀρχάς· παρόντων δὲ πάντων, ἤρχετο τοιῶδε λόγῳ.

" [a] Παῖδες ἐμοί, καὶ πάντες οἱ παρόντες φίλοι, ἐμοὶ μὲν τοῦ βίου " τὸ τέλος ἤδη πάρεσιν (ἐκ πολλῶν τοῦτο σαφῶς γιγνώσκω)· " ὑμᾶς δὲ χρὴ, ὅταν τελευτήσω, ὥσπερ εὐδαίμονος ἐμοῦ καὶ λέ- " γειν καὶ ποιεῖν πάντα. Ἐγὼ γὰρ παῖς τε ὢν, τὰ ἐν παισὶ " νομιζόμενα καλὰ, δοκῶ κεκαρπῶσθαι· ἐπεί τε ἠβησα, τὰ ἐν " νεανίσκοις· τέλειός τε ἀνὴρ γενόμενος, τὰ ἐν ἀνδράσι. Σὺν " τῷ χρόνῳ τε προϊόντι ἀεὶ συναυξανομένην ἐπιγιγνώσκειν ἐδό- " κουν καὶ τὴν ἐμὴν δύναμιν ὥστε καὶ τὸ μὸν γῆρας ἀδεπώποτε ἠσθό- " μην τῆς ἐμῆς νεότητος ἀσθενέστερον γιγνόμενον, καὶ ἔτ' ἐπιχει- " ρήσας ἔτ' ἐπιθυμήσας οἶδα ὅτου ἠτύχησα. Καὶ τοὺς μὲν φί- " λους ἐπεῖδον δι' ἐμοῦ εὐδαίμονας γενομένους, τοὺς δὲ πολεμίους ὑπ'

quiescere dicebat. Itidem illi, quibus id erat negotii datum, cùm tempus esset, cœnam *ipsi* adponunt: at *Cyri* animus non ille quidem cibum admittebat, sed sitire videbatur, atque *adeò* cum voluptate bibit. Eadem illi cùm altero atque item tertio die accidissent, filios arcessivit; qui fortè *tunc* eum sequuti, in Persiâ degebant. Arcessivit et amicos et Persarum magistratus; qui *jam* universi cùm adessent, hujusmodi orationem exorsus est:

" Instat modò, mei filii, ac vos amici omnes qui adestis, vitæ meæ " finis (ex multis id *quidem indiciis* certò cognosco): vos autem, ubi " vitam cum morte commutavero, de me, tanquam beato, et dicere om- " nia et facere oportet. Nam et cùm puer essem, eorum, quæ in ætate " puerili præclara existimantur, fructum mihi consequutus esse videor: " et adolescens, eorum quæ habet adolescentia: et virilem prorsùs ad " ætatem ubi perveni, eorum quæ virilis ætas habet. Quin et progressu " temporis vires meas unà auctas animadvertere videbar: adeò ut senec- " tutem meam adolescentiâ nunquam imbecilliorem factam senserim, " neque quidquam vel adgressum me vel expetîsse, quod non adsequutus " sim. Amicos quidem felices per me factos vidi, hostes in servitutem

a Παῖδες ἐμοὶ, &c.] Cum gravi hâc et planè admirabili oratione Ciceronis *Catonem maj.* præsertim quæ sub finem extant, conferre juvabit.

" ἐμοῦ ἀκλωβένλας· ἢ τὴν παλρίδα πρόσθεν ἰδιωλεύσαν ἐν τῇ Ἀσίᾳ,
" νῦν προτετιμημένην καταλείπω· ὧν τ' ἐκτησάμην ἀδὲν οἶδα ὅ,τι
" οὐ δεισωσάμην. Καὶ τὸν μὲν παρελθόντα χρόνον ἔπραττον
" ἅτως, ὥσπερ ἠυχόμην· φόβος δέ μοι συμπαρομαρτῶν μή τι
" ἐν τῷ ἐπιόντι χρόνῳ ἢ ἴδοιμι ἢ ἀκούσαιμι ἢ πάθοιμι χαλεπὸν,
" ἂκ εἴα τελέως μέγα φρονεῖν, ἀδ' εὐφραίνεσθαι ἐκπεπταμένως.
" Νῦν δ' ἢν τελευνήσω, καταλείπω μὲν ὑμᾶς, ὦ παῖδες, ζῶν-
" τας, ὅσπερ ἔδοσάν μοι οἱ θεοὶ γενέσθαι· καὶ καλείπω δὲ πατρίδα
" καὶ φίλους εὐδαιμονοῦντας· ὥσε πῶς ἂκ ἂν ἐγὼ δικαίως μακαρι-
" ζόμενος τὸν ἀεὶ χρόνον μνήμης τυγχάνοιμι; Δεῖ δὲ ἢ τὴν βασι-
" λείαν μὲ ἤδη σαφηνίσαντα καταλιπεῖν· ὡς ἂν μὴ ἀμφίλογος
" γενομένη πράγματα ὑμῖν παράσχῃ. Ἐγὼ δὲ νῦν φιλῶ μὲν
" ἀμφοτέρους ὑμᾶς ὁμοίως, ὦ παῖδες· τὸ δὲ προβουλεύειν καὶ προη-
" γεῖσθαι ἐφ' ὅ,τι ἂν καιρὸς δοκῇ εἶναι, τοῦτο προσάπτω τῷ πρε-
" σβυτέρῳ γενομένῳ, ἢ πλειόνων καλὰ τὸ εἰκὸς ἐμπείρῳ. Ἐπαιδεύθην
" δὲ καὶ αὐτὸς ἅτως ὑπὸ τῆσδε τῆς ἐμῆς τε ἢ ὑμετέρας παλρίδος,
" τοῖς πρεσβυτέροις, ἀ μόνον ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ πολίταις, καὶ
" ὁδῶν ἢ ἀκων καὶ λόγων ὑπείκειν· ἢ ὑμᾶς δὲ, ὦ παῖδες, ἅτως
" ἐξ ἀρχῆς ἐπαίδευον, τοὺς μὲν γεραιτέρους προτιμᾶν, τῶν δὲ νεω-
" τέρων προτετιμῆσθαι· ὡς ἓν παλαιὰ καὶ εἰθισμένα καὶ ἔννομα

" à me redactos; patriam antehac nullo in Asiâ claram imperio, nunc
" dignitate principem relinquo: quæ denique sum consequutus, eo-
" rum nihil non conservâsse me scio. Et quanquam præterito tem-
" pore nihil non ex voto mihi succederet, tamen quia comes mihi me-
" tus erat, nè quid in futurum vel viderem, vel audirem, vel paterer
" rei gravis, non is mihi concessit, ut prorsùs elato animo essem,
" vel effusè lætarer. Nunc si moriar, vos quidem, filii, quos mihi
" dii nasci voluêre, superstites relinquo: et patriam et amicos itidem
" relinquo fortunatos: quî possit itaque fieri, ut ego non meritò sem-
" piternâ hominum beatum me prædicantium memoriâ celebrer? Est
" autem mihi jam hoc quoque declarandum, cui regnum relinquam;
" nè *id* in ambiguo relictum negotia vobis facessat. Complector
" equidem, filii, pari utrumque vestrûm benevolentiâ: verùm et con-
" silio providere et ducis officio fungi, quacunque in re tempus *et usus*
" postulet, eum jubeo, qui natu major est, et usum rerum plurium,
" prout consentaneum est, habet. Quin et ipse utî ab hâc meâ vestrâ-
" que patriâ sum institutus, natu majoribus, non modò fratribus, sed
" civibus etiam, de viâ, sedibus, dicendi loco cedendum esse; sic vos
" quoque, filii, ab initio institui, ut natu majoribus honorem principem
" deferatis, et vicissim minoribus honore ante eatis: quamobrem ità, quæ

" λέγοντος ἐμοῦ, ὅτως ἀποδέχεσθε. Καὶ σὺ μὲν, ὦ Καμβύση,
" τὴν βασιλείαν ἔχε, θεῶν τε διδόντων καὶ ἐμοῦ, ὅσον ἐν ἐμοί·
" σοὶ δὲ, ὦ Ταναοξάρη, σατράπην εἶναι δίδωμι Μήδων τε καὶ
" Ἀρμενίων, [a] καὶ τρίτων Καδουσίων· ταῦτα δέ σοι διδοὺς, νομίζω
" ἀρχὴν μὲν μείζω καὶ τὄνομα τῆς βασιλείας τῷ πρεσβυτέρῳ κα-
" ταλιπεῖν, εὐδαιμονίαν δέ σοι ἀλυποτέραν. Ὁποίας μὲν γὰρ
" ἀνθρωπίνης εὐφροσύνης ἐπιδεὴς ἔσῃ οὐκ ὁρῶ· ἀλλὰ πάντα σοι
" τὰ δοκοῦντα ἀνθρώπους εὐφραίνειν παρέσται. Τὸ δὲ δυσκατα-
" πραϰλοτέρων ἐρᾶν, καὶ τὸ πολλὰ μεριμνᾶν, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι
" ἡσυχίαν ἔχειν, κεντριζόμενον ὑπὸ τῆς πρὸς τἀμὰ ἔργα φιλο-
" νεικίας, καὶ τὸ ἐπιβουλεύειν ἢ τὸ ἐπιβουλεύεσθαι, ταῦτα τῷ βα-
" σιλεύοντι ἀνάγκη σοῦ μᾶλλον συμπαρομαρτεῖν· ἃ, σάφ' ἴσθι,
" [b] τῷ εὐφραίνεσθαι πολλὰς ἀσχολίας παρέχει. [c] Οἶσθα μὲν οὖν

" à me dicuntur, accipite, ut qui tum prisca tum moribus recepta at-
" que etiam legibus consentanea proferam. Ac tuum quidem, Cam-
" byses, regnum esto, diis *illud* ac me tibi largientibus, quantum *qui-*
" *dem* in me est: tibi verò, Tanaoxares, *hoc* tribuo, ut Medorum, et
" Armeniorum, et tertio loco Cadusiorum satrapa sis: quæ tibi cùm
" largior, majus quidem imperium et regni nomen natu majori me
" relinquere arbitror; tibi verò felicitatem magìs omnis expertem
" molestiæ. Nam quâ delectatione humanâ carituras sis, *equidem* non
" video; certè omnia quæ hominibus adferre voluptatem videntur,
" tibi sunt adfutura. Amorem verò illorum, quæ confectu difficilia
" sunt, et multarum rerum solicitam occupationem, et vitæ alienam
" à quiete rationem, pungente animum æmulatione rerum à me gesta-
" rum, et insidiarum molitionem, earundémque structarum ab aliis
" metum; hæc, *inquam*, necesse est illum, qui regno potietur, ma-
" gìs quàm te, comitari: quæ, sat scito, multa objiciunt impedi-
" menta, quo minùs animo læto quis esse possit. Et tu quidem certè

a Καὶ τρίτων Καδουσίων] MS. Bodl. τρίτου. Si quid mutationis inducendum sit, mallem τρίτως. Filio huic Cyri natu minori apud *Ctesiam* nomen est Ταννοξάρκης· quem, eodem auctore, Cyrus ἐπίστησε διστόταν Βακτρίων καὶ τῆς χώρας, καὶ Χορασμίων, καὶ Παρθίων, καὶ Καρμανίων. Sed hic quæ narrare solet, vix capiunt fidem.

b Τῷ εὐφραίνεσθαι] Verba hæc in edit. *Ald.* non exstant: omnino tamen retinenda videntur, cùm præcesserit ἀλλὰ πάντα σοι τὰ δοκοῦντα ἀνθρώπους εὐφραίνειν παρέσται.

c Οἶσθα μὲν οὖν, &c.] Gabrielius et Leunclavius marginalem hanc lectionem sequuntur Ἴσθι μὲν οὖν, &c. quæ quidem satìs apta est; sed, libris omnibus reclamantibus, in contextum non recipienda. Libet autem adducere *Micipsæ* Sallustiani verba; ut videat lector, illam *Crispi* orationem, quam divinam vocat *Ælius Spartianus*, sententiarum gravitati, ex Xenophonte sumptarum, omnem ferè, quam habet, laudem debere. *Nunc, quoniam mihi natura finem vitæ facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo, obtestórque, utì hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas: neu malis alienos adjungere, quàm sanguine conjunctos retinere. Non exercitus, neque thesauri, præsidia regni sunt, verùm ami-*

" καὶ σὺ, ὦ Καμβύση, ὅτι ὁ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βα-
" σιλείαν διασῴζον ἐστιν, ἀλλ' οἱ πιστοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν
" ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. Πιστοὺς δὲ μὴ νόμιζε [b] φύσει φύ-
" εσθαι ἀνθρώπους (πᾶσι γὰρ ἂν οἱ αὐτοὶ πιστοὶ φαίνοιντο, ὥσπερ
" καὶ τἄλλα τὰ πεφυκότα πᾶσι τὰ αὐτὰ [b] φαίνεται)· ἀλλὰ τοὺς
" πιστοὺς τίθεσθαι δεῖ ἕκαστον ἑαυτῷ· ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν ἐστιν οὐδαμοῦ
" σὺν τῇ βίᾳ, ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ. Εἰ δ' ἔστι καὶ ἄλ-
" λους τινὰς πειράσῃ συμφύλακας τῆς βασιλείας ποιεῖσθαι, μη-
" δαμόθεν πρότερον ἄρχου ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμόθεν γενομένου. Καὶ πο-
" λῖταί τοι ἄνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι, καὶ σύσσιτοι ἀπο-
" σκήνων· [c] οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες, καὶ ὑπὸ τῆς
" αὐτῆς μητρὸς τραφέντες, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες, καὶ
" ὑπὸ τῶν αὐτῶν γονέων ἀγαπώμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν μητέρα καὶ

" nôsti, Cambyses, non aureum hoc sceptrum esse, quod regnum
" tibi conservet, sed amici fidi regibus et verissimum et tutissimum
" sceptrum sunt. Fidos verò nè putes homines nasci (quòd *ità* ii-
" dem omnibus fidi conspicerentur, sicut et cætera, quæ naturâ insita
" sunt, conspiciuntur esse omnibus eadem) ; sed fidi qui sint, eos sibi
" quemque efficere oportet : parantur autem non vi, sed potiùs bene-
" ficentiâ. Quamobrem si voles et alios quosdam tibi regni custo-
" diendi socios adjungere, nequaquam priùs aliunde initium facito,
" quàm ab eo, qui loco tecum eodem ortus est. Nam et cives ma-
" gìs quàm exteri nobis sunt conjuncti, et contubernales quàm ii,
" qui nobiscum eodem in contubernio non vivunt : at verò qui co-
" dem semine prognati, ab eâdem nutriti matre, in eâdem domo cre-
" verunt, et ab iisdem parentibus diliguntur, eandémque matrem et

ei, quos neque armis cogere, neque auro parare queas : officio et fide pariuntur. Quis autem amicior, quàm frater fratri ? aut quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris, &c. Bell. Jugurth. cap. 10.

a *φύσει φύεσθαι*] MS. Bodl. *φύσει* in margine tantùm agnoscit, editi libri in contextu exhibent. Suspectam locutionem hanc habet Stephanus ; cui tamen similem in *Philem.* Reliq. ex incert. Comœd. videre est :

Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ, δέσποτα,
Αὐτοὶ δι' αὐτούς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
v. 198, et seq.

Quin et eadem hæc phrasis apud Xenophontem supra invenitur lib. v, p. 250. ubi vox utraque in contextu MSti Bodl. comparet.

b *φαίνεται*] Ità scribendum curavimus Leunclavium, adsentiente *Mureto*, sequuti. Priùs legebatur *φαίνεσθαι*, quod ferri non potest ; nisi tandem aliquod inveniatur exemplar, quod εἶναι, vel ὁρᾶσθαι, aut tale quid cum cæteris verbis parenthesi includat. Ibidem, non τοὺς πιστοὺς, sed τοὺς μὲν πιστοὺς legit *Stobæus* : cui particulæ respondeat δὲ, quæ est ante κτῆσις. Illam tamen voculam μὲν post τίθεσθαι, quàm post τοὺς, rectiùs, judice Stephano, posueris.

c Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ, &c.] Lege quæ cum *Chærecrate* disserit *Socrates* Memor. l. ii, p. 433.

" τὸν αὐτὸν πατέρα προσαγορεύοντες, πῶς ἂ πάντων ἔτοι οἰκειότατοι;
" Μὴ ἔν ἀ οἱ θεοὶ ὑφήγηνται ἀγαθὰ εἰς οἰκειότητα ἀδελφοῖς,
" μάταια ποτὲ ποιήσητε, ἀλλ' ἐπὶ ταῦτα εὐθὺς οἰκοδομεῖτε
" ἄλλα φιλικὰ ἔργα· καὶ ἔτως ἀεὶ ἀνυπέρβλητος [a] ἄλλοις
" ἔσαι ἡ ὑμετέρα φιλία. Ἑαυτῷ τοι κήδεται ὁ προνοῶν ἀδελφῷ·
" τίνι γὰρ ἄλλῳ ἀδελφὸς μέγας ὢν ἔτω καλὸν, ὡς ἀδελφῷ;
" τίς δ' ἄλλος τιμήσεται δὴ ἄνδρα μέγα δυνάμενον ἔτως,
" ὡς ἀδελφός; τίνα δὲ φοβήσεταί τις ἀδικεῖν, ἀδελφῷ μεγάλῳ
" ὄντος, ἔτως ὡς τὸν ἀδελφόν; Μήτε ἔν θᾶττον μηδείς σε τέτῳ
" ὑπακηέτω, μήτε προθυμότερον παρέσω· ἀδενὶ γὰρ οἰκειότερα
" τὰ τέτε ἔτε ἀγαθὰ, ἔτε δεινὰ, ἢ σοί. Ἐννόει δὲ καὶ τάδε, τίνι
" χαρισάμενος ἐλπίσαις ἂν μειζόνων τυχεῖν ἢ τέτῳ; τίνι δ' ἂν
" βοηθήσας ἰσχυρότερον σύμμαχον ἀντιλάβοις; τίνα δ' αἴσχιον
" μὴ φιλεῖν ἢ τὸν ἀδελφόν; τίνα δὲ ἁπάντων κάλλιον προτιμᾶν
" ἢ τὸν ἀδελφόν; Μόνε τοι, ὦ Καμβύση, πρώτε ὄλος ἀδελφῷ
" παρ' ἀδελφῷ, ἀδὲ φθόνος παρὰ τῶν ἄλλων [b] ἐφικνεῖται. Ἀλ-
" λὰ πρὸς θεῶν πατρῴων, παῖδες, τιμᾶτε ἀλλήλες, εἴ τι καὶ

" eundem patrem adpellant, quî fieri possit ut non sint omnium conjunc-
" tissimi? Nè igitur ea bona, per quæ dii fratres ad conjunctionem de-
" ducunt, frustrà vobis esse concessa patiamini; sed super hæc *ipsa* sta-
" tim studia *quædam* alia benevolentiæ *et amoris* exstruite: quo fiet, ut
" amicitia vestra semper invicta sit. Nimirum sui ipsius curam gerit,
" qui fratri prospicit: nam cui frater magnus adeò est ornamento, ut
" fratri? quis hominem præpotentem honore tanto prosequetur, quanto
" frater? quemnam aliquis adeò, ut fratrem, si frater sit magnus, injuriâ
" adficere formidet? Quamobrem nemo te celeriùs huic obediat, nemo
" alacriùs *ad ipsum* veniat: quippe nec secundæ nec adversæ *tristésque*
" res hujus ad quenquam magis propriè pertinent, quàm ad te. Hæc
" etiam consideres velim, cuinam gratificando majora te consequuturum
" sperare debeas, quàm si gratificeris fratri? cui opem ferendo, belli so-
" cium firmiorem tibi adjunges? quem turpius est non amare, quàm fra-
" trem? quemnam omnium laudabilius est observare honorando, quàm
" fratrem? Solus est frater, Cambyses, qui si apud fratrem locum prin-
" cipem obtineat, nequit ad eum pertingere aliorum invidia. Quare *vos*,
" filii, *obtestor* per deos patrios, prosequimini vosmet mutuo honore, si

a Ἄλλοις] MS. Bodl. et edit. *Ald.* ἀλλήλοις: cui receptam scripturam omnino prætulerim.

b Ἐφικνεῖται] Ità edit. *Eton.* et *Stobæus*. Vulgòscribitur ἀφικνεῖται: quod si retineatur, ἀδελφῷ παρὰτε ὄντος vel παραλείοντος, genitivus erit absolutus. Sed rectiùs, Stephano judice, ἐφικνεῖται cum genitivo ἀδελφῷ jungatur, pro eo quod est ἅπτεσθαι.

" τῷ ἐμοὶ χαρίζεσθαι μέλει ὑμῖν· [a] ἐγὼ γὰρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς
" δοκεῖτε εἰδέναι, ὡς ἐγὼν ἔσομαι ἐγὼ ἔτι ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου
" τελευτήσω· ἐγὼ γὰρ νῦν τοι τὴν γ' ἐμὴν ψυχὴν ἐωρᾶτε, ἀλλ' οἷς
" διεπραττόμεθα, τούτοις αὐτὴν ὡς ἔσαν καλεφωρᾶτε. Τὰς δὲ τῶν ἀδίκα
" πασχόντων ψυχὰς ἆρα καλενοήσατε οἵους μὲν φόβους τοῖς μιαιφόνοις
" ἐμβάλλουσιν; οἵους δὲ παλαμναίους τοῖς ἀνοσίοις ἐπιπέμπουσι;
" Τοῖς δὲ φθιμένοις τὰς τιμὰς διαμένειν ἔτι ἂν δοκεῖτε, εἰ μηδενὸς
" αὐτῶν αἱ ψυχαὶ κύριαι ἦσαν; Οὕτοι ἔγωγε, ὦ παῖδες, ἐγὼν τοῦτο
" πώποτε ἐπείσθην, ὡς ἡ ψυχὴ, ἕως μὲν ἂν ἐν θνητῷ σώματι ᾖ, ζῇ·
" ὅταν δὲ τούτου ἀπαλλαγῇ, τέθνηκεν· Ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ θνητὰ
" σώματα, ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ᾖ ἡ ψυχὴ, ζῶντα παρέχεται.
" Οὐδέ γε ὅπως ἄφρων ἔσαι ἡ ψυχὴ, ἐπειδὰν τοῦ ἄφρονος σώματος
" δίχα γένηται, ἐγὼν τοῦτο πέπεισμαι· ἀλλ' ὅταν ἄκρατος καὶ κα-
" θαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον εἰκὸς αὐτὸν εἶναι.
" Διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου, δῆλά ἐστιν ἕκαστα ἀπιόντα πρὸς τὸ ὁμόφυ-
" λον, πλὴν τῆς ψυχῆς· αὕτη δὲ μόνη οὔτε παροῦσα οὔτε ἀπιοῦσα
" ὁρᾶται. [b] Ἐννοήσατε δὲ, ἔφη, ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ

" *quidem* vos mihi gratificandi estis studiosi: non enim liquidò scire vos
" arbitrari debetis, me, posteaquam vivendi finem fecero, nihil futurum;
" nam nè modò quidem animum meum cernebatis, sed esse eum depre-
" hendebatis ex iis quæ agebat. An necdum animadvertistis quos terrores
" illorum animi, qui *vim et* injuriam passi sunt, homicidis incutiant?
" quos scelerum vindices nefariis immittant? Anne permansuros fuisse
" putatis defunctorum honores, si nihil eorum animis juris *ac potestatis*
" reliquum esset? Equidem, filii, nequaquam persuaderi mihi unquam
" passus sum, animum, quamdiu in mortali sit corpore, vivere: cùm
" ex eo exeat, mori. Nam animum video his morti obnoxiis corpori-
" bus, quamdiu in eis degat, vitam impertiri. Nè id quidem mihi persua-
" deri potuit, animum esse insipientem, posteaquam ab hoc insipiente
" corpore separatur: sed cùm *à corpore* secreta est pura mens et integra,
" tum eam sapientissimam esse, vero *maximè* consentaneum fuerit. Cùm
" dissolvitur homo, non est obscurum, ad res sui generis singula com-
" migrare, extra unum animum; qui solus neque dum adest, neque dum
" discedit, cernitur. Veniat vobis in mentem, nihil esse morti hominis

a Οὐ γὰρ δήπου, &c.] Ab hoc loco, usque ad ἐλευθερῶται, p. 507. Cicero Xenophontem est interpretatus, *Senect.* c. 22. Sed Latina à Græcis longiùs interdum discedunt: quod non miraberis, si quàm liberè et alios scriptorum aliorum locus sit interpretandus, consideraveris. Lege (nam tanti est) quæ apud Platonis *Phædon.* Socrates supremo vitæ die de immortalitate animorum disseruit.

b Ἐννοήσατε δὲ, &c.] Leunclavius legit ἐνοήσατε, vertitque *animadvertistis.* At

" θανάτῳ δέν ἐσιν ὕπνῳ· ἡ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ψυχὴ τότε δήπω θειο-
" τάτη καὶ φαίνεται, καὶ τότε τι τῶν μελλόντων προορᾷ· τότε γὰρ, ὡς
" ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται. [a] Εἰ μὲν οὖν οὕτως ἔχει ταῦτα, ὥσπερ
" ἐγὼ οἶμαι, καὶ ἡ ψυχὴ καταλείπει τὸ σῶμα, καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν
" καταιδούμενοι ποιεῖτε ἃ ἐγὼ δέομαι· εἰ δὲ μὴ οὕτως, ἀλλὰ μένουσα
" ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι συναποθνήσκει, ἀλλὰ θεούς γε τοὺς ἀεὶ ὄντας,
" καὶ πάντ' ἐφορῶντας, καὶ πάντα δυναμένους, οἵ καὶ τὴν τῶν ὅλων
" τήνδε τάξιν συνέχουσιν [b] ἀτριβῆ καὶ ἀγήραον καὶ ἀναμάρτητον, καὶ
" ὑπὸ κάλλους καὶ μεγέθους ἀδιήγητον, τούτους φοβούμενοι, μήτε ἀσεβὲς
" μηδὲν, μηδὲ ἀνόσιον, μήτε ποιήσητε, μήτε βουλεύσητε. Μετὰ μέντοι
" θεοὺς, καὶ ἀνθρώπων τὸ πᾶν γένος τὸ ἀεὶ ἐπιγιγνόμενον αἰδεῖσθε·

" similius somno: at *per somnum* maximè hominis animus divinitatem
" suam declarat, atque etiam futura prospicit: quippe qui tunc, utì
" *quidem* adparet, maximè fit liber. Quare si hæc ità sunt, quemadmo-
" dùm ego existimo, et *si* animus hoc corpus relinquit, reveriti animum
" meum, quæ vos rogo, præstate: sin hæc ità non *sunt*, sed animus et
" manet in corpore, et cum eo interit, *vos* tamen deos, qui immortales
" sunt, et intuentur et possunt omnia; quique ordinem universitatis hunc
" expertem detrimenti et senectæ, et extra omnem errorem positum,
" præ pulchritudine atque etiam magnitudine inexplicabilem conser-
" vant, hos *inquam* veriti, nihil impiè, nihil nefariè vel facite vel delibe-
" rate. Post deos universam etiam hominum nationem, quæ perpetuâ
" successione continuatur, reveremini: nam dii vos caligine *quâdam*

lectionem vulgatam, quam MS. Bodl. et cæteri præstant libri, mallem. Similiter *Plato* sub finem *Apolog. Socr.* mortem cum somno comparet: quem et *Cicero* mortis imaginem adpellat. His adde quæ apud *Cic.* de *Divin.* l. i, c. 30, exstant.

a Εἰ μὲν οὖν οὕτως, &c.] Non à verbis tantùm Xenophontis, sed etiam à sensu longissimè recedit Ciceroniana loci hujus interpretatio, quæ sic se habet: *Quare si hæc ità sunt, sic me colitote ut deum.* At verò neutiquam consentaneum est, Deorum sibi honores eum optare principem, qui cùm cæteras virtutes, tum pietatem etiam egregiè colebat.

b Ἀτριβῆ καὶ ἀγήραον] Hæc libri Budensis est lectio, quam in contextum recepit, redditámque expressit Leunclavius. Idem rectè statuit, verba hæc prorsùs esse Xenophontéa, atque adeò sic scripta reperiri ἀπομν. δ', p. 467. καὶ ὁ τὸν ὅλον κόσμον συντάττων τε καὶ συνέχων, ἐν ᾧ πάντα καλὰ καὶ ἀγαθά ἐσι, καὶ ἀεὶ μὲν χρωμένοις ἀτριβῆ τε καὶ ἀγήραα παρέχων, θᾶττον δὲ νοήμασι ἀναμαρτήτως ὑπηρετοῦντα, &c. Hîc περὶ τάξεως τῶν ὅλων, ista profert, illic περὶ κόσμου τῶν ὅλων, quæ sunt eadem scilicet. Quamvìs autem ex loco adlato satìs, opinor, constet emendationis ratio, tamen vox ἀκήρατος etiam Xenophontéa est, et hoc loco stare potuit; adhibetur autem in *Hierone* medio ferè pro *inviolatus*. Sequenti lineâ habet idem liber ὑπὸ τάχους: quod vix admittendum; cùm *Cicero* quoque, hunc locum interpretans, *pulchritudinem* agnoscat à Xenophonte scriptam, non *celeritatem*. Legitur etiam συλλαλῆσι pro συνέχουσι. Ac hoc et Xenophonteum esse, et retinendum ex loco *Memor.* l. iv, modò indicato abundè liquet. Vulgò scribitur, ἀκρίθη καὶ ἀκήραλον καὶ, &c.

" ἃ γὰρ ἐν σκότῳ ὑμᾶς οἱ θεοὶ ἀποκρύπτονται, ἀλλ' ἐμφανῆ πᾶσιν
" ἀνάγκη ἀεὶ ζῆν τὰ ὑμέτερα ἔργα· ἃ ἢν μὲν καθαρὰ ᾖ ἔξω τῶν
" ἀδίκων φαίνηται, δυναλὺς ὑμᾶς ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀναδείξει· εἰ
" δὲ ἐς ἀλλήλους ἄδικόν τι φρονήσετε, ἐκ πάντων ἀνθρώπων τὸ
" ἀξιόπιστοι εἶναι ἀποβαλεῖτε. Οὐδεὶς γὰρ ἂν ἔτι πιστεῦσαι δύναιτο
" ὑμῖν, ἢν εἰ πάνυ προθυμοῖτο, ἰδὼν ἀδικούμενον τὸν μάλιστα φιλίᾳ
" προσήκοντα. Εἰ μὲν ἓν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω οἷς χρὴ πρὸς
" ἀλλήλους εἶναι· [a] εἰ δὲ μή, καὶ παρὰ τῶν προγεγενημένων μαν-
" θάνετε· αὕτην γὰρ ἀρίστη διδασκαλία. Οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ
" διαλεγέννηται φίλοι μὲν γονεῖς παισί, φίλοι δὲ ἀδελφοῖς· ἤδη δέ
" τινες τούτων καὶ ἐναντία ἀλλήλοις ἔπραξαν· ὁποτέροις ἂν ἓν
" αἰσθάνησθε τὰ πραχθέντα συνενεγκόντα, ταῦτα δὴ αἱρούμενοι,
" ὀρθῶς ἂν βουλεύοισθε. Καὶ τούτων μὲν ἴσως ἤδη ἄλις. Τὸ δὲ
" ἐμὸν σῶμα, ὦ παῖδες, ὅταν τελευτήσω, μήτε ἐν χρυσῷ θῆτε,
" μήτε ἐν ἀργύρῳ, μηδὲ ἐν ἄλλῳ μηδενί· ἀλλὰ τῇ γῇ ὡς
" τάχιστα ἀπόδοτε. Τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τῷ γῇ μιχθῆναι,
" ἥ πάντα μὲν τὰ καλὰ, πάντα δὲ τἀγαθὰ φύει τε καὶ τρέφει;
" Ἐγὼ καὶ ἄλλως φιλάνθρωπος ἐγενόμην, καὶ νῦν ἡδέως ἄν μοι

" non tegunt, sed actiones vestras semper omnibus ante oculos versari
" necesse est: quæ si puræ secretæque ab injustitiâ adparuerint, poten-
" tes vos inter homines universos reddent: sin aliquid alter in alterum
" injuriæ cogitaveritis, apud omnes homines fidem amittetis. Nam ne-
" mo poterit ampliùs vobis credere, tametsi magnoperè cupiat, si
" videat adfici illum injuriâ, qui sit amicitiæ jure conjunctissimus. Ita-
" que si satìs ego vos doceo, quales vosmet erga vos præbere debeatis,
" *rectè est:* sin autem, ab iis etiam discite, qui ante nos exstitêre; hæc
" enim optima est doctrinæ ratio. Nam multi parentes erga liberos,
" multi erga fratres in amore constantes mansêre: nonnulli etiam
" his contraria inter se mutuò designârunt: utris igitur animadverte-
" ritis ea, quæ fecerunt, profuisse; illorum si facta prætuleritis alteris,
" rectè *vobis* consulueritis. Ac de his quidem jam fortasse satìs. Cæ-
" terùm corpus meum, filii, cùm diem supremum obiero, nec in auro
" condite, nec in argento, nec ullâ in re aliâ, sed terræ quampri-
" mùm reddite. Quid enim beatius, quàm terrâ commisceri, quæ om-
" nia præclara, bona omnia profert ac nutrit? Ego cùm aliàs homi-
" num studiosus fui, tum hoc tempore libenter mihi videor ejus rei par-

[a] Εἰ δὲ μή, &c.] Vide dicta, p. 416, not. 1.

" δοκῶ κοινωνῆσαι τῦ εὐεργετῦντος ἀνθρώπυς. Ἀλλὰ γὰρ ἤδη, " ἔφη, ἐκλιπεῖν μοι φαίνεται ἡ ψυχὴ ὅθενπερ, ὡς ἔοικε, πᾶσιν " ἄρχεται [a] ἀπολιπῦσα. Εἴ τις ὧν ὑμῶν ἢ δεξιᾶς βύλεται τῆς " ἐμῆς ἅψασθαι, ἢ ὄμμα τὸμὸν ζῶντος ἔτι προσιδεῖν ἐθέλει, προ- " σίτω· ὅταν δ' ἐγὼ ἐγκαλύψωμαι, αἰτῦμαι ὑμᾶς, ὦ παῖδες, " μηδεὶς ἔτ' ἀνθρώπων τὸμὸν σῶμα ἰδέτω, μηδ' αὐτοὶ ὑμεῖς. Πέρ- " σας μέντοι πάντας καὶ τὺς συμμάχυς ἐπὶ τὸ μνῆμα τὸμὸν παρα- " καλεῖτε, συνησθησομένυς ἐμοὶ ὅτι ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἔσομαι, " ὡς μηδὲν ἂν ἔτι κακὸν παθεῖν, μήτε ἢν μετὰ τῦ θείᾳ γένωμαι, " μήτε [b] ἢν μηδὲν ἔτι ὦ· ὁπόσοι δ' ἂν ἔλθωσι, τύτυς εὖ ποιήσαντες " ὁπόσα ἐπ' ἀνδρὶ εὐδαίμονι νομίζεται, ἀποπέμπετε. Καὶ τῦτο, " ἔφη, μέμνησθέ μυ τελευταῖον, Τὺς φίλυς εὐεργετῦντες, καὶ τὺς " ἐχθρὺς δυνήσεσθε κολάζειν. Καὶ χαίρετε, ὦ φίλοι παῖδες, καὶ " τῇ μητρὶ ἀπαγγέλλετε ὡς παρ' ἐμῦ· καὶ πάντες δὲ οἱ παρόντες " καὶ οἱ ἀπόντες φίλοι χαίρετε." Ταῦτ' εἰπὼν καὶ πάντας δεξιω- σάμενος, συνεκαλύψατο, καὶ ὅτως ἐτελεύτησεν.

" ticeps futurus, quæ in homines est benefica. Enimverò deficere mi- " hi videtur animus, eâ parte, quâ, ceu consentaneum est, omnibus " deficere incipit. Quamobrem si quis vestrûm vel dextram meam " vult contingere, vel in oculos viventis adhuc intueri, accedat: ubi " verò velatus fuero, nè quis hominum, filii, vos oro, corpus meum " videat, ac nè vos quidem ipsi. Persas quidem omnes ac socios meum " ad monumentum evocate; quo mihi gratulentur, cui jam in tuto " argenti nihil accidere mali possit, sivè *adeò* cum numine divino fuero, " sive in nihilum redigar: quotquot autem venerint, hos beneficiis " illis adfectos, quæcunque in hominis fortunati *funere* solemne est ex- " hiberi, dimittite. Atque hoc ex me postremum memineritis, Si be- " nefici in amicos fueritis, etiam hostes punire poteritis. Valete, filii " cari, atque *idem* matri verbis meis renuntiate: itidem omnes amici, " qui adestis, et abestis, valete." Hæc cùm loquutus esset, atque omnibus dextram porrexisset, velavit se, vitámque cum morte commutavit.

a Ἀπολιπῦσα] A *Gabrielio* adfertur ἀποκείπουσα, quod mihi probatum esset, modò ut præcedens illud ἐκλιπεῖν in ἐκλείπειν mūtare liceat.

b Ἢν μηδὲν ἔτι ὦ] Præclarè quidem multa de animorum immortalitate tum alii in philosophiâ nobiles, tum maximè Noster et alterum illud Scholæ Socraticæ lumen, disseruerunt; nec tamen horum quisquam (ut cum *Cicerone* loquar) quasi Pythias Apollo, certa ut essent et fixa, quæ dixit: sed probabilia cuncti conjecturâ sequentes: ultrà enim quò progrederentur, quàm ut veri viderent similia, non habuerunt. Certa dicant ii tandem soli, quorum mentes evangelii collustrantur lumine, quique dicti sunt de nomine salutis æternæ Ducis simul et Auctoris Christi, φωτίσαντος ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τῦ εὐαγγελίυ. Incertum etiam obscurâ de animo post mortem remansuro spe pendere Socratem, jam fermè morientem, apud *Platonem*, Apolog. extremâ, videre est.

[a] Ὅτι μὲν δὴ καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἡ τοῦ Κύρου βασιλεία ἐγένετο, αὐτὴ ἑαυτῇ μαρτυρεῖ· [b] Ὡρίσθη μὲν πρὸς ἕω τῇ [c] ἐρυθρᾷ θαλάττῃ· πρὸς ἄρκτον δὲ, τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ· πρὸς ἑσπέραν δὲ, Κύπρῳ καὶ Αἰγύπτῳ· πρὸς μεσημβρίαν δὲ, Αἰθιοπίᾳ. Τοσαύτη δὲ γενομένη, μιᾷ γνώμῃ τῇ Κύρου ἐκυβερνᾶτο, καὶ ἐκεῖνός τε τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ ὥσπερ ἑαυτοῦ παῖδας ἐτίμα τε καὶ ἐθεράπευεν, οἵ τε ἀρχόμενοι Κῦρον ὡς πατέρα ἐσέβοντο. Ἐπεὶ μέντοι Κῦρος ἐτελεύτησεν, εὐθὺς μὲν αὐτοὶ οἱ παῖδες ἐστασίαζον, εὐθὺς δὲ πόλεις καὶ ἔθνη ἀφίσαντο, πάντα δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐτρέπετο. Ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, ἄρξομαι διδάσκων ἐκ τῶν θείων. Οἶδα γὰρ ὅτι πρότερον μὲν βασιλεὺς καὶ οἱ ὑπ' αὐτῷ καὶ τοῖς τὰ ἔσχατα πεποιηκόσιν εἴτε ὅρκους ὀμόσαιεν, ἐμπέδων, εἴτε δεξιὰς δοῖεν, ἐβεβαίων. Εἰ δὲ μὴ τοιοῦτοι ἦσαν, καὶ τοιαύτην δόξαν εἶχον, [c] ᾗδ' ἂν εἷς αὐτοῖς ἐπίστευεν, ὥσπερ

Fuisse quidem regnum Cyri omnium in Asiâ præclarissimum ac maximum, *vel* ipsum de se testatur. Terminos habuit, ab oriente, mare rubrum; à septentrione, pontum Euxinum: ab occidente, Cyprum et Ægyptum; à meridie, Æthiopiam. Tantùm verò cùm esset, uno *tamen* Cyri arbitrio gubernabatur, qui subjectos sibi liberûm instar et honore prosequebatur et obsequiis sibi devinciebat; cùm subjecti Cyrum *vicissim* tanquam patrem venerarentur. Verùm ubi Cyrus diem suum obiit, mox inter ipsos filios coortum est dissidium, mox urbes et nationes defecerunt, atque omnia in pejorem partem versa sunt. Vera autem me dicere, à rebus divinis docere incipiam. Equidem scio, priùs regem ac regi subjectos etiam iis, qui *vel* extrema *facinora* designâssent, sive jusjurandum dedissent, *id ipsum* servâsse, sive junxissent dextras, firmiter promissis stetisse. Quòd si tales non fuissent, et ejusmodi de se opinio-

a Ὅτι μὲν δὴ καλλίστη, &c.] De regni hujus amplitudine vide p. 3. 2 *Ephem.* xxxvi, 23, et *Esdr.* i. 1.

b Ὡρίσθη μὲν πρὸς] Gabrielii exempl. Ὡρίσθη πρὸς ἕω μὲν τῇ, &c. et aptiùs quidem ibi videtur collocari particula μὲν, sicut et δὲ, quæ ei respondet, post ἄρκτον ponitur. *Muretus* scribendum monet, Ὡρίσθη μὲν γὰρ, &c. Sed mallem *Gabrielii* libro auscultare.

c Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ] *Geminum illud mare, quod* Rubrum *dixêre Latini, Græci Erythræum à rege Erythrâ, aut (ut alii) solis repercussu talem reddi colorem existimantes: alii ab arenâ terrâque, alii tali aquæ ipsius naturâ; in duos dividitur sinus: quorum alter Persicus adpellatur; alter, Arabicus.* Hæc fere *Mela* l. iii, c. 8, et post eum *Plinius* H. N. l. vi, c. 24. Aliorum auctorum, qui de maris istius adpellatione disputârunt, nominibus citandis tempero. Sic autem, ut mittamus ambages, adpellatum fuisse hoc mare ab *Esavo*, qui *Edom*, rectè docuit olim eruditissimus *Fullerus* Miscel. Sacr. iv, 20. *Edom* enim Hebræi rubrum vocant, quem Græci Ἐρυθρὸν, vocaverint; eodem modo, quo *Cephan Petro, Thomam Didymo* interpretati sunt. Lege *Prideaux* ad an. 740, qui hanc rubri maris nomenclaturæ rationem amplexus, est ex pluribus exposuit.

d Οὐδ' ἂν εἷς αὐτοῖς ἐπίστευεν] Delet hæc omnia *Muretus*: non temerè. Nam neque in omnibus exemplaribus exstant, et iis omissis bellè procedit sensus. Sed quia (Stephani sunt verba) οὐδὲ τότε ἐπίστευσαν non statim sequitur post εἰ δὲ μὴ, &c. quispiam fortassis illa verba, tanquam subaudienda, in margine libri sui annotaverat, quæ in contextum posteâ irrepserunt. At de supervacaneâ verborum apud hunc Nostrum repetitione, vide quæ notavimus in Add. p. 3 et p. 383.

οὐδὲ νῦν πιστεύει εἶς ἔτι, ἐπεὶ ἔγνωσαι ἡ ἀσέβεια αὐτῶν· ὅτως δὲ τότε ἐπίστευσαν ἂν οἱ τῶν [a] σὺν Κύρῳ ἀναβάντων στρατηγοί· νῦν δὲ δὴ τῇ πρόσθεν αὐτῶν δόξῃ πιστεύσαντες, ἐνεχείρισαν ἑαυτοὺς, καὶ ἀναχθέντες πρὸς βασιλέα, ἀπεμήνησαν τὰς κεφαλάς. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν συστρατευσάντων βαρβάρων ἄλλοι ἄλλαις πίστεσιν ἐξαπατηθέντες ἀπώλοντο. [b] Πολὺ δὲ κὴ τῇδε χείρονες νῦν εἰσι. Πρόσθεν μὲν γὰρ εἴ τις ἢ διακινδυνεύσειε πρὸ βασιλέως, ἢ πόλιν ἢ ἔθνος ὑποχείριον ποιήσειεν, ἢ ἄλλο τι καλὸν ἢ ἀγαθὸν αὐτῷ διαπράξειεν, ἔτοι ἦσαν οἱ τιμώμενοι· [c] νῦν δὲ καὶ ἤν τις, ὥσπερ Λεομίθρης, τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς τῶν φίλων παῖδας ὁμήρους [b] παρὰ τῷ Αἰγυπτίῳ

nem excitâssent, sicut hodiéque nè quidem unus fidem eis habet, quòd eorum jam perspecta sit impietas; ità neque tunc illorum *militum* duces, qui expeditionem cum Cyro susceperunt, fidem eis habuissent: jam verò cùm priscæ de illis opinioni credidissent, seipsos *eis* tradiderunt, et ad regem deductis capita fuerunt abscissa. Multi etiam barbari, qui hanc expeditionem unà susceperant, alii aliâ fidei pollicitatione decepti perierunt. Sunt etiam, quod ad hæc attinet, multò nunc deteriores. Nam antehac si quis pro rege periculum adiret, vel urbem aut nationem in ejus ditionem redegisset, vel aliquid aliud præclarè fortitérque pro eo prefecisset, hi *scilicet* erant, qui honoribus cumularentur: nunc si quis etiam, quemadmodùm Leomithres, uxore, liberis, et amicorum quoque liberis apud Ægyptium obsi-

a Σὺν Κύρῳ, &c.] Intellige Cyrum minorem, de cujus *ἀναβάσεως* sive expeditione Xenophon scripsit libros septem.

b Πολὺ δὲ καὶ τῇδε] Ità reposui ex conjecturâ; ut sit dativus adverbialiter positus. Emendationem hanc confirmant quæ paulò infrà leguntur, *ἀθεμιτότεροι δὴ νῦν ἢ πρόσθεν ταύτῃ γεγένηνται*: et mox, Εἰς γεμὴν χρήματα τῇδε ἀδικώτεροι. MS. Bodl. et edit. *Ald.* habent πολλοὶ δὲ καὶ τάδε. Ferri quidem potuit τάδε, ut sit pro κατὰ τάδε: sed non dubium est, quin πολλοὶ ex vicino πολλοὶ manaverit, pro πολύ. Nam Xenophon non dicit multos ex illis, χείρους, i. e. deteriores esse factos, sed hoc in genere de omnibus profert: neo verò simpliciter χείρους, sed πολὺ χείρους: quin et paulò pòst adverbio πολὺ non contentus, τῷ παντὶ dicit, duobus in locis. Editiones autem *Steph. Leuncl.* dant πολὺ δὲ καὶ τῶνδε χείρονες: *Eton.* aliæque rectiùs πολὺ δὲ καὶ τάδε, &c.

c Νῦν δὲ καὶ ἤν τις, ὥσπερ, &c.] Ità MS. Bodl. et editi libri, quos vidi, omnes: quibus adstipulatur *Philelphus*. Librorum margines, versionésque tàm Leunclavii quàm Gabrielii aliud quoddam agnoscunt periodi membrum, cui locum inter τις et ὥσπερ Λεομίθρης tribuunt: sic nimirum in iis legitur νῦν δὲ ἔν τις, ὥσπερ Μιθριδάτης τὸν παλέρα Ἀριοβαρζάνην προδὸς, καὶ ὥσπερ Λεομίθρης, &c. quæ forsan à librarii cujusdam manu profecta sunt, cui viri exemplum, huic in improbitate gemini, in margine notare placuit.

d Παρὰ τῷ Αἰγυπτίῳ] Ità rectè MS. Bodl. et principes editiones. In *Ald. Flor.* atque aliis legitur παρὰ τῷ Αἰγυπτίων, quasi subaudiendum esset *βασιλεῖ*. Sed auctoris consuetudo pro receptâ stat lectione: nam sic τὸν Ἀρμένιον, pro τὸν Ἀρμενίων βασιλέα, dicit: sic τὸν Ἀσσύριον, regem Assyriorum; sic τὸν Πέρσην, regem Persarum, adpellat.

ἐγκαταλιπὼν, καὶ τὰς μεγίστας ὅρκους παραβὰς, βασιλεῖ δόξῃ τι σύμφορον ποιῆσαι, ἤτοί εἰσιν οἱ ταῖς μεγίσαις τιμαῖς γεραιρόμενοι. Ταῦτα δ' ὁρῶντες οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντες, ἐπὶ τὸ ἀσεβὲς καὶ τὸ ἄδικον τετραμμένοι εἰσίν. [a] Ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ προσάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς [b] ἐπιλοπολὺ γίγνονται. [c] Ἀθεμιτότεροι δὴ νῦν ἢ πρόσθεν ταύτῃ γεγένηνται.

Εἰς γε μὴν χρήματα, τῇδε ἀδικώτεροι· ἃ γὰρ μόνον τὰς πολλὰ ἡμαρτηκότας, ἀλλὰ ἤδη τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας συλλαμβάνοντες, ἀναγκάζουσι πρὸς οὐδὲν δίκαιον χρήματα ἀποτίνειν· ὥσε οὐδὲν ἧττον οἱ πολλὰ ἔχειν δοκοῦντες τῶν πολλὰ ἠδικηκότων φοβοῦνται· καὶ εἰς χεῖρας οὐδ' οὗτοι ἐθέλουσι τοῖς κρείττοσιν ἰέναι, οὐδέ γε ἀθροίζεσθαι εἰς βασιλικὴν στρατείαν θαῤῥοῦσι. Τοιγαροῦν ὅσις ἂν πολεμῇ αὐτοῖς, πᾶσιν ἔξεσιν ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν ἀνασρέφεσθαι ἄνευ μάχης ὅπως ἂν βούλωνται,

dibus relictis, et sanctissimo jurejurando violato, regi quod expediat, fecisse videatur: hi *verò* sunt; qui maximis honoribus ornantur. Quæ cùm omnes Asiatici videant, *etiam ipsi* ad impietatem et injustitiam deflexerunt. Nam quales sunt ii, qui præsunt, tales et illi plerumque solent esse, qui eorum imperio subjecti sunt. Hinc factum, ut magìs jam sint nefarii, quàm olim fuerint.

Pecunias verò quod adtinet, hoc modo nunc magìs injusti sunt: non enim duntaxat eos qui multa commiserunt delicta, sed jam illos quoque, qui nihil injusti admisêre, comprehendunt, ac præter jus et æquum pecunias solvere cogunt: quo fit, ut nihilo minùs ii, quorum res ampla videtur esse, sibi metuant, atque *alii*, qui multa injustè fecerunt: iidem cum potioribus congredi recusant, neque ad copias regiam in expeditionem conflatas adjungere se audent. Quapropter omnibus licet, qui bellum ipsis faciunt, in eorum regione citra pugnam ut libitum fuerit versari, tum propter ipsorum erga deos impietatem, tum propter injurias,

a Ὁποῖοί τινες, &c.] Eandem sententiam, quam apud Platonem scriptam esse ait, his verbis exprimit *Cicer.* l. i. *Famil.* ep. 9. *Quales in respublicâ principes essent, tales reliquos solere esse cives.* Apud *Laërtium* etiam lib. vii, segm. 7. *Antigonus* in epistolâ ad *Zenonem:* Οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγέμονος ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπίπολυ γίγνεσθαι καὶ τοὺς ὑπολελαμένους. Nec mirum; cùm, auctore Livio, *ipsi se homines in regis, velut unici exempli, mores formant:* lib. i, c. 21.

b Ἐπίπολυ] Malim ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ut in quibusdam exemplaribus scribi solet. Me tamen non fugit, τῷ ἐπιτροπολὺ, sine ὡς præcedente, eundem usum solere tribui.

c Ἀθεμιτότεροι δή] Vulgò scribitur δέ, cujus in locum alteram illam particulam ex vet. *Gabrielii* exempl. adsentiente Stephano, reposui. Cùm verò hæc superiorem sermonem claudant, res ipsa mutationem hanc postulat.

διὰ τὴν ἐκείνων περὶ μὲν θεὺς ἀσέβειαν, περὶ δὲ ἀνθρώπους ἀδικίαν. Αἱ μὲν δὴ γνῶμαι ταύτῃ τῷ παντὶ χείρους νῦν, ἢ τὸ παλαιὸν, αὐτῶν.

Ὡς δὲ δὴ τῶν σωμάτων ἐπιμέλονται, ὥσπερ πρόσθεν, νῦν αὖ τοῦτο διηγήσομαι. [a] Νόμιμον γὰρ δὴ ἦν αὐτοῖς, μήτε πτύειν, μήτε ἀπομύττεσθαι· (δῆλον δὲ, ὅτι ταῦτα διὰ τὸ ἐν τῷ σώματι ὑγρὸν φειδόμενοι, ἐνόμισαν, ἀλλὰ βελόμενοι διὰ πόνων καὶ ἱδρῶτος τὰ σώματα σκεδᾶσθαι·) νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ πτύειν μηδὲ ἀπομύττεσθαι ἔτι διαμένει, τὸ δὲ πονεῖν ἁδαμοῦ ἐπιμηδεύεται. Καὶ μὴν πρόσθεν μὲν ἦν αὐτοῖς μονοσιτεῖν νόμιμον, ὅπως ὅλῃ τῇ ἡμέρᾳ χρῶντο καὶ εἰς τὰς πράξεις, καὶ εἰς τὸ διαπονεῖσθαι· νῦν γεμὴν τὸ μὲν μονοσιτεῖν ἔτι διαμένει, ἀρχόμενοι δὲ τοῦ σίτου ἡνίκα περ οἱ πρωϊαίτατα ἀριστῶντες, μέχρι τούτου ἐσθίοντες καὶ πίνοντες διάγουσιν, ἕως τε περ οἱ ὀψιαίτατα κοιμώμενοι.

[b] Ἦν δὲ αὐτοῖς νόμιμον, μηδὲ προοψοῦδας εἰσφέρεσθαι εἰς τὰ συμπόσια, δηλονότι νομίζοντες [b] τὸ μὴ ὑπερπίνειν ἧττον ἂν καὶ σώματα καὶ γνώμας σφάλλειν· νῦν δὲ τὸ μὲν μὴ εἰσφέρεσθαι ἔτι αὖ διαμέ-

fuerit versari, tum propter ipsorum erga deos impietatem, tum propter injurias, quas hominibus inferunt. Atque hoc modo sunt ipsorum animi prorsùs jam deteriores, quàm olim.

Nè corporum quidem eos illâ ratione, quâ priùs, curam habere jam narrabo. Nam erat in eorum institutis, ut nec exspuerent, nec emungerentur: (perspicuum est autem, hæc ipsos non eâ de causâ sanxisse, quòd corporis humori parcendum existimarent, sed quòd laboribus ac sudore corpora firmari vellent:) jam verò manet id quidem adhuc, nè vel exspuant vel emungant se, sed ut laboribus se exerceant, nusquam curæ est. Enimverò erat etiam apud illos olim hoc institutum, ut semel tantùm *singulis diebus* cibum sumerent; quò tam ad expedienda negotia quàm ad se in laboribus exercendos die toto uterentur; jam verò restat id quidem, ut semel duntaxat cibum capiant; sed cùm eo tempore vesci incipiant, quo solent, qui maximè matutino prandent, tam diu comedere ac bibere perseverant, quamdiu solent, qui serissimè cubitum eunt.

Erat item in eorum institutis, nè ad convivia importarentur obbæ; quòd nimirum existimarent minùs tum corpora tum animos debilitari, si quis non nimium hauriat: nunc *has* non importari, restat id quidem,

a Νόμιμον γὰρ, &c.] Vide lib. i, p. 14. lib. vi, p. 363.

b Τὸ μὴ, &c.] Similiter de *Lycurgo* Noster: Καὶ μὴν τό γε σίτου ἀποπαύσας τὰς οὐκ ἀναγκαίας πόσεις, αἳ σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας, ἐφῆκεν ὁπότε διψῴη ἕκαστος πίνειν. *Lacedæmon. Rep.* p. 396.

νει, τοσοῦτον δὲ πίνουσιν, ὥστε ἀντὶ τοῦ εἰσφέρειν αὐτοὶ ἐκφέρονται, ἐπειδὰν μηκέτι δύνωνται ὀρθούμενοι ἐξιέναι.

Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο ἦν αὐτοῖς ἐπιχώριον, τὸ μεταξὺ πορευομένους μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανεροὺς εἶναι· νῦν δ' αὖ τὸ μὲν τούτων ἀπέχεσθαι ἔτι διαμένει, τὰς μέντοι πορείας οὕτω βραχείας ποιοῦνται, [a] ὡς μηδ' ἂν ἔτι θαυμάσαι τὸ ἀπέχεσθαι τῶν ἀναγκαίων.

Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπὶ θήραν πρόσθεν μὲν τοσαυτάκις ἐξῄεσαν, ὥστε ἀρκεῖν αὐτοῖς τε καὶ [b] ἵπποις γυμνάσια τὰς θήρας· ἐπεὶ δὲ Ἀρταξέρξης ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἥττους τοῦ οἴνου ἐγένοντο, οὐκέτι ὁμοίως οὔτε αὐτοὶ ἐξῄεσαν, οὔτε τοὺς ἄλλους ἐξῆγον ἐπὶ τὰς θήρας· ἀλλὰ καὶ οἵτινες φιλόπονοι γενόμενοι καὶ σὺν τοῖς περὶ αὐτοὺς ἱππεῦσιν ἅμα θηρῷεν, φθονοῦντες αὐτοῖς δῆλοι ἦσαν, καὶ ὡς βελτίονας αὐτῶν ἐμίσουν.

Ἀλλά τοι καὶ τοὺς παῖδας τὸ μὲν παιδεύεσθαι ἐπὶ ταῖς θύραις, ἔτι διαμένει· τὸ μέντοι τὰ ἱππικὰ μανθάνειν καὶ μελετᾷν, ἀπέσβηκε, διὰ τὸ μὴ ἰέναι ὅπου ἂν ἀποφαινόμενοι εὐδοκιμοῖεν. Καὶ ὅτι γε οἱ παῖδες ἀκούοντες ἐκεῖ πρόσθεν τὰς [c] δίκας δικαίως δικαζομένας, ἐδό-

tantum verò bibunt, ut non importent, sed ipsi exportentur; cùm *nempè* recto corpore non ampliùs exire possint.

Erat illud unum ex institutis patriis, quod itinera facientes neque comedebant, neque bibebant, neque quidquam eorum palam faciebant, quæ de his necessariò consequuntur: nunc autem id quidem manet adhuc, ut ab his se rebus abstineant; sed itinera tam brevia faciunt, ut nihil mirum sit, à rebus illis necessariis eos abstinere.

At verò toties etiam olim venatum ibant, ut *solæ* venationes ad exercendum tam ipsos quàm equos sufficerent; posteaquam verò rex Artaxerxes et ipsius familiares à vino vinci cœperunt, nec jam ampliùs ipsi perinde *ac priùs* exibant, nec alios ad venationes educebant; quin et illis palam invidebant, quasíque se potiores oderant, quicunque laborum amantes cum equitibus suis venarentur.

Est hodiéque in usu, pueros ad portas institui: verùm ut artem equestrem discant et exerceant, *id scilicet* extinctum est; quòd eò non eant, ubi specimen edendo gloriam consequi possint. Et quòd quidem pueri audientes priùs illic judicia ex æquo judicari, justitiam discere

a Ὡς μηδ' ἂν ἔτι, &c.] Suspicatur Stephanus scriptum fuisse, ὡς μηδένα ἂν ἔτι θαυμάσι, &c. vel cum apostropho, μηδεν' ἂν, &c. ex quâ lectione facilior etiam fuerit lapsus in μηδ' ἂν. Huic equidem libens accedo.

b Ἵπποις γυμνάσια] Forsan εἰς γυμνάσια: nisi quis præpositionem istam ἐλλείπειν, et subaudiendam relinqui statuere malit.

c Δίκας δικαίως, &c.] Insigne *schematis*, quod Græci παρηγμένον vocant, exem-

κἂν μανθάνειν δικαιότητα, ἢ τοῦτο παντάπασιν ἀνέσραπται· σαφῶς γὰρ ὁρῶσι νικῶντας, ὁπότεροι ἂν πλεῖον διαδῶσιν. [a] Ἀλλὰ ἢ τῶν φυομένων ἐκ τῆς γῆς τὰς δυνάμεις οἱ παῖδες πρόσθεν μὲν ἐμάνθανον, ὅπως τοῖς μὲν ὠφελίμοις χρῷντο, τῶν δὲ βλαβερῶν ἀπέχοιντο· νῦν δὲ ἐοίκασι ταῦτα διδασκομένοις ὅπως ὁτιπλεῖστα κακοποιῶσιν· οὐδαμοῦ γοῦν πλείους, ἢ ἐκεῖ, ἤτε ἀποθνήσκουσιν, ἤτε διαφθείρονται ὑπὸ φαρμάκων.

Ἀλλὰ μὴν καὶ θρυπτικώτεροι πολὺ νῦν, ἢ [b] ἐπὶ Κύρου, εἰσί. Τότε μὲν γὰρ ἔτι τῇ ἐκ Περσῶν παιδείᾳ καὶ ἐγκρατείᾳ ἐχρῶντο, τῇ δὲ Μήδων στολῇ ἢ ἁβρότητι· νῦν δὲ τὴν μὲν ἐκ Περσῶν καρτερίαν περιορῶσιν ἀποσβεννυμένην, τὴν δὲ τῶν Μήδων μαλακίαν διασώζονται. Σαφηνίσαι δὲ βούλομαι ἢ τὴν θρύψιν αὐτῶν. Ἐκείνοις γὰρ [c] πρῶτον μὲν τὰς εὐνὰς οὐ μόνον ἀρκεῖ μαλακῶς [d] ὑποῤῥώννυσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν κλινῶν τὰς βάσεις ἐπὶ ταπήτων τιθέασιν, ὅπως μὴ ἀν-

videbantur, hoc *verò* etiam penitùs perversum est: nam manifestò vident eos superiores discedere, qui largiùs dederint. Etiam illorum, quæ terrâ nascuntur, vires pueri antehac discebant, quò utilibus uterentur, à noxiis abstinerent; nunc ea sic edoceri videntur, utì quamplurimùm noceant: certè enim nusquam plures, quàm illic, vel extinguuntur venenis, vel perniciosè læduntur.

Enimverò etiam multò nunc sunt, quàm Cyri *tempore*, delicatiores. Nam eâ tempestate Persicâ quidem institutione et continentiâ adhuc utebantur, vestitu verò et elegantiâ Medorum: nunc à Persis *profectam laborum* tolerantiam extingui patiuntur, et Medorum mollitiem retinent. Libet autem ipsorum etiam delicias *et voluptatem* explanare. Nam primùm eis non satìs est, cubilia molliter sterni, sed jam spondarum pedes tapetibus imponunt, ut nè pavimentum

plum. Hoc ferè lumine suam illustrârunt orationem scriptores sacri: Apoc. xiv, 2,—Καὶ φωνὴν ἤκουσα κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν. Jud. 15, — ἢ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν ὧν ἠσέβησαν. Rom. xii, 3,—μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν· ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν.— Latinis rhetoribus *schema* hoc *conjugatum* est. De iis verò, quæ maximè ad ornatum orationis pertinent, *Ciceronem* audi disserentem *De Orat.* l. iii, c. 52, et seq. et confer orationem Xenophontéam, in quâ mox synonymως adhibentur ἁβρότης, μαλακία, θρύψις.

a Ἀλλὰ καὶ] Orationis incremento similiter inserviunt istæ particulæ Luc. xvi, 21,—ἀλλὰ ἢ οἱ κύνες, &c.

b Ἐπὶ Κύρου] Vide dicta p. 474, not. 1.

c Πρῶτον μὲν, &c.] Hanc lectionem tuentur libri, quos vidi, omnes; quibus accedit etiam *Athenæus*, lib. xii, c. 2. Margines librorum exhibere solent πρῶτον μὲν οὐκέτι τὰς εὐνὰς, &c. in quâ lectione rectè Stephanus post εὐνὰς veniendum esse putat ad verbum ἀρκεῖ, omissis illis vocibus, οὐ μόνον. In eâ autem, quam habemus, lectione, vox tantùm μόνον ei supervacánea esse videtur.

d Ὑποῤῥώννυσθαι] MS. Bodl. dat ὑποσόρνυσθαι: eadémque scriptura apud A-

τερείδῃ τὸ δάπεδον, ἀλλ' ὑπείκωσιν αἱ τάπιδες. Καὶ μὴν τὰ πεττόμενα ἐπὶ τράπεζαν, ὅσα τε πρόσθεν εὕρητο, οὐδὲν αὐτῶν [e] ἀφῄρηται, ἄλλά τε ἀεὶ καινὰ ἐπιμηχανῶνται· καὶ ὄψα γε ὡσαύτως· καὶ γὰρ καινοποιητὰς ἀμφοτέρων τούτων κέκτηνται. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ χειμῶνι οὐ μόνον κεφαλὴν, καὶ σῶμα, καὶ πόδας ἀρκεῖ αὐτοῖς ἐσκεπάσθαι, ἀλλὰ καὶ [a] περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρίδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσιν. Ἐν γεμὴν τῷ θέρει οὐκ ἀρκοῦσιν αὐτοῖς οὔθ' αἱ τῶν δένδρων, οὔθ' αἱ τῶν πετρῶν σκιαὶ, ἀλλ' ἐν ταύταις ἑτέρας σκιὰς ἄνθρωποι μηχανώμενοι αὐτοῖς [b] παρεστᾶσι. [c] Καὶ μὴν ἐκπώματα ἢν μὲν ὡς πλεῖστα ἔχωσι, τούτῳ καλλωπίζονται· ἢν δ' ἐξ ἀδίκου φανερῶς ᾖ μεμηχανημένα, οὐδὲν τοῦτο αἰσχύνονται· πολὺ γὰρ ηὔξηται ἐν αὐτοῖς ἡ ἀδικία τὲ καὶ αἰσχροκέρδεια.

Ἀλλὰ καὶ πρόσθεν μὲν ἦν ἐπιχώριον αὐτοῖς, μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένοις, οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα, ἢ τοῦ ὡς ἱππικωτάτους γίγνεσθαι· νῦν δὲ στρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν· οὐ γὰρ

obnitatur, sed tapetes *nonnihil* cedant. Et sanè quæ ad mensam coquuntur, eorum quicquid priùs inventum fuit, nihil est detractum; et alia *quædam artificia* nova semper excogitant: idem in obsoniis fit: nam in utroque habent, qui *semper* aliquid novi conficiant. Quinetiam hyberno tempore non caput solùm, non corpus, non pedes ipsis satìs est tegi; sed etiam ad extremas manus habent tegumenta quædam hirsuta et digitalia. Æstate verò nec arborum nec rupium ipsis umbræ sufficiunt, sed in his adstant ii homines, qui *et* alia excogitant umbracula. Jam si pocula maximo numero habeant, eo ipso *tanquam ornamento* semet ostentant; at ea si palam sit comparata improbis esse artibus, nullum id iis pudorem incutit: nam et injustitia et lucri turpis cupiditas apud eos valdè creverunt.

Etiam illud priùs erat eis in more patrio positum, ut pedites in itineribus obeundis non conspicerentur; *ídque* aliâ nullâ de causâ, quàm ut rei equestris peritissimi evaderent; jam verò plus stragulorum in equis quàm in cubilibus habent: non enim tàm equestris res ipsis est curæ,

thenæum, loco modò citato, reperitur. Sed nihil muto.

e Ἀφῄρηται] Stephanus ex editionibus quibusdam *Athenæi* adfert ἀφῄρηνται, rectéque monet in vet. cod. legi ἀφῄρηται, quam scripturam exhibet postrema auctoris istius editio, lib. xii, c. 2.

a Περὶ ταῖς] In MSto Bodl. et Edit. *Ald.* deest illa præpositio: quam tamen rectè alii libri, suffragante *Athenæo*, retinent.

b Παρεστᾶσι] Ità MS. Bodl. et exemplaria edita. Stephanus suo in *Athenæo* invenit παριστῶσι. At rectiùs, opinor, in postremâ editione scribitur παριστᾶσι.

c Καὶ μὴν, &c.] Verba hæc citat *Athe-*

τῆς ἱππείας ἔτως, ὥσπερ τῷ μαλακῶς καθῆσθαι, ἐπιμέλονται. Τὰ γεμὴν πολεμικὰ, πῶς ἂν εἰκότως νῦν τῷ παντὶ χείρους, ἢ πρόσθεν, εἰσίν; οἷς ἐν μὲν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐπιχώριον, οἶμαι, ὑπῆρχε τὰς μὲν τὴν γῆν ἔχοντας, ἀπὸ ταύτης ἱππότας παρέχεσθαι, οἳ δὴ καὶ ἐστρατεύοντο· τὰς δὲ φρουροῦντας, [d] εἰ δέοι στρατεύεσθαι πρὸ τῆς χώρας, μισθοφόρας εἶναι· νῦν δὲ τάς τε θυρωρὰς, καὶ τὰς σιλοποιὰς, καὶ τὰς ὀψοποιὰς, καὶ οἰνοχόας, καὶ λεκυθοφόρους, καὶ παραλιθέντας, καὶ ἀναιρεῦντας, καὶ καλλικομίζοντας, καὶ ἀνιστάντας, καὶ τὰς κοσμητὰς οἳ ὑποχρίσί τε καὶ ἐντρίβουσιν αὐτὰς, καὶ τὰ ἄλλα ῥυθμίζουσι· τούτους πάντας ἱππέας οἱ δυνάσαι πεποιήκασιν, ὅπως μισθοφορῶσιν αὐτοῖς. Πλῆθος μὲν δὴ καὶ ἐκ τούτων φαίνεται, ἀ μέντοι ὄφελός γε ἀδὲν αὐτῶν εἰς πόλεμον· δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα· κατὰ τὴν χώραν γὰρ αὐτῶν ῥᾷον οἱ πολέμιοι ἢ οἱ φίλοι ἀναστρέφονται. Καὶ γὰρ δὴ ὁ Κῦρος τῷ μὲν ἀκροβολίζεσθαι ἀποπαύσας, [a] θωρακίσας δὲ καὶ αὐτὰς καὶ ἵππους, καὶ ἓν παλτὸν ἑκάστῳ δοὺς εἰς χεῖρα, ὁμόθεν τὴν μάχην ἐποιεῖτο· νῦν δὲ ἔτε ἀκροβολίζονται ἔτι, ἔτ' εἰς χεῖρας συνιόντες μάχονται.

quàm ut molliter sedeant. Bellica sanè studia quod adtinet, quì non in illis consentaneum fuerit, nunc prorsùs eos deteriores esse, quàm olim *fuerunt?* quibus superiori quidem tempore mos patrius erat, ut quot-quot agros possiderent, equites inde suppeditarent, qui militatum irent: qui verò in præsidiis degerent, *si quidem aliquando* suscipienda esset pro defensione regionis expeditio, stipendiis militarent; at nunc et ostiarios, et panis, et obsoniorum opifices, et pocillatores, et balneatores, et qui *cibos in mensas* adponunt, et qui eos tollunt, et qui cubitum deducunt, et qui de somno excitant, et exornatores qui pigmenta eis illinunt infricántque, et cætera concinnè componunt; hos omnes in equites dynastæ retulerunt, ut stipendia sibi mereant. Et *hominum* quidem ex his *conflata* adparet multitudo, non tamen ullus eorum in bello est usus: quod quidem ex iis ipsis, quæ usu veniunt, manifestum est: nam illorum in agro faciliùs hostes quàm amici versantur. Enimverò cùm ferentariorum ordine Cyrus eos eximeret, ac tum ipsos tum equos armaret, et cuique daret in manum paltum unum, cominùs pugnam faciebat: nunc neque ampliùs missilibus pugnant, neque cominùs congressi rem gerunt.

næus, lib. xi, c. 3, nonnihil, uti fit, mutata: nam pro ἐξ ἀδίκου, habet ἐξ ἀδίκων, et τοῦτο ante αἰσχύνονται prorsùs omittit.

[d] Εἰ δέοι στρατεύεσθαι, &c.] In libris plerisque distinctio ponitur post στρατεύεσθαι, quæ mihi quidem à Leunclavio rectiùs posita videtur post χώρας.

[a] Θωρακίσας δὲ, &c.] Vide quæ supra notavimus p. 337, not. 2.

Καὶ οἱ πεζοὶ ἔχουσι μὲν γέρρα, καὶ κοπίδας, ἢ σαγάρεις, ὥσπερ ἐπὶ Κύρου, τὴν μάχην ποιησόμενοι· εἰς χεῖρας δὲ ἰέναι οὐδ' οὗτοι ἐθέλουσιν. Οὐδέ γε τοῖς δρεπανηφόροις ἅρμασιν ἔτι χρῶνται [a]ἐφ' ᾧ Κῦρος αὐτὰ ἐποιήσατο· Ὁ μὲν γὰρ, τιμαῖς αὐξήσας τοὺς ἡνιόχους, καὶ ἀγαθοὺς ποιήσας, εἶχε τοὺς εἰς τὰ ὅπλα ἐμβαλοῦντας· οἱ δὲ νῦν οὐδὲ γιγνώσκοντες τοὺς ἐπὶ τοῖς ἅρμασιν, [b]οἵουσι σφίσιν ὁμοίους τοὺς ἀνασκήτους τοῖς ἡσκηκόσιν ἔσεσθαι. Οἱ δὲ, ὁρμῶσι μὲν, πρὶν δ' ἐν τοῖς πολεμίοις εἶναι, οἱ μὲν, [c]ἑκόντες ἐκπίπτουσιν, οἱ δ' ἐξάλλονται· ὡς' ἄνευ ἡνιόχων γιγνόμενα τὰ ζεύγη πολλάκις πλείω κακὰ τοὺς φίλους ἢ τοὺς πολεμίους ποιεῖ. Ἐπεὶ μέντοι καὶ αὐτοὶ γιγνώσκουσιν, οἷα σφίσι τὰ πολεμιήρια ὑπάρχει, ὑφίενται, καὶ ἤδεις ἔτι ἄνευ τῶν Ἑλλήνων εἰς πόλεμον καθίσαι, ὅτε ὅταν ἀλλήλοις πολεμῶσιν, ὅτε ὅταν οἱ Ἕλληνες αὐτοῖς ἀντιστρατεύωνται· ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτους ἐγνώκασι μετ' Ἑλλήνων τοὺς πολέμους ποιεῖσθαι.

Itidem pedites habent illi quidem, pugnam inituri, scuta, et copidas, et secures, perinde ac Cyri tempore; verùm nè illi quidem manum conserere volunt. Nec falcatos quidem currus ad eos ampliùs usus, quibus à Cyro destinati fuerunt, adhibent. Nam is aurigas honoribus auctos, et ad fortitudinem institutos habuit, qui gravem in armaturam impetum facerent: hi verò *Persæ* recentiores, cùm eos qui sunt in curribus nè quidem nôrint, inexercitatos arbitrantur pares futuros exercitatis. Faciunt verò illi quidem impetum, sed priùs quàm intra hostes penetrent, partim inviti decidunt, partim desiliunt; adeò ut ab aurigis destituti *currus et* jugales sæpenumerò plus amicis detrimenti adferant quàm hostibus. Cùm verò et ipsi intelligant, quales sint ipsorum adparatus bellici, cedunt *aliis*, neque quisquam ampliùs absque Græcis ad bellum se comparat, sive adeò ipsi bellum inter se gerant, seu contra eos Græci copias educant; sed etiam adversùs Græcos *non nisi* cum Græcorum auxiliis bella *sibi* suscipienda esse statuerunt.

a Ἐφ' ᾧ] Vide dicta p. 491, nota 4.

b Οἵουσι σφίσιν, &c.] At ab his diversa longè tum veterum Persarum, tum Romanorum et instituta et fata adeò exstiterunt. Illi nempè probè intellexerunt, quantum (*Vegetii* sunt verba l. i, c. 13.) exercitatus miles inexercitato sit melior. *Nulla enim alitâ re videmus* (inquit auctor modò laudatus) *Populum Romanum orbem subegisse terrarum, nisi armorum exercitio, disciplinâ castrorum, usúque militari.* Sub initium Operis.

c Ἑκόντες] Ità MS. Bodl. et cæteri libri, quos vidi, omnes. Mihi verò reponendum videtur ἄκοντες: quod *Muretus* etiam, sive conjecturâ fretus, sive veteris alicujus libri auctoritate, monuit.

Ἐγὼ μὲν δὴ οἶμαι ἅπερ ὑπεθέμην ἀπειργάσθαι μοι. Φημὶ γὰρ, Πέρσας, ἢ τὰς σὺν αὐτοῖς, καὶ ἀσεβεστέρως περὶ θεὺς, καὶ ἀνοσιωτέρως περὶ συγγενεῖς, ἢ ἀδικωτέρως περὶ τὰς ἄλλας, ἢ ἀνανδροτέρως τὰ εἰς τὸν πόλεμον νῦν, ἢ πρόσθεν, ἀποδεδεῖχθαι· εἰ δέ τις τἀναντία ἐμοὶ γιγνώσκει, [b] τὰ ἔργα αὐτῶν ἐπισκοπῶν, εὑρήσει αὐτὰ μαρτυροῦντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

Arbitror equidem me jam perfecisse, quod institueram. Quippe demonstratum aio, Persas, et *alios* Persis conjunctos, minùs erga deos esse religiosos, et erga cognatos magìs impios, et injustiores erga cæteros, et bellicis in rebus jam magìs instrenuos quàm priùs: quòd si quis contraria sententiæ meæ statuit, eorum facta modò consideret is, ea dictis à me testimonium dare comperiet.

b Τὰ ἔργα——αὐτὰ μαρτυρεῖ] Eadem prorsùs extat loquendi ratio Joh. x, 25. Τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν——ταῦτα μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.

ADDENDA.

Page 1. ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ, &c. Vulgatam Inscriptionem retinui, quam MS. Bodl. præstat: quidam libri repræsentant ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΚΥΡΟΥ ΠΑΙΔΕΙΑΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ.

Ibid. l. 5. *Aristides* in lib. περὶ ἀφελῆς λόγου locum hunc sic repræsentat: κἂν ὁποσονοῦν ἔχοντες διαγένωνται: scilicet, omissâ voce χρόνον. Hæc lectio *Leunclavio* probata est, *Stephano* non item: qui vocem illam in omnibus, quæ ipsi videre contigit, exemplaribus inveniri testatur; eam tamen subaudiendam sæpè relinqui observat, sed præcipuè genitivum χρόνου cum ἀφ' ἧς, vel ἐξ ἧς, et cum ἐκ τότε interdum etiam adjici à Nostro, cum ἀφ' ἧς, p. 12; cum ἐκ τότε, p. 14. In aliis autem casibus vocem illam ellipsin etiam pati solere ostendit Cl. *Lamb. Bos* in libello de *Ellips. Græc.* Cæterùm hîc loci χρόνον retinendum censeo: neque enim quisquam, opinor, unius *Aristidis*, aut potiùs Rhetoris istius exemplaris, auctoritatem, omnium Operis hujus exemplarium fidei præferendam existimaverit. Sunt etiam, qui pro διαγένωνται reponant διεγένοντο. Sed non sunt audiendi; minùs enim ex Græcæ Linguæ consuetudine est διεγένοντο, præcedente particulâ κἄν: sed vel εἰ ἢ διεγένοντο, vel κἂν διαγένωνται huic linguæ familiare esse dicere notavit *Stephanus*.

Ibid. l. 6. Ἐδοκεῖμεν καταμεμαθηκέναι, non καταμεμαθήκαμεν. Nostro mirè placuisse videtur hoc loquendi genus: cui quandam modestiæ significationem inesse fatendum est. Paulo post, p. 2, ἐδοκεῖμεν ὁρᾶν, non ἑωρῶμεν. Sic verò et *Oecon.* p. 495, ἔπει γὰρ καταμεμαθηκέναι δοκῶ ὅτι, &c. In eodem lib. p. 497, ποιμεῖ μὲν δεσπότου οἰκέτας ἃ δοκῶ χρησὲς καταμεμαθηκέναι. In eodem extremâ, p. 499, ἱκανῶς δοκῶ καταμεμαθηκέναι.

Ibid. l. 9. Pro πάντη omnes ferè libri veteres, quos *Stephano* videre contigit, habent πάνυ τι. Edit. *Florent.* πάνυ τι repræsentat. *Ald.* πάνυτι, quod constat quidem esse depravatum; sed utrùm ex πάνυ τι (vel potiùs πάνυτι, conjunctè scripto), an ex πάντη detortum sit, hoc verò incertum est. Quòd si πάντη loco sit movendum, pro eo reposuerim πάνυ τι potiùs quàm πάνυ του: cùm multo plures loci πάνυ τι quàm πάνυ του, non apud hunc Nostrum solùm, sed etiam apud cæteros scriptores Atticos habeant. Vulgatam verò lectionem idcirco retinendam duxi, quod in eodem jam versu Xenophon πάνυ adhibuerat.

Ibid. l. 9. In MSto Bodl. et aliis quibusdam, teste *Stephano*, antiquis exemplaribus πειθομένοις non exstat. Sed rectè eam vocem retinueris: neque enim voluisse Xenophontem dicere generaliter χρῆσθαι, sed χρῆσθαι πειθομένοις, ex sequentibus liquet; in quibus animantia bruta hominibus magìs esse morigera dicit, quàm sint ipsi homines illis qui in eos imperium obtinent.

P. 2, l. 6. Apud scriptores Atticos τὸ ἐκεῖνος, cum suo substantivo sæpè reticetur ante artic. postposit. ornatûs et brevitatis gratiâ: plena sententia est, ἀπέχονταί τε ἀπ' ἐκείνων πραγμάτων, ἀφ' ὧν ἂν αὐτὰς, &c. Sic in Epist. ad *Heb.* v. 8, integrè diceretur: ἔμαθεν ἀπ' ἐκείνων, ὧν vel ἃ ἔπαθε——et *Phil.* iv, 11, ἐν οἷς εἰμι,—pro ἐν ἐκείνοις scil. κτήμασιν, ἐν οἷς, &c.

Ibid. l. 8, Edit. *Ald.* pro νομέας perperam dat νομεῖς: quam cùm accusativi istius scripturam in depravato aliquo exemplari Xenophontéo deprehenderat *Helladius* ille apud *Photium* Bibl. p. 1590. Nostrum statim non satìs idoneum esse Atticismi auctorem temerè pronunciavit.

Ibid. l. 9. *Stephanus* malebat τὸν νομέα cum ἀγέλην, ut cum ἀγέλαι posuit τὰς νομέας. Cui emendationi exemplar aliquod testimonium perhibere ait.

Ibid. l. ult. Μετανοεῖν μὴ οὕτε eodem modo dicitur, quo p. 310, ὥστε τὸν Κυαξάρην μεταγινώσκειν ὡς ἔτε Κῦρος, &c. Dicitur porrò μετανοεῖν illo in loco is, qui μετανοῶν ἐνθυμεῖται, seu διανοεῖται, i. e. *mutatâ sententiâ cogitat.* Ità ferè *Stephanus*; qui et Xenophontem ἀποφαντικῶς loquutum esse, ut interpretes voluêre, non putat; sed has voculas

μὴ οὐκ ἦ, verbo μεταγνοῖεν, aut μεταγνόσιν, aut alii ejusmodi subjunctas, hominis ἀποφηματικῶς loquentis esse dicit: neque aliter intelligendum esse hunc locum, quàm si dixisset, μή ποτε οὐκ ἦ τῶν ἀδυνάτων, &c. At oratio ἀποφαντικὴ μὴ εἶναι vel ἂν εἶναι postulâsse. Cæterùm illa sermonis forma ἀποφηματικὴ, de re etiam, quam quis minimè in dubium vocandam putet, optimè modestiæ Xenophontéæ convenit.

P. 3, l. 4. Καὶ ὅμως ἤθελον, &c. Otiosa planè hæc et mendi suspecti sunt *Stephano*. At verò non modò librorum omnium consensu, sed auctoris etiam nostri consuetudine confirmata sunt. Ejusdem enim rei repetitionem ferè talem videas licet lib. i, p. 39, lib. vii, p. 383, lib. viii, p. 511.

Ibid. l. 10. Post ἀκέομεν *Stephano* subaudire placet, ἴδιον ἕκαστον ἄρχοντα ἔχειν: eam tamen probat interpretandi rationem, quam sequuti sumus; perinde videlicet ac Xenophon scripsisset, ἢ περὶ τῶν ἄλλων δὲ ὡσαύτως ἐθνῶν ἀκέομεν.

Ibid. l. 12. In MSto Bodl. et aliis quibusdam libris, quos vidit *Stephanus*, post ὡσαύτως additum est οὕτως, quod cæteri veteres codices non agnoscunt. Possit tamen hæc lectio ὡσαύτως οὕτως utcunque defendi, dicendo ἐκ παραλλήλου copulata esse hæc adverbia; sicut et τυχὸν ἴσως, πάλιν αὖθις, atque alia multa copulari videmus. Quin et p. 52, l. 9, pro ὡσαύτως, in MSto Bodl. necnon aliis quibusdam, teste *Stephano*, vetustis libris scriptum est ὡσαύτως οὕτως.

P. 5, l. ult. Οὗτοι δὲ δοκοῦσιν οἱ, &c. *Stephanus* ità hæc verba reddit: *Hæ autem leges publici boni curam ità videntur suscipere, ut à suo eam initio* (vel *capite*) *repetant*. Quasi diceret, has leges majore, quàm cæteras, providentiâ in publicorum commodorum curam incumbentes, inde hujus initium, unde necesse est (scil. à rectâ civium in tenerâ ætate institutione) sumere. Hic, eodem judice, sensus est, qui è nostrâ lectione elici non solùm potest, sed etiam debet. Porrò ait idem se aliquando suspicatum esse, Xenophontem verbo ἄρχεσθαι aliquid adjunxisse, et vel ἄρχεσθαι ὅθεν δεῖ, (sive ὅθεν δεῖ, ἄρχεσθαι) vel καλῶς ἄρχεσθαι, vel φρονίμως ἄρχεσθαι, vel tale quid scripsisse. Tandem aliam lectori commendat scripturam, quam ex vet. *Vincentii Obsopæi* libro et *Stobæo* elicuit; nimirum hanc: Οὗτοι δὲ δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἄρχεσθαι τῆ κοινοῦ ἀγαθῆ ἐπιμελούμενοι, ἐκ ἔνθεν ὅθεν ἐν ταῖς πολίσαις πόλεσιν ἀρχονται· vel ὅθεντερ ἐν ταῖς, &c. Huic certè scripturæ favent vetusta *Gabrielii* exemplaria, quæ pro ἐχ ὁμοίως, &c. dant ἐκ ἔνθεν, ὅθεν αἱ πολίσαι πόλεις ἄρχονται.

P. 6, l. 3. *Gabrielius* in vet. exempl. pro ἐπιτάξασι invenit ἔπυτα προστάττουσιν: quod et *Muretus* probat.

Ibid. l. 4. MS. Bodl. μηδὲ ἀσπάζειν.

Ibid. l. 7. De subitâ transitione à singulari numero ad plurativum lege dicta ad lib. vii, p. 396.

Ibid. l. 7. MS. Bodl. et *Stobæus* habent ἐπανέθησαν. Sed nostram lectionem câ commutare nolim. Nam ut ἐπιτιθέναι τιμωρίαν vel δίκην dicitur potiùs quàm ἐπανατιθέναι, ità Xenophon haud dubium est quin maluerit dicere ἐπιτιθέναι ζημίαν quàm ἐπανατιθέναι ζημίαν.

Ibid. l. 9. Non ὥστε legitur apud *Stobæum*, sed οἷον. Elegans autem est hoc loquendi genus, et cùm aliis auctoribus tum huic Nostro familiarissimum, τοιοῦτοι οἷοι, cum infinitivo, aut etiam οἷοι sine τοιοῦτοι.

Ibid. l. 14. Pro πεπαιδευμένων *Leunclavius* rectiùs scribi censet παιδωμένων: quippe de *instituendis*, ex illius mente, non de *institutis*, hîc agitur. Nihil muto.

P. 7, l. 6. Non dubito quin hæc quæ parenthesi inclusa sunt, mendi suspecta multis jam fuerint, multis futura sint: sed ii tale omnium genus loquendi apud Platonem exstare sciant. Ità *Stephanus*. Rem sanè mihi gratissimam fecisset vir doctissimus, si phrasin istam Platonicam quo quis loco reperire posset, indicâsset. Forsan illum valuit, quem in *Phædro* notavi, scil. ubi dicit διελέσθαι μέρη, pro *dividendo facere partes*. Sed *Herodoti* exemplo meliùs, opinor, defendi possit loquutio Xénophontéa: is autem de consilio regis Lydorum fame laborantium verba faciens, l. i, c. 94, ὅτω δὴ, ait, τὸν βασιλῆα αὐτῶν δύο μοίρας διελόντα Λυδῶν πάντων, κληρῶσαι, &c. pro——διελόντα Λυδὸς πάντας εἰς δύο μοίρας.

Ibid. l. 9. MS. Bodl. et *Stobæus* hîc παρέξειν, at in versu proximè sequenti παρέχειν, habent. Atqui una est eadémque loci utrisque ratio: nec quid mutationis inducendum.

Ibid. l. 17. *Stobæus* perperam μανθάνεσι διάγειν: et lineâ proximè sequente ἐπὶ τάτῳ.

P. 8, l. 4. Pro οἷον εἰκὸς legitur etiam οἷον δὴ εἰκός. Sed particula ista ornatui tantùm servire hîc potest: illo autem οἷον aptius huic loco esse ὧν censuit *Stephanus*.

Ibid. l. 6. Μισῆσι μὲν ἀλλήλας, &c. Lectionem, quam recepi, vetustorum etiam *Gabrielii* exemplarium auctoritate confirmatam tandem inveni.

P. 9, l. 1. *Stobæus* habet particulam

ἢ ante τοὺς προεσβυτέρους, non ante πειθομένους. Quam lectionem libenter cum *Stephano* sequor; alioqui enim legendo ἢ πειθομένους videretur aliquid post ἰσχυρῶς desiderari, nimirum secundum ἢ cum alio participio. Cæterùm occasionem huic transpositioni particulæ ἢ dedisse videtur quod legitur proximè præcedenti versu καὶ πείθεσθαι.

P. 9, l. 6. Pro ἄρτον *Stobæus* habet ἄρτους, cui exemplaria quædam, *Stephanus* quæ vidit, adstipulantur: ille autem non itidem σῖτα legit (ut in iisdem scriptum est), verùm σῖτον.

Ibid. l. 9. Cùm præcedat ἓξ, scribendum putat *Stephanus* ἢ ἑπτὰ ἢ δέκα. Sed alius exstat locus, p. 34, vulgatæ qui scripturæ fidem faciat.

P. 10, l. 1. Apud *Stobæum* scriptum est δεῖ τι ὑπερκοινοῦ.

Ibid. l. 2, 3. Pro ἐξάγει τὴν ἡμισείαν, &c. legitur etiam τὰς ἡμισείας φυλακὰς καταλείπει. In Edit. Flor. τὰς δὲ ἡμισείας, &c. At hæc particula δὲ aut expungenda est, aut præcedere oportet eam, quam in contextum recepimus, lectionem; ut utramque conjungendo, ità legatur, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς φυλακῆς, τὰς δὲ ἡμισείας φυλακὰς καταλείπει. Vel, ut *Mureto* placuit, ὅταν δὲ ἐξίῃ ὁ βασιλεὺς, ποιεῖ δὲ τοῦτο πολλάκις τὲ μηνὸς, τὴν μὲν ἡμίσειαν ἐξάγει τῆς φυλακῆς, τὴν δὲ ἡμίσειαν καταλείπει. Videtur tamen *Stephano* alterum horum esse supervacaneum, cùm alterum ex altero per consequens satìs intelligatur. *Ald.* Edit. pro φυλακῆς pessimè dat φυλακοῖς: *Stobæus*, φυλάς. Hæc autem scriptura (*Stephano* judice) ratione non caret; præsertim cùm dixerit initio p. 7, δώδεκα γὰρ ἢ Περσῶν φυλαὶ διήρηνται, et (quod magìs ad rem facere videtur) dicturus sit, p. 11, αἱ δ' αὖ μένουσαι φυλαὶ διατρίβουσι μελετῶσαι, &c.

Ibid. l. 4. *Stobæus*, τόξα, ἢ παρὰ φαρέτραν ἐν κολεῷ, &c.

Ibid. l. 9. Apud eundem post ἀληθεστάτῃ legitur αὐτοῖς.

Ibid. l. 13. MS. Bodl. pro θήγεσθαι habet θάλπεσθαι: sed omnino retinenda est vulgata lectio, non tantùm quod *Stobæi* auctoritate confirmetur, sed etiam quod ut hìc θήγεσθαι τὴν ψυχὴν, sic p. 82, τὰς ψυχὰς θήγειν: et p. 83, θήγειν τὸ φρόνημα. Quinetiam in *Oecon.* ἀκονᾶν τὰς ψυχας legimus; et lib. hujus Operis vi, p. 344, ὁ γαρ λόγχης ἀκονῶν, ἐκεῖνος ἢ τὴν ψυχήν τι παρακονᾶ.

Ibid. l. 15. Quidam liber, teste *Stephano*, particulam τι habet ante ἄπεισι, deinde τῶν ἐν τῷ πολίμῳ, absque participio παρόντων. In eodem, iis, quæ hìc interjecta sunt, omissis, sequitur ἢ θηρῶντες ἐκ ἂν ἀρισήσειεν, ἂν μη τὶ ἀπὸ ἢ θηρίε ἕνεκα ἐπικαταμεῖναι, ἢ ἄλλως ἐθελήσωσι διατρίψαι περὶ τὴν θήραν· τὸ αὖ ἄριστον τοῦτο δεῖπνον. Cum hoc libro consentit ferè MS. Bodl.

P. 11, l. 8. Pro ἔχωσιν habet *Stobæus* ἐσθίωσιν, quod mavult *Stephanus* ob sequens πίνωσιν. At nihil muto. *Ciceronis* certè auctoritate vulgata lectio munita est, *Tusc. Disp.* l. v, c. 34.

Ibid. l. 10. *Athenæus* hæc ità mutavit verba, duos, opinor, locos in unum commiscendo: Καὶ ὁ Θαυμάσιος Ξενοφῶν, inquit, φησὶ ἥδὺ μὲν μάζαν ἢ κάρδαμα φαγεῖν πεινῶντι, ἥδὺ δὲ ὕδωρ, ἀρυσσάμενον ἐκ ποταμοῦ, διψῶντα πιεῖν, l. iv, c. 14. *Stobæus* autem nostræ lectioni adsentitur.

Ibid. l. 12. Habet ἐμάνθανον, et versu sequenti δημόσιοι τούτοις ἀγῶνες.

Ibid. l. 15. *Leunclavius* et *Portus* scribendum censent ὑπερεσόμενοι. Quâ de re vide quæ notavimus, p. 87.

Ibid. l. 18. Post ἀρχαὶ apud *Stobæum* legitur πᾶσαι.

Ibid. l. ult. Apud eundem habes ἢ ἢ ἄλλα ὅσα τάχος ἢ ἰσχύος ἔργα ἐσί. At si nostram lectionem ἄλλο τι retineamus, (nec est cur rejiciamus) subaudiendum fuerit, inquit *Stephanus*, ἐκείνων ante ὅσα, quam subauditionem novam non esse apud hunc auctorem ostendent quæ in *Addendis* hisce notavimus ad p. 2, l. 6.

P. 12, l. 1, 2. Legenda aut saltem intelligenda hæc esse monet *Stephanus*, τὰ ἐν τοῖς ἐφήβοις δέκα ἔτη. Sic infrà: Ἤδη γὰρ ἢ ὁ Κῦρος διατετελεκὼς τὰ ἐν τοῖς ἐφήβοις δέκα ἔτη ἐν τοῖς ἀνδράσιν ἦν.

Ibid. l. 8. Pro ἀγχέμαχα legitur apud *Stobæum* ἄγχιμα; sed nostra lectio in dubium revocari non potest; nam et p. 339 scriptum est, ὁμόσε ἰόντας σὺν ὅπλοις ἀγχεμάχοις. Sunt autem ὅπλα ἀγχέμαχα arma, quibus εἰς χεῖρας συμμίσγομεν τοῖς πολεμίοις (ut verbis Xenophontis utar): at verò arcubus, jaculis, peltis, fundis, aliisque hujusmodi ὅτι προσωτάτω ταχθέντες μαχόμεθα, ut idem loquitur alicubi.

P. 13, l. 6. *Stephanus* scribendum putat ἐπάνιμεν: propterea quòd Noster ad hunc usque locum de se in plurali numero loquutus est. Locis huc citatis non est opus: peti possint ab hujus Operis proœmio, cum initio *Laced. Polit. Symposii*, necnon libelli περὶ προσόδων collato. Emendatio sanè hæc specie quâdam rationis niti videtur; sed exemplarium auctoritate caret.

P. 13, l. 13. Rectè Cl. *Jungermannus* γυμνασκώσθαι in *J. Poll.* l. ii, *segm.* 20, pro γυμνιτεύσθαι, quod ejus in locum irrepserat, reposuit.

Ibid. l. 14. MS. Bodl. Οἳ δ' ἂν αὖ ἐν τοῖς ἐφήβοις. Quæ mihi placet lectio. *Stephanus* etiam et *Leunclavius* pro ἂν

ex versione *Philelphi* αὖ reponendum censuerunt.

P. 13, l. ult. Apud *Stobæum* legitur διελκυδότες.

P. 14, l. 2. Mavult *Stephanus* pluralem numerum neutrius generis μαρτύρια.

P. 15, l. 4. Ὀρῶν δὴ, &c. Interjectâ parenthesi longiusculâ, iterantur hæc ὁρῶν δή: sic et *Act.* vii, 35, iteratur τοῦτον, quâ de re vide Cl. *Blackwall, Class. Sacr.* p. 64.

Ib. l. 10. *Hermogenes* hunc locum citans scribit ὡς καλός μοι ὁ πάππος, ὦ μῆτερ. Sed tamen et continuò post initio orationis collocatur ὦ μῆτερ.

P. 17, l. 13. Suspicatur *Stephanus* non κάλαπλα, sed πολέα scriptum fuisse; genitivum etiam, qui sordes significaret, præcessisse, ejúsque locum à præpositione χρ' fuisse occupatum.

P. 18, l. 7. Non μητέρα, sed πατέρα, legit *Philelphus*: perperam. Loquitur enim de honore, qui tum exhiberi soleret: exhiberi autem patri, qui aberat, non posset.

Ibid. l. 8. *Muretus* legendum putat, τοιαῦτα ἐπιστῶν, ἅπερ, &c. quod equidem non improbo.

Ibid. l. 13. Idem legit μηδὲν πω ὑποπτεύοντ', non μηδέπω.

P. 19, l. 13. *Gabrielii* etiam exemplaria habent ἀφύσαλλις ἐπ' αὐτὰς.

P. 22, l. 13. Mavult *Stephanus* ὁποίαν ἂν βέλῃ sicut paulò ante dixit ὁκότερος ἂν βούλῃ, et paulò post dicet, ὅσα ἂν βέλῃ, habentque hi loci futurum, sicut et ille: quæ etiam in præcedenti versu eodem dictum est modo ἐς ἃν αὐτὸς ἐθέλῃς, cum futuro itidem. Mihi placet hæc emendatio.

Ibid. Eodem versu *Gabrielii* libri et *Muretus* nobis adsentiuntur de reponendo ἐπεῖτα τέ τι, &c.

P. 24, l. 1. *Muretus* legit, καί τοι, φάτις, ἐστὶ τοῦτο.

P. 25, l. 1. Lege ψυχὴ, quam et MS. Bodl. exhibet. Quidam libri τύχη.

Ibid. l. 8. Edit. *Aldi et Juntæ* ante μεδόλῃ negativam habent particulam μὴ, quam recte *Stephanus* sensum depravare censuit. MS. Bodl. (si tamen id dignum est de quo admoneam) habet ἀποπίμψω.

Ibid. l. 12. MS. Bodl. ἀπατίσαλο in contextu: in margine, ἀπάρτιτο. Illud, opinor, à librario aliquo hujus explicandi gratiâ, margini primùm adscriptum fuit; deindè, genuinâ lectione rejectâ, in textum receptum. Verbum autem ἀπατίσατο eandem habere significationem, quam ἀπήλλο minimè dubium esse sinunt cùm alii plerique loci, tùm verò proximè sequentis paginæ linea 8va, ubi habemus ἀπαλέσατο τὸν Ἀσυλλον.

P. 27, l. 2. Legimus apud *Stobæum* ἀλλὰ παράτες τις ἡ φιλοσοφία, ὥς ἐπεθεύμει ἂν τις ἐπιπλεία ἀκοῦσαι αὐτῆ. Sed omnino retinenda est nostra lectio: nam in hâc comparatione illud faciei ναρὸν magìs ἁπλότηλι quàm παράτηλι respondere rectè censuit *Stephanus*. Quin et ἔτι πλείω eidem magìs placet quàm ἐπιπλεία, quod alioqui mutandum esset in ἐπιπλεῖον: hoc enim potiùs quàm illud adverbialiter ponitur.

Ibid. l. 8. Postquam locum hunc emendâssem, *Leunclavium* tandem vidi mihi de eâdem articuli mutatione adsentiri. Idem porrò dicit παροιτῶς loco suo temerè motum eidem restitui debere hoc modo, τὸ πᾶσι παροσπίπλειν παροιτῶς, ἀείτι ὁμοίως ἴχειν. Quod equidem non improbo.

Ibid. l. 11. Suspicatur *Stephanus* εἰς ante ταῦτα deesse. Lege scripta p. 119, not. 1.

P. 28, l. 4. Pro παρῇσι *Stephanus* haud immeritò scribendum esse contendit, παρίει, à παρίημι quod sonat *præteribat, à tergo relinquebat*; valet autem hîc *superabat*. Video tamen à grammaticis, duplicem verbi παρίημι derivationem (scil. vel à παρὰ et εἶμι, vel à παρὰ et ἵημι) sequutis, παρῆσι etiam reddi *accedebat, superabat*.

P. 29, l. 2. Legitur etiam δυσχερῶν et δυσχερειῶν. Sed nostram lectionem satìs confirmat sequens accusativus δυσχερίας: quin et *Philelphus* eam sequutus est.

P. 34, l. 15. Pro πέντε ἢ ἑκκαίδεκα mavult *Stephanus* πέντε ἢ ἓξ ἢ δέκα. Sed vide modò dicta ad p. 9, l. 9.

P. 36, l. 7. Si scribas ἐκέλευσε conveniet cum ἀφῖκε. *Stephanus*.

P. 37, l. 1. *Leunclavius* locum sic restituendum et distinguendum ait ἅπερ ἡδόμενος οὕτως, ὡς ἐπεθύμει, αὐτοῖς ἐξοπλίσασθαι. *Stephanus* ex conjecturâ ὡς ἅπαντι ἡδόμενος, sive ὅσον ἅπερ ἡδόμενος. *Canterus* οὕπερ ἡδόμενος. Sed frustra tum se tum locum hunc torsisse mihi videntur viri eruditi.

Ibid. l. 10. *Hermogenes* legit ἐπὶ πολλῶν ἐπαιρίαν ἐχεῖλαι, quod verbum cum ἄγουσι jungi, nisi interjectâ copulâ, non posse rectè observat *Stephanus*: alioqui in participium ἐχούμενοι mutandum esset, quod idem mavult. Porrò πολλὰ ἐπαίρια dicit eleganter (diminutivo ad majorem contemptum utens) eâdem formâ, quâ p. 247, l. 10, μοχθηρὰ ἀνθρώπια.

Ibid. l. 16. *Muretus* pro ἐπ' αὐτὰς legit ἐφ' αὐτές.

Ibid. In notis post *longa esse videatur*, adde: Nota sunt Senis Comici, qui dormire non poterat:

ΙΟΥ, ἰού.

Ὁ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, ὅσον Ἀπέραλον; ἀδέποθ' ἡμέρα γενήσεται;

P. 38, l. 3. MS. Bodl. exhibet fut. 1, ἥλασω. Sed nihil muto.

Ibid. l. 7. *Muretus* pro ἤγετο ταχέως, reponit ἠγεῖτο τάξεως.

Ibid. l. 14. In libello περὶ ἑρμηνείας, qui *Demetrii Phalerei* nomen præfert, bis comparatio hæc citatur: prior locus ἄπειρος non habet, in posteriore reperitur: sed utrobique ἐπὶ κάπρου legitur, quod *Stephano* placet.

Ibid. l. ult. MS. Bodl. παυσομένης, et mox, p. 39, l. 1, προορμήσαντες: idem liber ἀνίεις, et l. 2, ἡ ἰσχυρὰν φυγὴν τοῖς πολεμίοις ἰσχυρῶς κατείχειν ἐποίει: omnino depravatè. Nec meliùs in quibusdam libris legitur φανὴν pro φυγὴν, et ἰσχυρὰν τὴν φυγὴν τοῖς πολεμίοις καθὼς εἶχεν ἐποίει.

P. 40, l. 11. MS. Bodl. ἐγεγένητο. *Stephano* magìs placet ἐγίνετο.

P. 41, l. 2. *Muretus* mavult ὁ παλής τε ἄχθοιτο.

Ibid. l. 13. Vel referendum est hoc δηλῶν ad λέγεται, quod extrinsecus adsumatur (nam non minùs rectè dicitur λέγεται Κῦρος τοῦτο ποιῆσαι, quàm λέγεται Κῦρον τοῦτο ποιῆσαι), vel scribendum erit δηλοῦντα, si nempe hîc subaudienda ex præcedentibus essent illa duo vocabula αὐτὸν φασί.

Ibid. l. 14. Participiorum istorum conjunctio pleonasmum præ se fert haud vitio carentem: cui tamen geminum ferè suppeditat *Demosthenes* Olynth. iii, p. 38, ὁμοίως ἢ παραπλησίως ibi copulans. *Ammonius* quidem inter λαβεῖν et δέξασθαι distinctionem hanc statuit: λαβεῖν μέν ἐστι, inquit, τὸ κείμενόν τι ἀνελέσθαι. Δέξασθαι δὲ, τὸ διδόμενον ἐκ χειρός. At non hic tantùm locus, sed et alia apud auctores multa frivolam esse hanc distinctionem ostendunt. Interpretes, excepto *Philelpho*, omnes Xenophontem ista tanquam synonyma conjunxisse hactenus existimârunt. Ipse potiùs cum *Stephano* crediderim λαζόντας dici simpliciter qui sumpsissent quod in manus tradebatur; at verò δεξαμένης, qui in accipiendo ea se grata habere, et beneficentiam ea tradentis agnoscere ostendissent.

P. 42, l. 2. *Gabrielii* exempl. ὡς σὺ ἴδιος, ἢ μὴ, &c.

P. 44, l. 1. Pro παίσας αὐτοῖς *Muretus* legit αὖθις.

Ibid. l. 10. Sic in omnibus, quos vidi, libris scriptum est: quâ de re monendum censuit etiam *Stephanus*, quoniam cùm hîc dativo jungatur verbum ὑποπτήσσω, p. 54, accusativo jungitur.

P. 45, l. 7. MS. Bodl. Ἰνδὸς ἢ πρὸς Κᾶρας ἢ Κίλικας, &c. Et eo forsan modo scriptum à Nostro fuisse dicendum est; nisi mavis cum *Stephano* ἢ πρὸς Ἰνδὸς δὲ ἢ Κίλικας.

P. 46, l. 5. MS. Bodl. παρασκεύην ἅ συνιζαμένων ἐφ' ἑαυτόν.

Ibid. l. 6. MS. Bodl. et *Gabrielii* exempl. ἀντιπαρεσκευάζετο.

Ibid. l. 12. MS. Bodl. ἐν τοῖς τελείοις ἀνδράσιν ὦν: cui *Philelphi* suffragatur versio.

P. 47, l. 1. Hæc verba ἔδοσαν προσελέσθαι ex scholio irrepsisse suspicatur *Stephanus*. Sed supervacaneam verborum repetitionem apud Nostrum reperiri novum non est. Vide, si libet p. 3, l. 5, p. 383, l. 10, p. 510, l. 12. Vel igitur in vulgata lectione adquiescendum, vel dica istis locis omnibus impingenda est. In MSto autem Bodl. sic se habet locus: Διακοσίων ἑκάστῳ τέσσαρας ἔδωκαν προσελέσθαι, ἢ τέτταρες, ἐκ τῶν ὁμοίμων· γίγνονται μὲν δὴ οὗτοι χίλιοι· τῶν δ' αὖ χιλίων τούτων ἑκάστῳ ἔταξαν ἐκ τῆς δήμης τῶν Περσῶν δέκα μὲν πελτασὰς προσελέσθαι, δέκα δὲ, &c. Eandem etiam scripturam et ordinem verborum ex libris, quos ipse vidit, adfert *Stephanus*.

Ibid. l. 12. *Muretus* delendum monet illud ὑμᾶς, ut suavior exoriatur oratio: sed non audiendus est, cùm supervacanea pronominum repetitio sit Atticis scriptoribus perquàm familiaris.

P. 48, l. 4, 5. MS. Bodl. ἀλλ' ὡς—εἰς τὸν ὕπειλα χρόνον εὐφρανέμενοι: atque hoc sanè modo Noster aliàs loqui solet; ut p. 252, ἡ γὸ ψυχὴ, ἔφη, ἐχ ὡς βελεύσασα παρεσκεύασαι, ἀλλ' ὡς ποιήσασα ὅ,τι ἂν παραγγέλλης: et p. 413, ἕτω παρεσκευασμένοι εἰσιν, ὡς διαπραξόμενοι. Sed et p. 312, 313, junxit participio futuri temporis (accusativo absoluto utens pro genitivo), cùm scribit, ἀλλ' ὡς τὰς πεπεισμένης ὑφ' ἑκάστε, δήλας ἐσομένας οἷς ἂν πράττωσιν ἕτω παρασκευάζεσθε.

Ibid. l. ult. *Stephanus* scribere se malle ait, εὖ σπείρας ἢ εὖ φυλεύσας, cùm alioqui præsens tempus pro præterito accipere oporteat. Ut autem, inquit, de mutandâ hâc lectione cogitare audeam facit quod p. 53, l. 10, (ubi sermo hic repetitur) pro σπείροντας *Stobæus* legit σπείραντας. At cùm utrobique vulgata lectio librorum consensu nitatur, nihil muto.

P. 50, l. 8. *Muretus* legit πιστεύω τε, &c. *Gabrielii* exempl.—τῇ πείρᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, ἢ, &c.

Ibid. l. 15. MS. Bodl. Ἀλλὰ μὴν ἢ ἐκεῖνο οἶομαι ὑμᾶς θαρσεῖν, &c. *Stephano* placet ante θαρρεῖν ponere infinitivum δεῖν, quod quidem repræsentant *Gabrielii* exemplaria. In iisdem legitur etiam τὰ τ' ἄλλα, in versu sequenti: cui lectioni adsŭpulatur *Philelphus*.

P. 51, l. 7. In Edit. *Stephaniană* deest *παλρῶα*, quam tamen vocem MS. Bodl. cæterique libri rectè præstant.

Ibid. l. 11, 12. Edit. *Flor.* *ὡς ἐθὲν ἄλλο αὐσαντα τὰ τῶ*, &c. At rectè se habet vulgata lectio, quam et MS. Bodl. et omnes, quos consulendi copia fuit *Stephano*, codices MSti confirmant.

Ibid. l. 18. Pro *εἶης* in MSto Bodl. edit. *Ald.* et *Flor.* legitur *ἦς*. Ex dictandi, opinor, more manavit error; cùm librarius vicinitate soni deceptus, hoc pro illo imperitè scriberet. Elegantissimâ autem illâ loquendi formâ usus est Noster, p. 22, l. 9.

P. 52, l. 3. MS. Bodl. pro *ὅπως γ' ἂν*, &c. habet *ὧν ἂν ἴλεῳ οἱ θεοὶ ὅσσες ἡμῖν συμβελεύειν θέλωσιν, ὅσον δύνωμαι κ[illegible] τὸν σὸν λόγον διαλεῶ*, &c. in margine *ὁπότ' ἂν ἴλεῳ——διαλελέσω*. *Stephanus* autem notat ea exemplaria, quæ *ὁπόταν* habent, etiam *διαλελῶν* habere. Malim vulgatam lectionem retinere, quam sequendo sic accipiemus, *διαλελέσω ἐπιμελέμενος ὅπως ἂν οἱ θεοὶ ἴλεῳ*, &c. *ἐθέλωσι*: quòd idem valebit, ac si dixisset *διαλελέσω ἐπιμελέμενος τῶ τὰς θεὰς ἴλεως ἡμῖν ὅσσας συμβελεύειν ἐθέλειν*. At si alteram illam lectionem, videlicet, *ὧν ἂν*, sequamur, subaudiendum erit *ἐκείνων*, ut fit *διατελέσω ἐπιμελέμενος ἐκείνων ὧν ἂν οἱ θεοί ἡμῖν συμβελεύειν ἐθέλωσιν*: quia dixerat illi pater, *γιγνώσκων τὰ παρὰ τῶ θεῶν συμβελευόμενα, τέτοις πείθοιο*.

Ibid. l. 6. Pro *πρακλικώτερος* habent quidam codices, teste *Stephano*, *πραγμαλικώτερος*, sed non sine aperto mendo. Nam significare vult Xenophon illum, qui magis idoneus sit ad impetrandum, vel qui faciliùs impetret. Retineamus itaque *πρακλικώτερος*, ut perinde sit ac si dixisset *παρὰ τῶ θεῶν ῥᾴδιον διαπράξαιο*, sicut alibi loquitur: et p. 53, dicit, contrarium significare volens, *ἀπρακλεῖν* et *ἀτυχεῖν*.

Ibid. l. 8. Citat hunc locum *Plutarchus ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας*, p. 465: sed ejus sententiam duntaxat, non ipsa verba, proferens.

Ibid. l. 13. Edit. *Flor.* *πρὸς τὲς θεὲς ὅσσας ἔτως διακείμενος*: quæ licèt mala sit lectio, bonæ tamen, *Stephano* judice, vestigia retinet: ex eâ enim, inquit, hanc facere possumus, *ἥδιον μὲν ἐρχῃ πρὸς θεὲς, ὡς πρὸς φίλας σοὶ ὄντας ἔτω διακείμενος*. Hanc autem lectionem ut pro bonâ habeat idem, faciunt quæ sequuntur. *Πάνυ μὲν ἦν ὡς πρὸς φίλας μοὶ τὲς θεοὺς ὅσσας ἔτω διάκειμαι*. Neque tamen quam adfert ex conjecturâ lectionem ità probat, ut alteram improbet: imò verò hoc addit, posse etiam retineri *δυσόμενος*, cum cæteris quæ dixit: si uimirum ità scribatur, *ἔρχῃ πρὸς τὲς θεὸς δεησόμενος, ὡς πρὸς φίλας σοὶ ὄντας ἔτω διακείμενος*.

P. 53, l. 1. MS Bodl. habet *πράσειν* quod ex *Stobæo* etiam adlatum probat *Stephanus*: cùm infinitivi, inquit, cæteri sint præsentis itidem, non futuri temporis: nec eum movet particula *ἂν* ante *διάγειν*, quippe quæ, nisi expungatur, in *αὖ* mutari possit. Hanc autem veram esse loci sententiam existimat, *Meministine quæ aliquando statuebamus de iis, quæ dii peritis rectiùs agere quàm imperitis dederunt*, vel *concesserunt?* In quâ interpretatione sequitur eam, quam reponendam censet, lectionem, scilicet *ὅσαπερ*, non *ὡς ἅπερ*, et verbum *δεδώκασιν* cum *πράσσειν* jungit, aliquod etiam vinculum ad hæc cum præcedentibus jungenda exteriùs adsumens: ità enim vertit ac si scriptum esset—*ἐδόκει ἡμῖν περὶ ἐκείνων ὅσαπερ δεδώκασιν*, &c. Lege quæ dicta sunt p. 52, not. 2.

Ibid. l. 5. MS. Bodl. *μέμνημαι μέντοι τοιαῦτα*, &c.

Ibid. l. 6. *Stobæus* habet *ἃ οἶδα σὰ προστιθέντα αὐτῷ, ὡς ἐδὲ*, &c.

Ibid. l. 8. A MSto Bodl. abest *τοξεύειν* illud secundo loco positum: sicut et *σῖτον*, l. 11.

Ibid. l. 10. Apud *Stobæum* legitur *σπείραντας*, quod magis probat *Stephanus*, ut diximus adnotatione in l. ult. p. 48, quam consule.

P. 54, l. 4. *Gabrielius* ex suis etiam libris adfert *ἐπίσασθαι*.

P. 55, l. 13. *Muretus* pro *νῦν* legit *νὴν*, et exponit *αὐτὸν τὸν Κυαξάρην*. A poëticis sanè vocibus Xenophon non abhorret, tamen vix adduci possum, ut credam eum hîc Doricè loquutum esse.

P. 56, l. 5. *Stephano* cum *μή τι πάθῃ* videtur subaudiendum potiùs *ὑπὸ τῶ πολεμίων*, quàm *ὑφ' ὑμῶν*.

Ibid. l. 13. Pro *μᾶλλον* *Stobæus* habet *μάλιστα*: apud eundem sequentium mox verborum et ordo et scriptura nonnihil mutantur.

P. 57, l. 1. Pro *πιστικατέρως*, *Stobæus* habet *πιστικωτάτως*. In notâ de hâc voce, post—— *à πείθειν derivatum*, adde, Hoc sensu *Plato* in *Gorgia* *ῥητορικὴν* esse ait *πειθῦς δημιεργὸν διὰ λογων*, deindè subjungit esse *πιστικὴν, ἢ διδασκαλικήν*.

Ibid. l. 8. Legitur in edit. *Flor.* *τὸν δ' ἔχοντα*, &c. At tum MS. Bodl. tum cæteri libri editi rectiùs *τὸ δ' ἔχοντα* repræsentant.

Ibid. l. 10. MS. Bodl. *πειρᾶσθαι τίσασθαι, ἔπειτ' ἀμελεῖν τῶ πορίζεσθαι*, &c. in margine vulgata comparet lectio, cum quâ optimè convenit quod statim sequitur, *ἔπειτα ἀμελεῖν τοῦ πορίζειν*.

P. 57, l. 17. Edit. *Ald.* habet *ἢ* ante

μέμνησαι, at *Flor.* minimè sicut nec vetusti codices, *Stephanus* quos vidit.

P. 57, l. 17. Pro ὅτε MS. Bodl. dat ὅτι, quod *Stephano* placet, licèt illud quoque ferri posse fateatur.

P. 58, l. 9. Mutationi τῷ δεήσοι in δεῆσον fidem faciunt quæ exstant p. 151,—παρηγύνσε τοῖς Περσαῖς παρασκευάζεσθαι, ὡς αὐτίκα δεῆσον ἐπιδιώκειν, &c. *Muretus* legit, ὡς δεῆσον καὶ τούτων ὑπὲρ τῆς φαλαγγὸς ἐπιμελεῖσθαι.

Ibid. l. 10. MS. Bodl. ἐπήρου μου αὖ πάλιν εἴ τινας τέχνας ἐδίδαξεν, αἷς τῶν, &c. quam eo præsertim nomine lectionem probat *Stephanus*, quòd vocem ἕκασλα omittit: fatetur tamen idem illam alioqui modo tolerari posse, accipiendo pro ἐν ἑκάσοις.

Ibid. l. 11. *Gabrielius*, ἂν οἱ σύμμαχοι γένωνλο.

P. 59, l. 2. *Stobæus* habet τὸ τέλος et τί ποῖε. At in quibusdam exemplaribus, quæ vidit *Stephanus*, legitur ἤ τί πόῖε.

Ibid. l. 4. MS. Bodl. ἀποκρίνομαι.

Ibid. l. 5. In margine MSti Bodl. legitur τί εἴη ὄφελος φαλαγγία τακλικῶν, &c. ubi vox penultima in dandi casu scribenda esset φαλαγγία.

Ibid. l. 7. MS. Bodl. εἰρημένας, et hoc sanè participium rectè convenit cum lectione p. 58, l. 11, annotatâ: adeò ut cui illa placet, eidem hæc displicere non debeat lectio.

Ibid. l. 9. Apud *Stobæum* legitur ἐπιφέμην: in editis quibusdam libris ἐπιφερομένης δέ μις. Sed tum hæc, tum illa malè se habet lectio, vulgata rectè.

Ibid. l. 11. *Stobæus* non habet εἶναι post νομιζομένοις, cum quo convenit MS. Bodl.

P. 61, l. 8. Legit *Stobæus* πολεμίοις καὶ ποφσύνουσαν, consentientibus MSto Bodl. et aliis quibusdam, *Stephano* quos videre contigit. Ac certè verbum hoc, alioqui ποιηλικώτερον, usurpat Noster et infra, citra compositionem, p. 209, et 405. Idem *Stobæus* pro ἑαυτῇ habet ἑαυτοῖς, et pro ἄρχον legit ἄρχην: quibus de scripturis ei non adsentitur MS. Bodl.

Ibid. l. 12. *Stobæus* legit πλεῖσα γὰρ ἐσθῖσι ἡ φρατιά. *Brodæus*, πλεῖσα γὰρ ἔθνη φαλαγγὰ, καὶ ἀπ' ἐλαχίσων ὁρμωμένη, ἐν οἷς ἂν λάβῃ δαψιλίαλα χρημένη. *Muretus* in quibusdam exempl. legi testatur ὁρχώμενα, quod verbum cùm planè nihil sit, ex eo factum esse putat ὁρμώμενα. Idem levi mutatione factâ, meliùs legi posse censet, ἀρχούμενα, ut hoc dicat Cambyses, *Milites solere quidem, ubi urget inopia, parvo ac tenui victu esse contentos: sed eosdem, ubi copia est, quasi exploratam habeant, fore ut nunquam posteà egeant, solitos largè ac liberaliter præsentibus uti ac paratis frui, nihil de futuro cogitantes: ideóque diligenter hoc imperatori ipsi providendum.*

P. 62, l. 1, 2. MS. Bodl. ὅσε ἔπόῖε ἀγεῖν δεῆση φαλιάν: in margine scribitur προσήκει.

P. 62, l. 8. MS. Bodl. ἀγῶνας ἂν τις cui adstipulatur *Stobæus*. In eodem MSto paulò post ità legitur, μάλιςα ἂν ποιεῖν εὖ ἀσκεῖσθαι· ὅτε ἕκασα, ὁπότε δέοιλο, ἔχειν, &c.

Ibid. l. 13. Reponendum *Stephano* videtur εἰς γε τὸ προθυμίαν; cui adsentior.

Ibid. l. 15. *Stobæus*, Ἀλλὰ μὴν, ἔφη.

Ibid. l. 16. MS. Bodl. ἦπερ, quod adverbialiter sumi potest pro καθάπερ. Legitur etiam, teste *Stephano*, οἷά περ, ut sit adverbium itidem.

P. 63, l. 3. MS. Bodl. εἴγεσθαι: rectiùs in margine φείδεσθαι.. Ità Noster p. 70, μὴ φείδε διδάσκειν.

Ibid. l. 5. MS. Bodl. pro παρόρμησιν habet παρακέλευσιν.

Ibid. l. 11. *Gabrielii* exempl. Ἐπεὶ δ' ἐν: nec aliter MS. Bodl.

P. 64, l. 12. Legitur etiam πάνυ τοι: et in quibusdam exemplaribus, teste *Stephano*, πάνυ, sine adjectione ullâ reperitur. Vide adnotationem in p. 1, l. 10.

Ibid. l. 15. Pro ἀνυσιμώτερον *Leunclavius* adfert ἀνυλικώτερον et ἀνυσικώτερον: quæ, quòd magìs usitata videantur, *Portus* ad marginem, receptæ vocis interpretandæ gratiâ, fuisse notata putat. Idem rectè vulgatam lectionem stabilire nititur adlato hoc *Plutarchi*, ἐν τῷ περὶ παίδων ἀγωγῆς, p. 2, loco: Καλαμάθοις δ' ἂν ὡς ἀνύσιμον πρᾶγμα καὶ τελεσιεργὸν ἐπιμέλεια ἡ πόνος ἐσί.

Ibid. l. 17. Citat hîc opportunè *Portus* elegantes *Æschyli* versus, de Amphiarao vate scriptos ἐν ἑπλὰ ἐπὶ Θήβαις: v. 598, et seq.

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριςος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπέμενος,
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαςάνει βυλεύμαλα.

P. 65, l. 13. MS. Bodl. βέλλιον πραχθῆναι, ὂν omisso; pro quo *Stobæus* habet ἄν, ut πραχθῆναι ἂν pro πραχθήσεσθαι acciperetur.

Ibid. l. 17. Apud *Stobæum* scribitur δῆλον ὅτι, distinctis verbis. Indicavimus autem alia quædam loca, in quibus cùm δηλονότι, conjunctim scriptum sit, meliùs divisè scriberetur δῆλον ὅτι.

P. 66, l. 3. MS. Bodl. ἢ φοβέμενον.

Ibid. l. 9. Pro καρτιράτερον rectiùs scribi putat *Leunclavius* καρτερικώτερον. Καρτερικος autem Glossario vet. *Cyrilliano* est *tolerans*. Sic etiam Xenophon in primo *Memor.* p. 711, Edit. *Leunclav* hoc usus est: πρὸς πάντας πόνους καρτερικώτατος. Hæc mihi placet emendatio.

Ib. l. 14. MS. Bodl. benè ὅ, τι ἂν ποιῇ:

cum quo consentiunt codices *Stephaniani*. Habet *Stobæus*, ὅ, τι ἂν πόλι ποιῇ.

P. 67, l. 13. Pro σὺ apud *Stobæum* legitur αὖ: sicut et apud eundem supra p. 66, l. 9, pro σὺ invenitur εὖ.

Ibid. l. 14. Tertiam personam εἶη, non secundam εἶης, *Camerarius* in suo vet. libro, Stephano auctore invenit. Sed particula τὶς interdum huic loquendi generi adhibetur: ut hîc etiam locum haberet post ἄν: ità scribendo, οἷος ἂν τις δικαιόταλός τε καὶ νομιμώταλος ἀνὴρ εἶη.

P. 68, l. 11. In *Ald.* et *Flor.* legitur δύνασθε, eodémque modo p. 67, l. 17. Quæ utrobique scriptura nullâ potest ratione defendi.

P. 70, l. 16. *Stephanus* deesse putat particulam δὲ post φανερὰς, aut certè post δυσχερίαις: ut scribatur, καὶ φανερὰς δέ σοι ὀνίας, &c. vel certè ἢ ἐν δυσχωρίαις δὲ αὐτοὺς γιγνομένας, &c. Ideò autem particulâ illâ opus esse arbitratur, quòd mutetur orationis forma; nec, ut dixit λαμβάνειν, referens ad μηχανῶ, ità etiam addat ὑποδέχεσθαι, sed ὑποδέξῃ.

P. 71, l. 2. *Muretus* legit ἢ ἡμᾶς τοῖς πολεμίοις, καὶ ἡμῖν τοὺς πολεμίους, παρασχεῖν.

P. 72, l. 8. *Muretus* verbum εὐδοκιμεῖ semel positum satìs esse putat, atque adeò è priore loco delendum.

Ibid. l. 10. Idem hæc ità legenda putat, μηδὲν ἄλλο ἢ μελενέγκης ἐπ' ἀνθρώπας τὰς μηχανὰς, ἃς ἢ ἐπὶ τοῖς πάνυ μικροῖς, &c. cui verborum ordini nonnihil favet MS. Bodl. Habet enim μηδὲν ἄλλο ἢ μελενέγκοις ἐπ' ἀνθρώπας τὰς μηχανὰς, &c.

P. 72. Lege quæ exstant in lib. iii, *Memor.* p. 456, edit *Steph.*

P. 73, l. 2. *Muretus* legit, ἕλεων τὰ παγίδια πρὸ τῆ τὰ πέλεινὰ φυλεῖν.

Ibid. l. 8. Ne quis οἱ λαγῷ pro communi οἱ λαγοὶ, i. e. οἱ λαγωοὶ scribendum existimet, ut p. 76, ἵλεῳ pro ἵλαοι: audiendus erit *Eustathius*, qui hâc de re paucis ista tradit, λαγοὶ καὶ λαγὼ ἐπὶ εὐθείας πληθυντικῆς ἀμφότερα εἰσὶν ἐν χρήσει.

Ibid. l. 9. *Budæus* Comm. Gr. L. p. 46, ex *Demost.* exemplum adfert, in quo ἵνα cum indicativo juncta est; scil. ἵν' ἐδόκει, ἀντὶ τῆ ἵνα δόξαιμαι. MS. Bodl. dat. ἐμπεσὼν συνέδει: atque ità ferè *Gabrielii* exempl. Sed nihil mutandum.

P. 75, l. 3. *Muretus* mavult ἄλλος.

Ibid. l. 6. Idem, μάθε δέ μοι.

Ibid. l. 13. Idem legit ἰδιῶται.

P. 77, l. 5. Idem, pro αὖθις, legit αὖ πάλιν.

Ibid. l. 10. MS. Bodl. εἰ ἄγοι στράτευμα: et, l. 12, δισμυρίους μὲν γε.

P. 79, l. 9. MS. Bodl. ἐμβάλοι: et rectè quidem legeretur ἐμβάλλοι, ut p. 89, ὁπότε πορεύοιτο. Nisi fortè quis ἐμβάλλει retinere, sed εἰάθη in εἴωθε cum *Mureto* mutare, malit.

P. 80, l. 5. MS. Bodl. σχεδὸν non habet: quod suspicioni locum dare possit, vocem illam ex scholio in textum irrepsisse. Me verò, quo minùs eam delendam moneam, impediunt exempla apud scriptores Atticos sanè crebra vocum ἐκ παραλλήλε positarum veluti λίαν πάνυ, et πάνυ σφόδρα, item μάλα σφόδρα, πάλιν αὖθις, seu πάλιν αὖ, &c. quæ passim occurrunt.

P. 84, l. 7. Hæc omnia, καὶ εἴ τι χείρονες ἡμῶν ἐσέ, *Muretus* delenda censuit; quippe quæ redundent, et librorum consensu careant. Ea quidem non agnoscunt *Gabrielii* exemplaria. Per errorem forsan huc erant translata ex eo, quod paulò post sequitur: καὶ εἴ τι χείρες ἡμῶν ταῦτα ποιεῖν ἦτε.

P. 85, l. 16. In editis quibusdam libris et MSto Bodl. scribitur ἱκανὲς: at *Budæo Stephanó*que reponentibus ἱκανῶς haud invitus accedo.

P. 87, l. 7. *Leunclavius* tum πεμπαδαρχῶν hoc loco, tum quod infra legitur πεμπάδας, vitiosa esse arbitratur: hæc autem Xenophontéa esse statuit, scil. πεμπτάδας et πεμπαδάρχας. Sic enim scriptum in textu Xenophontis reperit lib. vii, Hist. Gr. p. 625, *edit. suæ*. Idem pro δεκάρχων reponendum δεκαδαρχῶν censet. In MSto Bodl. et aliis vet. cod. teste *Stephano*, nunc πεμπάδες exstat, nunc πενλάδες, item πεμπάδαρχοι et πενταδάρχοι, δεκάδαρχοι et δεκάρχοι. Inter hæc verò postrema vocabula discrimen ejusmodi statuit *Leunclavius*, ut δεκάρχας intelligamus esse *decemviros*, quemadmodùm τρίαρχοι sunt *Dioni Cassio* et aliis, *principes triumviri* (de quibus sanè decemviris nihil hîc apud Xenophontem agitur): δεκάδαρχας autem, sicut *Hesychius* loquitur, τῶν δεκάδων ἡγεμόνας, *decuriarum duces, principes*, seu *præfectos*, qui huc pertinent. Librorum in his vocibus repræsentandis inconstantia tum à dictandi more, tum à scribendi compendiis facilè manare potuit. Pro δεκάρχων equidem libens reposuerim δεκαδαρχῶν: cætera locum, per me licet, teneant.

P. 87, l. ult. *Muretus* legit ὠπωδίσατο.

P. 90, l. 6. *Muretus* et *Gabrielii* exempl. nobis de reponendo πρᾶξαι pro πρᾶξας adsentiuntur.

Ibid. l. 14. *Muretus* delet ὥστε, et legit ἱκανὴν κατέχειν.

P. 92, l. 3. *Gabrielii* exempl. οἱ ἑταῖροι.

P. 93, l. 8. *Philelphus* legit περιέρξιλο: quod probat *Muretus*. Ipse malim cum *Stephano* περιέφυσε, subaudiendo nomina-

tivum μάχιμος, ut paulò ante dictum fuit, ὅτι δὲ τὸ δεύτερον εἰσήει πεφοισων. *Ibid.* MS. Bodl. habet ἐν τέτῳ, pro τοσέτῳ.

P. 93, l. 11. *Muretus* mavult, ἐδὲν ἔτι δεῖσθαι.

Ib. l. ult. Idem, pro τῷ ἐμβάπτεσθαι, legit τῷ ἐμβάμματος.

P. 94, l. 8. Idem legit δυσκόλοις. Sed lectio, quam recepimus, *Gabrielii* etiam exempl. auctoritate confirmata est.

P. 99, l. 4. MS. Bodl——εἶναι, ἢ τῷ ἴσε τόν τε, &c.

P. 100, l. 2. Quidam libri habent ἴσον. At MS. Bodl. edit. *Steph.* et *Eton.* rectè ἴσων exhibent.

Ibid. l. 10. Iidem libri, pro νῦν ἐμβαλεῖν, habent δεῖν ἐμβαλεῖν. Nos MStum Bodl. edit. *Steph.* et *Eton.* libenter sequuti sumus.

P. 101, l. 5. Pro τοιέτες ἀνθρώπες, οἷον ἢ νῦν ὅδε λέγει, *Leunclavius* scribendum arbitratur, τοιέτες ἀνθρώπες οἵες καὶ νῦν, &c.

P. 109, l. 7. Pro ἴσμεν, *Muretus* meliùs reponi posse putat ἴμεν.

Ibid. l. 9. Quidam libri, Μάλιςα, ὦ ἄνδρες, &c. Sed particulam δὲ MS. Bodl. *Gabrielii* exempl. et edit. *Eton.* rectè exhibent: eandem etiam *Stephanus* et *Muretus* recipiendam monuerunt.

P. 110, l. ult. Pro præsenti συναλορεύονλες, *Stephanus* reponendum censet futurum συναλοξεύσονλες.

P. 111, l. 6. Pro ἐς τὰς δεξιὰς *Stephanus* accusativum deesse censet, qui ad ἔχονλας referatur: scil. vel μάχαιραν vel κοπίδα vel σάγαριν. Mihi locus integer esse videtur.

Ibid. l. 10. *Gabrielius* etiam ex suis exempl. adfert ἔςιν οἵ.

Ibid. l. 16. *Stephanus* mavult βαλόνλας.

P. 113, l. 1. ὕςερον in *Gabrielii* exempl. invenitur δεύτερον.

Ibid. l. 5. Edit. *Steph. Leuncl.* aliæque dant ἔτοι δὲ οἱ, &c. Receptam lectionem confirmant MS. Bodl. *Gabrielii* exempl. et edit. *Eton.*

P. 114, l. 3. *Muretus* legit τῆς πρωτάτης διδασκαλίας.

Ib. l. 7. MS. Bodl. habet καλέσεις. Ibid. pro παρῇ, *Gabrielius* adfert παρίῃ.

P. 115, l. 11. *Muretus* legendum monet simpliciter, ὥσπες ἔφη: et illud ἢ τῇ ἄλλῃ delendum.

P. 116, l. 3. Vulgò perperam scribitur ταῦτα. Emendationem nostram probant *Stephanus* et *Muretus*.

P. 118, l. 10. MS. Bodl. et *Gabrielii* exempl. ἐκείνου δὲ, εἰ δεῖσθε, ἐλθόντες, &c.

P. 120, l. 8. *Gabrielius* etiam adfert αὐτῷ.

P. 121, l. 15. Pro πολλάκις δὴ, *Muretus* legit πολλάκις ἤδη.

P. 122, l. 8. Idem legit ἤδη δύο ἡμέρας.

Ibid. l. 10. Ἀνίοις optimè hîc accipi posse censet *Stephanus* pro ἀνέλθοις, i. e. *adscendas:* ideóque non dissolvi debere in ἂν ἴοις.

Ibid. l. 11. Legitur etiam ὅπε. MS. Bodl. εἴποι.

Ibid. l. ult. *Muretus* legit, πέμπων ἐπὶ τὸν Κυαξάρην ἥκει.

P. 123, l. 2. Edit. *Leuncl.* aliæque, προσεληλυθότος. At rectè MS. Bodl. *Gabrielii* exempl. et editi quidam libri προεληλυθότος.

P. 125, l. 10. In *Gabrielii* etiam exempl. invenitur λαβών.

P. 126, l. penult. *Gabrielii* exempl. τὸν Ὕῆρα.

P. 131, l. 6. Edit. *Leunclav.* aliæque perperam προσιόνλες exhibent: geminum huic errorem notavimus ad p. 122, l. ult.

P. 134, l. 2. *Stephano* placet, nec immeritò quidem, *Philelphi* lectio ἐδόκει.

Ibid. l. 16. Vide *J. Poll.* l. 7, *segm.* 50.

P. 139, l. 15. MS. Bodl. δασμὸν, quam lectionem expressit *Philelphus*. Sed nostram lectionem huic loco aptiorem esse satìs, opinor, liquet.

P. 140, l. ult. MS. Bodl. et *Gabrielii* exempl. dant αὐλοῖς. *Muretus* mavult αὐτῷ.

P. 142, l. 1. Lectio, quam recepimus, *Gabrielii* exempl. auctoritate confirmata est.

P. 143, l. 12. Eadem exemplaria dant etiam ἐμέλλησεν.

P. 145, l. ult. In iisdem exempl. reperitur ἀφρονεςέρας.

Ibid. *Stephano* judice, rectiùs legeretur ποιεῖνλαι. Sed neque quidquam vitii est in lectione vulgatâ, et auctoritate MS. Bodl. aliorumque librorum munita est.

P. 150, l. 1. Quidam libri μαλακίζηται. Sic p. 173, μαλακίζοίλο: et p. 199, μαλακισάμενοι.

Ib. l. 8. Legitur etiam ἐλέγονλο.

Ibid. l. 10. *Muretus*, pro ὀλίγη ἢ τὰ, legit ὀλίγισα.

P. 151, l. ult. Quidam scribunt ἐρυμνόν τι.

P. 153, l. 8. *Flor.* edit. Χαλδαῖοι γᾶν, οἳ δὲ ἐπαύσιλα πώποθ' πολλοι, &c.

Ibid. l. 14. Legitur etiam ἀπεφήναμεν. Sed receptam lectionem rectè MS. Bodl. edit. *Eton.* et libri quidam alii repræsentant.

Ibid l. 15. *Muretus* legit, μὴ ἀποδιδόντες, οἳ δ' ἀποδιδόνλες.

P. 155, l. 3. Idem delet præpos. παρά.

Ibid. l. 11. In *Gabrielii* etiam exempl. receptam exstare lectionem inveni.

Ibid. l. 15. *Philelphus* pro ἀν legit αὖ: quod mavult *Stephanus*.

P. 156, l. 4, 5. *Gabrielii* quoque exempl. habent ὅτι, ante ὅτως. Vide quæ de istâ particulâ notavimus, p. 256.

P. 161, l. 9. *Gabrielii* exempl. τῶν χρημάτων.

Ibid. l. 11. Idem adfert etiam ἄγαιτο

P. 165, l. ult. *Gabrielii* exempl. πολὺ γὰρ μᾶλλον ἦ, &c. nec aliter MS. Bodl.

P. 171, l. 5. *Muretus* legit προσυπισχνεῖσθαι: et locum sic exponit, Dii non tantùm pugnam commissum iri, &c. sed salutem prætereà nobis atque incolumitatem pollicentur.

P. 173, l. 4. *Muretus* legit ἐφορμῶντες.

P. 175, l. 7. Suspicatur *Stephanus* legendum hîc potiùs esse ἐν τέτοις τοῖς λόγοις ἦν: ut p. 216, habetur, οἱ μὲν δὴ ἐν τέτοις τοῖς λόγοις ἦσαν. Sed vulgatam lectionem satìs tueri videntur quæ exstant p. 174, l. 1, et 2.

P. 176, l. 10. *Gabrielii* etiam exempl. recepta lectio confirmata est.

P. 177, l. ult. In ejusdem exempl. exstat etiam δεῖ ante διαλεθῆναι.

P. 178, l. 7. Eadem exempl. habent αὐτοῖς.

P. 180, l. 10. Eadem exempl. ἐναντίοις; et lin. proximè seq. ἀρμάτων.

P. 182, l. 2. *Muretus* legendum monet ἐξέκλιναν.

P. 184, l. 4. *Muretus* legit φυλακὰς δὲ, cum quo facit MS. Bodl.

P. 193, l. 5. Ἐννοηθέντες——et paucis interjectis————tandem l. 8——ταῦτα ἐνθυμηθέντες ἔδοξεν, &c. Hanc verborum constructionem perpendant velim ii, quibus nulla non displicet syntaxeos apud sacros scriptores usitata variatio.

P. 203, l. 10. *Gabrielius* etiam adfert ἀσυλλογιστία.

P. 205, l. 3. Idem καλειλῆφθαι ἂν, διὰ, &c.

Ibid. l. ult. Idem ἀξιῶσαι, et lin. seq. συμφέροι.

P. 206, l. 5. Idem γιγνώσκω μέν. Ib. l. ult. τινὰ deest in *Gabrielii* exempl.

P. 207, l. 3. Pro πόλε legit πω.

P. 211, l. 15. *Muretus* legit ἦ ἤδη.

P. 219, l. ult. *Gabrielius* διάγλε: et p. 220, l. 6, ἐγλίθεσθε.

P. 222, l. 2. *Muretus* legit, ὥσπερ ὠμὸς ἦν καὶ ἀγνώμων.

Ibid. l. 12. Idem αὐτῷ.

Ibid. l. 13. Idem τῷ μηδ' εἰπεῖν.

P. 223, l. 11. Idem καλέσας ὁ Κῦρος τὰ, &c.

P. 227, l. 11. Idem ἦν τάδε εὖ, &c.

P. 229, l. 16. Idem ἀπῆγον.

P. 231, l. 12. *Muretus* legit ὅπε εἰκῆται. *Cùm ea vendiderint, alia adducant, ubicunque nos castra metati erimus.*

P. 232, l. 5. Idem legit ἀλλήλοις. Ib. *Gabrielius* ἐν τέτῳ αὖ.

P. 235, l. 9. Idem locum hunc sic legendum censet: ἐπὶ δὲ τὲς πεζὲς, τῶν ὁμοίμων ἕκαστον ἀνθ' ἑαυτῶ καθιςάναι ἄλλον ἄρχοντα. Οἱ μὲν δὴ, &c. Voces τῶν ὁμοίμων sine causâ geminatas, et ex fine periodi delendas putat.

P. 237, l. 4. *Muretus* legit παρεκάλεσεν ἀνείς.

Ibid. l. 5. Idem legit εἶναι ἢ ὁ μὲν, &c.

Ibid. l. 9. Pro ἕτας, forsan legendum ἕτος.

P. 239, l. ult. *Gabrielius* adfert ἀληθευομένοις.

P. 240, l. 6. Idem οἱ μάγοι.

P. 241, l. 4. Idem ὁ ἀεὶ μάλιςα.

P. 242, l. ult. Ejusdem libri cum MSto Bodl. consentiunt.

P. 249, l. 5, 6. Ejusdem libri εἴ γε μὴ, &c.

Ib. l. 13. Idem adfert Ὑρκανίοις.

P. 251, l. 3. *Camerarius*, teste *Stephano*, in suo legit exemplari συλγεγένηται. At *Stephanus*, si ab ἐγγίνεται discedendum sit, non minùs libenter ἐγγεγένηται legerit, quàm συλγεγένηται.

P. 259, l. 1. *Muretus* legit συσσίταν.

P. 268, l. 9. Idem legit ὅπως ἂν αὐτὸς λέγη, συνῆτε.

P. 271, l. 4. *Gabrielius* adfert ὡς ἦκεσεν sine δέ.

Ibid. l. 8. Idem ἦλθε: et l. seq. Κύρε.

Ibid. l. 10. *Muretus* delet ὁ εὐνῦχος, ut minimè necessarium.

P. 274. l. ult. *Gabrielius* etiam adfert δοκεμεν.

P. 277, l. 9. Idem ἐπὶ τούτοις Σάκαι ἄγλε.

P. 284, l. 8. Ejusdem exempl. consentiunt cum MSto Bodl.

P. 288, l. 12. In ejusdem exempl. reperitur κοινωνέμενος.

P. 290, l. ult. *Muretus* vult ἐπήνεν, pro ἐποίεν.

P. 292, l. 16. *Gabrielius* etiam adfert ἢ οἳ νῦν, &c.

P. 297, l. 12. *Muretus* legit ἀνειλθεῖν.

P. 305, l. 11. *Gabrielius* adfert σὲ οὔ φδειν.

P. 306, l. 11. In *Flor.* edit. aliisque illâ posterioribus legitur συλκυρεῦνλα, non συλκαλασπασθένλα, ut in *Ald.* in vet. exempl. habetur.

P. 309. In notis, post exemplum ex *Aristotele* adlatum, hæc adde: Quin et Noster simili prorsùs modo loquitur ἀναβ. β'. p. 166. edit. *Steph.* ἐν τῷ πρόσ-

θεν χρόνῳ παρέχοντες ὑμᾶς αὐτὲς εὖ ποιεῖν, i. e. *qui superioribus temporibus ipsius beneficia non fuissemus aspernati.*

P. 311, l. 13, 14. *Camerarius*, teste *Stephano*, παρεισόμεθα legit, quod cum βελευσώμεθα convenit. *ibid.* MS. Bodl. πάντες non ante οἱ ἐπικαίριοι, sed post βελευσάμεθα habent.

P. 313, l. 1. Legitur etiam δῆλος εἶναι εἴς ἄν, &c. Sed longè potiorem alteram scripturam existimat *Stephanus*, ut sit accusativus absolutus, more Attico, pro genitivo.

P. 322, l. 6. *Gabrielius* etiam adfert ἑαυτῷ.

P. 324, l. 9. Idem eundem servat vocum istarum ordinem, et καὶ post χρῶνται delet.

P. 327. In notis col. 2, post εἴθε, *utinam*, adde, Τὸ εἰ ἀντὶ τοῦ εἴθε καὶ ἐν τῷ πεζῷ λόγῳ ἐν χρήσει ἐστιν. *Moschopulus.*

P. 329, l. 2. Commodè parentheseως nota una, judice *Stephano*, ante posterius εἰη, altera post οἶκοι poneretur.

P. 330, l. 8. Non per imprudentiam ἰδέτην hîc cum simplici ι positum fuit, sed ex aliquot veterum codicum auctoritate: cùm tamen alioqui scribi solet εἶδον, εἶδες, &c. cum υ in prosâ. *Stephanus.*

P. 338, l. 16. Legi ἀκονίδια in suo vet. exempl. annotat *Camerarius*, tanquam contemptiùs loquente de hostium telis Cyro. *Idem.*

P. 343, l. 10. Non compositum χειρομύλας, sed simplex μύλας. *Camerarius* in suo vet. libro exstare ait.

P. 345, l. ult. *Lipsius*, ad *Senecæ* ep. 39. Xenophontéum γνωσῆρα cum Latinorum *notore* componit: eúmque adhiberi solere ait, *ubi de statu aut qualitate cujuspiam dubitatur.* Claris. *J. Pollucis* editor illos γνωσῆρας dictos existimat, qui res, de quibus agebatur, cognoscebant; ut de veritate, si quis falleret, testimonium dicere possent: junguntur itaque hoc loco ἐγγυηταῖς, ut utrique adeò rei confirmandæ sint adhibiti. Hanc interpretationem non improbo.

P. 352. l. ult. *Muretus*, pro εἰ οἱ, legit μὴ οἱ.

P. 355, l. 5. *Camerarius* ex vet. suo libro adfert προσάταις, pro πρωλοσάταις: sed hoc retinendum rectè putat *Steph.* præsertim cùm parvo intervallo præcesserit, aqeus. πρωλοσάτας.

P. 375, l. 2. *Camerarius* legit ἵπποις καὶ τροχοῖς.

P. 376, l. 12. In *Flor.* legitur θᾶττον ἴχοι ἢ τὰς, &c. ubi perperam ἴχοι ἢ pro σχοίη positum est. At verò *Aldus* rectè quidem ἴχοι in σχοίη mutavit, sed malè particulam ἢ retinuit.

Ibid. l. ult. *Longinus* libelli περὶ ὕψους § 25, hæc habet: Ὅταν γεμὴν τὰ παρελκυθότα τοῖς χρόνοις εἰσάγῃς ὡς γινόμενα καὶ παρόντα, οὐ διήγησιν ἔτι τὸν λόγον, ἀλλ' ἐναγώνον πρᾶγμα ποιήσεις: deindè in exemplum adsumit locum hunc Xenophontéum, quocum confer quæ apud *Virgil.* exstant *Æneid.* lib. xi, v. 637.

P. 377, l. 11. *Gabrielius* adfert τινὰ, καὶ, &c.

P. 381, l. ult. Video sanè in uno atque altero *Thucydidis* loco, vocem ὅπλα etiam ab *Æ. Porto* exponi, *statio*, in quâ militum manus pernoctabat: et in Versione, *locus*, ubi armati excubias agere solebant. Quare mihi jam amplectenda videtur à *Mureto* adlata interpretatio, nisi quis vocem istam aliter apud *Thucydidem* reddendam judicaverit.

P. 385, l. 6. *Muretus* legit ἐβελόμην γ' ἄν, &c.

P. 390, l. 9. Idem ex veteribus libris adfert καὶ ἅμα πρόβαλα: cum quibus convenit MS. Bodl.

Ibid. l. 10. Scriptum esse συνθέναντα in suo exempl. dicit *Camerarius:* quod etiam retinere et interpretari maluit.

P. 392, l. 6. Idem ex illo exemplari adjicit πρὸς ἐμὲ post δήλωσον: de quâ adjectione ei non libenter adsentior, tum quòd necessaria non sit, tum etiam quòd Xenophontem potiùs dicturum fuisse putem δηλωσόν μοι, vel δήλωσον ἐμοι: hoc præsertim loco, ad vitandam præpositionis πρὸς repetitionem *Stephanus.*

P. 393, l. 4. Legitur etiam ἴεῖο, et quidem adsentiente *Camerarii* quoque libro, ut ipse testatur *Stephanus.*

P. 399, l. ult. *Gabrielii* exempl. dant περιέσησε μὲν πρῶτον, &c.

P. 410, l. 5. Ἀκρυθίνια selectam ex prædæ cumulo partem sonare docet Auctor Etymol. M. cùm ἀκροθίνιον exponit ἄκρον, τουλέσιν, ἄριστοι θῖνος, ἤγουν σωρὸς. Et passim, apud scriptores Græcos, eam obtinet significationem. Vide, si libet, quæ notavit Cl. *Clericus* in sect. 1. *Jo. Seldeni* Dissert. de *Decimis.*

P. 422, l. penult. *Gabrielii* exemplar. dant ἀμελεῖν.

P. 433, l. ult. *Muretus* ex vet. libris adfert πρῶτον μέν ἔν.

P. 442, l. 1. Ex *Camerarii* libro deprompta fuit hæc scriptura; καὶ μεμελέτηκε σεμνῶς προ——

P. 461, l. 2. *Diadema* idem cum *cidari* fuisse censet vir. doctiss. Hadr. Relandus, in *Dissert. de Vet. Ling. Pers.* Hæc autem redimiculum erat, vel facia, quæ caput cingebat, et aliquando ipsi tiaræ superaddebatur. Vox ex Chaldaicâ קיטרא quæ *cingulum, redimiculum, dia-*

διμα notat, derivata videtur: et hinc est, quod non Κίδαρις solùm sed et κίταρις et κίθαφις scribatur. Porrò *Diadematis* nomine auctores Græcos *Cidarin* designâsse, ex *Arriano* cum *Diodoro Sic.* collato constat; cùm quam ille lib. iv, c. 7. Κίδαριν Περσικὴν vocat, hic Περσικὸν διάδημα dicit, lib. xvii, p. 549. *Cidaris* quidem et *Tiaræ* vocabula promiscuè usurpari solent, utì ex Polluce, l. vii, *segm.* 58, et *Hesychio* liquet. At illa non tàm genus pilei est, quàm ornamentum pilei acuminati, qualis tiara erat. Indè verò forsan pileus ipse *Cidaris* adpellatus est, quòd maximam pileorum partem id ornamenti genus occuparet. Rectè *Lucianus* etiam in *Votis*, p. 880, et in *Piscatore*, p. 213, *tiaram* à *diademate* distinguit.

P. 484, l. 7. *Gabrielii* exemplar. ὡσαύτως δὲ ἔτως.

P. 485, l. 3. *Stephanus* non indignam consideratione γεφὴν illam censet, quam *Camerarius* ex illo suo exemplari depromptam adfert, nempe φύλων, solo accentu à nostrâ differentem.

P. 486, l. 2. *Gabrielii* exemplar, ἔτω καὶ, omissâ particulâ δὲ.

P. 502, l. 12. *Stephanus* legit Ἐγὼ ἓν φιλῶ μὲν, &c. Sed MS. Bodl. et alii libri vulgatam rectè præstant.

P. 504, l. 3. Post πισὲς *Stobæus* habet ἀσφαλεςάτους: quam scripturam ex iis, quæ præcedunt, esse factam, non autem Xenophontéam esse rectè censet *Stephanus*: cùm sequatur etiam ἀλλὰ τὲς πισὲς absque illâ adjectione.

INDEX PRIMUS,

SIVE,

VOCABULORUM AD REM MILITAREM SPECTANTIUM

EXPLICATIO.

I. Arma tàm ad tegendum corpus quàm ad lædendum comparata.

Ἀκόντιον. Hoc genus hastæ minimum brevissimumque fuit. *Hesychius;* Ἀκόντιον, δοράτιον, μικρὰ λόγχη.

Ἀσπὶς, *Clypeus,* viminibus aliquando contextus: unde dicitur ab *Hesychio* ἰτέα: item ex corio sæpè, nonnunquam etiam ex ligno confiebat. Vide *Archæol. Græc.* l. iii, c. 4.

Γέῤῥον aut γέῤῥα, *Scutum* erat quadratum, rhombum referens. Vox est origine Persicâ.

Δόρυ, *Lancea,* cujus hastile ligneum erat, ac temporibus Heroïcis vulgò fraxineum. Cuspis, Græcis αἰχμὴ, ex metallo aliquo fiebat. *Archæol. Græc.* ibid.

Θώραξ, duabus constat partibus, quarum una tergum, altera pectus tegebat. *Archæol. Græc.* ibid.

Θυρεὸς, oblongus erat, et introrsum ferè vergebat: videtur idem esse ac ἀσπὶς κοίλη ἑτερομήκης, cujus meminit *J. Poll.* l. i, *segm.* 134. Vide *Leon.* c. v, par. 3, et c. vi, par. 25.

Κοπὶς, Referebat *Ensem Falcatum* Romanorum.

Μάχαιρα, *Gladium* nonnunquam, sæpiùs *cultri* majoris genus, quo cæsim, non punctim, feriebant, significat. *Hesychius,* Μάχαιρα, ξίφος καὶ παραζώνη, καὶ οἷς ἀποκτίεσθαι τὰ πρόβατα, καὶ ζῶα ἱερεῖα πολύποδα. Lege *Hom.* Il. γ'. v. 271, et seq. ubi pro *cultro majore* sumitur, et apertiùs à ξίφει distinguitur.

Ξίφος, *ensis,* qui antiquitùs ab humero pendebat. Unde *Homerus,* Il. β'. v. 45. Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον. *Archæol. Græc.* ibid.

Παλτὸν, *Suidas,* Παλτὰ, τὰ δόρατα, *Hesychius*——ἀκόντια, λόγχαι.

Σαλαρὶς *ab Hesychio* exponitur πελέκιον μονόστομον. Amazonum, teste Xenoph. ἀναβ. l. iv, p. 194, gestamen erat.

Σφενδόνη, *funda,* ab incolis (ut quidam volunt) insularum Balearium inventa. Vulgares levitérque armati milites hoc armorum genere uti solebant. Vide notata lib. vii, p. 399.

II. Varia Militum nomina.

Ἀκροβολισταὶ, qui ad manus haud veniebant, verùm missilibus hostes eminùs petebant. *Æli.* c. 2. *Arri.* p. 15.

Ἱπποτοξόται, *Q. Curtio,* l. v, c. 4. sunt *sagittarii equites.* Ipsum vocabulum Græcum adhibet *Cæsar,* de B. G. l. iii, c. 4. Eo utitur et Hirtius, de B. Afr. c. 19. Et ipsum quidem nomen satìs indicat, quales ii fuêre milites: viz. *equites qui arcubus utebantur.* Æli. c. ii, Arri. p. 15.

Ξυστοφόροι (qui et δορατοφόροι, et κοντοφόροι nuncupantur) erant, qui ex equis hastis solis contísve cum hostibus cominùs pugnabant. *Arri.* p. 15. *Suid. Æli.* cap. 2. *Lexic. milit.*

Ὁπλῖται, *gravis armaturæ* milites; thoracibus, clypeis sive scutis prælongis, item gladiis et hastis instructi. *Suidas, Arri.* p. 10. *Æli.* c. ii.

Πελτασταὶ, medium ferè locum inter τοὺς ψιλοὺς et τοὺς ὁπλίτας tenebant: quippe quorum armatura. *Æliano,* c. ii, et *Arriano,* p. 12, auctoribus, βαρυτέρα μὲν ἐστὶ τῶν ψιλῶν, κουφοτέρα δὲ τῶν ὁπλιτῶν, A minoribus autem clypeis, qui πέλται vocantur, nomen mutuati sunt. Πέλτη, autem, juxta *Suidam* et Auctorem Indicis vocum militarium, μικρά τις ἐστὶν ἀσπιδίσκη, καὶ κουφή.

Ψιλοὶ, *levis armaturæ* milites, qui tho-

race, clypeo, ocreis, galeâque destituti pugnabant, sagittis, spiculis, lapidibus fundísque, hostem eminùs lacessentes, ad rem verò cominùs gerendam minimè apti. *Arr.* p. 11, *Æli.* c. ii.

III. Variæ divisiones ac dispositiones Exercitûs, necnon etiam nomina Præfectorum et munia.

Στρατιὰ dicebatur totus exercitus, pedites equitésque complectens.

Μέτωπον, sive πρῶτος ζυγὸς, *frons.*

Πρωτοστάτης, sive ἡγεμὼν vocatur, qui primam in fronte cæterísque deinceps in locis, stationem obtinuit. *Æli.* c. vi, *Arri.* p. 21.

Ἐπιστάτης, qui post illum statim locum nactus est: adeò ut quilibet ordinis versus, τῷ λόχῳ σίκος, ex *protostatis* et *epistatis* alternè collocatis compositus sit, *Arr.* p. 21. *Æli.* c. v.

Παραστάτης, qui in jugo alii adjungitur; ut cùm primus *Lochagus Lochago* secundo à latere adstat; *Epistates* primus, *Epistatæ* secundo, atque sic deinceps. *Arri.* p. 23. *Æli.* c. vi. Ab *Orbicio* dicuntur παραστάται, qui rectâ lineâ ab unâ alâ ad alteram extenduntur.

Οὐρὰ, sive ἔσχατος ζυγὸς, postrema acies.

Οὐραγὸς, sive ὀπισθοφύλαξ, ejus dux; cujus erat agmen cogere, et curare nè ullus militum ex ordinibus cederet, aut ad hostes transfugeret.

Πεμπάς agmen quinque militum erat.

Πεμπάδαρχος, ejus dux.

Δεκὰς, agmen decem militum.

Δεκάδαρχος, ejus dux: et sic de cæteris inferioris ordinis ducibus, qui ab agmine sive numero militum, quibus quisque præerat, nomina vulgò sortiebantur.

Λόχος, octo, aliquando decem, interdum duodecim, nonnunquam etiam sexdecim militibus constabat. Ità ferè *Æli.* c. iv, et *Arri.* p. 18, quorum uterque in ultimo acquiescit numero. At juxtà Xenophontem ipsum, lib. vi, p. 353, λόχος ἦν ἕκαστος εἰκοσίλεσσαρες. Interdum dicitur σίκος.

Λοχαγος, ejus dux.

Τάξις, apud hunc Nostrum viros centum complectebatur; quippe λόχοις quatuor constabat; λόχῳ verò unicuique Noster viginti quatuor milites, duce inter eos non numerato, tribuit: proinde, si suum cuique λόχῳ ducem adjunxeris, quatuor λόχοι centum virorum numerum, sive τάξιν, efficient.

Ταξίαρχος, ejus præfectus.

Κήρυξ, qui imperatoris mandata voce altâ proferebat.

Σύνταγμα, quas τάξεις, sive cc milites, complectebatur. *Ælian.* quidem, c. ix, huic agmini ducentos quinquaginta sex milites tribuit; quippe qui τάξιν agmen virorum CXXVIII esse statuit.

Χιλιαρχία, mille virorum agmen: secundùm *Ælianum*, c. ix, MXXIV.

Χιλίαρχος, ejus profectus.

Μυριαρχία decem χιλιαρχίαις constat.

Μυρίαρχος, ejus præfectus.

Φάλαγξ, sumitur aliquando pro agmine viginti octo millium, aliàs verò, octo millium; sed perfecta φάλαγξ sexdecim millium trecentorum octoginta quatuor virorum numerum adæquabat. Varii alii numeri hoc nomine efferuntur, quòd non rarò usurpatur pro toto peditatu, et generatim pro quovis militum agmine. *Archæol. Græc.* l. iii, c. 6.

Μῆκος φάλαγγος, denotat longitudinem, aut primum phalangis ordinem, qui ab unius alæ extremitate ad extremam alteram porrigitur. *Ælian.* c. vii, *Arri.* p. 23.

Βάθος φάλαγγος, ejus est latitudo, quæ à fronte ad extremam aciem porrigitur. *Æli.* ibid. *Arri.* p. 24.

Ζυγοὶ φάλαγγος, dicebantur ordines in longitudinem dispositi.

Στίχοι, Versus, quorum desumpta est à latitudine mensura.

Ζυγεῖν dicuntur, qui recto ordine in longitudinem dispositi et inter se conjuncti consistunt. *Æli.* c. xxv, *Arri.* p. 25.

Στοιχεῖν——qui rectâ serie in latitudinem dispositi, et æqualia à *Lochago* ad *Uragum* inter se servantes spatia consistunt. *Æli.* c. xxv, *Arri.* p. 25.

Ἐπικαμπὴς φάλαγξ, Lunam dimidiam referebat, alis retrorsum versis, dum media acies in hostem tendebat, aut vice versâ. *Æli.* c. 46. *Archæol. Græc.* l. iii, c. 6.

Ὑπερφαλάγγισις, intelligitur, cùm utroque phalangis cornu hostes circundamus. *Ael.* c. xlix, *Arri.* p. 70.

Πύκνωσις, cùm acies rarior in spatium angustius contrahitur, secundùm longitudinem et latitudinem.

Πλαίσιον, dicitur phalanx, cùm ab omnibus lateribus acies instruitur figurâ oblongâ: cujusque longitudo latitudinem superat. *Arri.* p. 69. *Æli.* c. lxviii.

Πλίνθιον, agmen, cujus figura quadrata est et æquilatera. *Æli.* c. 41. *Arri.* p. 69, *Plinthii* etiam oblongi meminit *Polyænus* l. iii, c. 10, § 7.

Ἕπαλξις intelligitur de continuâ serie armatorum, qui in eandem figuram alii post alios sunt dispositi; atque ità faciunt iter, ut frons agminis subsequentis ad *uragos* præcedentis pertineat. *Æli.* c. xxxv, *Arri.* p. 65 et 66.

Παράλλαξις est, cùm tota phalanx incedit,

ejúsque duces non secundum versus sed juga, vel à dextris incedunt (quæ dextra *paragoge* dicitur) vel à sinistris, et quæ dicitur sinistra. *Arri.* p. 66. *Æli.* c. xxxvi.

Ἐν μετώπῳ ἄγειν, &c. exercitum rectâ fronte et benè compositâ ducere.

Εἰς δύο λόχους ἄγειν, agmen in versus duo dispositum ducere.

Κλίσις ἐπὶ δόρυ, inclinatio, sive motus in latus dextrum, *Arri.* p. 54, *Æli.* c. xxiv, dextris quippe hastas regere solebant.

Κλίσις ἐπ' ἀσπίδα, est ad sinistram conversio: quòd clypeum eâ manu tenebant, *Arri.* p. 54, *Æli.* c. xxiv.

Μεταβολή, et duplex conversio manum versùs eandem, quâ tergum miles eò convertit, quò priùs adspectum direxerat. *Æli.* c. 24, *Arri.* p. 53.

Εἰς ὀρθὸν ἀποδῦναι, seu ἐπ' ὀρθὸν ἀποκλασῆσαι, eò reverti, unde priùs sese moverat. *Æli.* c. 25, *Arri.* p. 57.

Ἐξελιγμὸς, erat exercitûs evolutio, in quâ singuli milites, alii post alios ordine incedentes à fronte ad tergum et vice versâ, necnon ab uno latere ad alterum migrabant. De evolutionum differentiâ, et modis quibus fiunt, vide *Æli.* c. 26, 27, et *Archæol. Græc.* l. iii, c. 4.

INDEX SECUNDUS,

IN QUO

RES MEMORABILES EXHIBENTUR.

A

Abradatas Susorum rex, p. 356. ejus magnanimitas, 357. sorte ei obvenit, ut Ægyptiis opponeretur, *ibid.* ab uxore splendidè armatur, 357, 358. ipsius solicitudo pro exercitu Cyri, 369. pugnat, 374. interimitur, 375. lugetur, 390. ei honorificè parentatur, 394

Actiones principum latere non possunt, 507. puræ et justæ potentes efficiunt, 508

Adusius artificiosè Carum controversiam componit, 396. Cariæ satrapa, 493

Ægyptii strenui, 378, 380. Persas cogunt pedem referre, 376. à Cyro tandem ipsi coguntur pedem referre, 377. Cyro se dedunt modò nè adversùs Crœsum militent, 379

Æqualitas apud Persas, 24

Aglaïtadas, morosus, 97

Amittere acerbius quàm non acquirere, 425

Amor num sit quiddam voluntarium? 246. de eo disseritur, 328

Anima immortalis, 506

Animalia castrata non sunt inutilia, 418

Apum erga regem suum studium, 251

Aquila aurea Persis regale signum, 365. dextra, bonum omen, 77, 123

Araspas ab amore credit se superari non posse, 247. à quo tamen superatur, 325. à Cyro clementer tractatur, 326. ut transfuga Assyrium adit, 329. ad Cyrum revertitur, 351. hostium consilia detegit, 352

Armeniorum propensum in Cyrum studium, 160

Armenius ad Cyrum descendit, 132 ipsius cum Cyro colloquium, 133. hæret, 135. quot copias habeat, quot pecunias, 143. à Cyro libens multatur, 144. rebellandi occasionem captat, 120. à Cyro ad officium reducitur, 143. ad eum nuntius à Cyro mittitur, 128. Cyro gratias agit, 153

Artabatas Cappadociæ satrapa, 493

Artabazi de bello sententia, 317 ejusdem querela, 414

Artacamas Phrygiæ maj. satrapa, 493

Artagerses integris ordinibus perturbatos urget, 373

Artes bonorum fontes, 384

Ascia, lima, lora, in bello necessaria, 343

Asiatici impii et injusti, 512. ebrii, 513. bonis invident, 514. judicant secundùm eos qui plura largiuntur, 515. venenis se mutuò petunt, *ibid.* ipsorum mollites, 515, et *seq.* hyeme manus tegunt, 516. quos militiæ addicant, 517. qualis apud ipsos curruum falcatorum usus, 518. non sine Græcis militant, *ibid.* in bellum euntes pretiosa sua secum ferunt, et quare, 209

Assyriorum ejulationes in fugâ suorum, 182

Assyrii audacter è castris prodeunt, 174

Assyrii exercitus quantus, 79. ejus filius uxorem ducturus venatur in confinio Medorum, 34. ex agro Medico prædas agit, 35. ab Astyage et Cyro impeditur, 38

Assyrii fossâ cingunt, 168. mœrore pressi, 186. fugiunt, 187

Assyrii regis ad suos exhortatio, 174

Assyrio Cyrus duellum offert, 267

Assyrius de Medis debilitandis cogitat, 45

Assyrius in Lydiam proficiscitur, 322

Astyagis mors, 44

B

Babylon à Cyro capitur, 408
Babyloniorum fines invadit Cyrus, 266
Babylone degebat Cyrus hyeme, 498
Belli adversùs Assyrios initium, 46
Bellum non temerè movendum, 75
Bona et mala ediscenda, 68

C

Cadusii Assyrio infensi, 261. alacriter cum Cyro militant, 272
Cadusius, temerè excurrens occiditur, 287, &c.
Cambyses filium instruit, 51, &c. Cyrum et Persas perpetuò inter se devincit, *ibid.* et *seq.*
Cameli duntaxat equos terrent et fugant, 373, 380
Candys, Persica vestis, 463
Cares discordes Cyrum implorant, 394. ab Adusio pacificantur, 396
Castra quomodo locanda, 169
Chaldæi bellicosi, 150. rapto vivunt, 157. prædatores multantur, 382
Chrysantas ambit eques fieri, 213 timiditatem exercitûs elevat, 340. quid de obsidendâ Babylone senserit, 402. suadet ut Cyrus sibi domum paret, 416. ejus laus, 476.
Lyciæ et Ioniæ satrapa, 493
Colloquia Cyri cum suis, 91 et *seq.*
Conditionis potioris captatio in bello magni est momenti, 333
Contentio inter milites non sine fructu, 86
Convictus integrarum centuriarum magni usûs, 89
Crœsus anxius, noctu fugit, 186, 202. Cyrum adgreditur, 372. Sardes fugit, 381. ad Cyrum adducitur, 383. Appollinem tentat 385. consulit, *ibid.* responsum ab illo habet, 386. ipsius uxor verè beata, 388. Cyro tradit libellos opum suarum, 398
Cunctatio in bellis perniciosa, 163
Currus falcati à Cyro, Abradatâ, Cyaxare confecti, 335. in bello valdè utiles, 380
Currus quatuor temonum, et equorum octo, 332
Cyaxares Astyagi patri succedit, 44. auxilia petit à Persis et Cyro, 46. offenditur, quod Cyrus noluerit magnificè vestiri, 117. negat persequendos hostes, 189. ebrius, 221. in Cyrum et Medos irâ fremit, *ibid.* Medos revocat, sed incassùm, 222, et *seq.* ad Cyrum pergit, 300. ipsius invidia, *ibid.* osculum Cyri respuit, *ibid.* ac de eo conqueritur, 301. invidiam animi sui prodit, 307. variis exemplis Cyrum in culpa esse vult ostendere, *ibid.* et *seq.* de bello cum Cyro consultat, 316. machinam se fabricaturum pollicetur, 320. cum tertiâ Medorum parte domi remanet, 189
Cyrus imperandi peritus, 2. cæteris regibus præstantior, 3. quas nationes subegerit, *ib.* externis metum, suis sibi gratificandi studium injicere valuit, 4. ipsius parentes, 5. perpulcher erat et perhumanus, *ibid.* disciplinæ et honoris studiosissimus, *ibid.* ipsius educatio, *ibid.* et *seq.* æqualibus universis præstabat, 14. ipsius de pulchritudine avi et patris judicium, 15. de cœnâ Medicâ, 16. liberalitas erga de se benè meritos, 18. offensa in Sacam, 19. et *seq.* quid de vinosis senserit, 20. apud avum Astyagem manet, 23. et cur, *ib.* judex dictus, non benè judicat, 24. ipsius humanitas et liberalis ambitio, 25. in avum pietas, 26. loquacitas, *ibid.* in adolescentiâ mores ac studia, 27. venandi cupiditas, 28. Sacam non ampliùs odit, *ibid.* ipsius temeritas in venatione, 29. in bello, 38. ferit cervam, 29. aprum, 30. utramque feram Astyagi offert, *ibid.* ipsius verecundia, 32. ingeniosè quod cuperet exponit, *ibid.* et *seq.* armatur, 36. Assyrios invadit, 38. à patre revocatur, 40. ab omnibus diligentur, 41. eum osculatur cognatus quidam, 43. cujus operâ utitur, 191. in patriam redit, 44. auxiliaribus Persarum copiis ad Cyaxarem ducendis præficitur, 46. ejus pietas, 50. instruitur à patre, 51 et *seq.* ad Cyaxarem cum exercitu venit, 77. curat fabricari arma Persis, ut cominus possint pugnare, 81. suos milites exercet, 85. illos docet ac instruit, 86. suos, nisi sudâssent, prandere non sinebat, 90. quos ad cœnam invitabat, et quare, 91. quibus colloquiis utebatur, 92. ipsius solertiâ in militum animis excitandis, 115. ad Cyaxarem venit, Indorum legatis adpulsis, 116. se purgat Cyaxari, quòd noluerat magnificè vestiri, 117. Armenium invadit, 123. et *seq.* nuntium ad eum mittit, 128. eum cum uxore, liberis, ac opibus capit, 131. caduceatorem ad Armenium mittit, *ibid.* illum cogit ut in se sententiam dicat,

134, et *seq.* benignè cum Armenio agit, 142. et *seq.* Chaldæorum montes vult occupare, 149. Chaldæos deturbat de jugis montium, 151. in quibus castellum exstruit, *ibid.* Chaldæos benignitate suâ sibi amicos reddit, 152. pacem inter Chaldæos et Armenios facit, 154. et *seq.* ad Indum mittit, qui pecunias petat, 158. laudis et gloriæ cupidus, 159. ut ab Armeniis exceptus, *ibid.* copias ac pecunias Cyaxari mittit, 161. ipsius liberalitas, *ibid.* exercitum in hosticum educendum censet, 162. pulcherrimè instruit, *ibid.* Cyaxari auctor est, ut in hostem eatur, 164. Diis sacrificat, 166, 170. et *seq.* ipsius solertia in castris locandis, 169. prælio separat, *ibid.* Cyaxare prudentior, 170, 175. transfugas Assyrios audit, 176. in Assyrios tendit, 178. tesseram militarem dat, pæana canit, 179, 180. ipsius exercitus alacriter in Assyrios tendit, 180, militum ipsius ardor in conflictu, 181. victoria, *ibid.* suos à castrorum oppugnatione revocat, 183. hostes ad pugnam provocat, 184. erga deos hominésque gratus, *ibid.* hostes vult persequi, 188. callidè Cyaxarem fallit, 191. cum Hyrcaniis paciscitur, 195. impensè à Medis diligitur, 196. 251. prodigio confirmatur, 198. Hyrcanios excipit, 199. iterum victoriâ potitur, 202. arma ab hostibus dedita cremari jubet, 204. ut commeatus abundet prospicit, 205. ad temperantiam suos hortatur, 207. divisionem pecuniarum permittit Medis, Hyrcaniis ac Tygrani, *ibid.* Persicum equitatum parat, 210. et *seq.* captivos liberat, 218. quibus conditionibus, *ibid.* quo pacto fures intercipiebat et transfugas, 221. alium exercitum è Persiâ arcessit, 224. nuntium Cyaxaris prudenter adloquitur, 225. curat per suos nè Medi ipsum deserant, 227. ad Cyaxarem scribit, 228. de prædâ dividendâ agit, 230. equos Assyriorum Persis curat dari, 233. Diis, Cyaxari, et Medis partem prædæ curat dari, 233. 240. ingenuos in libertatem vindicat, eósque in militum numero habet, 235. Gobryæ pollicetur, se ipsius filii necem ulturum, 239, 256. mulierem musicæ peritam, ipsi quæ fuerat selecta, Medo cuidam petenti donat, 241. Araspæ tradit adservandam Panthéam, et tabernaculum, 242. ipsius votum in gratiam de se benè meritorum, 252. ad Gobryam tendit, 253. in cujus castellum ingreditur, 254. pecunias sibi à Gobryâ oblatas ejus filiæ donat, 256. Gobryam convivam habet, 258. quàm providens, 260, 261. Babyloniorum fines invadit, 266. in Gobryam liberalitas, 267. Gobryam ad regem Assyrium mittit, ut eundem ad duellum provocet, *ib.* Gadatam amicum sibi facit, 270. exercitum suum expeditissimum reddit, 275. duces et præfectos exercitûs sui nominatim compellatos instruit, 274, et *seq.* ipsius industria singularis in nocturno itinere, 281. Gadatæ suppetias fert, 284. in suos merita transfert, quæ sibi erant debita, 286. erga Cadusios miseratio, 287. eos consolatur, 288. eorum cædem ulciscitur, 289. agricolis parcendum censet 290. equitatum Persicum auget, 292. Babylonem rursùs adit, 296. prope ad mœnia copias non ducit, et cur, *ibid.* et *seq.* Assyriorum castella capit, 298. Cyaxarem arcessit, 299. ei se purgat 301. ipsius querelas abrumpit, 309. cum eo redit in gratiam, 310. delicatam cœnam respuit 311. expeditionem vult continuari, 312. ab omnibus suis rogatur ut maneat, 314. jocatur, *ibid.* cum Cyaxare de bello consultat, 316. sententiam dicit, 317, et *seq.* castra metatur in loco saluberrimo, 321. Assyrii consilium solus intelligit, 322. currus novos excogitat, usu veterum sublato, *ibid.* et *seq.* camelos congregat, 324. curat ut Araspas, veluti transfuga, Assyrium accedat, 328. Abradatam benignè excipit, 331. octojuges currus facit, 332. ab Indo pecunias accipit, curátque, ut nonnulli eorum, qui illas adtulerant, Assyrium adeant speculandi causâ, 333. contentionem inter amicos excitat, quò strenuiores fierent, 334. suis terrorem eximit, 337. et *seq.* suis auctor est ut abstemii sint, 342. adversùs hostes pergit, 346. ad pugnam se comparat, 348. captivos Assyrios interrogat, *ibid.* Araspam redeuntem excipit, 351. exercitum suum instruit, 353, et *seq.* suos ad virtutem hortatur, 368. prælialur adversùs maximas hostium

copias, 372. dum Ægyptios urget, equo decidit, 377. non sinit Ægyptios ampliùs à suis cædi, 378. illis ignoscit, 378, et *seq.* Larissam et Cyllenem illis habitandas dat, 379. Sardes capit, 381. Chaldæos prædæ cupidos multat, 382. Crœsum ad se adduci jubet, 383. Sardes non vult diripi, 384. à diis ortus, et à puero ad virtutem exercitatus, 387. Crœso habere permittit uxorem et universam familiam, sed ei pugnas et bella adimit, 388. thesauros à Crœso accipit, 389. Abradatæ mortem rescit, *ibid.* eámque deplorat, 390. monumentum ipsi et Panthéæ et eunuchis erigit, 393. à Crœso libellos opum accipit, 398. eos, qui in potestatem suam venerant, funditores facit, 399. multas regiones subigit, *ibid.* Babylonem rursùs adit, *ibid.* suis cavit à Babyloniorum incursione, 400. ipsius de obsidendâ Babylone consultatio, 402. fossam circa Babylonem agit, ac turres erigit, 403. Babylonem capit, et quo artificio, 404. et *seq.* curat ut Babylonii agros colant, 410. majestatem regiam ut sit consequutus, 411. aditum se convenire volentibus præbet, *ibid.* sacrificat Vestæ, Jovi, aliis, 417. eunuchos censet corpori suo custodiendo aptissimos, et quare, 418. Persas sibi satellites legit. 420. hortatur suos ad laborem, temperantiam et fortitudinem, 422. stabile imperium constituit, 431. equorum et canum curam quibus commiserit, *ibid.* quid quisque ex suis posse, noverat, 432. curat ut sui frequenter sibi ad portas adsint, 434. suorum pietatem sibi utilem credit, 436. suos blanditiis demulcet, 440. vestitum Medicum sibi et suis aptat, 441. servos ut habuit, 442. quo pacto se gesserit erga eos, quos sibi subjecerat, 443 et *seq.* ipsius benignitas, 444. plurima suis largiebatur, 445. pater adpellatus, 448. opes suas Crœso demonstrat ab amicis promptè collectas, 451. diis inservit et amicos ditat, 453 et *seq.* medicos colligit et medicamenta præparat, 454. cupebat potiùs à suis amari, quàm ut sui se invicem amarent, 456. quo pacto è regiâ provectus est, *ibid.* suis vestes et saga donat, 456 et *seq.* sacrificat, 464. quando eum sui primùm venerati sunt, 461. factâ re sacrâ ad epulum victoriæ amicos invitat, 472. quomodo convivas collocat, 473. à Gobryâ laudatur, 475. cur Chrysantam Hystaspæ prætulerit, 476. jocatur in re connubiali, 478, et *seq.* suis varia dona impertit, 480. ordinis valdè studiosus, 485. præcipuè in castris, *ib.* Cyaxarem adit, 487. qui ei filiam suam offert, *ibid.* Persiam adit, ubi à Cambyse perpetuò Persis devincitur, 488 et *seq.* Cyaxaris filiam uxorem ducit, 491. satrapas mittit ad nationes subactas, 493. quid eis injunxerit, 494 et *seq.* equos veredarios disponit, 496. quàm numerosum exercitum habuerit, 497. quas provincias subegerit *ibid.* quibus locis hyeme, vere, æstate degerit, 498. omnibus carus, *ibid.* ipsius in Persiam postremus adventus, 499. divinitùs de morte monetur, 500. diis sacrificat, *ibid.* regnum inter duos filios partitur, 503. illósque sanctè monet, 504, et *seq.* corpus suum vult terræ reddi, 508. prohibet nè quis corpus suum post mortem videat, *ibid.* moritur, *ibid.* Ipsius regnum quantum, 510. post mortem ipsius filii dissident, urbes et nationes deficiunt, *ibid.*

Cyri cum patre Cambyse dissertatio de manere imperatorio rectè obeundo, 51 et *seq.* Cum Cyaxare colloquium de militum armis, 81. Oratio ad exercitum suum in Mediam profectum, 104 et *seq.* ad milites suos jam dimicaturos cum Assyriis, 171. ad eosdem post pugnam, 184. ad exercitum congressurum cum copiis confœderatis Crœsi aliorúmque principum, 199. ad cohortium præfectos, fugatis jam copiis confœderatis, 206. ad eosdem de parando equitatu Persico, 210. ad captivos quosdam, 218. ad milites post reditum Indorum in Lydiam missorum, 337 et *seq.* ad duces ante pugnam cum Crœso, 397 et *seq.* ad Persarum sociorúmque principes, post captam Babylonem, 412. ad ὁμοτίμους Persicos, 521. et *seq.* ejus epistola ad Cyaxarem, 227. ejus jam moribundi oratio, 501. ejus instituta de imperio suo rectè administrando, 447 et *seq.* de itinere regio expediendo, 483. de castris metandis,

485. cum Cræso ejus colloquium de beneficentiâ et liberalitate, 450. ejus precatio, de morte instante admoniti, 500. ejus imperium quosnam habuit limites. 498, 499

D

Daipharnes cunctanter Cyrum adit, 463
Desidia facit ut corpora et mentes malè se habeant, 422
Dii in omnibus consulendi, 65, 75. omnia nôrunt, *ibid.*
Diligamur ut à nostris, quid faciendum, 65
Divitum molestiæ, 469 et *seq.*
Docentur aliter adulti atque pueri, 70
Dolabra, falx, sarculum, ligo, in bello necessaria, 344

E

Ecbatanis æstate degebat Cyrus, 498
Equestres copiæ noctu tumultuosæ, 168
Equi camelos fugiunt, 373. veredarii, 496. qui iter volatu gruum celeriùs conficiunt, *ibid.* equos Assyriorum Persis dari cupit Cyrus, 332. equus multùm valet oculis et auribus, 215
Eunuchi corporibus regum custodiendis aptissimi, 418
Exercitui via facillima, celerrima, 128. exercitus Cyri solicitus ob immensam Assyriorum multitudinem, 337. exercitus nunquam debet esse otiosus, 61 et *seq.*

F

Fabri tignarii, ærarii, et sutores, usui in bello, 345
Falx, &c. in bello necessaria, 344
Fames et frigus adversarii potentissimi, 317
Forum castrense non violandum, 231. liberale apud Persas, 6. ipsius divisio, *ibid.*
Fratrum concordiæ fructus, 504 et *seq.*
Fuga in bello quàm damnosa et ignominiosa, 174 et *seq.*

G

Gadatas ad Cyrum deficit, 271. de agro suo solicitus, 273. proditur à quodam ex suis, 282. in insidias delabitur, 283. vulneratur, 284. Cyro gratias agit, 441. fortunam suam deplorat, 292 et *seq.* munitis castellis Cyrum comitatur, 295. machinam se fabricaturum pollicetur, 320. domui Cyri præest, 472
Gobryas ad Cyrum venit, 236. queritur de crudelitate Assyrii, *ibid.* et *seq.* ipsius filium Assyrius occidit, 238. Cyrum orat, ut filii necem ulciscatur, 239. magnificè Cyrum et suos excipit, 255. cum Cyro cœnat, 258
Græci tributum Cyro pendunt, 397. perfidè à Persis habiti, 511. Græci milites in pretio, 518
Greges pastoribus suis obsequentiores quàm homines magistratui, 2

H

Hippocentauri, 215
Homo animantium optimus et gratissimus, 471
Honorati et portas, 431
Hostium copiæ quantæ sint, explorandum, 78
Hyrcanii sese Cyro offerunt, 219, et *seq.* cum ipso fœdus ineunt, 195. ipsi præeunt, 197. ad ipsius castra transeunt, 199
Hyrcanius enititur, ut Medi apud Cyrum maneant, 252
Hystaspas Cyri sententiam adprobat, 208. exercitum in Phrygiam Hellesponto finitimam ducit, 397. Gobryæ filiam in matrimonium ducit, 480

I

Ignis in bello ubi excitandus, 167
Imperare res difficillima, 1. opus arduum, 54
Imperatoriâ de re præcepta, 58 et *seq.* 70, 73 et *seq.*
Imperator nomina suorum tenere debet, 279. sibi subjectis pejor esse non debet, 425. nunquam debet armis destitui, 424. imperatoris boni munus, 260
Imperium parari potest audaciâ solâ, retineri verò non sine temperantiâ, continentiâ, &c. 423
Indi Cyro subjecti, 4. eorum rex legatos mittit ad Cyaxarem, 118. Cyro pecunias mittit, 333. has qui adtulerant à Cyro in Lydiam mittuntur, *ibid.*
Ingrati apud Persas multantur, 8
Judicandum secundùm leges, 24

L

Labores fortibus sunt obsonii loco, 424
Leges eos flere cogunt, quos ad justitiæ cultum erudiunt, 97
Leomithres suos Ægyptio dat obsides, 511
Liberorum institutio, 426 et *seq.*
Lux clarissima Cyro et exercitui cœlo data, 198
Lydi à Cyro devicti, 4

M

Magi quando constituti ad sacrificia, &c. 436
Mandane Astyagis Medorum regis filia, Cyri mater, 5
Matrimonium Cyrus sine parentum consensu contrahere respuit, 488
Medi volunt cum Cyro manere, 252. Cyaxari dant munera, 310. eorum erga Cyrum studia, 196
Megabyzus Arabiæ satrapa, 493
Mercatores in bello, et quid illis præscribatur, 345
Metus supplicium gravissimum, 140
Miles obediens laudandus, contumax puniendus, 63 et *seq.*
Militaribus exhortationibus quid tribuendum, 176
Milites non ex civibus eligendi, sed undique, 102. militum malorum remotio quàm utilis, 103
Modestia, &c. eorum qui ad Cyri regiæ portam versabantur, 438, 439
Molæ manuales parandæ, 343
Morti somnus simillimus, 506 et *seq.*

O

Obsonia acida, acria et falsa sunt in bello potiora, 343. obsonii loco fortibus sunt labores, 424
Ordo Cyri exercitûs in itinere, 346 et *seq.* ordo in ejusdem agmine eximius, 483

P

Panthea Abradatæ Susorum regis uxor, à Cyro capta, 242. ab Araspâ adamatur, qui ei vim minatur, de quo per eunuchum Cyrum certiorem facit, 248, 325 et *seq.* curat ut Abradatas maritus ad Cyrum deficiat, 329, et *seq.* maritum ornat, 358. quo occiso, sese jugulat, 393
Parendum magistratui, 428, et *seq.* sponte, 430
Pastoris et regis similitudo, 450
Peccat, qui per ignorantiam, ei ignoscendum, 145
Pecuniæ in bello necessariæ, 119
Persæ apud matres non educantur, 9. eorum de pueris instituta, 6. de ephebis, 10. de adultis, 12. de senioribus, *ibid.* natio in 12 tribus distributa, 7. eorum temperantia, 8, 259 et *seq.* in venatione abstinentia, 11. arma, 12. numerus, 13. rex sæpè venatum exit, 10. regio montosa, 16. Persæ in scholis justitiæ instituti omnium honorum sunt capaces; qui verò non ità instituti sunt, ab honoribus arcentur, 6 et *seq.* osculantur cognatos abeuntes, vel quos ex aliquo temporis intervallo conspiciunt, 43. apud eos ætatum initia et fines, 9, 11 et *seq.* eis panis est pro cibo, nasturtium pro obsonio, aqua pro potu, 9. Persæ equites præstantissimi, 380. eis non licet frœnis aureis uti, nisi sibi illa à rege data sint, 456. Persas sibi satellites legit Cyrus, 419. Persæ degeneres, Cyro mortuo, 510. *vide* Asiatici.
Pharnacus Phrygiæ et Æolidis satrapa, 493
Pheraulæ indoles, 471. cum eo deliberat Cyrus de prodeundi ratione, 458. ejus studium in parendo mandatis Cyri, 565. Sacam ditat, 470. divitias temnit, 471 et *seq.*
Phœnices à Cyro subacti, 4. Phryges itidem utrique, *ibid.*
Phrygiæ rex capitur, 397
Pompa Cyri è regiâ prodeuntis, 456 et *seq.*
Potu ac cibo commoveri belluinum, 259
Prædæ intentus, non miles, sed sarcinarius calo, 201
Præmia largiendi ratio qualis optima, 99
Princeps bonus, lex oculis prædita, 436
Proventûs cura non negligenda, 433
Prudens sit, qui prudens dici vult, 64

R

Regio incolas habens, magni pretii possessio, 217
Regis boni et pastoris boni opera similia, 450. regum multi sunt oculi, multæ aures, 449. regis filius, frater, oculus, qui, 496
Religio omnia præcedat, 75

S

Sacae cum Cyro non convenit, 19 et *seq.* convenit, 28
Sacæ et Cadusii Assyrio infensi, 261. alacriter cum Cyro militant, 272
Sacæ et Pheraulæ mutua dona, 466, et *seq.*
Sacrificia varia Cyri, 464
Sambaulas deformem amat militem, quòd strenuus esset, 103, et *seq.*
Sardes à Cyro capiuntur, 381. qui non vult eas diripi, 384
Satrapæ à Cyro instituti, 491
Servi quomodo à Cyro habiti, 442
Silentium in bello necessarium, 277
Somnus morti simillimus, 506 et *seq.*
Speculatores Cyri, 347
Stratagemata varia, 70, 72, et *seq.*
Subjectis sibi omnibus qui simul succenset, minùs consultè se gerit, 303
Sues in protegendâ sobole animosæ, 189
Susis vere degebat Cyrus, 498

T

Tigranes maximus natu Armenii regis filius, 132. patre capto, ad Cyrum ultro accedit, *ibid.* patris causam agit, 135 et *seq.* ipsius præceptor à patre occisus, 145. præclarum uxoris responsum, 147
Tanaoxares Cyri filius Medorum, Armeniorum et Cadusiorum satrapa constituitur à patre morituro, 503
Tonitru dextrum bonum omen, 365

U

Venatio quantum ad rem militarem addiscendam, 10, 11, 439
Venenis plurimi apud Persas extingui solent, 515
Verecundi quæ palam, moderati etiam quæ occultè fiant, turpia fugiunt, 438. verecundi pluris sunt quàm inverecundi, 437
Vexillum Persicum quale, 365
Via facillima, celerrima, 127
Vim vi repellere justum, 50
Virtus ad ardua ducit, 101. laudata crescit, 50. virtute præstare, optimum præsidium, 426. virtutis expers aliis virtutem indere nequit, 432. virtutis fructus quærendus, 47
Vita non fuga, sed virtute servatur, 185
Urbes magnæ præstantissimos habent artifices, 446

INDEX LOCORUM NOVI TESTAMENTI

à Xenophonte lucem fœnerantium.

COLLECT. GUL. BOWYER, TYPOGRAPH. MERITISS.

MATT.

CAP. I, 18, Μνηστευθείσης γὰρ, *nempe*, p. 171.
—III, 15, ἀποκριθεὶς εἶπε, et passim p. 39, pro ἀπεκρινατο.
—9, μὴ δόξητε λέγειν, i. e. μὴ λέγετε. Vid. et Luc. VIII, 18. Act. XVI, 13, p. 5.
—7. ἐρχόμενας ἐπὶ τὸ βάπτισμα, i. e. ἵνα τοῦ βαπτισθῆναι—p. 7.
—IV, 3. εἶπε, *jussit*, p. 125.
—16. τοῖς καθημένοις—φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς—p. 23.
—V. 6. διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, p. 241, 414.
—V, 17. καταλῦσαι νόμον,—323.
—VIII, 4. τὸ δῶρον, ILLUD *donum quod*—p. 132.
—IX, 18. Ὅτι post verba dicendi, et passim, p. 256.
—XI. 2. πέμψας—εἶπε,—p. 42.
—XIV. 4. ἔξεσί σοι ἔχειν αὐτὴν, p. 46,
—XVIII, 19. γενήσεται αὐτοῖς, *consequenter*—p. 227.
—XXIII, 34. ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε, sub τινὰς—p. 123.
—XXVI, 24. υἱὸς ἀνθρώπου ὑπάγει, *periit*,—p. 286.
—XXVII, 23. τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν, *quodnam*, p. 245.
—XXII, 36. ἐνλολὴ μεγάλη pro μειζὼν, p. 384.
—XXI, 21. ἐ μόνον τὸ τῆς συκῆς—p. 405.
—XXVI, 15. ἔστησαν, *appenderunt*, p. 453.
—XXVI, 50. ἐφ' ᾧ παρεῖ, p. 495.

MARC.

—II, 15, 23. ἤρξατο ὁδὸν ποιεῖν, et
—VI, 7. ἤρξατο αὐτὸς ἀπεστέλλειν,—p. 4.
Cap. II, 1. δι' ἡμερῶν, *multis interjectis diebus*, p. 43.
—VII, 18. τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον,—p. 61.
—VII, 25. Ἦς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς. p. 23.
—X, 26. καὶ τίς δύναται, inter. *Ecquis?* p. 60.
—XII, 38. στολὴ, non vox Hellenistica, p. 16.
—XIV, 54. φῶς, *ignis*, p. 408.
—XV, 44. ἐθαύμασεν εἰ ἤδη τέθνηκε, p. 225.

LUCAS.

—I, 18. ἐξηγήσατο.
—I, 55. πρὸς τὸς πατέρας, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτῦ, constructione subitò variata, p. 419.
—II, 50. τὸ ῥήμα, *sermo*, p. 478.
—II, 15. οἱ ἄνθρώποι οἱ ποιμένες, p. 36.
—IV, 27. ἐπὶ Ἐλισσαίε, *ætate Elisæi*, p. 474. Act. XI, 28.
—V, 4. ἐπαύσαλο λαλῶν, p. 21.
—V, 14. παρήγγειλεν μηδενὶ εἰπειν,—ἀλλὰ δεῖξον, p. 44.
—VIII, 18. ὁ δοκεῖ ἔχειν, i. e. ὃ ἔχω, p. 5.
—X, 6. ὁ υἱὸς εἰρήνης, artic. indefinitè, p. 122.
—XIII, 9. Κἂν μὲν ποήσῃ καρπὸν εἰ — εἰ δὲ μήγε—post καρπὸν sub. ἀφήσω, p. 222.
—XIV, 6. ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι. pro μετὰ, p. 75.
—XVI, 21. ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες, p. 515.
—XIX, 4. συκόμωρον ἔμπροσθεν, p. 200.
—XX, 10. ἐν καιρῷ ἀπέστειλε, *tempore opportuno*, p. 28.
—XX, 20. ῥήμα—λόγος. p. 478.
—XX, 27. οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι, p. 100.

Cap. XX, 29, 30. γυναῖκα λαμβάνων, p. 478.
—— XXI, 34. αἰφνίδιος ἐπιστὰ ἡ ἡμέρα, adj. pro adv. p. 281.
—— XXIV, 17. σκύθρωπος, non vox Hellenistica, p. 33.

JOANNES.

—— II, 11. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, ἢ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον, *tamen*, p. 413.
—— I, 18. ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, *mysteria ejus edocuit*, p. 233.
—— I, 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, p. 412.
—— IV, 7. δός μοι πιεῖν, p. 219.
—— IV, 43. ἀπῆλθεν εἰς τὴν, &c. p. 9.
—— V, 36. τὰ ἔργα ἃ ἔδωκε—αὐτὰ τὰ ἔργα—p. 383.
—— VI, 65. δέδοται ΕΚ τοῦ πατρὸς, p. 493, *à patre*.
—— VI, 66. ἐκ τότε, *ex eo tempore*, et *ex ea causa*, p. 56.
—— VIII, 44. ὁ ψεύστης καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, p. 25, scil. ψεύδης, ex nomine ψεύστης, sub quo latet.
—— X, 25. τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ—ταῦτα μαρτυρεῖ, p. 518.
—— X, 27. τὰ πρόβατα ἀκολουθοῦσί μοι, neutra plur. cum verbo plur. p. 443.
—— XIII, 10. ὃ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας, pro εἰ μὴ, p. 412.
—— XV, 7. αἰτήσεσθαι, ὃ γενήσεται ὑμῖν, *consequimini*, p. 227.

ACTA APOST.

—— I, 4. ἠκούσατέ μου, *à me*, p. 52, 53.
—— I, 21, 22. Hyperbaton, p. 236.
—— I, 11. Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, p. 83.
—— II, 27. εἰς ᾅδου, sub. οἶκον, p. 108.
—— II, 22. οἱ ἐκ περιτομῆς, p. 370.
—— III, 13. ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ, i. e. υἱὸν, p. 15.
—— III, 21. οὗ δεῖ μὲν δέξασθαι, non sequente δὲ, p. 226.
—— 4. 15. συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους, sub. βελὰς, p. 311.
—— V, 32. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον,—καὶ δὲ, *quinetiam*, ut et 2 Tim. III, 12, p. 63.
—— VI, 2. διακονεῖν τραπέζαις, *victui*, p. 388.
—— VII, 34. ἰδὼν εἶδον, p. 298, 475.
—— VIII, 27. εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης, præfectus regius, licet non exsectus, p. 393.
—— X, 20. ἀλλ' ἀναστὰς κατάβηθι, *itaque*, *quin*, p. 50.
—— X, 33. καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος, p. 33.
—— XI, 2. οἱ ἐκ περιτομῆς, p. 370.
—— XII, 20. τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς, sub. χώρας.
Cap. XVI, 13. οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι, pro οὗ ἦν, p. 5.
—— XIX, 35, p. 171.
—— XX, 3. Ποιήσας μῆνας τρεῖς—μέλλοντι ἀνάγεσθαι, pro ποιήσαντι, p. 325.
—— XX, 11. Ἀναβὰς δὲ, καὶ κλάσας—ἕως ἐξῆλθεν, *tunc*, p. 430.
—— XXIV, 23. ὑπηρετεῖν, *res necessarias subministare*, p. 56.
—— XXVI, 3. γνώστην ὄντα σε, accus. absolutè ponitur, p. 298.
—— XXVI, 8. τί ἄπιστον κρίνεται—εἰ ὁ Θεὸς νεκροὺς ἐγείρει, *quod*, p. 404.
—— XXVIII, 14. ἐρχεσθαι, *proficisci*, p. 325.

ROM.

—— I, 30. ὑβριστὰς, *insolenter injurius*, p. 330.
—— III, 28. λογιζόμεθα, *persuasissimum habeo*, p. 54.
—— X, 5. αὐτὰ—refer ad ἐνθάλματα τοῦ νόμου, p. 295.
—— XII, 3. 16. μὴ ὑπερφρονεῖν, p. 500.

1 COR.

—— IV, 6, ἵνα μὴ φυσιοῦσθε, in indic. p. 73 et 129.
—— X, 23. πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, p. 464.
—— XV, 15. ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ Θεοῦ, *de Deo*, p. 14.

2 COR.

—— II, 13. ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν, p. 9.
—— IV, 17. παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, p. 48.
—— XIII, 4. εἰ ἐσταυρώθη——ἀλλὰ ζῇ, *tamen*, p. 497.

GALAT.

—— III, 7. 9. οἱ ἐκ πιστεως, p. 370.

EPHES.

—— II, 1. Hyberbaton, p. 237.
—— II, 18. προσαγωγὴν πρὸς τὸν πατέρα, p. 18.
—— IV, 13. τελειὸς ἀνὴρ, p. 6.
—— V, 33. ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα, sub. ὁράτω, p. 25, 289.

PHILIPP.

—— I, 9. μᾶλλον καὶ μᾶλλον, p. 411.
—— I, 23. μᾶλλον κρεῖσσον, ib.

COLOSS.

Cap. II, 5. Εἰ δὲ—ἀλλὰ, *tamen*, p. 497.

1 THESSAL.

—— V, 14. ἀτάκτους, p. 436

1 TIM.

—— I, 3. ἵνα παραγγείλῃς, sub. ἕτερα ποίησον, p. 25.
—— I, 20. ὧν ἐστιν Ὑμέναιος, et 2 TIM. I, 15, p. 470.

Cap. II, 9. καὶ τὰς γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ, p. 438.
—— II, 15. σωθήσεται—ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, p. 396.
—— IV, 15. Ταῦτα μελέτα, p. 10.
—— V, 21. διαμαρτύρομαι, *adhibitis testibus denuntio*, p. 369.
—— V, 9. μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, p. 12.

2 Tim.

—— II, 4. ἵνα στρατολογήσαντι ἀρέσῃ, p. 172.

Ad Hebraeos.

—— VI, 14. ἢ μὴν, p. 195.
—— VIII, 11. ἕως μεγάλων αὐτῶν, *conditione*, p. 301.
—— XII, 7. ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεὸς, p. 385, *versatur*.
—— XII, 17. εὗχ εὗρε τόπον μετανοίας, p. 83.

Ep. Jacobi.

—— I, 17. Πᾶσα δόσις, &c. Hexameter, ut Cic. Dion. Hal. Quintil. &c. p. 448.

1 Petri.

—— III, 18. προσάγειν τῷ Θεῷ, p. 18.

2 Petri.

—— II. 11. ὅπου ἄγγελοι—μείζονες ὄντες ἐ φέρουσι, cum, *whereas*, p. 481.
Cap. I, 5. καὶ αὐτὸ τοῦτο, sub. διὰ, p. 431.

Judæ.

—— 8. σάρκα μὲν—κυριότητα δὲ, p. 3.
—— 15, ἀσεβῶς—ἀσεβείας—ἠσέβησαν, p 514.

Apocal.

—— VIII, 4. ἀνέβη ὁ καπνὸς ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, sub. συν, p. 29.
Nom. absolutè, Matt. XII, 36. Luc. XXI, 6. Joh. VI, 39, et passim, p. 79.
Compar. pro superl. Matt. XI, 11. XVIII, 1. 1 Cor. XIII, 13. p. 187.
Εἰ, *utinam*, p. 327. Vid. Luc. xii, 49. xix, 42. xxii, 42.
Εἰ δὲ μὴ, p. 416. 508.
ἵνα, *ut*, cum indicativo, 1 Cor. IV, 6, p. 73.
αὐτὸς redundat post verba. Matt. IV, 16, VIII, 1. Marc. VII, 25, p. 23.
ἐξ αὐτῶν pro τινὲς ἐξ αὐτῶν, Matt. xxiii, 34. Luc. xi, 49. xxii, 16. et passim.
ἤτει τὸν Κυαξάρην τῶν νεωτέρων, p. 122.
ὅτι redundat post verba dicendi, p. 256.
Verbo participium ejusdem originis additur, Heb. VI, 14. Act. VII, 34. Matt. xiii, 14. Mar. IV, 12, p. 299.
ἀποκριθεὶς, p. 307.

FINIS.

EXCUDEBAT J. WATTS.

BINDING SECT. JUN 10 1964

182380

Xenophon. Cyropaedia
De Cyri institutione, rec. Hutchinson,
corr. cura Watts.

LGr
X55cyHutW

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED